K. Holl

IOSEPHI BINGHAMI,

RECTORIS ECCLESIAE HAVANTINAE
IN AGRO HANTONIENSI ANGLIAE,

ORIGINES

SIVE

ANTIQVITATES ECCLESIASTICAE.

EX LINGVA ANGLICANA IN LATINAM
VERTIT

IO. HENRICVS GRISCHOVIVS,
HALBERSTADIENSIS.

VOLVMEN QVINTVM.



HALAE,
SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI.
M DCC XXVII.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

LIBER DECIMVS TERTIVS

Exhibens de diuino cultu veteris ecclesiæ obseruationes quasdam generales.

CAPVT PRIMVM

De antiquis diuini cultus nominibus, quæ recentiorum auctorum deprauatio ambigua reddidit.

CAPVT SECVNDVM

Religiosam adorationem in veteri ecclesia singulis personis sacrosanctæ trinitatis esse exhibitam.

CAPVT TERTIVM

In ecclesia antiqua nullam rem creatam, sanctum vel angelum, sed solum Deum religiose cultum esse.

CAPVT QVARTVM

Antiquum ministerium diuinum semper lingua vulgari, populo cognita, peractum.

CAPVT QVINTVM

De origine & vſu liturgiarum in præſcriptis & ſtatis precationum formulis in eccleſia primitiua.

CAPVT

CAPVT SEXTVM

Epitome antiquæ liturgiæ ex genuinis ſcriptis *Chryſoſtomi.*

CAPVT SEPTIMVM

De vſu orationis dominicæ in liturgia veteris eccleſiæ.

CAPVT OCTAVVM

De habitu & gestu, aliisque ritibus ac cærimoniis in publico cultu antiquæ ecclesiæ obseruatis.

CAPVT

CAPVT NONVM

De temporibus religioſorum conuentuum, & de diuerſis diuini miniſterii inibi peractis partibus.

CAPVT DECIMVM

De ordine quotidiani officii matutini.

CAPVT VNDECIMVM

De ordine quotidiani officii vespertini.

MO-

MONENDA.

Quando MABILLONIVS de liturgia Gallicana, hoc volumine quinto ad finem propemodum perducto, ad manus meas demum peruenit, testimonia, ad quæ auctor noster BINGHAMVS aliquoties prouocauit, ego vero transcribere non potui, hoc loco adhuc subiungere placuit.

Ad pag. 9. litt. (z) Mabillon. lib. II. p. 107. Hæ duodecim lectiones indubie legebantur ad vigilias natiuitatis domini, quas modo *matutinas* appellamus: Totidem lectiones præscribit Aurelianus, Arelatensis episcopus, in regula sua. In natale domini, inquit, & in epiphania tertia hora surgite. Dicite vnum nocturnum & facite *sex missas*, id est *lectiones*, de Iesaia propheta. Iterum dicite secundum nocturnum, & leguntur aliæ sex de euangelio.

Ad eamd. pag. litt (a) Mabill. p. 393. Hoc vocabulum (*Missa*) aliquando lectionem, aliquando vero collectam, seu orationem, nonnumquam dimissionem significat.

Ad pag. 16. litt. (q) Mabill. p. 419. 420. Neque vero in vnaquaque prouincia, sed etiam in tota Gallia communis quidam ritus vigebat, si non in omnibus, saltem in plerisque vniformis, qui communi appellatione *cursus Gallicanus* a maioribus nostris dictus est, vt in actis sancti Walarici abbatis: *CVRSVM vero tam monasterialem, quam & Gallicanum magno studio indesinenter obseruabat.* Idem de sancto Senerico legitur, nempe quod *absque peculiari supplicatione, Romanum* seu *GALLICANVM, nec non & sanctorum Benedicti & Columbani CVRSVM horis singulis domino decantaret.* Itaque Gallicanæ omnes ecclesiæ in vnum aliquem modum conspirabant, qui *cursus Gallicanus* dicebatur.

Ad pag. 239. litt. (y) Mabill. lib. I. c. V. n. 22. p. 49. Hanc orationem dominicam, non a solo sacerdote, sed etiam ab adstante populo apud Gallos prolatam fuisse docet Gregorius in lib. II. de miraculis sancti Martini c. XXX. Quippe *quadam die, dum missarum solemnia celebrarentur*, quædam

femina

femina muta in basilica cum reliquo populo *stabat. Factum est autem, quum dominica oratio diceretur, hæc aperto ore cœpit sanctam orationem cum reliquis decantare.* Idem fiebat etiam tunc temporis apud Græcos, teste Leontio episcopo in libro de vita sancti Ioannis episcopi Alexandrini, cognomento Eleemosynarii: qui quum principem quemdam ad concordiam cum alio reuocare vellet, misit qui eum ad se adduceret: atque ipso præsente fecit *missas in oratorio suo, nullum habens nisi ministrum suum. Quum ergo sancta benedixisset patriarcha, & orationem dominicam inchoasset; cœperunt dicere tres tantum illi*, Pater noster. *Et quum peruenisset ad sermonem, quo dicitur*, Dimitte nobis debita nostra, &c. *innuit domestico patriarcha, vt taceret. Siluit ergo patriarcha & remansit princeps solus.* Qua occasione captata, vir sanctus eum ad concordiam induxit. Hunc Græcorum ritum a Romano discrepasse testis est Gregorius M. in lib. VII. epist. LXIV. indict. II. *Sed & dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur: apud nos vero a solo sacerdote.* Itaque Græcanicum morem, in aliis nonnullis, imitabantur Galli.



I. N. I.

ORIGINVM ECCLESIASTICARVM

LIBER DECIMVS TERTIVS

EXHIBENS

DE DIVINO CVLTV VETERIS ECCLESIAE OBSERVATIONES QVASDAM GENERALES.

CAPVT PRIMVM

DE ANTIQVIS DIVINI CVLTVS NOMINIBVS, QVAE RECENTIORVM AVCTORVM DEPRAVATIO AMBIGVA REDDIDIT.

§. I.

Partitio huius operis.



HACTENVS rationem introducendi homines in ecclesiam, per varios catechumenatus sui gradus, per baptismum & confirmationem, vidimus. Consideranda nobis nunc est eorum praxis in cultu Dei publico post ipsorum admissionem, & dispiciendum, quemadmodum religiosos conuentus suos egerint, diuersisque publicis diuini ministerii officiis inibi perfuncti sint. Harum re-

rum nonnullæ generalis sunt considerationis, quæ permeant & transeunt per omnia officia, & ad quamlibet diuini cultus partem respiciunt: cuiusmodi sunt cultus religiosi obiectum, & linguæ, formæ, habitus, gestus, ac temporis circumstantiæ; adeoque de his rebus generalibus primum hoc libro verba sumus facturi. Postea diuersas partes solemnissimi cultus diuini eorum die dominica considerabimus; cuiusmodi erant psalmodia, scripturarum lectio, verbi diuini prædicatio, preces, & eucharistiæ receptio, quæ solemnes religiosorum conuentuum actus singulis diebus festis erant. Et quum horum actuum nonnulli essent istiusmodi, vt illis tam catechumenis, quam reliquis omnibus in animarum suarum beneficium & ædificationem interesse liceret; dum aliæ diuini ministerii partes magis ad baptizatos, qui consummati & perfecti christiani erant (dicti inde *communicantes*, quia magis peculiari omnium priuilegiorum christianæ communionis iure gaudebant) restringebantur, ideo de diuino cultu eorum, secundum suam ipsorum distinctionem, sub his duobus capitibus loquemur; de *missa* videlicet *catechumenorum* & de *missa fidelium*, hoc est, de ea cultus diuini parte, quæ eucharistiæ celebrationem antecedebat, & de celebratione eucharistiæ ipsa.

§. II.

De missa catechumenorum, *seu prima diuini cultus parte, ad quam omnium ordinum homines admittebantur.*

MISSA *catechumenorum* vniuersam cultus diuini partem complectebatur, quæ communes preces communicantium ad altare antecedebat; hoc est, psalmodiam, scripturarum lectionem, sermonem & specialiores preces pro catechumenis, & aliis pœnitentium ordinibus, energumenis, ceteris, fieri solitas, antequam dimitterentur. Ex antiquis enim regulis & disciplina ecclesiæ diuini cultus methodus ita constituta erat, vt omnibus hominibus, si a quibusdam proteruis peccatoribus discesseris, ad quasdam illius partes adesse liceret. Psalmodia, lectio scripturarum & sermonum recitatio ad institutionem non fidelium tantum, sed catechumenorum etiam, gentilium, iudæorum & hæreticorum faciebat: adeoque vi canonum quorumdam isti omnes libertatem habebant in ecclesia consistendi, vsque dum hæc cultus publici pars, dicta *missa catechumenorum*, esset finita. Concilium *Carthaginense*

quartum [a] hanc in rem hanc habet regulam: *Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue iudæum, vsque ad missam catechumenorum.* Simile decretum a concilio *Arausicano* primo factum est: *Euangelia placuit deinceps catechumenis [b] legi, apud omnes prouinciarum nostrarum ecclesias.* Concilium *Valentinum* [c] in *Hispania* hoc priuilegium hæreticis & gentilibus æque ac catechumenis indulget, hunc in modum decernendo: *Inter cetera hoc censuimus obseruandum, vt sacrosancta euangelia ante munerum illationem, in missa catechumenorum in ordine lectionum post legantur, quatenus salutaria præcepta domini nostri Iesu Christi, vel sermones sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni ac pœnitentes, & omnes, qui e diuerso sunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem euidenter scimus.* Et ex his obscurum canonem concilii *Ilerdensis* interpretari possumus, ita statuentem: [d] *De his, qui se incesta pollutione commaculant, placuit, vt quo vsque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseuerant, vsque ad missam tantum catechumenorum,* (hoc est, ad audiendam psalmodiam, lectionem scripturarum, & sermonem) *in ecclesia admittantur.* CHRYSOSTOMVS hanc obseruationem abunde confirmat: Nam in multis homiliis suis [e] non tantum de catechumenis, sed de hæreticis etiam & gentilibus, in concione coram

(a) Conc. Carth. IV. can. LXXXIV. (tom. II. concil. p. 1206.)

(b) Concil. Arausican. I. c. XVIII. (tom. III. conc. p. 1450.)

(c) Concil. Valent. c. I. (tom. IV. p. 1617.)

(d) Conc. Ilerdens. c. IV. (ibid. p. 1611.)

(e) Chrysostom. homil. XLI. de Pelagia tom. I. p. 560. (tom. I. p. 496. edit. Francof. MDCXCVIII.) νῦν δὲ ἐννοήσατε, ὅτι πολλοὶ τῶν αἱρετικῶν εἰσιν ἡμῖν ἀναμεμιγμένοι, Nunc etiam illud considerate, *multos hæreticos hic esse inter nos commistos.* Id. homil. LXXII. de Phoca tom. I. p. 878. (p. 776. fin. edit. Fr.) ἐνταῦθα μοι τὸν αἱρετικὸν κάλει· ἐάν τε παρῇ, ἐάν τε μὴ παρῇ· ἐάν τε γὰρ παρῇ, παρὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς παιδευέσθω· ἐάν τε μὴ παρῇ, διὰ τῆς ὑμετέρας ἀκροάσεως μανθανέτω. Hic tu mihi hæreticum voca, siue adsit, siue non adsit. Si enim adsit, a voce nostra doceatur: si non adsit, a vobis, qui audieritis, discat. Homil. VIII. tom. V. p. 124. (p. 113. edit. Francof.) εἰκὸς δὲ καὶ αἱρετικοὺς παρόντας ἐπιπηδῆσαι τοῖς εἰρημένοις, καὶ πολλοὺς τῶν ἀφελεστέρων ἀδελφῶν ἐντεῦθεν ὑποσκελίζειν. Verisimile est, *eos qui adsunt hæreticos* hæc verba arripere, multosque ex fratribus simplicioribus supplantare. Homil. de prophetiæ obscuritate tom. III. p. 926. (p.

præſentibus, loquitur. Speciatim in homilia ſua in pſalmum XLIV. [*f*] velle ſe, dicit, nunc adeſſe omnes iudæos & gentiles, pſalmum iſtum propheticum de *CHRISTO* interpretantem ſe audituros. In alia homilia [*g*] in pſalmum XLVIII. paganum introducit, hanc de chriſtianis habentem querimoniam: *Ingreſſus ſum in templum chriſtianorum, audiuique Paulum dicentem: Non in auro, non in margaritis; ſed ibi huius contraria facta vidi.* Et, inquit CHRYSOSTOMVS, *ſi venerit Græcus ac barbarus, & videat in ſuperiore quidem parte mulieres iſta ferentes, infra autem Paulum hæc dicentem, nonne hæc fabulam & ſimulationem eſſe dicet? Non quidem noſtra ad ſimulationem ſpectant, etiamſi hæc ita fiant; ſed barbarus læditur & offenditur.* Quæ verba manifeſto indicio ſunt, gentilibus eccleſias chriſtianas ingredi & ſcripturarum lectioni verbique diuini prædicationi auſcultare licuiſſe. Et ſane notatu digna ſunt, quæ de *Chryſoſtomo* obſeruat SOZOMENVS [*h*], quod hoc modo multos, qui in eccleſia ipſum audierint, ad virtutis ſtudium impulerit, & in doctrina fidei, vt idem cum ipſo ſentirent, effecerit. Quæ quidem nonnulli de diſcipulis LIBANII philoſophi dici exiſtimant, VALESIVS autem, mea quidem ſententia, ve-

504. edit. Francof.) δεῖ γὰρ εὐθύνας ἡμᾶς ἀπαιτεῖσθαι, εἰ καὶ ἐν φίλοις λέγομεν· καὶ γὰρ πολλοὶ ἴσως καὶ τῶν οὐ φίλων πάρεισι. Rationes a nobis reddendæ ſunt, tametſi inter amicos verba facimus: ſiquidem multi fortaſſis adſunt non amici.

(*f*) Chryſoſt. homil. in pſalm. XLIV. [al. XLV.] tom. III. p. 206. (p. 177. edit. Francof.) Ἐβουλόμην παρεῖναι νυνὶ Ἰουδαίους καὶ ἕλληνας, καὶ τὸ βιβλίον τοῦτο παρὰ ἰουδαίων λαβὼν, οὕτως ἀναγνῶναι τὸν ψαλμόν - - ἀλλ' εἴτε πάρεισιν, εἴτε μὴ πάρεισιν ἔτι, ἡμεῖς τὸ ἡμέτερον ποιήσωμεν, καὶ τῆς ἑρμηνείας ἁψώμεθα. Vellem nunc adeſſe omnes iudæos & gentiles, & hoc libro a iudæis accepto, pſalmum ita legere. - - Sed ſiue adſint, ſiue non, nos noſtrum officium faciamus, & adgrediamur interpretationem.

(*g*) Chryſoſt. hom. in Pſalm. XLVIII. [al. XLIX.] tom. III. p. 806. (p. 700. d. edit. Francof.) εἰσέρχῃ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κεχρυσωμένη τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον· ἐὰν ἔλθῃ Παῦλος - - βοᾷ καὶ λέγει ὡσαύτως· τὰς γυναῖκας κοσμεῖν ἑαυτὰς χρὴ μὴ ἐν χρυσῷ, μὴ ἐν μαργαρίταις, μὴ ἐν ἱματισμῷ πολυτελεῖ· εἶτα ἂν εἰσέλθῃ ὁ ἕλλην, καὶ ἴδῃ ἄνω μὲν φορούσας ταῦτα ἐκείνας, κάτω δὲ Παῦλον ταῦτα λέγοντα, οὐκ ἐρεῖ, ὅτι σκηνὴ καὶ μῦθος ταῦτά ἐστιν; οὐκ ἔστι μὲν σκηνὴ τὰ ἡμέτερα, κἂν οὕτω ταῦτα γίνηται· ὁ δὲ ἕλλην βλάπτεται καὶ λέγει, εἰσῆλθον εἰς ἐκκλησίαν χριστιανῶν, καὶ ἤκουσα Παύλου λέγοντος, μὴ ἐν χρυσῷ, μηδὲ ἐν μαργαρίταις, τὴν δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐναντία ἐπιδεικνυμένην.

(*h*) Sozom. lib. VIII. c. II. πλείστους δὲ τῶν αὐτοῦ ἀκουόντων ἐπ' ἐκκλησίας, εἰς ἀρετὴν ὠφέλησε, καὶ ὁμόφρονας αὐτῷ περὶ τὸ θεῖον ἐποίησε.

rius

rius de cunctis generaliter, tam paganis, quam hæreticis intelligit, qui ad *Chrysostomum* audiendum confluebant. Vnum est, quod contra hæc omnia opponi potest, quod videlicet concilium *Laodicenum* canonem in contrarium habeat, absolute prohibentem [*i*], ne hæreticis domum Dei ingrediendi venia detur. Sed hæc regula isti concilio peculiaris est, & quum res meræ disciplinæ esset, idoneæ rationes esse poterant, cur hæreticis hoc priuilegium in quibusdam locis denegaretur, quo aliis in locis gaudebant. Vel etiam canon ita intelligi potest, vt eos ab ingressu in ecclesiam ad preces & communionem prohibeat, quod eis per canones quoscumque interdictum erat, donec errores pœnitendo correxissent. Sunt, qui TERTVLLIANI tempore catechumenos ante sermonem exire iussos esse putant, quia ille hæreticis [*k*] exprobret, quod tanta sit in eorum conuentibus confusio, vt quis catechumenus, quis fidelis sit, ignoretur, quum pariter adeant, pariter audiant, pariter orent, & si ethnici superueniant, eos ab ipsis religionis suæ mysteriis non excludant. At illis verbis, vti contra ALBASPINAEVM & CHRISTIANVM LVPVM obseruauit SCHELSTRATVS [*l*], TERTVLLIANVS non incusat hæreticos, quod catechumenos ad audiendas conciones admittant, sed quod in conuentibus suis, non obseruato ordine ac decentia, catechumenos sese cum fidelibus miscere, ac si fideles sint, audire, precibus ac sacræ eucharistiæ celebrationi interesse, patiantur, quibus catholici separatim & alio in loco audire sermonem permittant. Vt adeo hic TERTVLLIANI locus adsertum potius confirmet, quod nimirum *missa catechumenorum* ad finem vsque sermonis durauerit. Quo finito, diaconus paganis & hæreticis, si qui ad-

(*i*) Concil. Laodic. c. VI. περὶ τοῦ μὴ συγχωρεῖν τοῖς αἱρετικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ.

(*k*) Tertull. de præscript. aduers. hæretic. c. XLI. In primis quis catechumenus, quis fidelis, incertum est: Pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: Etiam ethnici si superuenerint, sanctum canibus & porcis margaritas, licet non veras, iactabunt.

(*l*) Schelstrat. de concilio Antiocheno p. 200. Illis verbis non insimulat Tertullianus catechumenos, quod ecclesiam adeant, vel in illa audiant, siue orent, sed quod sese cum fidelibus miscerent, nec obseruato narthecis loco in ipsa interiori ecclesiæ, ac si fideles essent, audirent, & sacrificio interessent. Et hoc vult Tertullianus, quum scribit, *pariter audiunt*. Ac si diceret, separatim & in alio loco audire potuisse catechumenos.

essent, iussus erat edicere: *μή τις τῶν ἀκροωμένων· μή τις τῶν ἀπίστων. Ne quis adsit audientium, ne quis infidelium*, vti auctor *constitutionum* [m] rem narrat. Tum preces pro catechumenis, qui *substrati* vocabantur, fiebant; & his dimissis preces pro energumenis; postea preces pro competentibus siue candidatis baptismi, & denique preces pro pœnitentibus. Hæc omnia generali nomine *missæ catechumenorum* comprehendebantur.

§. III.

De missa fidelium *solis communicantibus peculiari & propria.*

His peractis diaconus omnes eos, qui mysteriis adesse non sinebantur, exire iubebat, elata voce exclamans: *οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε, Procedite non communicantes! Ne quis ex catechumenis: Ne quis ex audientibus: Ne quis ex infidelibus: Ne quis ex heterodoxis*; quemadmodum auctor *constitutionum* [n] id reddit. Et CHRYSOSTOMVS [o] ipsum in sacra synaxi subinde dicit clamare: *Alii alios noscite. Ne quis ex catechumenis, ne quis eorum, qui non edunt, nullus ex exploratoribus, ne quis eorum, qui spectare non possunt cælestem sanguinem, qui effunditur in remissionem peccatorum, ne quis indignus hostia viuente, ne quis non initiatus, ne quis eorum, qui non possunt impollutis labiis tremenda mysteria attingere.* Atque heic *missa fidelium* inchoabatur, quia nulli nisi communicantes in ea adesse poterant, quomodo ex his solemnibus formulis dimittendi reliquos omnes ante eius exordium apparet. Hæc missa omnes preces continebat, quæ coram altari fiebant, & proprie dicebantur *εὐχαὶ πιστῶν*, *preces fidelium*, in oppositione *precum catechumenorum*, quæ præmittebantur. Hæ preces erant pro vniuerso ecclesiæ statu & pace mundi, quæ oblationem & consecrationem eucharistiæ antecedebant; tum sequebantur

(m) Constitut. lib. VIII. c. V.

(n) Constit. lib. VIII. c. XII. *μή τις τῶν κατηχουμένων μή τις τῶν ἀκροωμένων· μή τις τῶν ἑτεροδόξων.*

(o) Chrysostom. homil. I. contr. iudæos tom. I. p. 440. (p. 389. b. edit. Francof.) *οὐχ ὁρᾶτε ἐπὶ τῶν μυστηρίων, τί βοᾷ συνεχῶς ὁ διάκονος; ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους.* Homil. XXXVII. de filio prodigo tom. VI. p. 375. (p. 313. b. cit. edit.) *μή τις κατηχουμένων, μή τις τῶν μὴ ἐσθιόντων, μή τις τῶν κατασκόπων - μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸ οὐράνιον αἷμα, τὸ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, μή τις ἀνάξιος τῆς ζώσης θυσίας, μή τις ἀμύητος, μή τις μὴ δυνάμενος ἀκαθάρτοις χείλεσι προσψαύσασθαι τῶν φρικτῶν μυστηρίων.*

preces

preces consecrationis, & preces pro omnibus hominum ordinibus in ecclesia, cum peculiaribus formis communicandi, doxologiis, hymnis & gratiarum actionibus post eucharistiæ receptionem, de quibus in horum duorum librorum vltimo sub generali titulo *missæ fidelium* loquuturi sumus sigillatim. Hæc publici cultus pars quum precibus tota transmitteretur, & id quidem a solis communicantibus, ideo peculiariter nomine εὐχῶν πιστῶν, *precationum fidelium* distinguitur a concilio *Laodiceno* [p], quod de illis loquitur, tamquam post preces catechumenorum, & postquam hi egressi sint, faciendis. In aliis canonibus *communes populi orationes* & absolute *orationes* dicuntur, sine vlla mentione aliarum quarumdam precum in ecclesia. Hinc in concilio *Nicæno* [q], vbi pœnitentes dicuntur *sine oblatione precum cum populo esse debere participes*, phrasis ista denotat coniunctionem in hac officii ecclesiæ parte, nomine orationum siue celebrationis sacræ communionis distincta, quæ non ad catechumenos spectabat, sed ad corpus populi, in qua supremi ordinis pœnitentibus, quos *consistentes* vocabant, adesse licebat, quamquam nec oblationes facere poterant, nec eucharistiam cum fidelibus sumere. Et eodem sensu concilium *Ancyranum* [r] de pœnitentibus loquitur, qui vt tres annos *substrati* inter catechumenos, ita du-

(p) Concil. Laodic. can. XIX. (tom. I. conc. p. 1500.) Περὶ τοῦ δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα καὶ ὑποχωρισάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς· μίαν μὲν τὴν πρώτην διὰ σιωπῆς, τὴν δὲ δευτέραν καὶ τρίτην διὰ προσφωνήσεως πληροῦσθαι, εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι. Oportere seorsum primum, post episcoporum sermones, catechumenorum orationem peragi; & postquam exierint catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt, fieri orationem; & quum ii sub manum accesserint & secesserint, fidelium preces ter fieri: vnam quidem, scilicet primam, silentio: secundam autem & tertiam per pronuntiationem impleri, deinde sic pacem dari.

(q) Concil. Nic. c. XI. ὅσοι γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσι οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν. Qui germane & vere pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, vt fideles, & septem annis prosternentur supplices: duobus autem annis absque oblatione erunt orationum cum populo participes.

(r) Concil. Ancyr. c. XXIV. (tom. I. conc. p. 1464.) Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν χρόνων ἐξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς πεντα-

os annos orationis ſine oblatione participes eſſe debeant. Atque ita *κοινωνεῖν τῆς εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ*, *orationi cum populo communicare*, concilium *Antiochenum* accipit, quando *Omnes*, inquit, *qui in eccleſiam ingrediuntur, & ſacras ſcripturas audiunt, ORATIONI autem CVM POPVLO NON COMMVNICANT* [s], *vel ſanctam eucharistiæ participationem propter aliquam inſolentiam auerſantur, eos ab eccleſia expelli oportet.* Quo loco vti lectio ſcripturarum pro toto catechumenorum officio ponitur, quæ erat prima cultus publici pars; ita communicatio cum precibus & euchariſtia ſecundam cultus partem denotat, communicantibus ſiue baptizatis peculiarem; a qua vt catechumeni excluſi erant, ita reliqui ſe ſeparare ſub pœna cenſuræ eccleſiaſticæ vetabantur. Hic verus ordo erat primi & ſecundi officii ſiue cultus Dei publici in eccleſia antiqua, & vera diſtinctio inter *miſſam catechumenorum* & *miſſam fidelium*; de qua in duobus proximis libris copioſius dicere animum induximus.

§. IV.

Vera origo & ſenſus antiqui nominis* miſſa, *quod ex primitiuo vſu ſuo quamcumque diuini cultus partem, nuſquam autem ſacrificium expiatorium pro viuis & mortuis, denotat.

In præſenti obſeruare licebit, quam turpiter antiquo nomine *miſſæ* abutantur, qui id ad denotandum officium conſecrandi panem & vinum in corpus ac ſanguinem Chriſti, ipſumque tamquam ſacrificium expiatorium pro viuis ac mortuis offerendi adplicant. Antiquis enim temporibus vocabulum *miſſæ* nihil tale ſignificauit, ſed generale nomen cuiusque partis diuini miniſterii fuit. Denotauit, vti iam vidimus, non minus eam ſacrorum partem, cui catechumeni intererant, quam ipſum

στείας κατὰ τοὺς βαθμοὺς ὡρισμένους, τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς. Qui vaticinantur, & gentium conſuetudinem ſequuntur, vel in ſuas ædes aliquos introducunt, ad medicamentorum inuentionem, vel luſtrationem, in quinquennii canonem incidant, ſecundum gradus præfinitos, tres annos ſubſtrationis & *duos annos orationis ſine oblatione*.

(s) Concil. Antioch. c. II. Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν, τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας.

altaris

altaris officium, siue eucharistiæ celebrationem; & sæpe pro psalmodia, scripturarum lectione, & precibus vespertinis, vbi non erat communio, æque ac pro precibus tempore celebrationis eucharistiæ fieri solitis, adhibetur. Ita CASSIANVS [t] crebram *missæ nocturnæ* facit mentionem, per quam orationes matutinas & psalmodiam antelucanam intelligit, quo tempore certum est communionem eos nullam celebrasse. Concilium *Agathense* [u] de *vespertinis missis* æque ac matutinis loquitur, per quas nihil amplius, quam preces matutinas & vespertinas, sine vlla eucharistiæ celebratione, intelligit. Neque enim vel mane vel vespere in quotidianis orationibus suis communionem celebrabant, sed tantum diebus festis & hora ab vtrisque distincta. Ita LEONI imperatori in *tacticis* [x] memorantur μίσαι ἑσπεριναὶ, vocabulum manifesto mutuatum a *Latina* voce *missa* (*Græci* enim primitus istiusmodi nomen non habuerunt) ad significandum solum preces vespertinas. Et VSSERIVS in libro suo de *religione veterum Hibernorum* [y] aliud eiusmodi exemplum ex ADAMNANO nobis suggerit, qui vocabulo *vespertinalis missæ* pro precibus vespertinis vtitur. Et doctus MABILLONIVS [z] ex regulis CAESARII *Arelatensis* & AVRELIANI obseruauit, quod vox *missæ* etiam pro lectionibus quandoque adhibita fuerit. Nam regula quædam AVRELIANI est, vt sex missas, hoc est, lectiones de *Iesaiah* propheta faciant. *Facite*, inquit, *sex missas de Esaia propheta*. Et MABILLONIVS [a] erudite obseruat, quod vocabulum *missa* tres ad minimum habeat significationes. Quod interdum significet *lectiones*, nonnunquam *collectas* siue *orationes*, & aliquando *dimissionem populi*. Et sane hic tertius sen-

(*t*) Cassian. institut. lib. II. c. XIII. Inscriptio sic habet: Quare post *missam nocturnam* dormire non oporteat. Lib. III. c. V. Quod Aegyptii ne incurrant equidem, quum soleant certis temporibus etiam ante gallorum cantum consurgere, *missa* canonica *celebrata vsque ad lucem*, posthæc vigilias extendunt, cetera.

(*u*) Concil. Agath. c. XXX. In conclusione *matutinarum* vel *vespertinarum missarum*, post hymnos capitella de psalmis dicantur.

(*x*) Leo tactic. c. XI. n. XVIII. citat. ab Vsserio.

(*y*) Vsser. *Relig. of the ancient* Irish, chap. IV. p. 26. ex Adamnani vita Columban. lib. III. c. XXXI.

(*z*) Mabill. de cursu Gallicano lib. II. p. 107.

(*a*) Ibid. p. 393.

sus originaria vocis illius denotatio est. *Missa* enim idem est ac *missio*. Et formula in ecclesia *Latina* vsitata erat, *Ite*, *missa est*, quæ *Græcæ* formulæ ἀπολύεσθε & προέλθετε respondet, quæ erant solemnia verba, primum in dimissione catechumenorum, & deinde totius cœtus, sub finem cultus vtrorumque pronuntiata. Vnde vtraque diuini cultus pars tandem nomen suum ab hac solemni vtriusque cœtus dimissione traxit, altera *missa catechumenorum*, altera *missa fidelium* nuncupata, quarum neutra vmquam aliquid amplius, quam cultum Dei publicum, cui hic vel ille cœtus vacabat, significauit.

IGITVR in cassum multi viri docti laborant, qui originem eius ex peregrinis linguis deducunt, vt significatum ei concilient, recentiori *missæ Romanensium* notioni quodam modo conuenientem, quum tam perspicue *Latinæ* originis esse pateat. BARONIVS [b], post REVCHLINVM & GENEBRARDVM, ab *Hebraica* מסה *missah*, quod *oblationem* significat, descendere statuit. Verum DVRANTVS [c] argumento satis idoneo contra hanc sententiam pugnat. *Quod si missæ nomen*, inquiens, *Hebraicum esset*, *a christianis ab Hebræis retentum*, *Græci patres*, *a quibus Sabbaoth*, *Alleluia*, *Osanna*, *Amen*, *aliaque Hebraicorum vocabula ad nos transmissa sunt*, *nominis missæ meminissent*: *at nemo Græcorum patrum ea voce vsus est*. LEONIS SAPIENTIS demum tempore in vsu esse cœpit, quippe qui primus eam a *Latinis* in *tacticis* suis mutuatus est. Multo absurdior ALBASPINAEI [*] est coniectura, qui *missam* dici autumat a nomine *Mess*, quod apud gentes septentrionales si-

(b) Baron. an. XXXIV. n. LIX. Quum multa sint huius sacrificii nomina, illud est antiquissimum, & apud Latinos vsitatius atque frequentius, missa; quod quidem (sicut & christiana fides profitetur) ex hebraica vel chaldaica nomenclatura acceptum esse videtur. Quod enim in nostra vulgata legitur, *spontanea oblatio* (Deut. XVI.) hebraice & chaldaice dicitur, *missah*, quam offerebant domino, in gratiarum actionem de fructibus terræ, qua & vescebantur in templo cum recordatione præteritæ seruitutis & ab eadem liberationis. Quæ quidem omnia quum optime conueniant prædicto a Christo instituto sacrificio; eo potius maiores nostri vsi sunt nomine, quam cuiuspiam alterius sacrificii: nam & ea potissimum ratione ab illis id factum esse videtur, quod spontanea recolatur prima illa sui ipsius a domino nostro Iesu Christo facta oblatio. cetera.

(c) Durant. lib. II. c. I. n. I.

(*) Albaspin. de l'eucharistie liv. II. chap. III. p. 236. ad calc. Optati. Il est con-

gni-

gnificet festum siue congregationem. Quia vero populi, vt sacrificio intersint, in vnum adunantur, ideo *missæ* nomen ipsi sacrificio inditum arbitratur. Sed hoc est inuertere notationem, & ex filia facere matrem; siquidem planum perspectumque est, vocabulum *mess* a *missa*, non vero hoc ab illo originem suam habere. BONA [*d*], curiæ *Romanæ* purpuratus, multam in hac aliisque falsis opinionibus omnibus confutandis nauat operam, veramque sententiam indubiis testimoniis ex ALCIMO

stant, que le mot de *Mess*, est un mot du Nord; car encore aujourd'huy il est en usage parmy ces Nations. Il est aussi constant, qu' anciennement parmy ces mesmes peuples il signifioit une assemblée, une Feste, & un Sacrifice par consequent; car les Barbares ny les Payens n' ont jamais eu de Festes sans Sacrifice; & l' essence d' une Feste parmy eux, estoit le Sacrifice. - - - Or si du temps de ces Capitulaires (de Charlemagne) ce mot estoit en usage, pour signifier une Feste & une terme des choses civiles, faut croire, qu'il avoit la mesme signification aux siecles precedentes; & que lorsque la Religion a esté establie au Nord, qu'ils appelloient leurs Festes *Mess.* Et partant je concluds qu'on a baillé ce mesme nom au Sacrifice de la Messe, lors qu'il a esté estably parmy ces peuples, à cause qu'il est une Feste, un Sacrifice; & que pour le celebrer, il faut faire une Assemblée, qui sont les significations, qu'on trouve que ce mot avoit parmi eux.

(*d*) Bona lib. I. c. I. §. VI. Alii denique, quorum non ambigimus verissimam esse sententiam, a missione seu dimissione populi, missæ nomen ortum esse adseuerant, ita vt missa idem sit ac missio populi & licentia discedendi. Audiendus primo loco Auitus Viennensis archiepiscopus, qui circa finem quinti sæculi & initio sexti floruit. Is epist. I. ad Gundobadum Burgundionum regem, *non missum facitis*, inquit, *nihil est aliud quam non dimittitis. A cuius proprietate sermonis in ecclesiis palatiisque, siue prætoriis* missa *fieri pronuntiatur, quum populus ab obseruatione dimittitur. Nam genus hoc nominis etiam in sæcularibus auctoribus, nisi memoriam vestram per occupationes lectio desueta subterfugit, inuenietis.* Hæc Auitus, qui non exprimit sæculares auctores, apud quos nomen Missæ hoc sensu reperitur. Mihi vero occurrunt, Cicero, qui in fine Philipp. V. placere dixit, *legiones bello confecto missas fieri:* & Suetonius in Caligula c. XXV. vbi agens de Lollia Paulina, quam in vxorem duxerat, *Breui*, ait, *missam fecit*, hoc est, dimisit. Porro verbis Auiti nihil efficacius ad supra memoratos scriptores redarguendos, qui *missæ* nomen exoticum fingunt & aliunde deriuant. Missio autem in veteri ecclesia duplex erat: vna post euangelium & sermonem, quando catechumeni, infideles, pœnitentes, & alii, quibus vetitum erat sacramentorum participationi interesse, a diacono dimittebantur hac voce, *si quis est catechumenus, exeat foras:* vel vt dicit Gregorius lib. II. dialog. c. XXIII. *Si quis non communicat, det locum:* & hæc dicebatur *missa*, seu missio catechumenorum. Altera erat initiatorum, quum re diuina peracta eos diaconus dimittebat dicens, *Ite, missa est*: & hæc *mis*

AVITO, omnibusque antiquis rituum ſcriptoribus, ISIDORO, RABANO MAVRO, FLORO MAGISTRO, REMIGIO ANTISSIODORENSI, ALCVINO, *ſacramentario* GREGORII, HVGONE VICTORINO & BERNOLDO adſtruit, qui auctores omnes in hoc conſentiunt, quod *miſſa* a miſſione ſeu dimiſſione populi, nec aliunde, originem ſuam traxerit. Vt adeo non neceſſe eſſe exiſtimem, lectoribus meis alicuius horum teſtimoniorum recitatione moram iniicere, quandoquidem res nunc extra omnem controuerſiam a MABILLONIO & BONA, duobus clariſſimis eccleſiæ *Romanenſis* ſcriptoribus, poſita eſt.

§. V.

Quo ſenſu cultus diuinus priſcis temporibus dictus ſit ſacrificium.

ALIVD nomen generale, antiquis temporibus cultui Dei publico datum, cui poſterioribus ſæculis abuſus quidam adhæſit, eſt *ſacrificium*; nomen a *iudæorum* ſacrificiis carnalibus mutuatum, applicatumque ad ſpiritualia chriſtianorum ſacrificia, preces videlicet, laudes, verbi diuini prædicationem, ac intimam ſui, & corporis & animæ, in ſeruitium *CHRISTI* per baptiſmi cœnæque dominicæ ſacramenta conſecrationem. Hinc quælibet cultus diuini pars, non ſolum altaris officium, nomine ſacrificii veniebat. Nam hymnos ſuos & preces veſpertinas communiter *ſacrificium veſpertinum* vocabant. Ita HIERONYMVS *Lætam* monet, vt filiam ſuam adſueſcat, ad orationes &

ſa fidelium vocabatur. Iſidorus *lib. VI. originum c. XIX Miſſa tempore ſacrificii eſt, quando catechumeni foras mittuntur, clamante Leuita, Si quis catechumenus remanſit, exeat foras: & inde miſſa.* Subſcribit Iſidoro iisdem verbis Rabanus Maurus *lib. de inſtitut. clericorum c. XXXII.* Florus Magiſter & Remigius Antiſſiodorenſis in fine expoſitionis miſſæ, *Miſſa,* inquiunt, *nihil aliud intelligitur, quam dimiſſio, id eſt abſolutio, quam celebratis omnibus tunc diaconus eſſe pronuntiat, quum populus a ſolemni obſeruatione dimittitur:* quæ verba ab Alcuino tranſcripſerunt. S. Gregorius in libro ſacramentorum feria ſexta paraſceues: *Deinde communicat ipſe, & omnis clerus, & fiant miſſæ.* - - Hugo Victorinus *lib. II. de eccleſ. officiis c. XLI. Dicit diaconus,* Ite, miſſa eſt, *quaſi reuertimini ad propria. Ab hac miſſione, id eſt, dimiſſione* miſſam *dicunt appellari.* Bernoldus presbyter Conſtantienſis in expoſitione ordinis Romani apud Caſſandrum *in liturgicis c. XXVI.* Miſſam *ideo appellari dicimus, quia lecto euangelio foras mittuntur ex pronuntiatione diaconi, qui minime offerendo vel communicando non poterant intereſſe ſacramentis diuini myſterii.*

pſal-

psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensaque lucerna reddere *sacrificium* [e] *vespertinum*. Sic etiam HILARIVS in hæc verba psalmistæ: *Sit elatio manuum mearum sacrificium vespertinum*, sacrificium christianorum preces eorum esse dicit, Deo per eleuationem manus ad releuandos pauperes commendatas. *Non enim sanguine*, inquit [f], *& holocaustis nos, in quos consummatio sæculorum deuenit, sacrificamus Deo: sed, quod SACRIFICIVM VESPERTINVM placitum sit, audiamus dominum in euangeliis dicentem: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & suscepistis me infirmum, & visitastis me; in carcere fui, & liberastis me. Et respondentibus illis, quod numquam his officiis humanæ necessitatis eguisset, ait: Amen dico vobis, quod fecistis vni ex his fratribus minimis, mihi fecistis. Hoc SACRIFICIVM VESPERTINVM, id est temporum nouissimorum est. In hoc manus eleuandæ sunt: quia istiusmodi orationibus, iam ab initio mundi, benedictis Dei regni cælestis præparata possessio est.* Eodem sensu EVSEBIVS preces christianorum *rationalia* & *incruenta sacrificia* [g] vocat, quæ Deo offerantur. Et CLEMENS ALEXANDRINVS [h], *Christiano*, inquit, *sacrificia sunt ipsæ preces & laudes, & quæ ante cibum fiunt scripturarum lectiones, psalmi & hymni, dum cibus sumitur & antequam eatur cubitum & noctu.* Et dantur sexcenta lo-

(e) Hieron. epist. VII. ad Lætam. (p. 52. f. edit. Parif. MDCXLIII.)

(f) Hilar. in psalm. CXL. p. 330.

(g) Euseb. de laud. Constant. orat. p. 659. (cap. XVI. p. 544. b. edit. Amstelod. MDCXCV.) Τὰς ἀναίμους καὶ λογικὰς θυσίας τὰς δι' εὐχῶν.
Id. de vita Constant. lib. IV. c. XLV. θυσίαις ἀναίμοις καὶ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο.

(h) Clem. Alex. Strom. lib. VII. p. 860. edit. Oxon. αὐτίκα θυσίαι μὲν αὐτῷ εὐχαί τε καὶ αἶνοι, καὶ αἱ πρὸ τῆς ἑστιάσεως ἐντεύξεις τῶν γραφῶν· ψαλμοὶ δὲ καὶ ὕμνοι παρὰ τὴν ἑστίασιν, πρό τε τῆς κοίτης ἀλλὰ καὶ νύκτωρ πάλιν.
Vid. Cassian. institut. lib. III. c. III. De vespertinis *sacrificiis* quid dicendum est, quæ iugiter offerri etiam in veteri testamento & lege Mosaica sanciuntur? cetera.
Concil. Aurel. III. c. XXIX. (tom. V. concil. p. 302.) De missis nullus laicorum ante discedat, quam dominica dicatur oratio; & si episcopus præsens fuerit, eius benedictio exspectetur. *Sacrificia* vero matutina missarum, siue vespertina, ne quis cum armis, pertinentibus ad bellorum vsum, spectet. cetera.

ca alia apud antiquos ſcriptores de publicis pariter ac priuatis precibus in eamdem ſententiam, præter ea, quæ de ſacrificio euchariſtiæ agunt, qua de re alia occaſione loquendum nobis erit. Heic ſatis eſt indicaſſe rationes, quibus inducti veteres generale nomen ſacrificii omnibus diuini cultus partibus tribuerint.

§. VI.

Et ſacramenta.

Alivd nomen, quamquam non ita vetuſtum nec adeo tritum vti prius illud, eſt *ſacramenta*, quod in quibusdam auctoribus non id ſignificat, quod nos hodie ſacramenta vocamus, ſed ordinem ac rationem perficiendi diuina officia, tam preces & cultum religioſum generatim, quam ſpecialiora officia adminiſtrandi baptiſmum & cœnam dominicam. Vocabulum enim *ſacramentum*, reſpondens *Græco* μυςήριον, vocabulum latioris ſignificationis eſt, denotans non tantum proprie dicta ſacramenta, ſed omnes ſacras cærimonias & ritus eccleſiæ, qui quamdam ſymbolicam ſiue ſpiritualem emphaſin in ſe habent, amplius quid intellectui repræſentantes, quam quidem ſenſibus externis patet; & ſtrictiore, licet non ſtrictiſſimo, ſenſu modum ac rationem denotat peragendi diuina officia in eccleſia, ſiue ea ad ſacramenta proprie ſic dicta, ſiue ad alias quascumque diuini cultus partes, preces videlicet, hymnos, lectiones ſcripturarum in matutinis vel verſpertinis conuentibus, ſpectent. Hoc ſenſu a viris doctis [i] liber de diuinis officiis, a GREGORIO MAGNO compoſitus, *liber ſacramentorum* vocari obſeruatur, hoc eſt, liber ſiue inſtructio de peragendis diuinis officiis in eccleſia. Et a GELASIO ſimilis liber ante illum compoſitus & inſcriptus eſt: *Codex ſacramentarius*, quem an-

Martin. Bracar. capit. LXVI. (cap. LXIII. apud Iuſtell. fol. XXVII.)] Si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus, ſi intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo eccleſia eſt; & ad quotidianum *pſallendi ſacrificium* matutinis vel veſpertinis horis ad eccleſiam non conuenerit: deponatur a clero.

(i) Menard. not. in Sacramentar. Gregor. p. 1. Non aſſentior iis, qui ſcribunt, titulum huius libri eſſe τὸ *Sacramentarium*, non vero *liber ſacramentorum*. Quum etiam contrarium pateat ex hoc ſacramentorum libro, in quo maniſeſte *Sacramentarium* a libro *Sacramentorum* diſtinguitur.] cetera. Stillingfleet. Orig. Britann. p. 225.

no

no æræ christianæ MDCLXXX. *Romæ* in lucem edidit THOMASIVS. Et GENNADIVS [*k*] *Musæum*, ecclesiæ *Massiliensis* presbyterum, ait, „composuisse sacramentorum egregium & non parvum volumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum & temporum, pro lectionum textu psalmorumque serie & decantatione discretum: sed supplicandi Deo & contestandi beneficiorum eius soliditate sui consentaneum. Duorum virorum doctorum, MENARDI & STILLINGFLEETI [*l*] opinio est, quod AVGVSTINVS & AMBROSIVS libros de officiis missarum liturgicis *sacramenta* nominent. Obseruant etiam, quod vetus *missa* ab ILLYRICO edita *ordo sacramentorum* appelletur, quo ipso nihil aliud, quam ratio peragendi diuina officia in administratione eucharistiæ aliarumque partium cultus publici possit intelligi.

§. VII.
Et cursus ecclesiasticus.

ISTHAEC officia ab aliis scriptoribus appellantur *cursus ecclesiasticus*. Sub hoc enim titulo GREGORIVS *Turonensis* librum in vsum ecclesiæ *Gallicanæ* condidisse dicitur, qui perditus est; ipse autem in historia [*m*] sua eius facit mentionem. Et VSSERIVS [*n*] antiquum manuscriptum ex bibliotheca COTTONIS

(*k*) Gennad. de scriptor. c. LXXIX. (apud Hieron. tom. IX. opp. p. 185. h. edit. Paris. MDCXLIII.)
Id. ibid. c. LXXVIII. de Voconio. Composuit etiam sacramentorum egregium volumen.

(*l*) Menard. ibid. Aptissime hoc opus liber sacramentorum dicitur, quia in eo officia missarum liturgica recte dispofita continentur; quæ sancti patres olim sacramenta appellarunt. - - S. Ambrosius lib. III. de virginibus: *An quid est indignius, quam oracula diuina circumstrepi, ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur? circumsonare sacramenta confusis vocibus, vt impediatur oratio pro salute depromta omnium?* S. Augustinus ep. LIX. ad Paulinum: *Vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud, quod est in domini mensa, incipiat benedici.* Et lib. de dono perseuerantiæ c. XIII. *Quod ergo in sacramentis fidelium, vt sursum cor habeamus ad dominum, munus est domini.*
Stillingfleet. vbi supra.

(*m*) Gregor. Turon. histor. lib. X. c. vlt. De cursibus ecclesiasticis vnum librum condidi.

(*n*) Vsser. de primord. eccles. p. 185. In anonymo (MS. in bibliotheca Cottoniana) de ecclesiasticorum officiorum origine, DCCCC. abhinc annis scripto libello,

citat,

citat, in quo *Germanus* & *Lupus* ordinem curſus *Gallorum* in *Britanniam* ſecum dicuntur attuliſſe. Et hæc liturgia eccleſiarum *Britannicarum* per aliquot ſæcula fuit, vſque dum curſus *Romanus* gradatim in eas eſſet inuectus. BEDA [o] *Agathonis* pontificis *Romani* tempore *Ioannem Abbatem*, præcentorem *Romanum*, eo miſſum fuiſſe dicit, vt curſum canendi annuum, ROMAE in baſilica ſancti *Petri* vſitatum, edoceret. Et concilium *Calchutenſe* [p] aliquanto poſt BEDAM de liturgia loquitur ſub eodem nomine, ſtatuens, *Vt omnes eccleſiæ publicæ canonicis horis curſum ſuum cum reuerentia habeant.* Et MABILLONIVS [q] vitas *Walarici* & *Senerici* citat, in quibus frequens *curſus Gallicani* mentio habeatur.

§. VIII.

De nominibus λειτουργία, ἱερουργία, ἱερὰ *&* μυσταγωγία, *vſitatiſſimis in eccleſia* Græca.

INTER ſcriptores *Græcos* raro iſtorum nominum aliquod offendimus, ſed omnia ſacra officia & omnes cultus diuini partes generali nomine λειτουργίαν & ἱερουργίαν appellant. Quamquam autem vox λειτουργία, ſenſu latiore accepta, quodlibet officium publicum ſeu miniſterium ſignificat, quomodo ea vtitur *Paulus* apoſtolus ad Phil. II, 30. & 2 ad Cor. IX, 12. pro miniſterio ca-

Germanum & Lupum *ordinem curſus Gallorum* (ſiue Gallicanam liturgiam) a Ioanne Caſſiano & Lirinenſis cœnobii patribus acceptum, in Britanniam induxiſſe legimus: *Beatiſſimus Caſſianus*, inquit auctor, *qui Lirinenſi monaſterio beatum Honoratum habuit comparem, & poſt ipſum beatus Honoratus primus Abba & ſanctus Cæſarius epiſcopus, qui fuit in Arelate, & beatus Porcarius abba, qui in ipſo monaſterio fuit, ipſum curſum decantauerunt. Qui beatum Lupum & beatum Germanum monachos in eorum monaſterio habuerunt: & ipſi ſub normam regulæ ipſum curſum ibidem decantauerunt. Et poſtea in Lirinenſi epiſcopatu cathedram ſummi honoris (pro reuerentia ſanctitatis eorum) ſunt adepti: & poſtea in Britanniis vel Scotiis prædicauerunt, quæ vita beati Germani epiſcopi Antiſiodorenſis & vita beati Lupi adfirmat.*

(o) Bed. lib. IV. c. XVIII. - - accepit & præfatum Ioannem abbatem Britanniam perducendum, quatenus in monaſterio ſuo *curſum canendi* annuum, ſicut ad ſanctum Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egitque Ioannes abbas, vt iuſſionem acceperat pontificis, & ordinem videlicet ritumque canendi ac legendi viua voce præfati monaſterii edocendo, cetera.

(p) Concil. Calchut. c. VII. (tom. VI. conc. p. 1865.)

(q) Mabill. de curſu Gallican. p. 420.

ritatis

ritatis; & ſcriptores eccleſiaſtici idem faciunt, ſæpius eam applicantes ad ciuiles pariter & ſacras functiones: Exempli cauſſa, ad officium magiſtratus vel epiſcopi, vti CASAVBONVS [r] pluribus demonſtrat; ſenſu tamen ſtrictiore ad denotandum hæc ſacra officia adhibetur, quæ diuerſas diuini cultus partes conſtituunt, cuiusmodi ſunt preces, verbi Dei lectio ac prædicatio, & ſacramentorum adminiſtratio. Numquam vero, vti quidem pontificii probare nituntur, pro ſolo ſacrificandi negotio vſurpatur. Concilium *Epheſinum* de liturgiis matutinis & veſpertinis [s] loquitur, per quas ſine dubio preces matutinas ac veſpertinas tantum intelligit. Atque ita CASAVBONVS [t] obſeruat, quod *Iuſtinianus* vocabulum λειτουργίας accipiat pro officio legendi ſcripturas æque ac adminiſtrandi eucharistiam, quando de certis quibusdam monaſteriis dicat, quod ἱερὰ λειτουργία, ſacrum miniſterium in illis exhibeatur, quale moris ſit in ſanctiſſimis eccleſiis celebrari per lectionem ſcripturarum & adminiſtrationem ſacroſanctæ cœnæ dominicæ. Et ANTIOCHVS [u] vocabulum λειτουργίας non tantum matutinis, ſed nocturnis etiam precibus tribuit. Quarum neutræ in horas, ſacræ communioni ætate ipſius conſtitutas, inciderunt. Vt adeo ERASMVS & alii præiudicatis opinionibus potius quam ratione ducantur, qui locum illum Act. XIII, 2. λειτουργούντων αὐτῶν, reddunt *ſacrificantibus illis*, quaſi non eſſet cultus diuinus ſine ſacrificio, ea quidem ratione, qua illi illud accipiunt; quum tamen verſio vulgata verba iſta *miniſtrantibus illis* reddat, & in vetere *Syriaca* & *Arabica*, vti obſeruat BEZA, *precantibus* legatur; id

(r) Caſaubon. exercit. in Baron. XVI. num. XII. p. 471. (p. 536. edit. Londin. MDCXIV.)

(s) Concil. Epheſ. epiſt. ſynod. ad imperator. ap. Caſaubonum ibid. ἐπιτελέσαι μὴ συγχωρήσαντες τὰς ἑσπερινὰς ἢ τὰς ἑωθινὰς λειτουργίας.

(t) Caſaubon. p. 536. Iuſtinianus nouella VII. cap. XI. ἱερὰν λειτουργίαν deſcribens, duas illius partes commemorat, recitationem ſcripturarum & adminiſtrationem ſacroſanctæ cœnæ domini. ἐν οἷς, inquit, ἱερὰ γίγνεται λειτουργία τῶν τε θείων ἀναγινωσκομένων γραφῶν, τῆς τε ἱερᾶς καὶ ἀπορρήτου μεταδιδομένης κοινωνίας.

(u) Antioch. hom. XIX. bibl. patr. græco-lat. tom. I. p. 1016. Ἐξέγειρον ἡμᾶς πρὸς τὰς νυκτερινὰς καὶ ἑωθινὰς λειτουργίας. Redde nos excitatos ad exhibendum tibi munus *nocturnæ ac matutinæ liturgiæ*.

quod notioni *liturgiæ*, pro diuino miniſterio ſumtæ, reſpondet. Sed vero ſi liturgia cum epitheto vocabatur myſtica, tum communiter euchariſtiæ ſignificabat celebrationem. Vt quando THEODORETVS ſalutationem *Paulinam* 2 Cor. XIII, 14. *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti & caritas Dei & patris, & communicatio ſancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis*, in omnibus eccleſiis *myſticæ liturgiæ* [x] exordium eſſe, dicit, ſacræ cœnæ adminiſtrationem intelligit, quæ cum hac ſalutandi forma inchoata ſit. Ita quoque in *Clementina epitome de geſtis S. Petri* [y] ἱερὰ λειτουργία, *ſacra liturgia* officium altaris denotat, quod εὐχὴν τῶν ἱερῶν ὕμνων, *preces in pſalmodia fieri ſolitas*, ſiue miſſam catechumenorum, excipiebat. BONA [z] ex VINCENTIO RICCARDO [a] obſeruat, quod vox *liturgiæ*, niſi epitheton *ſacræ* vel *myſticæ* adiunctum ſibi habeat, non pro ſacrificio euchariſtico, ſed pro alia quadam diuini cultus parte ſumatur: quamquam hoc ipſo plus dici exiſtimem, quam vt ſatis probari poſſit. Quomodo ab altera parte, vbi cum epitheto *myſtica* dicitur, non ſemper, ſed tantum vt plurimum, quemadmodum antea diximus, officium euchariſticum denotat. Nam officium baptiſmi non minus pro myſtico ſemper habitum fuit, quam officium euchariſtiæ. Atque ideo nomen μυσταγωγία, communio in ſacris myſteriis, baptiſmo æque ac cœnæ dominicæ frequenter tribuitur a CHRYSOSTOMO [b],

(x) Theodoret. epiſt. CXLVI. p. 1032. b. ἐν πάσαις ἐκκλησίαις τῆς μυστικῆς λειτουργίας προοίμιον.

(y) Clementina epit. de geſtis Petri num. CLV. ap. Coteler. tom. I. p. 796. Τοῦ πατριάρχου τὴν ἱερὰν ἐκτελέσαντος λειτουργίαν.

(z) Bona rer. liturgic. lib. I. c. III. n. III. Obſeruat vir eruditus Vincentius Riccardus in comment. ad Proclum de traditione miſſæ, quod quando patres vocem liturgiæ pro ſacrificio vſurpant, ſemper epitheton *ſacræ*, vel *myſticæ* adiungant.

(a) Riccard. commentar. in Proclum de tradit. Miſſæ.

(b) Chryſoſtom. hom. XXI. tom. I. ad popul. Antioch. p. 272. vbi fœminam, quam a ſuperbia dehortatur, ita adloquitur: Ἀναμνήσθητι τῆς φωνῆς ἐκείνης, ἣν ἀφῆκας μυσταγωγουμένη, Ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, κ. τ. λ. Vocis illius recorderis, quam, dum ſacris initiabaris, nempe in *baptiſmo*, emiſiſti, Abrenuntio tibi, Satana &c.

Id. homil. I. in acta p. 615. edit. Eton. MDCXII. de baptiſmo ita loquitur: Πολλὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀνάξια γίνεται· ἔδει γὰρ εὐφραίνεσθαι καὶ χορεύειν, καὶ χαίρειν, καὶ στεφανοῦσθαι ἕτερον μυσταγωγούμενον. Multa hoc dono indigna

THEO-

THEODORETO [c] & aliis; quemadmodum pluribus videre eſt in SVICERO [d], vbi de hoc vocabulo agit. Id quidem certum eſt, perſonatum DIONYSIVM vocabulum μυςαγωγίας in deſcribendis cærimoniis & officio baptiſmi, perinde ac euchariſtiæ, adhibere: Et CYRILLI catecheſes myſtagogicæ expoſitionem rituum, tam in baptiſmi & confirmationis, quam alterius ſacramenti adminiſtratione obſeruatorum, exhibenti; vtpote, quæ ſunt duo magna eccleſiæ chriſtianæ officia myſtica. Nomina ἱερὰ, ἱερȣργία & θυσία eiusdem ſignificationis ſunt. Vt plurimum officium euchariſticum ſiue ſacrificium precum ad altare denotant. Interdum autem baptiſmi, prædicationis, lectionis ſcripturarum & pſalmodiæ officia ſignificant, quippe quæ ſpiritualia chriſtianorum ſunt ſacrificia. In confeſſo eſt, apoſtolo prædicationem euangelii vocari ἱερȣργίαν, factamque hac ipſa conuerſionem gentium, oblationem earum Deo acceptam. Quæ in verba CHRYSOSTOMVS [e] hanc habet obſeruationem: *Apoſtolus non ſimpliciter λατρείαν, id eſt, ſeruitutem ponit, ſed λειτȣργίαν & ἱερȣργίαν, hoc eſt, ſacrorum adminiſtrationem. Ipſum enim mihi ſacerdotium eſt prædicare & euangelizare. Hanc offero hoſtiam.* Et BASILIVS itidem officium laudis ac gratiarum

fiunt: oportet enim lætari, exſultare, gaudere, & coronari, dum alius *initiatur*, id eſt, *baptizatur.*

(c) Theodoret. in cap. I. Cantici: Ἐν τῇ ἱερᾷ μυςαγωγίᾳ οἱ τελȣ́μενοι μετὰ τὴν ἄρνησιν τȣ̃ τυράννȣ καὶ τὴν τȣ̃ βασιλέως ὁμολογίαν, οἱονεί τινα σφραγῖδα βασιλικὴν δέχονται τȣ̃ πνευματικȣ̃ μύρȣ τὸ χρίσμα. In ſacro initiationis ſacramento, h. e. *baptiſmo* qui perficiuntur, poſt abnegationem tyranni & regis confeſſionem quaſi ſigillum quoddam regium accipiunt ſpiritualis vnguenti, vnctionem.

(d) Suicer. theſaur. voce μυςαγωγία, tom. II. p. 380. 381. vbi præter modo citata Chryſoſtomi & Theodoreti teſtimonia, illuſtrem locum ex Seueriani homil. V. de creatione exhibet. Πῶς βαπτιζόμεθα; ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱȣ̃, καὶ ἁγίȣ πνεύματος· ποία μείζων ἡ ἀναγέννησις, ἡ τῆς δημιȣργίας, ἢ ἡ τῆς μυςαγωγίας; Ἐκεῖ ἀρχὴ ζωῆς εἰς θάνατον· ὧδε ἀρχὴ θανάτȣ εἰς ζωήν. Quomodo baptizamur? In nomine patris, filii & ſpiritus ſancti. Quænam maior generatio (omnino enim γέννησις legendum) quæ per creationem facta, an quæ per baptiſmum? Ibi initium vitæ ad mortem; heic initium mortis ad vitam.

(e) Chryſoſt. hom. XXIX. in Roman. p. 302. (p. 370. edit. Francof. MDCXCVII.) ȣ̓χ ἁπλῶς λατρείαν λέγων, καθάπερ ἐν ἀρχῇ, ἀλλὰ λειτȣργίαν καὶ ἱερȣργίαν· αὕτη γάρ μοι ἱερωσύνη, τὸ κηρύττειν καὶ καταγγέλλειν· ταύτην προσφέρω τὴν θυσίαν.

actionis *ἱερουργίαν*, & *θυσίαν* vocat, *ἱερουργήσω σοι* [*f*], inquiens, *τὴν αἰνέσεως θυσίαν*, *sacrificabo tibi hostiam laudis.* Et ante (§. V.) vidimus, quod preces vespertinæ plerumque *sacrificium vespertinum* a *Latinis* scriptoribus vocari solitæ sint.

§. IX.

Liturgia interdum pro statis precum formulis accepta.

OBSERVANDVM porro est, quod quemadmodum *Latini* per vocabula *missæ*, *cursus*, *ordinis* & *officii* non tantum ipsum cultum diuinum intelligunt, sed libros etiam, methodum ac regulas de eo legitime peragendo complexos, quod nos præscriptas precum formulas vocare solemus: ita *Græci* interdum idem per nomen *λειτουργίας* intelligant; & hoc non solum, quando de formulis administrandi sacramenta, sed de quibusuis aliis diuini officii partibus loquuntur. Auctor *constitutionum* [*g*] hanc vocem isthoc sensu manifesto accipit, quando eam formulæ orationis, quæ pro catechumenis tum fieri solebat, applicat. Et CASAVBONVS obseruat [*h*], quod omnes istæ descriptiones ordinis seruandi in sacris celebrandis, quæ nomina PETRI, IACOBI, ANDREAE, BASILII & CHRYSOSTOMI præ se ferant, liturgiæ dicantur, quas *Latini* appellant *ordinem agendi* vel *officium*, *Græci* autem recentiores *ἀκολουθίαν*. Hæ quoque aliquando a *Græcis* scriptoribus vocantur *εὐχῶν διατάξεις*, *precum descriptiones*, quod nomen est, quo liturgiam BASILII insignit GREGORIVS NAZIANZENVS [*i*], quam mandante episcopo composuerat, quum esset presbyter *Cæsareæ*, & formulæ istæ ac descriptiones ordinis seruandi in sacris publicis, ab auctore *constitutionum* collectæ, eodem nomine *διατάξεις* appellantur. CHRYSOSTOMO vocantur *νόμοι*, *regulæ* siue *constitutiones ecclesiæ*; &

(*f*) Basil. in psalm. CXV. p. 375. b.

(*g*) Constitut. lib. VIII. c. VI. *ἡ θεία λειτουργία, ἐν ᾗ προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων*, Diuina liturgia, in qua oratio pro catechumenis.

(*h*) Casaubon. exercit. XVI. in Baron. n. XLI. pag. 472. Ab hac ratione dictæ sunt *λειτουργίαι*, descriptiones quædam ordinis seruandi in sacris celebrandis: cuius modi sunt, quæ hodie circumferuntur sub titulis partim veris partim falsis, Petri, Iacobi, Andreæ, Basilii, Chrysostomi, & similes. Latini vocant *ordinem agendi* vel *officium*. Græci aliquando *ἀκολουθίαν*, & Balsamon non semel.

(*i*) Nazianz. orat. XX. in laud. Basilii. p. 340. d.

preca-

precationes ſpeciatim in duo genera formularum, ab ipſo [*k*] & concilio *Laodiceno* [*l*] diſtinguuntur, alteræ εὐχαὶ κατηχουμένων, *preces catechumenorum*, alteræ εὐχαὶ πιστῶν, *preces fidelium* ſiue *credentium* dictæ. Nihil vero amplius de liturgiis, tamquam præſcriptis formulis ſacri cultus conſideratis, heic dicimus, quia de illis poſthac loco ſuo copioſius loquendum erit.

§. X.

De litaniis. *Initio hoc generale precum nomen. Quemadmodum & quando in certis ſpecialioribus cultus publici formulis, ſic dictis* rogationibus, *domicilium proprium ei eſſe cœperit.*

GENERALE adhuc nomen datur, quo priſci ſcriptores ad denotandum quascumque preces publicas vſi ſunt, quod autem medii æui ſcriptores ſpeciali ſacrorum formulæ proprium fecerunt, hoc eſt, *litaniæ*, *Græce* λιτανεῖαι & λίται, *Latine*, *ſupplicationes* & *rogationes*. Hæc vocabula, natiuo ſuo ſignificatu accepta, aliud tantum nomen ſunt precum quarumcunque, ſiue publice in eccleſia, ſiue domi a priuato quoque factarum. EVSEBIVS de *Conſtantini* imperatoris loquens conſuetudine orandi ſeorſum Deum in tabernaculo ſuo, antequam prælium conſereret, orationibus ac precibus, λιταῖς [*m*], ita Deum placaſſe dicit, vt benignum illum ac propitium ſuarum partium adiutorem haberet, eaque ageret, quæ illi menti ſuæ ſuggeſſiſſet. Et iterum dicit [*n*], quod paullo ante obitum ſuum in oratorio quodam diu commoratus ſupplicationes & preces,

(*k*) Chryſoſtom. hom. II. in 2 Cor. p. 740. (p. 516. ſeqq. edit. Francof. MDCXCVII.)

(*l*) Concil. Laodic. can. XIX. Περὶ τοῦ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς. κ. τ. λ. Oportere ſeorſum primum, poſt epiſcoporum ſermones, catechumenorum orationem peragi; & poſtquam exierint catechumeni, eorum, qui pœnitentiam agunt, fieri orationem: & quum ii ſub manum acceſſerint & receſſerint, fidelium préces ſic ter fieri. cetera.

(*m*) Euſeb. vit. Conſtant. lib. II. c. XIV. τὸν θεὸν ἱκετηρίαις καὶ λιταῖς ἱλεούμενος κ. τ. λ.

(*n*) Id. lib. IV. c. LXI. Ἐκκλησίᾳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ, ἱκετηρίους εὐχάς τε καὶ λιτανείας ἀνέπεμπε τῷ θεῷ.

(λιτανείας,) obtulerit Deo. Quibus in locis *litania* generale nomen esse, nec speciale quoddam precum genus denotare, videtur. Ita CHRYSOSTOMVS τὸ λιτανεῖον adhibet, quando ad populum suum ait: [o] *Cras vna vobiscum proficiscar* εἰς λιτανεῖον, *ad supplicationes*. Et alio loco [p] de solemni verborum formula: *Pax vobis*, loquens, *In ecclesiis*, inquit, *pacem, in precibus*, ἐν ταῖς λιταῖς, *in supplicationibus, in salutationibus, & semel, & bis, & ter, & sæpe eam dat is, qui præest ecclesiæ, dicens: Pax vobis.* Et ARCADIVS lege quadam sua [q], contra hæreticos circa eamdem tempestatem lata, vocem *litanias* eodem sensu pro precibus in genere adhibet. *Interdicatur*, inquit, *his omnibus ad LITANIAM faciendam intra ciuitatem noctu vel interdiu profanis coire conuentibus.* Vbi manifestum est, non fuisse imperatori propositum, prohibere hæreticos a certis quibusdam precibus faciendis, sed omnes preces generatim intra ciuitatem eis interdicere, omnemque occasionem noctu vel interdiu coëundi præcidere. Atque hoc modo GOTHOFREDVS illius mentem intelligit. Hæc enim „lex promulgabatur respectu habito ad *Arianorum* conuentus, quos „ad hymnos in nocturnis suis precationibus decantandos agebant, quæ res turbis & cædibus in ciuitate occasionem semel atque iterum dederat, quemadmodum SOCRATES [r] & SOZOMENVS memoriæ prodidere. Vt adeo hymnos matutinos, psalmodiam & preces tunc temporis generali nomine *litaniam* vocauerint, & *Ariani* hoc sensu litanias intra ciuitatem facere hac lege *Arcadii* prohibiti sint. Quod ex AVGVSTINO, CYPRIANO & TERTVLLIANO adlegat HAMONDVS LESTRANGIVS [s], nihil probat amplius, quam quod in ecclesia semper preces factæ sint, ad implorandam Dei misericordiam & gratiam; id quod nemo negat. Neque vero vocabulum *litaniæ* ab eorum quo-

(o) Chrysostom. hom. antequam iret in exilium. tom. IV. p. 965. (p. 845. a.) αὔριον εἰς λιτανεῖον ἐξελεύσομαι μεθ' ὑμῶν.

(p) Chrysost. hom. III. in Coloss. p. 1338. (p. 176. edit. Francofurt.) ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνη, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν ταῖς προσρήσεσι· καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις αὐτὴν δίδωσιν ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εἰρήνη ὑμῖν ἐπιλέγων.

(q) Cod. Theod. lib. XVI. tit. V. de hæreticis leg. XXX.

(r) Socrat. lib. VI. c. VIII. tot. Sozom. lib. VIII. c. VIII. tot.

(s) Lestrange's *Allyance of divine offices* cap. 4. p. 100.

piam

piam adhibetur. Magis ad rem facit, quod BASILIVS [t] ad ecclesiam dicit *Neocæsareensem*, cuius *Gregorius Thaumaturgus* fuerat episcopus; Quod licet *Gregorii* ætate *litanias* non habuerint, postmodum tamen ante BASILII tempus earum admiserint vsum. Quo argumento nocturnas preces, psalmodias ac vigilias aduersus eos defendebat, qui obiiciebant, quod *Gregorii* memoria in vsu non fuissent. Neque enim *litanias*, quas iam in vsu habeant, illius tempore fuisse dicit, quas tamen nemo nouitatis nomine repudiet. Quod BASILIVM vocem *litanias* pro peculiari precationum genere, in ecclesiam recens introducto, accipere comprobat. Dubium enim non est, quin precationes antea habuerint, etiamsi non huius præcipue generis.

SVNT, qui litanias hoc sensu strictiore primum a *Mamerco*, episcopo *Viennensi* in *Gallia*, circa annum CCCCL. in ecclesiam inuectas esse statuunt. At enim vero BASILII testimonium eas in oriente maturius obtinuisse, demonstrat. Falluntur etiam, qui *Mamercum* primum earum auctorem in occidente faciunt. Nam SIDONIVS APOLLINARIS, qui tempore *Mamerci* vixit, & aliquot ad eum epistolas exarauit, disertis verbis ipsum non primum earum, sed tantum *rogationum*, hoc est, dierum festorum ante adscensionem domini nostri IEsu Christi, auctorem esse dicit, cui solemnitati litaniarum vsum applicuerit, quæ iam pridem obtinuerint, etsi non ita solemniter obseruatæ, nec vllis statis temporibus fixæ, sed tantum prout occasio ferret, ad deprecandam impendentem aliquam calamitatem adhibitæ. Hoc ipsum verbis pluribus epistola quadam ad ipsum *Mamercum* [u] data declarat, auctorem *rogationum*

(t) Basil. epist. LXIII. ad Neocæsar. p. 97. b. ἀλλ' ὐκ ἦν, φασι, ταῦτα ἐπὶ τῦ μεγάλυ Γρηγορίυ· ἀλλ' ὐδὲ αἱ λιτανεῖαι, ἃς ὑμεῖς νῦν ἐπιτηδεύετε. Sed ista dicitis, tempore Gregorii magni non fuisse: verum neque *litaniæ*, quas iam in vsu habetis, illius tempore fuerunt.

(u) Sidon. lib. VII. ep. I. Rumor est, Gothos in Romanum solum castra mouisse. Huic semper irreptioni nos, miseri Aruerni, ianua sumus. Namque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta subministramus, quia quod necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alueo limitauerunt, solam (sub ope Christi) moram de nostra tantum obice patiuntur. Circumiectarum vero spatia, tractumque regionum iam pridem regni minacis importuna deuorauit impressio: sed animositati nostræ tam temerariæ tamque periculosæ non aut ambustam murorum faciem, aut putrem sudium cratem,

cum

eum vocans, rationesque institutionis earum, modumque eas inter flagrantissimas supplicationes ac ieiunia ad *Niniuitarum* exemplum obseruandi, ad incendia vel terræ motus, vel inundationes, vel inuasiones hostium auertendas, ostendens. Ne quis vero *Mamercum* primum litaniarum auctorem fuisse existimet, quia earum vsum speciatim ad dies *rogationum* applicuit, alia quadam epistola [x] significantius loquitur, *Rogationum*, inquiens, *nobis solemnitatem primus Mamercus pater & pontifex reuerentissimo exemplo, vtilissimo experimento, inuenit, instituit, inuexit. Erant quidem prius (quod salua fidei pace sit dictum) vagæ, tepentes, infrequentesque, vtque sic dixerim, oscitabundæ supplicationes, quæ sæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres, aut serenitatem deprecaturæ. - - In his autem, quas suprafatus summus sacerdos nobis & protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, psallitur, fletur.* Quæ heic dicit SIDONIVS, ea rogationes in *Gallia* a *Mamerco* institutas, litanias autem iam ante in vsu fuisse, ostendunt. Et si SAVARO [y] de AVGVSTINI quadam homilia recte iudicat, anniuersaria *rogationum* solemnitas longe ante in ecclesiis *Africanis* obtinuerit, necesse est. Nam inter sermones eius de tempore vnus est, in vigilia dominicæ adscensionis, in

aut propugnacula vigilum trita pectoribus confidimus opitulatura: solo tamen *inuectarum te auctore rogationum* palpamur auxilio, quibus inchoandis instituendisque populus Aruernus, etsi non effectu pari, adfectu certe non impari cœpit initiari, & ob hoc circumfusis necdum dat terga terroribus. Non enim latet nostram suscitationem, primis temporibus harumque supplicationum institutarum, ciuitas cælitus tibi credita, per huiuscemodi prodigiorum terriculamenta vacuabatur. Nam non modo scenæ mœnium publicorum crebris terræ motibus concutiebantur: nunc ignes sæpe flammati caducas culminum cristas superiecto fauillarum monte tumulabant: nunc stupenda foro cubilia collocabat audacium pauenda mansuetudo ceruorum: quum tu inter ista discessu primorum populariumque statu vrbis exinanito, ad noua celer veterum Niniuitarum exempla decurristi, ne diuinæ admonitioni tua quoque desperatio conuiciaretur, & vero iam de Deo tu minime poteras absque peccato post virtutum experimenta diffidere. cetera.

(x) Id. lib. V. epist. XIV.

(y) Sauar. not. in Sidon. lib. V. ep. XIV. Ex hoc loco notandum ante adscensionem domini ante Mamercum litanias fuisse, tot diebus, quot a Mamerco instituti sunt, D. Augustinus serm. CLXXIII., in vigilia dominicæ adscensionis, quem consule.

quo

quo de ieiunio [z] trium dierum ante feſtum adſcenſionis diem loquitur, hortans omnes, vt hoſce dies ieiunando, orando, & pſallendo tranſigant. Verumtamen a tempore inde *Mamerci* certum eſt, hoſce *rogationum* dies & *litanias* maxima cum ſolemnitate in eccleſia eſſe celebratas, vtpote ALCIMO AVITO [*a*], CAESARIO *Arelatenſi* [*b*], EVCHERIO *Lugdunenſi* iuniori [*c*] & GREGORIO *Turonenſi* [*d*], vt recentiores ſcriptores taceamus, frequenter memoratas. Concilium primum *Aurelianenſe* an. DXI. eas ſtabiliuit, facto decreto [*e*] in hanc ſententiam: *Rogationes, id eſt, litanias ante adſcenſionem domini ab omnibus eccleſiis placuit celebrari, ita vt præmiſſum triduarum ieiunium in dominicæ adſcenſionis feſtiuitate ſoluatur: per quod triduum ſerui & ancillæ ab omni opere relaxentur, quo magis plebs vniuerſa conueniat; quo triduo omnes abſtineant & quadrageſimalibus cibis vtantur.* In eccleſiis *Hiſpanicis* iſtæ *rogationes* ad hebdomadem poſt pentecoſten differebantur: Antiquam enim veteris eccleſiæ regulam ſequebantur, vt durantibus quinquaginta diebus inter paſcha & pentecoſten, nulla haberent ieiunia. Hinc, vti de illis obſeruat WALAFRIDVS STRABO [*f*], ieiunium rogationum celebrare recuſabant eo tempore, quo ſponſus cum illis erat: Sed decreto quodam concilii *Gerundenſis* [g] hæ litaniæ in hebdomadem

(z) Aug. hom. CLXXIII. de tempore tom. X. p. 338. (p. 975. edit. Baſil. MDLXIX.) Sine dubio peccatorum ſuorum vulnera diligit, qui in iſtis tribus diebus, ieiunando, orando, & pſallendo medicamenta ſibi ſpiritualia non requirit.

(*a*) Alcim. Auit. homil. de rogationibus tot. (tom. IX. bibl. patr. max. p. 591. 592. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(*b*) Cæſar. homil. XXXIII. Tribus diebus, quos regulariter in toto mundo celebrat eccleſia.

(*c*) Eucher. hom. de litaniis.

(*d*) Gregor. Turon. lib. II. c. XXXIV. Rogationes, quas ante adſcenſionis dominicæ triumphum celebramus.

(*e*) Conc. Aurel. I. can. XXVII. (tom. IV. conc. p. 1408.)

(*f*) Strabo de offic. eccleſ. c. XXVIII. Hiſpani autem, propter hoc, quod ſcriptum, Non poſſunt filii ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus, infra quinquageſimam paſchæ recuſantes ieiunare, litanias ſuas poſt pentecoſten poſuerunt.

(*g*) Concil. Gerund. can. II. In inſcriptione p. 25. Vt litaniæ poſt pentecoſten a quinta feria vſque in ſabbathum celebrentur. Canon ipſe ita habet: De litania, vt expleta ſolemnitate pentecoſtes, ſequens ſeptimana, a quinta feria vſque in ſabbatum, per hoc triduum abſtinentia celebretur.

Ibid. can. III. Item ſecundæ litaniæ faciendæ ſunt kalendis Nouembris, ea

post pentecosten reiiciebantur, secundis quibusdam litaniis ad kalendas Nouembris fieri iussis. Concilium *Toletanum* quintum [*h*] aliam istiusmodi litaniam & ieiunium instituit triduo quotannis celebrandum, initio facto ipsis idibus Decembribus. Concilium *Toletanum* sextum [*i*], duobus circiter annis post, anno nimirum orbis redemti DCXXXVIII. hoc decretum confirmauit, illudque vniuersalem omnibus ecclesiis *Hispaniæ* & *Galliciæ*, & *Galliæ Narbonensis*, quæ tunc temporis *Chintillano* regi *Gothorum* parebant, regulam esse iussit. Et in concilio *Toletano* decimo septimo [*k*] anno DCXCIV. sub rege *Egicane* generalius aliquod decretum factum est, vt litaniæ eiusmodi per vniuersum annum in singulis mensibus celebrarentur. Atque ita hæ solemnes supplicationes gradatim per singulas hebdomadas feria quarta & sexta, antiquis illis diebus stationariis, in omnibus ecclesiis celebrari cœperunt.

§. XI.

De distinctione inter litanias maiores & minores.

INTERIECTO tempore *Gregorius Magnus* quasdam istiusmodi *rogationes Romæ* instituit, & vnam quidem speciatim VII. kal. Maias, dictam *litaniam septiformem* eo, quod ecclesiam per septem distinctas classes ad celebrandam istam solemnitatem exire iusserat; primum quidem clericos, deinde laicos, deinde monachos, deinde virgines, postea feminas coniugatas, deinde viduas, postremo pauperes & infantes. Hæc solemnitas ipsimet GREGO-

tamen conditione seruata, vt si iisdem diebus dominica intercesserit, in alia hebdomada, secundam prioris abstinentiæ obseruantiam, a quinta feria incipiantur, & in sabbato vespere missa facta finiantur. Quibus tamen diebus a carnibus & a vino abstinendum decreuimus.

(*h*) Concil. Tolet. V. c. I. Vt a die Iduum decembrium litania triduo vbique annua successione peragatur &c.

(*i*) Concil. Toletan. VI. c. II. Vniuersalis auctoritate censemus concilii, vt hi dies litaniarum, qui in synodo præmissa sunt instituti, annuo recursu omni obseruatione habeantur celeberrimi.

(*k*) Concil. Tolet. XVII. c. VI. Quando priscorum patrum institutio, per totum annum, per singulorum mensium cursum, litaniarum vota decreuerit persoluenda - decernimus, vt deinceps per totum annum in cunctis duodecim mensibus per vniuersas Hispaniæ & Galliarum prouincias pro statu ecclesiæ Dei, pro incolumitate principis nostri, atque saluatione populi & indulgentia totius peccati, & a cunctorum fidelium cordibus expulsione diaboli, exomologeses votis gliscentibus celebrentur.

RIO [l] memoratur & WALAFRIDO STRABONI [m], qui *litaniam maiorem* vocat. Vnde nonnulli in eum errorem deducti sunt, vt litanias *Romanas* appellatione litaniarum maiorum distingui putent a litaniis MAMERCI, quas minores nuncupant. Ita HAMONDVS LESTRANGIVS & alii [n] in harum rerum expositione. Verum scriptores *Gallicani* hanc distinctionem non admittunt. CELLOTIVS [o] litaniam MAMERCI semper *litaniam maiorem* ab antiquis scriptoribus, aeque ac litaniam GREGORII, vocatam esse, & hanc posteriorem inter *Gallicanas* ecclesias parum in vsu fuisse dicit. Id certum est, concilium *Moguntinum* [p]

(l) Gregor. lib. XI. ep. II. (tom. V. conc. p. 1510. d. e.) Proinde fratres carissimi, contrito corde & correctis operibus crastina die primo diluculo ad *septiformem litaniam* iuxta distributionem inferius designatam deuota mente cum lacrimis veniamus. - - Litania clericorum exeat ab ecclesia beati Ioannis baptistae: litania virorum ab ecclesia beati martyris Marcelli: litania monachorum, ab ecclesia martyrum Ioannis & Pauli: Litania ancillarum Dei, ab ecclesia beatorum martyrum Cosmae & Damiani: litania feminarum coniugatarum, ab ecclesia beati primi martyris Stephani: litania viduarum, ab ecclesia beati martyris Vitalis: litania pauperum & infantium, ab ecclesia beatae martyris Caeciliae.

(m) Strabo de offic. ecclef. cap. XXVIII. (tom. IX. bibl. max. p. 197.) *Litanias*, id est, *rogationes* publicas, quas *maiores* vocamus, Romani vna die denominata, id est, VII. kal. Maii annuatim facere solent: Quas Gregorius papa initio ordinationis suae instituit. cetera.

(n) Lestrange Allyance cap. IV. p. 100.

(o) Cellot. not. in capitula Gualteri Aurelianensis (conc. tom. VIII. p. 649.) Litaniam maiorem ordo Romanus nuncupat eam, quae auctore Gregorio magno VII kalendas Maii celebratur ad festum S. Marci. Minorem vero illam, quae per triduum rogationum a Mamerco Viennensi episcopo instituta, *apud nos vsque hodie pro diuersis calamitatibus deuotissime recolitur*, vt ait idem ordo. Non adsentientibus nostris scriptoribus, qui priorem simpliciter Romanam nominant, & in Galliae vsu aegre retentam subiudicant: vt in Herardo videre est, de *litania Romana VII Kal. Maii vt rememoretur.* Vt videlicet eius commemoratio fiat, quae nisi studiose commendata, dilaberetur. Maiorem autem litaniam non aliam habent, quam triduum rogationum: & manifeste hanc nominat capitulare Caroli magni ex concilio Moguntino: *Placuit nobis, vt litania maior obseruanda sint a cunctis christianis, diebus tribus.* Walafridus autem Strabo, vtrique tum Romanae, tum isti *Gallicanae maioris* nomen tribuit.

(p) Concil. Moguntin. an. DCCCXIII. can. XXXIII. (tom. VII. conc. p. 1240.) Placuit nobis, vt *litania maior* obseruanda sit a cunctis christianis diebus tribus, sicut legendo reperimus, & sicuti sancti patres nostri instituerunt,

 et *ca-*

& *capitularia* CAROLI MAGNI [*q*], in quibus verba concilii repetuntur, nomen *litaniæ maioris* rogationibus suis ante diem adscensionis dominicæ tribuere. Et CELLOTIVS GVALTHERVM *Aurelianensem* & STRABONEM eodem eas nomine appellare, adserit. Sed tamen, quid per litaniam minorem in oppositione maioris intelligatur, non docet. Si lector coniecturam meam voluerit accipere, nihil est amplius quam nota formula *Kyrie eleison*, vt *Latini* reddunt de *Græco*, Κύριε ἐλέησον, hoc est, *Domine, miserere nostri*, vel si pro aliis precarentur, *domine, miserere eorum.* Quemadmodum hæc iugis populi responsio erat ad vnamquamque petitionem in longioribus supplicationibus suis pro catechumenis aliisque (vti posthac videbimus;) ita non numquam separatim in omnibus diuinis officiis, tamquam breuior supplicationis formula, adhibebatur: Et tum indolem litaniæ per se habebat, nec pars longioris cuiusdam precationis erat. Hoc manifesto patet ex decreto, quod in concilio *Vasensi* [*r*] ad introducendum eius vsum in ecclesias *Gallicanas* factum est. *Quia*, inquiunt, *tam in sede apostolica, quam etiam per totas orientales atque Italiæ prouincias, dulcis & nimium salutaris consuetudo est intromissa, vt Kyrie eleison frequentius cum grandi adfectu & compunctione dicatur; placuit etiam nobis, vt in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo & ad matutinum, & ad missas, & ad vesperam Deo propitio intromittatur. Græci* plerumque dicebant; Κύριε ἐλέησον, *Domine, miserere nostri*, altera parte Χριστὲ ἐλέησον, *Christe, miserere nostri*, prætermissa. *Latini* autem vtramque adhibebant, repetebantque alternatim, vti nos hodie, primum quidem minister ecclesiæ, deinde populus vniuersus; quum contra apud *Græcos* supplicatio communi omnium voce simul fieret. Hæc differentia GREGORIO MAGNO [*s*] memoratur; obseruationi autem nostræ non dero-

non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinere & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit.

(*q*) Carol. capitular. lib. V. c. LXXXV.

(*r*) Conc. Vasens. II. c. III. (tom. IV. conc. p. 1680.)

(*s*) Gregor. lib. VII. ep. LXIV. ad Ioan. Syracusan. (concil. tom. V. p. 1348.) Kyrie eleison nos neque diximus, neque dicimus, sicut a Græcis dicitur; quia in Græcis simul omnes dicunt, apud nos autem a clericis dicitur, & a populo respondetur: & totidem vicibus etiam *Christe eleyson* dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur.

gat, sed eam potius confirmat, quod videlicet fuerit breuior quædam formula supplicationis, hoc illoue modo in omnibus ecclesiis vsurpata, & id quidem tamquam pars in cotidianis ipsorum officiis; vnde nomen minoris litaniæ ei adhæsit, in oppositione maiorum litaniarum, quæ distincta, perfecta & solemnia erant officia, specialioribus temporibus vel occasionibus extraordinariis accommodata. Præterea obseruandum est, quod litaniæ maiores nonumquam vocentur *exomologeses* seu *confessiones* [t]; quia ieiunium, fletus, luctus & confessio peccatorum supplicationibus, ad auertendam Dei iram ipsumque populo peccatis contaminato reconciliandum, iungi solebant.

§. XII.

De eorum processionibus.

ALIQVANDO solemnes istæ supplicationes fiebant cum processionibus, quæ initio nihil in se habebant mali vel superstitionis. Nam eiusdem solum indolis erant cum illis, quæ in exsequiis celebrandis instituebantur, quando funus inter solemnes hymnos ducebant. Nonnumquam supplicationes & litanias suas, prout ferebat occasio, instructo agmine procedentes in aprico campo faciebant: Sed nulla heic reliquiarum pompa, nec eucharistiæ ad adorandum expositio in eiusmodi solemnitatibus; tantummodo crux, tanquam professionis illorum tessera, ante ipsos ferebatur, vt in quibusdam nocturnis processionibus, quæ ad psalmodiam instituebantur, solebat fieri. Huius rei quidem exempla nonnulla ex ipsius CHRYSOSTOMI æuo habemus. Nam in vita eius a PALLADIO [u] memoriæ proditum est, quod inimici eius crucis signum pedi-

(t) Vid. Conc. Mogunt c. XXXII. Litaniæ Græco nomine appellantur, quæ Latine dicuntur rogationes. Inter litanias autem & *exomologeses* hoc differt, quod *exomologeses* pro sola peccatorum confessione agantur: litaniæ vero indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam vtrumque vocabulum sub vna designatione habetur.

(u) Pallad. vit. Chrysost. c. XV. p. 27. (p. 147. edit. Paris. MDCLXXX. 4to.) Πορφύριος δὲ καὶ Οὐαλεντῖνος ὁ κόμης μετὰ τῶν ὁπλιτῶν τὴν ἐκκλησίαν τῶν ὀρθοδόξων ἐλεηλάτουν, τὸ φρικωδέστατον τοῦ σταυροῦ σημεῖον, ὃ ἀντὶ διδασκάλου ἐπ' ὤμων φέροντες ἐπὶ γῆς ἀσπόρου ἐλιτάνευον, τοῖς ἑαυτῶν ποσὶ συμπατήσαντες. Porphyrius vero & Valentinus comes, cum armatis ecclesiam orthodoxam deprædabantur, tremendum crucis signum pedibus conculcantes, atque illud, velut magistrum suum, in humeris portantes in terra inculta litanias agebant.

 bus

bus conculcarint, quod orthodoxi in humeris portarint, litanias suas in campo agentes; Et in nocturnis precationibus, quas ille *Constantinopoli*, *Arianis* se opponendi caussa, instituit, historici [x] narrant, cruces argenteas adhibitas fuisse, *Eudoxia* imperatrice sumtum ad hoc suppeditante. Et leges *Iustinianeæ* [y] diserte præcipiunt, vt, quemadmodum hæ litaniæ sine episcopis vel clericis fieri non debeant; ita cruces in hisce litaniis adhibitæ, non alibi nisi in ecclesiis, nec ab vllis aliis, quam quibus hoc negotium datum sit, reponantur. Et quum in hisce solemnibus instructo agmine procedentium supplicationibus nonnulli cum pompa, rei minime conuenienter, comparere amarent, induti videlicet pulchris vestibus, & equo vecti; ideo res istæ speciatim vetabantur. SIDONIVS [z] tamquam absurdum & præposterum in hominibus notat, si *castorinati*, hoc est, fibrina veste amicti, ad litanias incedant, quum vestis potius cilicia & cineres istis solemnitatibus conueniant, quæ ad ieiunium, fletum, supplicationem, depressionem sui & peccatorum confessionem spectent, ad exemplum *Niniuitarum* in solemnibus

(x) Socrat. lib. VI. c. VIII. ὡς γὰρ λαμπρότεροι οἱ τῶ ὁμοουσίου ὕμνοι ἐν ταῖς νυκτερινᾶις ὑμνολογίαις ἐδείκνυντο· ἐπινενόηντο γὰρ παρ' αὐτῶ σαυροὶ ἀργυροῖ, φέροντες φῶτα ἐκ τῶν κηρίνων λαμπάδων, τῆς βασιλίδος Εὐδοξίας παρεχούσης τὴν εἰς αὐτὰ δαπάνην· πλῆθος ὄντες οἱ ἀρειανίζοντες, καὶ ζηλοτυπίᾳ ληφθέντες, ἀμύνεσθαί τε καὶ συμπληγάδας ἐπιχείρειν ποιεῖν. Quoniam Homusianorum hymni in nocturnis illis precationibus maiore apparatu cani videbantur: *cruces* enim *argenteæ* a Ioanne erant excogitatæ, quæ cereas accensas gestabant, Eudoxia Augusta sumtum ad hoc suppeditante: Ariani numero abundantes, & æmulatione succensi, vlcisci se & pugnam ciere instituerunt.
Sozom. lib. VIII. c. VIII. καὶ γὰρ δὴ καὶ σαυρῶν ἀργυρᾶ σημεῖα ὑπὸ κηροῖς ἡμμένοις προηγοῦντο αὐτῶν κ. τ. λ. Crucum argentea signa præcedentibus cereis anteibant, cetera.

(y) Iustin. nouell. CXXIII. c. XXXII. Πᾶσι τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύομεν λιτὰς ποιεῖν δίχα τῶν ὁσιωτάτων τῶν τόπων ἐπισκόπων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς εὐλαβεστάτων κληρικῶν - - ἀλλὰ καὶ τοὺς τιμίους σαυροὺς, μεθ' ὧν ἐν ταῖς λιταῖς εἰσέρχονται, μὴ ἀλλαχόσε πλὴν εἰ μὴ ἐν εὐαγέσι τόποις ἀποτίθεσθαι. Omnibus laicis interdicimus litanias facere sine sanctis episcopis, & qui sub eis sunt reuerendissimis clericis, - - sed & ipsas honorandas cruces, (cum quibus & in litaniis ingrediuntur) non alibi nisi in venerabilibus locis reponi.

(z) Sidon. lib. V. ep. VII. ad Thaumastum. Libenter incedunt armati ad epulas, albati ad exequias, pelliti ad ecclesias, pullati ad nuptias, *castorinati ad litanias*.

suis

ſuis ad Deum ſupplicationibus. Quamobrem canones [a] interdicunt, ne qui equitando, nec pretioſis veſtibus induti, ſed diſcalceati potius, cinere & cilicio induti, niſi infirmitas impedierit, rogationibus interſint. Hæ enim rogationes inſtitutæ erant ad Dei miſericordiam demiſſiſſime implorandam, ipſumque ardentiſſimis precibus orandum, vt omnes morbos, plagas & calamitates auerruncare; vt peſtilentiæ malum, bellum, grandinem & ſiccitatem repellere; vt aëris temperiem ad ſanitatem corporum humanorum & terræ fertilitatem componere; vt elementa debito ordine ac harmonia ſeruare, & hominibus pacata tempora largiri vellet; quemadmodum præcipua earum capita in ſermone ſuo hoc de argumento recenſet EVCHERIVS [b]. Vbi tamen obſeruare nobis licet, nullas heic preces ad ſanctos vel angelos, vti quidem in hodiernis eccleſiæ *Romanenſis* litaniis, ſed ad ſolum Deum factas eſſe, vti capitibus ſequentibus copioſius demonſtrabitur.

LIBRI DECIMI TERTII

CAPVT SECVNDVM.

RELIGIOSAM ADORATIONEM IN VETERI ECCLESIA SINGVLIS PERSONIS SACROSANCTAE TRINITATIS ESSE EXHIBITAM.

§. I.

Teſtimonia de adoratione Chriſti tamquam filii Dei, ſiue ſecundæ perſonæ ſacroſanctæ trinitatis, ex ſæculo primo.

POSTEAQVAM ambiguitatem nominum cultus religioſi apud veteres ita diſtinximus, verumque eorum ſenſum declarauimus, ſequitur nunc, vt obiectum cultus ſeu adorationis religioſæ chriſtianorum conſideremus, & videamus, cui illi cultum exhibuerint. Hanc diſquiſitionem, quæ alias prætermitti potuiſſet,

(a) Concil. Mogunt. c. XXXIII. (tom. VI. concil. p. 1249.) vid. ſupra ſub litt. (p) pag. 27.
Vid. Burchard. lib. XIII. c. VII. ex concil. Aurel. cap. VI. Quumque dominus peſtem miſericorditer abſtuliſſet, hi dies in conſuetudinem annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarum prouincias ante adſcenſionis diem celebrarentur.

(b) Eucher. homil. de litaniis.

tuisset, instituendi necessitatem nobis imponunt duo errores contrarii, qui subinde inualuerunt, & in hac extrema mundi senecta nimium quantum dominantur, quorum altero solus pater, non filius, nec spiritus sanctus, diuinæ adorationis obiectum esse perhibetur; altero autem sancti quoque & angeli partem in ea habere venditantur. Cuius vtriusque sententiæ falsitatem vt detegamus, probationibus & testimoniis adsertionum contrariarum lectorem heic paulisper detinebimus. Et primum quidem, vt demonstremus, quod *CHRISTVS*, vt filius Dei & secunda persona sacrosanctæ *TRINITATIS*, obiectum diuini cultus omnibus temporibus fuerit, ab origine christiani cultus initium nostra capiet disquisitio, per tria priora sæcula continuanda. Quod ad primum attinet sæculum, scriptura sacra de praxi christianorum satis est testimonium. Vt enim ne insistamus mandato, quo honorare filium iubebantur quemadmodum honorabant patrem; nec formulæ baptismatis, qua patrem, filium & spiritum vno eodemque cultus religiosi actu coniungere; nec præceptioni, qua in filium æque ac in patrem credere iubentur; aliisue pluribus interni cultus, Deo peculiaris ac proprii, actibus: ex eorum solum exemplo & praxi argumenta sumemus. *S. Stephanus* protomartyr, confessionem suam sanguine consignans, animum efflabat cum precibus ad Christum: *Domine IESV*, inquiens, *recipe spiritum meum*: Et, *Domine, ne statuas eis hoc peccatum.* Act. VII, 58. 59. *Paulus* apostolus se nullum vmquam, nisi in nomine *CHRISTI*, baptizasse adfirmat 1 Cor. I, 13. Et communes eius benedicendi formulæ cum inuocatione nominis *CHRISTI* factæ leguntur ita: *Gratia vobis & pax a Deo patre & Domino nostro IESV CHRISTO*; Et, *Gratia domini IESV CHRISTI & caritas Dei & communicatio spiritus sancti sit cum omnibus vobis*: Vti solemnes formulæ in omnibus fere eius epistolis, tum in initio, tum in fine earum habent. Immo vero adeo communis & peruagata hæc praxis erat, vt credentes, vbi primum orti mundo innotescebant, inter alias appellationes charactere distinguerentur eorum, qui nomen *CHRISTI* inuocarent Act. IX, 14. 21. 1 Cor. I, 2. 2. Tim. II, 22. Noui equidem, criticos quosdam hanc phrasin ἐπικαλέμενοι τὸ ὄνομα χριςȣ̃ in passiua accipere significatione, vt denotet eos, qui nomine Christi, hoc est, christiani vocentur; verum hæc crisis nihil

ponue-

ponderis habet. Nam inuocantes siue adorantes *CHRISTVM* nominabantur, antequam nomen christianorum in mundo esset cognitum. Non enim hoc nomen adhibitum fuit, nisi aliquanto post *Pauli* conuersiomem, vti disertis verbis narrat *Lucas* euangelista Act. XI, 26. quod discipuli *CHRISTI* nominati sint primum *Antiochiae* christiani. Erant vero iam antea Christi cultores religiosi, adeoque charactere hominum, nomen eius inuocantium, ab aliis distinguebantur. Plura istiusmodi testimonia cuiuis nouum testamentum legenti obuia sunt. Nos illud tantum ex Apoc. V, 8. addimus, vbi ecclesia in cælo & in terra simul repræsentatur, tamquam preces ac hymnos *CHRISTO* offerens: *Quum accepisset librum, quatuor illa animalia, & viginti quatuor illi seniores prociderunt in conspectu AGNI, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas suffituum, quæ sunt preces sanctorum. Et cecinerunt canticum nouum, dicentes: Dignus es, qui accipias librum & aperias eius sigilla: quoniam mactatus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro reges, & sacerdotes: & regnabimus in terra. Tum adspexi, & audiui in circuitu throni, & animalium & seniorum illorum, vocem angelorum multorum, & erat eorum numerus millies centena millia, & decies centena millia: dicentes voce magna: Dignus est AGNVS ille mactatus, qui accipiat potestatem, & diuitias, & sapientiam, & vires, & honorem, & gloriam, & benedictionem: sed & res omnes conditæ, quæ in cælo sunt, & quæ in terra, & sub terra, & in mari, & quæ in eis sunt omnia audiui dicentes: Ei, qui insidet throno & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur in sæcula sæculorum;*

§. II.

Testimonia de adoratione Christi ex sæculo secundo.

Spectavimvs heic exemplar adorationis *CHRISTI*, vt cœptæ ac institutæ per praxin ecclesiæ in sæculo primo. Eodem modo eam continuatam deprehendemus in sæculis proxime subsequentibus. Nam plinivs, qui sæculo secundo ineunte vixit, & tamquam præses sub *Traiano* imperatore confessiones accepit quorumdam, qui a religione christiana defecerant, ait [*a*]: *Adfirmabant, quod essent soliti stato die ante lucem conueni-*

(*a*) Plin. lib. X. ep. XCVII.

venire, carmenque CHRISTO QVASI DEO, dicere secum inuicem. Quæ verba manifesto indicant, quod *CHRISTVM* die dominica religiose adorauerint. Non multo post POLYCARPVS vixit, qui [*b*] Deum patrem & filium in precibus suis ad gratiam ac benedictionem hominibus obtinendam coniungit. *Deus* inquit, *& pater domini nostri IESV, CHRISTI; & ipse sempiternus pontifex, Dei filius, CHRISTVS IESVS, ædificet nos in fide & veritate, & in omni mansuetudine, & sine iracundia, & in patientia, & longanimitate, & tolerantia, & castitate; & det nobis sortem & partem inter sanctos suos & nobis vobiscum, & omnibus, qui sunt sub cælo, qui credituri sunt in dominum nostrum IEsum Christum & in ipsius patrem.* Atque ita epistolam suam orditur: *Misericordia vobis & pax a Deo omnipotente & IESV CHRISTO, saluatore nostro, abundet.* Et quum ille ad sufferendam pro religione *CHRISTI* mortem staret, manibus post tergum positis ac reuinctis, antequam combureretur, ad Deum preces fundebat, concludens eas cum hac totius *TRINITATIS* doxologia [*c*]: *De omnibus laudo te, benedico te, glorifico te, cum sempiterno & cælesti IEsu Christo, dilecto tuo filio; cum quo tibi & spiritui sancto gloria, & nunc & in futura sæcula. Amen.* Quum mortuus esset POLYCARPVS, ecclesia *Smyrnensis* epistolam encyclicam ad reliquas ecclesias misit, vt de passione eius eas faceret certiores, in qua hanc dignam notatu rem narrat, quod simulac obiisset, *iudæi* suggesserint *Nicetæ, Herodis* patri, vt proconsulem adiret moneretque, ne cadauer *Polycarpi* donaret christianis, ne forte [*d*] relicto crucifixo hunc deinceps colere inciperent. *Stulti*, inquit epistola, *qui ignorarent, nos nec CHRISTVM vmquam posse relinquere, qui pro salute omnium, quotquot ex genere humano salui futuri sunt, mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim vtpote filium Dei ado-*

(*b*) Polycarp. epist. ad Philipp. n. XII. (apud Coteler. patr. apostol. tom. II. p. 190.)

(*c*) Martyr. Polycarpi ap. Coteler. ibid. p. 199. *Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου παιδί, μεθ' οὗ σοι καὶ πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας· ἀμήν.*

(*d*) Smyrn. ecclef. epist. ap. Euseb. lib. IV. c. XV. & ap. Coteler. l. c. p. 200. *Μή, φησίν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι· --- ἀγνοοῦντες, ὅτι οὔτε τὸν χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζο-*

ramus : Martyres vero, tamquam discipulos & imitatores domini, merito amore prosequimur, ob eximiam ipsorum beneuolentiam, quam erga regem ac magistrum suum declararunt. Quorum nos quoque consortes ac condiscipulos fieri omnibus modis optamus. Hoc testimonium omni exceptione maius est, quo tam *CHRISTI*, tamquam filii Dei, adoratio probari, quam nullum martyrem vel alium quemcumque sanctum hisce diebus religiose cultum esse, demonstrari potest. Non longo post tempore vixit IVSTINVS MARTYR, qui in *secunda apologia* sua ad refellendam & retorquendam atheismi incusationem, qua christianos onerabant ethnici, exprobantes illis, quod cultum Dei abiecissent, respondet: *Profitemur quidem, nos talium, qui habentur, deorum esse expertes & atheos : sed non verissimi illius Dei* [*e*], *patris videlicet iustitiæ & castitatis, & virtutum aliarum & ab omni vitiositatis mixtione & labe alieni, expertes. Verum hunc ipsum, & qui ab eo venit, atque ista nos & aliorum obsequentium exæquatorumque (ad voluntatem eius) bonorum angelorum exercitum docuit, FILIVM & spiritum propheticum, colimus & adoramus, cum ratione & veritate venerantes, atque vnicuique discere atque nosse volenti, pro eo atque edocti sumus, candide hæc tradentes.* BELLARMINVS [*f*] hunc locum ad probandum cultum angelorum admodum dolose citat : Quasi

μένων σωτηρίας παθόντα, ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν, ὔτε ἕτερόν τινα σέβεσθαι· τοῦτον γὰρ, υἱὸν ὄντα τοῦ θεοῦ, προσκυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς κυρίου, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

(*e*) Iustin. apol. II. p. 56. καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας θεοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνόν τε καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες.

(*f*) Bellarmin. de beatitud. sanct. lib. I. c. XIII. (tom. II. p. 280. a. edit. Colon. MDXV.) Argumentum quartum (vt videlicet probet auctor, cultum aliquem minorem diuino & maiorem ciuili & mere humano sacris rebus, sanctis angelis & hominibus deberi) sumitur ex confessione patrum, qui a temporibus apostolorum, vsque ad nostra tempora floruerunt. Iustinus in 2 apol. p. 2. loquens nomine omnium christianorum, & fidem totius ecclesiæ explicans: *Sed*, inquit, *& illum* (Deum patrem) *& eius filium, qui venit, nosque hæc docuit & aliorum sequentium, similiumque bonorum angelorum exercitus, & spiritum propheticum colimus atque adoramus,*

IVSTINVS dixiſſet, quod patrem, filium, angelos & ſpiritum ſanctum colerent; quum tamen de angelorum cultu dicat nihil, ſed quod angeli a filio doceantur, & quod *FILIVS* vna cum patre & ſpiritu ſancto a chriſtianis adoretur. Quod ipſe in modo memorata apologia [*g*] repetit, quando eidem reſpondens obiectioni, demonſtrare poſſe chriſtianos dicit, quod vti Deum, omnium rerum conditorem, colant, ita æqua cum ratione ſecundo loco IEſum Chriſtum, & ſpiritum propheticum tertio ordine venerentur & colant, IEſum Chriſtum veri ac ſingularis Dei filium eſſe edocti. Et quum porro in hoc inſaniam illis obiicerent ethnici, ſecundas poſt incommutabilem ac ſempiternum Deum & parentem omnium homini crucifixo deferre, reſpondebat ille, myſterium & arcanum huius rei eos ignorare. Quod ipſum oſtendit, quod vbi Chriſtum coluerunt, ipſum tamquam verum filium Dei, & non vt creaturam, coluerint. Hinc aliquanto poſt [*h*] imperatoribus dicit, quod chriſtiani ſolum Deum adorent. Adeoque praxi ſua veram ipſius ſe credere diuinitatem oſtendebant; ſiquidem eum adorabant ex hac ſolum ratione & fundamento, quod eſſet verus Deus, non merus homo. Quod ſi feciſſent alia quacumque inducti ratione, grandis idololatria ex ſua ipſorum fuiſſet confeſſione. Quod vtinam digne conſiderent illi, qui hodie contra diuinitatem Chriſti ſcribunt, & omnes trium priorum ſæculorum patres idem ſecum ſenſiſſe abſurde dictitant. Hoc ipſum enim craſſiſſimæ idololatriæ reos illos facit, & abſurdiſſimæ contradictioni implicat; dum ſe non niſi ſolum Deum colere

verboque & re, ſeu veritate veneramur, idque omnibus, qui diſcere volunt, vt docti inſtitutique ſumus, copioſe tradimus.

(*g*) Iuſtin. apol. II. p. 60. Τὸν δημιουργὸν - - καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως θεοῦ μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν ἀποδείξομεν· Ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα θεὸν, καὶ γεννήτορα τῶν ἁπάντων, ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον.
It. dialog. cum Tryph. p. 302. b. Deum fortem & adorandum eum vocat. Δαβὶδ · θεὸν ἰσχυρὸν καὶ προσκυνητὸν, Χριστὸν ὄντα ἐδήλωσε.

(*h*) Ibid. p. 64. Θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες. Nos ſolum Deum adoramus, & vobis in rebus aliis læti inſeruimus: imperatores ac principes hominum eſſe profitentes.

dixe

dixerunt, & nihilo tamen fecius diuinum honorem exhibuerunt ei, quem (fi hodierni ifti fcriptores vera narrant) non verum natura Deum, fed rem creatam tantum effe, crediderunt.

SED pergimus in difquifitione noftra, quod ad obiectum cultus eorum in praxi attinet. ATHENAGORAS ad atheifmi obiectationem eodem modo, quo ante ipfum IVSTINVS MARTYR, refpondet. *Nequaquam*, inquit [*i*], *nos fumus athei, qui vniuerfitatis huius opificem fimulque eius VERBVM vt verum Deum veneramur.* Alii obiectioni, quod hominem cruci adfixum colerent chriftiani, refpondet MINVCIVS FELIX [*k*], *Quod religioni noftræ*, inquiens, *hominem noxium & crucem eius adfcribitis, longe de vicinia veritatis erratis, qui putatis, Deum credi aut meruiffe noxium, aut potuiffe terrenum. Næ ille miferabilis, cuius in homine mortali fpes omnis innititur, totum enim eius auxilium cum exftincto homine finitur.*

CIRCA hanc tempeftatem vixit LVCIANVS ethnicus, qui in dialogo quodam fuo cultus chriftiani facit mentionem. Introducens enim chriftianum, inftituentem catechumenum [*l*], catechumenum repræfentat ita ex præceptore fuo quærentem: *Per quemnam iurabo?* Cui is, qui chriftianum agit, refpondet: *Per Deum alte regnantem, magnum, immortalem, cæleftem, filium patris, fpiritum ex patre procedentem, vnum ex tribus, & ex vno tria. Hæc tu Iouem puta, hunc exiftima Deum.* Quæ verba manifefto indicant, ex chriftianorum inftitutis didiciffe LVCIANVM, quod *PATER*, *FILIVS* & *SPIRITVS SANCTVS* religiofi cultus eorum obiectum fint. Et alio loco crucifixi impoftoris, vti [*m*]

(*i*) Athenag. legat. pro chriftianis. bibl. patr. græc. latin. tom. I. p. 76. d. ὐκ ἐσμὲν ἄθεοι, θεὸν ἄγοντες τὸν ποιητὴν τῦδε τῦ παντὸς, καὶ τὸν παρ᾽ αὐτῦ λόγον.

(*k*) Minuc. Felix. dialog. p. 88. (cap. XXIX. 2. p. 111. edit. Halenf. MDCXCIX. suo.)

(*l*) Lucian. Philopatr. prope finem. (tom. IV. p. 400. edit. Bafil. MDCXIX. suo.) καὶ τίνα ἐπομόσομαί γε; ὑψιμέδοντα θεὸν, μέγαν, ἄμβροτον, ὐρανίωνα, υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία· ταῦτα νόμιζε Ζῆνα, τὸν δ᾽ ἡγῦ θεόν.

(*m*) Lucian. de morte pergrini ibid. p. 277. ἐπειδὰν ἅπαξ παραβάντες, θεὺς μὲν ἑλληνικὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δ᾽ ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτῶν προσκυνῶσι, καὶ κατὰ τὺς ἐκείνυ νόμυς βιῶσι. Pofteaquam femel a nobis defciuerunt, Græcorum deos conftanter abnegant, folum autem *crucifixum* illum *impoftorem adorantes*, fecundum illius leges viuendi rationem inftituunt.

ſempiterna laude ac gloria digniſſimum ſeruatorem noſtrum impie vocat, adorationem illis obiectat.

Non multo poſt IRENAEVS de miraculis loquens, quæ eccleſia ipſius ætate, ſpeciatim in eiectione dæmonum, patrarit, ait [*n*]: *Non inuocationibus angelicis facit, nec incantationibus, nec aliqua praua curioſitate, ſed munde & pure & manifeſte orationes dirigens ad dominum, qui omnia fecit, & nomen domini noſtri IESV CHRISTI invocans, virtutes ſecundum vtilitates hominum, ſed non ad ſeductionem, perficit.* Rem ita ſe habuiſſe, porro ex quibusdam precationum, in eccleſia tunc temporis pro energumenis publice vſitatarum, formulis apparet, quarum vna auctori *conſtitutionum* [*] memoratur, perſonaliter ad Chriſtum, ſub appellatione vnigeniti Dei, qui fortem, hoc eſt, diabolum ligarit, directa: quam precationem heic interponere nihil attinet, quia poſtea in *miſſa catechumenorum* [†] lector eam inueniet.

Eadem tempeſtate cum IRENAEO THEOPHILVS eccleſiæ *Antiochenæ* epiſcopus vixit, qui licet non expreſſam cultus *CHRISTO* exhibiti mentionem faciat, tamen *Deum & ex Deo progenitum* ipſum [*o*] vocat, mundumque per eum factum eſſe, dicit. Quando enim pater dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; hæc eum verba ad neminem alium [*p*], niſi ad ſermonem ſuum ſapientiamque, hoc eſt, ad filium & ſpiritum ſanctum direxiſſe, monet. Quos expreſſo nomine *TRINITATIS* [*q*] in diuinitate appellat; & alibi Deum adorandum eſſe, ait, neminemque præter eum [*r*], qui vere & verus

(*n*) Iren. lib. II. c. LVII.

(*) Conſtit. lib. VIII. c. VII. tot.

(†) Libr. XIV. cap. V. §. VII.

(*o*) Theoph. ad Autolyc. lib. II. p. 130. edit. Oxon. MDCLXXXIV. suo. (p. 100. c. ad calc. Iuſtin. Mart. Pariſ. MDCXXXVI.) θεὸς ὢν ὁ λόγος καὶ ἐκ θεοῦ πεφυκώς.

(*p*) Ibid. lib. II. p. 114. (p. 96. d. edit. Pariſ.) ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν· οὐκ ἄλλῳ δέ τινι εἴρηκε, ποιήσωμεν, ἀλλ᾽ ἢ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ καὶ τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ.

(*q*) Ibid. lib. II. p. 106. (p. 94. d.) Τύποι εἰσὶν τῆς τριάδος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ.

(*r*) Ibid. lib. I. p. 30. Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ· Θεῷ δὲ τῷ ὄντως θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ γέγονεν· ἐρεῖς οὖν μοι· Διὰ τί οὐ προσκυνεῖς τὸν βασιλέα; ὅς οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖν γέγονεν, ἀλλὰ εἰς τὸ τιμᾶσθαι τῇ νομίμῳ τιμῇ· Θεὸς γὰρ οὐκ ἔστιν,

est Deus, constituens imperatorem, qui honorari quidem, non autem adorari possit, quia sit merus homo non Deus. Ex quibus omnibus facile ad concludendum est, quod THEOPHILVS *CHRISTVM* tamquam viuum & verum Deum diuino cultu adficiendum esse, iudicarit, & quod adeo idololatria dicenda foret, *CHRISTO* diuinum cultum exhibere, ex vlla alia ratione, quam quod verus Deus æque ac homo sit.

EADEM ætate illustris huius praxeos testis est CLEMENS ALEXANDRINVS. Nam in *cohortatione* sua *ad gentes Deum viuum* eum vocat, qui colatur & adoretur. *Crede*, inquit, *homo*, *homini & Deo. Crede homo DEO VIVENTI* [*s*], *qui passus est & adoratur.* Sub finem libri sui, qui inscriptus est *pædagogus*, preces suas ad filium vna cum patre dirigit, his verbis : *Sis propitius tuis, o pædagoge, pueris, pater, auriga Israel, fili & pater, vnum ambo* [*t*], *domine.* Et in ipsa libri conclusione hanc habet doxologiam ad totam *TRINITATEM* : *Gratias agamus* [*u*], *& gratias agentes laudemus vnum patrem & filium, filium & patrem, pædagogum & magistrum filium, vna cum sancto spiritu, qui vnus est omnia, in quo omnia, per quem omnia sunt vnum, per quem est æternitas, cuius membra sumus omnes, cuius sunt gloria & sæcula, qui est vndiquaque bonus, vndiquaque pulcher, vndiquaque sapiens, vndiquaque iustus : cui gloria nunc & in sæcula sæculorum. Amen.*

ἀλλὰ ἄνθρωπος ὑπὸ θεοῦ τεταγμένος, οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ εἰς τὸ δικαίως κρίνειν. Quæ quum ita sint, magis honorabo regem siue cæsarem, non tamen eum adorabo, verum pro eo orabo. Deum, qui vere & verus est Deus, adorabo, sciens, cæsarem ab ipso esse ordinatum. Dicas ergo: Quare regem siue cæsarem adorare recusas? Quia non ad id institutus est, vt adoretur, sed vt legitimo, qui ipsi congruit, honoretur honore. Rex enim, siue cæsar, Deus non est, sed meminerit se esse hominem a Deo in hanc dignitatem promotum, non vt adoretur, sed vt iuste, quemadmodum iustitia exigit, iudicet.

(*s*) Clem. Cohort. ad gent. p. 84. edit. Oxon. Πίστευσον ἄνθρωπε ἀνθρώπῳ καὶ θεῷ· πίστευσον, ἄνθρωπε τῷ παθόντι, καὶ προσκυνουμένῳ θεῷ ζῶντι.

(*t*) Clem. Alex. pædag. lib. III. c. XII. p. 311. edit. cit. Ἵλαθι τοῖς σοῖς, παιδαγωγὲ, παιδίοις πατὴρ, ἡνίοχε Ἰσραὴλ, υἱὲ καὶ πατὴρ, ἓν ἄμφω, κύριε.

(*u*) Ibid. pag. ead. εὐχαριστοῦντας αἰνεῖν, αἰνοῦντας εὐχαριστεῖν τῷ μόνῳ πατρὶ καὶ υἱῷ, υἱῷ καὶ πατρὶ, παιδαγωγῷ καὶ διδασκάλῳ υἱῷ, σὺν καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· πάντα τῷ ἑνὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα· δι' ὃν τὰ πάντα ἕν· δι' ὃν τὸ ἀεί· οὗ μέλη πάντες· οὗ δόξα, αἰῶνες· πάντα τῷ ἀγαθῷ, πάντα τῷ καλῷ, πάντα τῷ σοφῷ τῷ δικαίῳ τὰ πάντα· ᾧ ἡ δόξα καὶ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

CLE-

CLEMENTI σύγχρονος fuit ATHENOGENES martyr, qui circa ann. CXCVI. igne martyrium obiit. Sacrum hymnum in gloriam ſpiritus ſancti compoſuiſſe dicitur BASILIO [x]. Vnde colligere nobis licebit, eumdem idem pro *CHRISTO* tanquam filio Dei feciſſe. CAVEVS [y] vir eruditus in leuem quemdam errorem per ea, quæ dicit BASILIVS, inductus, ATHENOGENEM ſtatuit ſcripſiſſe duos illos antiquos hymnos, quorum alterum *hymnum matutinum*, alterum *hymnum veſpertinum* vocant, & quos lector infra [*] ſub titulis magnæ doxologiæ, *Gloria in excelſis Deo*, &c. & *hymni lucernalis* fuſius recitatos inueniet. Sed vero planum e BASILIO eſt, hymnum ATHENOGENIS ab his fuiſſe diuerſum. Hymni enim matutini nulla facta mentione, ignorare ſe dicit BASILIVS, qui veſpertini hymni auctor fuerit. Verumtamen hymnus erat antiqui vſus in eccleſia, proxime ad *CHRISTVM* directus, & hanc totius *TRINITATIS* doxologiam complexus, αἰνοῦμεν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεοῦ, *Laudamus patrem & filium & ſpiritum ſanctum Dei.*

Vid. Stromat. lib. VII. c. VII. p. 851. Σέβειν δὲ δεῖν ἐγκελευόμεθα καὶ τιμᾶν τὸν αὐτὸν, καὶ λόγον σωτῆρά τε αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα εἶναι πεισθέντες, καὶ δι᾽ αὐτοῦ πατέρα κ. τ. λ. Iubemus autem colere & honorare eumdem, quem & verbum eſſe & ſeruatorem atque ducem, habemus perſuaſum, & per ipſum patrem, cetera.

(x) Baſil. de ſpirit. ſanct. c. XXIX. tom. II. p. 359. d. Ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν· ὁ μέντοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφίησι τὴν φωνὴν, καὶ οὐδενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν οἱ λέγοντες· αἰνοῦμεν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεοῦ· εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω, ὃν ὥσπερ τι ἄλλο ἐξιτήριον τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν, οἶδε καὶ τὴν τῶν μαρτύρων γνώμην, ὅπως εἶχον περὶ τοῦ πνεύματος. Quis fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non poſſumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam viſi ſunt impietatem committere, qui dicunt; Laudamus patrem, & filium & ſpiritum ſanctum Dei. Quod ſi quis etiam nouit Athenogenis hymnum, quem tamquam aliud aliquod valedictionis munus diſcipulis ſuis reliquit, feſtinans iam ad conſummationem, quæ fit per ignem, is nouit & martyrum ſententiam de ſpiritu.

(y) Cau. hiſtor. litter. vol. I. p. 60. edit. Lond. (p. 44. edit. Geneu.) Athenogenes, martyr celeberrimus, Clementi Alexandrino σύγχρονος fuiſſe & igne martyrium obiiſſe videtur. Scripſit *hymnum matutinum*, qui ſic incipit Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, & *hymnum veſpertinum* incipientem, φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης, quem ad martyrium feſtinantem tamquam valedictionis munus diſcipulis ſuis reliquiſſe eum tradit ſanctus Baſilius de ſpir. S. c. XXIX.

(*) Vid. cap. X. §. IX. & cap. XI. §. V.

Quem

Quem hymnum ſanctus BASILIVS, vti nos heic facimus, vrget tamquam teſtimonium a teſtimonio ATHENOGENIS diſtinctum, & tamquam exemplum aliud praxeos eccleſiæ in exhibendo diuino honore ac cultu non ſolum patri, ſed filio etiam & ſpiritui ſancto.

CIRCA idem tempus ANDRONICVS martyr ſupplicium pro religione *CHRISTI* ſubiit, cuius in paſſionis actis a *Romano* præſide ei obiectum [z] fuiſſe legitur, quod *CHRISTVS*, quem inuocet & colat, homo fuerit, ſub cuſtodia *Pontii Pilati* punitus, & quod eius exſtent acta paſſionis. Cultus chriſtianorum religioſus, quem *CHRISTO* præſtabant, tam bene notus gentilibus erat, vt quacunque occaſione eum illis obiectarent. Eorumque reſponſum idem ſemper erat, quod ipſum quidem colerent, non autem vt merum hominem, ſed vt Deum, & verum Dei filium eiusdemque cum patre eſſentiæ. Quæ reſponſio eſt, quam TERTVLLIANVS, vltimus ſæculi ſecundi ſcriptor, ad hanc dedit obiectionem. Quum enim obiicerent gentiles [a], quod chriſtiani cultores hominis eſſent, quem vulgus ſciret, vt aliquem hominum, qualem *iudæi* iudicauiſſent: Ad hoc ille reſpondebat [b] non negando, illius ſe eſſe cultores, ſed rationes & fundamentum huius cultus explanando, quod ipſum agnoſcerent verum ac naturalem filium Dei ex ſpirituali generatione, & idcirco filium Dei & Deum dictum, quod vnius eiusdemque eſſet eſſentiæ. Nam & Deum ſpiritum: & filium ſpiritum de ſpiritu, & de Deo Deum, vt lumen de lumine accenſum. Ita eum de Deo profectum, vt Deus ſit & Dei filius & vnus ambo. Alio loco fœminis chriſtianis diſſuadens, ne infidelibus nubant, inter alia argumenta & hoc vtitur [c], quod in iſtiusmodi fa-

(z) Acta Andronici ap. Baron. ad an. CCXC. n. XXVI. Non ſcis, quem inuocas Chriſtum, hominem quemdam factum, ſub cuſtodia Pontii Pilati punitum; cuius exſtant acta paſſionis.

(a) Tertull. apologet. c. XXI. Sed & vulgus iam ſcit Chriſtum, vt aliquem hominum, qualem iudæi iudicauerunt, quo facilius quis nos hominis cultores exiſtimauerit.

(b) Ibid. Hunc ex Deo prolatum dicimus, & prolatione generatum, & idcirco filium Dei & Deum dictum ex vnitate ſubſtantiæ: nam & Deus ſpiritus - - Item, de ſpiritu ſpiritus & de Deo Deus, vt lumen de lumine accenſum, - - ita quod de Deo profectum eſt, Deus eſt & Dei filius, & vnus ambo.

(c) Tertull. ad vxor. lib. II. c. VI. Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa

milia nulla poſſit eſſe Dei mentio, nulla Chriſti inuocatio, nulla fomenta fidei ex lectione ſcripturarum. Eodem tempore, hominem chriſtianum non alium niſi Deum æternum [*d*], Deum verum, Deum viuum inuocare poſſe, monet: Non poſſe ſe ea, quæ precibus expeti ſoleant, ab alio orare, quam a quo ſe ſciat conſequuturum, & qui ſolus ea præſtare valeat. Iam vero abſurda & ridicula argumentandi ratio gentilibus fuiſſet, ſi chriſtiani *CHRISTVM* non credidiſſent eſſe æternum, viuum ac verum Deum. Argumenta eorum facile retorqueri & contradictionis inſimulari potuiſſent; & ipſi ſua ipſorum ſe condemnaſſent praxi, ſi, dum contra gentilium idola diſputaſſent, ex hoc quidem capite, quod nullus præter æternum, viuum ac verum Deum adorandus ſit, ipſi aliquem adoraſſent, hoc diuinitatis charactere deſtitutum. Quare concludere nos oportet, quod, vti ex antecedentibus teſtimoniis manifeſtum eſt, chriſtianos in hoc ſæculo *CHRISTVM* diuino cultu eſſe veneratos, ita hoc fecerint ex eo ſolum ſuppoſito, quod ſit æternus, viuus, ac verus Deus, & æternus æterni patris filius; & quod, licet ambo inter ſe differant, quatenus patrem & filium diſtinctos eſſe neceſſe eſt, tamen non niſi vnus creator ſint & vnus Deus.

§. III.

Teſtimonia de adoratione Chriſti ex ſæculo tertio.

PERVENIMVS ad ſæculum tertium, vbi primo loco illuſtre adorationis *CHRISTI*, tamquam *DEI*, teſtimonium habemus in fragmentis CAII, presbyteri *Romani*, ab EVSEBIO conſeruatis, ex libro illius *labyrintho* dicto, & contra *Artemonem*, ex primis aliquem, qui ſeruatoris noſtri diuinitatem impugnarunt, ſcripto. Heic, inter alia multa, iſtius hæreſis oſtendens nouitatem, pſalmos ac hymnos [*e*] fratrum iam pridem a fide-

cantabit? Audiat ſane, audiat aliquid de cœna, de taberna, de gehenna. Quæ Dei mentio? *quæ Chriſti inuocatio?* vbi fomenta fidei de ſcripturarum interlectione?

(*d*) Id. apol. c. XXX. Nos pro ſalute imperatoris Deum inuocamus æternum; Deum verum, Deum viuum, quem & ipſi imperatores propitium ſibi præter cæteros malunt. - - Hæc ab alio orare non poſſum, quam a quo me ſcio conſequuturum, quoniam & ipſe eſt, qui ſolus præſtat, & ego ſum cui impetrare debetur.

(*e*) Euſeb. Lib. V. c. XXVIII. *ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες.*

libus

libus conſcriptos eſſe dicit, qui *CHRISTVM* verbum Dei concelebrent, diuinitatem ei tribuendo. Iſtiusmodi autem hymnos in cultu eccleſiæ publico cantatos fuiſſe, ex alio loco, apud eumdem EVSEBIVM, qui ex concilio *Antiocheno* contra *Paulum Samoſatenſem*, epiſcopum hæreticum *Antiochenum*, circa hoc ſæculum medium celebrato, deſumtus eſt, condiſcimus. Ibi enim accuſatur *Paulus*, quod pſalmos, in honorem domini *IESV CHRISTI* in eccleſia cani ſolitos, [*f*] quaſi nouellos & a recentioribus hominibus compoſitos, aboleuerit, mulieres autem magno paſchatis die in media eccleſia pſalmos quosdam canere ad ſui ipſius laudem inſtituerit; & quod ibi inter alia, is qui *IESVM CHRISTVM* e terra ortum fuiſſe dixerit, quum coram populo tanquam angelus de cœlo delapſus deprædicaretur, id non tantum non prohibuerit, ſed interfuerit ipſe, quum talia dicerentur. Quod quidem, vt ſancti iſti patres obſeruant, audientibus horrorem merito incuſſit. Et propter procacem iſtam diuinitatis Chriſti impugnationem hæreticus ille epiſcopus anathemate perculſus & officio exutus fuit.

PAVLLO ante hoc tempus NEPOS quidam, epiſcopus *Aegypti*, pſalmos ac hymnos in vſum eccleſiæ compoſuit, quos laudat DIONYSIVS [*g*], epiſcopus *Alexandrinus*, vt quibus plerique ex fratribus magnopere delectentur. Probabiliter de iſtorum hymnorum fuerunt numero, quos *Paulus Samoſatenſis* tamquam a recentioribus auctoribus compoſitos abrogauit, tametſi hymni eiusdem generis a primis inde eccleſiæ iactis fundamentis in vſu fuerunt. DIONYSIVS ille ALEXANDRINVS de illis erat, qui PAVLI SAMOSATENSIS praxi per litteras ſe opponebant, etiamſi in conci-

(*f*) Concil. Antioch. epiſt. ſynodic. ap. Euſeb. lib. VII. c. XXX. ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριςὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα, εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν. κ. τ. λ.

(*g*) Dionyſ. de promiſſ. ap. Euſeb. lib. VII. c. XXIV. ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίςεως καὶ τῆς φιλοπονίας καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῆς· καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας, ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται. In plurimis quidem aliis rebus laudo Nepotem ac diligo, cum propter fidem, tum ob diligentiam & ſtudium ſcripturarum; poſtremo *ob pſalmorum cantus* multiplices, quibus plerique ex fratribus etiamnum magnopere delectantur.

lio præsens ipse non adesset; & a BASILIO [h] laudatur, vt qui semper hac δοξολογίας formula vsus sit: *Deo patri & filio domino nostro IESV CHRISTO cum sancto spiritu gloria & imperium in secula seculorum. Amen.*

FIRMIORA testimonia ex operibus ORIGENIS, ineunte hoc sæculo, habemus. Libro quinto contra CELSVM docet, non posse christianos saluo officio suo adorare angelos, aut diuinis honoribus colere, colere autem ipsos & adorare filium Dei. *Omnia* [i] *vota*, inquit, *omnes interpellationes, deprecationes & gratiarum actiones destinandæ sunt ad Deum, rerum omnium dominum, per maiorem omnibus angelis summum pontificem, viuum verbum & Deum. Verbum illud deprecaturi sumus, interpellabimus, & ei gratias agemus, preces etiam offeremus, modo intelligamus, quomodo hæc accipiantur vel abusiue vel proprie.* Sensus est, cultum & honorem omnem, qui filio Dei, quatenus filio, deferatur, ad patrem redundare, in ipsumque vt πηγὴν θεότητος, *fontem diuinitatis*, vltimo referri. Quemadmodum BVLLVS [k] scite hunc locum interpretatur, & ab iniustis HVETII exceptionibus vindicat. Ita ORIGENES alio loco copiosius cultum *CHRISTI* adstruit aduersus communem obiectionem, a CELSO renouatam, quod videlicet christiani aliquem recens exortum colerent. Obiectionem, quanta potuerat vi ac arte, ita formarat CELSVS [l]: *Si nullum alium ipsi* (christiani) *præter vnum Deum*

(h) Basil. de spirit. s. c. XXIX. τῷ θεῷ καὶ πατρὶ καὶ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

(i) Origen. contr. Celsum lib. V. p. 233. Πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν, ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ, διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως, ἐμψύχου λόγου καὶ θεοῦ· δεησόμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ ἐντευξόμεθα αὐτῷ, καὶ προσευξόμεθα δὲ, ἐὰν δυνώμεθα κατακούειν τῆς περὶ προσευχῆς κυριολεξίας καὶ καταχρήσεως· ἀγγέλους γὰρ καλέσαι — οὐκ εὔλογον.

(k) Bull. defens. fid. Nicen. sect. II. c. IX. n. XV. p. 199. edit. Oxon. MDCLXXXV. 4to (p. 121. in operib. Lond. MDCCIII.) Multis in locis clare fatetur Origenes, ipsi (filio) propter inenarrabili præstantia præcellentem diuinitatem, quam cum patre communem habet, eumdem plane diuinum cultum, quem patri exhibemus, omnino deberi: hoc est, oportere nos mente ac conceptione nostra (qua sola proprie Deum colimus) easdem diuinæ naturæ perfectiones omnes filio adscribere, quas patri tribuimus. Sin filium intueamur relate, qua filius est, & ex Deo patre trahit originem; tum rursus certum est, cultum & venerationem omnem, quem ipsi deferimus, ad patrem redundare, in ipsumque, vt πηγὴν θεότητος, vltimo referri.

(l) Origen. contr. Cels. lib. VIII. p. 385. Celsi verba: Εἰ μὲν δὴ μηδένα ἄλλον ἐθεράπευον

cole-

colerent, videri poterant merito alios contemnere : nunc quum recens exortum hunc immensis extollant honoribus, credunt se nihil peccare in Deum, quod ministro eius reuerenter seruiant. Cui obiectioni ORIGENES respondet, non dissimulando, vel negando, vel diminuendo cultum *CHRISTI*, sed eum ex istiusmodi rationibus & principiis adstruendo, vt ostendat, quod pater & filius vnus tantum Deus esse possit ; & quod cultus duarum personarum sub hac relatione & œconomia veri patris & filii, cultus duorum deorum esse nequeat. „Si *Celsus*, inquit, intellexisset illud: „*Ego & pater vnum sumus* : & illud in precatione dictum a filio „Dei ; *sicut ego & tu vnum sumus ;* non putasset, nos & alium co„lere præter Deum vniuersorum dominum. Ait enim : *Pater* „*est in me, & ego in patre.* Quod si quis his motus verebitur, ne „forte transfugiamus ad eos, qui negant, duas esse subsisten„tias patrem & filium : (*Sabellianos* intelligit) audiat illud: *Erat* „*autem omnium credentium cor vnum, & anima vna ;* vt contemple„tur illud dictum : *Ego & pater vnum sumus.* Vnum igitur Deum, „sicut rationem reddidimus, patrem & filium colimus, con„stanterque stamus contra alios, & non recens exortum, quasi „prius non fuerit, nimiis honoribus extollimus. Credimus „enim eius verbis dicentis : *Antequam Abraham natus esset, ego sum,* „itemque, *Ego sum veritas* : nec est quisquam nostrum tam illi„berali ingenio, vt opinetur, quod veritatis essentia non fuerit „ante aduentus Christi tempora. Itaque religiose colimus pa„trem veritatis & veritatem filium, duos quidem subsistentia,

• θεράπευον οὐκέτι, πλὴν ἕνα θεόν, ἦν ἄν τις αὐτοῖς ἴσως πρὸς τοὺς ἄλλους ἀτενὴς (al. ἀγενὴς) λόγος· νυνὶ δὲ τὸν ἔναγχος φανέντα τοῦτον ὑπερθρησκεύουσι, καὶ ὅμως οὐδὲν πλημμελεῖν νομίζουσι περὶ τὸν θεόν, εἰ καὶ ὑπηρέτης αὐτοῦ θεραπευθήσεται. Responsio Origenis : λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι εἴπερ νενοήκει ὁ Κέλσος τό, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ τὸ ἐν εὐχῇ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ, ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν· οὐκ ἂν ᾤετο, ἡμᾶς καὶ ἄλλον θεραπεύειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεόν. Ὁ γὰρ πατήρ, φησίν, ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί· εἰ δέ τις ἐκ τούτων περισπασθήσεται, μή πῃ αὐτομολοῦμεν πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας δύο εἶναι ὑποστάσεις πατέρα καὶ υἱόν· ἐπιστησάτω τῷ· Ἦν δὲ πάντων τῶν πιστευσάντων ἡ καρδία καὶ ψυχὴ μία, ἵνα θεωρήσῃ τό, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ἕνα οὖν θεόν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν θεραπεύομεν· καὶ μένει ἡμῖν ὁ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀτενὴς λόγος, καὶ οὐ τὸν ἔναγχός γε φανέντα ὡς πρότερον οὐκ ὄντα, ὑπερθρησκεύομεν· αὐτῷ γὰρ πειθόμεθα τῷ εἰπόντι, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι· καὶ λέγοντι, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· καὶ οὐχ οὕτως τις ἡμῶν ἐστιν ἀνδράποδον, ὡς οἴεσθαι, ὅτι ἡ τῆς ἀληθείας οὐσία πρὸ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας οὐκ ἦν. Θρησκεύομεν οὖν τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν υἱὸν

 „vnum

„vnum vero concordia, conſenſu voluntatisque idemtitate; ad-
„eo, vt quicumque vidit filium, *qui eſt ſplendor gloriæ Dei, cha-
„racterque eius ſubſtantiæ*, viderit in ipſo Deum, vt in imagine Dei.
„Opinatur *Celſus* nunc, Eo, quod vna cum Deo filium eius
„colamus, ſequi, ſecundum nos quoque, non ſolum Deum, ve-
„rum etiam miniſtros eius colendos eſſe. Qui quidem ſi in-
„tellexiſſet veros miniſtros Dei poſt ipſius vnigenitum, *Gabrie-
„lem, Michaelem* reliquosque angelos & archangelos, eosque co-
„lendos contenderet; fortaſſe colendi ſignificatum repurgan-
„tes & actiones colentium, dixiſſemus aliquid de hoc loco pro
„tantæ rei dignitate, proque captu noſtræ intelligentiæ: nunc
„quando miniſtros coli poſtulat hos dæmones, qui adorantur,
„a gentibus: non euincit, vt eos colamus, quos ſcriptura do-
„cet miniſtros eſſe illius mali principis huius ſæculi, ad defecti-
„onem a Deo pertrahentis, quoscunque poteſt. Ergo, non
„vt miniſtros iſtos, qui a reliquis hominibus honorantur, de-
„trectamus venerari & colere (ſi enim perſuaſum haberemus,
„eos eſſe ſummi Dei miniſtros, numquam appellaremus eos
„dæmonia) ſed vnum Deum & vnum eius filium ac verbum
„imaginemque, quantum poſſumus ſupplicationibus & hono-
„ribus veneramur, offerentes Deo, vniuerſorum domino, pre-
„ces per ſuum vnigenitum, cui prius eas adhibemus, rogantes,

τὴν ἀλήθειαν (al. τῆς ἀληθείας) ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα, ἓν δὲ τῇ ὁμονοίᾳ καὶ τῇ συμφωνίᾳ, καὶ τῇ ταυτότητι τοῦ βουλήματος· ὡς τὸν ἑωρακότα τὸν υἱὸν (ὄντα ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ) ἑωρακέναι ἐν αὐτῷ, ὄντι εἰκόνι τοῦ Θεοῦ, τὸν Θεόν· Εἶτ' οἴεται, ἐκ τοῦ θρησκεύειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ θεοῦ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἀκολουθεῖν (ἡμῖν) τὸ καθ' ἡμᾶς οὐ μόνον τὸν θεὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ θεραπεύεσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἐνόει τοὺς ἀληθῶς ὑπηρέτας τοῦ θεοῦ μετὰ τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ, τὸν Γαβριὴλ, καὶ τὸν Μιχαὴλ, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀγγέλους, καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ τούτους ἔλεγε δεῖν θεραπεύεσθαι· ἴσως ἂν τὸ περὶ τοῦ θεραπεύειν αὐτοῦ σημαινόμενον ἐκκαθήραντες, καὶ τῶν τοῦ θεοῦ θεραπεύοντος πράξεων, εἴπομεν ἂν εἰς τὸν τόπον, ὡς περὶ τηλικούτων διαλεγόμενοι, ἅπερ ἐχωροῦμεν περὶ αὐτῶν νοῆσαι· νυνὶ δὲ ὑπηρέτας νομίζων τοὺς προσκυνουμένους ὑπὸ τῶν ἐθνῶν δαίμονας, οὐχ ὑπάγει ἡμῖν ἀκολουθίᾳ τῇ περὶ τοῦ θεραπεύειν τοὺς τοιούτους, οὓς ὑπηρέτας τοῦ πονηροῦ ὁ λόγος ἐπιδείκνυσι, καὶ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀφιστάντος ἀπὸ τοῦ θεοῦ οὓς ἂν δύνηται· ὡς οὐχ ὑπηρέτας ἐν, οὓς οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι σέβουσι, πάντας σέβειν, καὶ θεραπεύειν ἐκκλίνομεν (οὐκ ἂν γὰρ ὑπηρέτας αὐτοὺς διδαχθέντες εἶναι τοῦ ἐπὶ πᾶσι θεοῦ, ἐλέγομεν εἶναι δαιμόνια) ἀλλὰ τὸν ἕνα θεὸν, καὶ τὸν ἕνα υἱὸν αὐτοῦ, καὶ λόγον, καὶ εἰκόνα, ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν, προσάγοντες τῷ θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐχὰς, διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ· ᾧ πρῶτον προσφέρομεν

„vt

„vt ipſe, qui eſt propitiator pro peccatis noſtris, dignetur tam-„quam pontifex preces noſtras & ſacrificia & interceſſiones of-„ferre Deo optimo maximo. Itaque in Deo fides noſtra con-„ſiſtit, per confirmantem eam in nobis filium. Nec eſt, quod „*Celſus* nobis ſeditionem obiiciat propter filium: veneramur „enim patrem, eo quod admiramur eius filium, verbum & ſa-„pientiam & virtutem & iuſtitiam, & quidquid didicimus eſſe „Dei filium a tali patre progenitum.„

HVNC locum longiorem interpoſuimus,non tantum, quia rem ipſam, qua de agimus, pleniſſime demonſtrat, nempe, quod chriſtiani diuino cultu ac honore filium venerati ſint; ſed quia etiam oſtendit, ex quibus principiis ac rationibus id fecerint; quod videlicet eſſet verus Dei filius, & vnus cum patre Deus. Quamquam enim HVETIVS contra quædam huius loci verba excepit, tamquam quæ filio derogent; & recentiores *Ariani* ad gratificandum hæreſi ſuæ illo abutuntur; pontificii vero eum pro cultu angelorum militare volunt: ego nihilo tamen ſecius dicere auſim, ne tantillum in eo, ſi recte intelligatur, reperire, quod ad firmandam vllam iſtorum hominum opinationem faciat. Vti autem ſolida rei facti probatio eſt, ita quoque illuſtre fidei ORIGENIS documentum eſt, & perſpicua vnitatis in deitate explicatio. Excepta enim iſta vnitate, quam ORIGENES & ſcriptores catholici omnes reiiciunt, vtpote quæ cum vera *TRINITATE* conſiſtere nequeat, hoc eſt, vnitas hypoſtaſeon ſiue perſonarum, quam nulli niſi *Sabelliani*, & qui eorum placita amplexi ſunt, tuentur, reliqua vnitatis genera vniuerſa adſerit, in oppoſitione *Arianorum*, qui, vnitate eſſentiæ ſiue naturæ negata, filium diuerſæ a patre eſſentiæ, & rem creatam faciebant; in oppoſitione *Marcionitarum* & aliorum iſtiuſmodi hæreticorum, qui duo principia, alterum bonum, malum alterum in diuinitate ſtatuebant; in oppoſitione

αὐτοῦ, ἀξιοῦντες αὐτὸν, ἱλασμὸν ὄντα [περὶ] τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, προσαγαγεῖν ὡς ἀρχιερέα καὶ εὐχὰς, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἐντεύξεις ἡμῶν τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ· περὶ τὸν θεὸν οὖν ἡ πίστις ἡμῶν, διὰ τοῦ ταύτην βεβαιοῦντος ἐν ἡμῖν υἱοῦ αὐτοῦ· καὶ οὐδεμίαν ἡμῶν ἔχει δεῖξαι στάσιν περὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ὁ Κέλσος· καὶ σεβόμεθά γε τὸν πατέρα, θαυμάζοντες αὐτοῦ τὸν υἱὸν λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ ἀλήθειαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ πάντα, ἅπερ εἶναι μεμαθήκαμεν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, οὕτω δὴ καὶ τὸν γεννηθέντα ἀπὸ τοῦ τοιούτου πατρός.

Tritheitarum, qui doctrinam introducebant de tribus diis, negando ſubordinationem & relationem patris, filii ac ſpiritus ſancti, & tria coordinata & independentia principia adſerendo, baptizandoque in nomine trium iſtiusmodi *ἀνάρχων, ἀναιτίων* & *ἀγεννήτων* (vti in canonibus [m] *apoſtolicis* vocantur); in oppoſitione *Hieracitarum* & *Triformianorum*, qui *TRINITATEM* in tres partes abſurde diuidebant; denique in oppoſitione hæreticorum quorumuis, qui cum *Cerdonianis* inter Deum iuſtum, & Deum bonum diſtinguebant, alterum vocando Deum, qui in lege loquutus ſit, & prophetis apparuerit, alterum patrem *CHRISTI* & Deum euangelii. ORIGENES, inquam, in oppoſitione horum omnium omne genus vnitatis adſerit, excepta *Iudæorum ac Sabellianorum* notione vnitatis, quæ diuinam naturam vni perſonæ adſtringit. Quando enim 1.) dicit, quod filius ſit expreſſa & vera imago Dei patris, idemtitatem naturæ adſerit contra *Arium*; atque ita credere non poterat, filium eſſe rem creatam diuerſæ eſſentiæ ſiue naturæ, ſed vt verum filium eiusdem eſſentiæ cum patre, eique in omnibus infinitis ac diuinis perfectionibus æqualem. 2.) Quando dicit, ipſum eſſe filium, originem eius deriuans a patre, non vero ab alio ente independente, vnitatem principii adſtruit, patrique reſervat id priuilegium, quod ſit fons deitatis, conſequenter hæreſi *Tritheitarum* opponit, qui tria coordinata & independentia principia adſtruebant, deſtruebantque monarchiam & tres creatores faciebant loco vnius, debitam ſubordinationem ac relationem filii ad patrem tollentes. 3.) Quando dicit, patrem & filium eſſe vnum concordia, conſenſu voluntatisque idemtitate, operationis, creationis ac gubernationis adſerit vnitatem, quo ipſo hæreſis deſtruitur eorum, qui contraria principia in diuinitate ſtatuebant. 4.) Quando filium patri in omnibus infinitis perfectionibus æqualem eſſe dicit, abſurdam eorum opinionem reiicit, qui tres partes in diuina natura ſomniabant. 5.) Quan-

(m) Can. apoſt. c. XLIX. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλὰ εἰς τρεῖς ἀνάρχους, καὶ εἰς τρεῖς υἱοὺς, ἢ εἰς τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω. Si quis epiſcopus aut presbyter, iuxta præceptum domini non baptizauerit in nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti, ſed in *tribus ſine initio principiis*, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, deponatur.

do

do *CHRISTVM* filium creatoris & Dei veteris teſtamenti appellat, vnitatem defendit prouidentiæ, eorumque profligat hæreſin, qui creatorem & Deum veteris teſtamenti diuerſum a patre domini noſtri *IESV CHRISTI* Deum fuiſſe dictitabant. Vt adeo omnia vnitatis genera agnoſcat, ſi a perſonali vnitate diſceſſeris, quippe quæ cum vera *TRINITATE* in deitate conſiſtere non poteſt. Et hunc in modum obiectioni reſpondet CELSI, qui chriſtianos polytheiſmi incuſabat, quia diuinis honoribus *IESVM CHRISTVM* colebant.

POSTEAQVAM breuem hanc & vtilem digreſſionem in hunc celebratiſſimum ORIGENIS locum, ad vindicandum eum a recentiorum *Arianorum* deprauatione, fecimus, ad hiſtoriam facti reuertimur, vt diuinum cultum *CHRISTO*, tamquam filio Dei, exhibitum eſſe oſtendamus. Et huius quidem rei nouum documentum in ORIGENE exſtat; Neque enim hic vnus ſolus locus eſt, in quo cultum *CHRISTI* ab incuſatione polytheiſmi, a CELSO frequenter iterata, vindicare neceſſe habuit. Libro tertio [n] CELSVS obiicit, chriſtianos, qui comprehenſum damnatumque ſupplicio colant, idem facere quod *Getas*, qui *Zamolxim* venerentur, & *Cilicas*, qui *Mopſum*, & *Acarnanas*, qui *Amphilochum*, & *Thebanos*, qui *Amphiaraum*, & *Lebadenſes*, qui *Trophonium*. Ad quæ reſpondens ORIGENES ait: *Preces offerimus CHRISTO, tamquam mediatori inter omnem naturam genitam & ingenitam, qui nobis a ſuo patre omnia beneficia deferat, & viciſſim in morem pontificis vota noſtra ad ſummum Deum perferat.* Non multo poſt incuſationem repetit CELSVS [o], quod rideant chriſtiani adoratores *Iouis*, cuius ſepulchrum apud *Cretenſes* oſtendatur, nihilo minus ipſi colentes eum, qui ſepultus ſit: Libro

(n) Origen. contr. Celſum lib. III. p. 131. Μετὰ ταῦτα παραπλήσιον ἡμᾶς οἴεται πεποιηκέναι, τὸν (ὥς φησιν ὁ Κέλσος) ἁλόντα καὶ ἀποθανόντα θρησκεύοντας, τοῖς Γέταις σέβουσι τὸν Ζάμολξιν, καὶ Κίλιξι τὸν Μόψον, καὶ Ἀκαρνᾶσι τὸν Ἀμφίλοχον, καὶ Θηβαίοις τὸν Ἀμφιάρεων, καὶ Λεβαδίοις τὸν Τροφώνιον. - - τιμὴν μετ' εὐχῶν, ἃς προσάγομεν αὐτῷ, ὡς δὴ μεταξὺ ὄντος τῆς τοῦ ἀγενήτου καὶ τῆς τῶν γενητῶν πάντων φύσεως· καὶ φέροντος μὲν ἡμῖν τὰς τοῦ πατρὸς εὐεργεσίας, διακομίζοντος δ' ἡμῶν τρόπον ἀρχιερέως τὰς εὐχὰς πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι θεόν.

(o) Ibid. lib. III. p. 136. Μετὰ ταῦτα λέγει περὶ ἡμῶν, ὅτι καταγελῶμεν τῶν προσκυνούντων τὸν Δία, ἐπεὶ τάφος αὐτοῦ ἐν Κρήτῃ δείκνυται· καὶ οὐδὲν ἧττον σέβομεν τὸν ἀπὸ τοῦ τάφου.

septimo [p] criminationem ter renouat, monens christianos, ne sint omnino ridiculi, ceteros Deos vituperantes vt idola; ipsi vero eum, vel reuera idolis inferiorem, ac ne idolum quidem sed mortuum, colentes. Si placebat nouare aliquid in colendo mortuo [q], *Herculem*, aut *Aesculapium*, aut *Orpheum*, aut *Anaxarchum*, aut *Epictetum*, aut *Sibyllam* potius eligere eos debere dicit, quam *CHRISTVM* post vitam infamem & mortem miserrimam facere Deum. Immo digniorem hoc honore habendum eis aliquem ex ipsorummet vatibus, *Ionam* videlicet sub cucurbita, aut *Danielem* e lacu leonum incolumem.

(p) Cels. lib. VII. p. 358. ἵνα μὴ παντάπασιν ἦτε καταγέλαστοι, τοὺς μὲν ἄλλους, τοὺς δεικνυμένους θεούς, ὡς εἴδωλα βλασφημοῦντες· τὸν δὲ καὶ αὐτῶν ὡς ἀληθῶς εἰδώλων ἀθλιώτερον, καὶ μηδὲ εἴδωλον ἔτι, ἀλλ' ὄντως νεκρόν, σέβοντες.

(q) Lib. VII. p. 367. 368. Πόσῳ δ' ἦν ὑμῖν ἄμεινον, ἐπειδή γε καινοτομῆσαί τι ἐπεθυμήσατε, περὶ ἄλλον τινὰ τῶν γενναίως ἀποθανόντων, καὶ θεῖον μῦθον δέξασθαι δυναμένων, σπουδάσαι; φέρε εἰ μὴ ἤρεσκεν Ἡρακλῆς, καὶ Ἀσκληπιός, καὶ οἱ πάλαι δεδοξασμένοι, Ὀρφέα εἴχετε, ἄνδρα ὁμολογουμένως ὁσίῳ χρησάμενον πνεύματι, καὶ αὐτὸν βιαίως ἀποθανόντα· ἀλλ' ἴσως ὑπ' ἄλλων προείληπτο. Ἀνάξαρχον γοῦν, ὃς εἰς ὅλμον ἐμβληθείς, καὶ παρανομώτατα συντριβόμενος, εὖ μάλα κατεφρόνει τῆς κολάσεως, λέγων, πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ οὐ πτίσσεις· θείου τινὸς ὡς ἀληθῶς πνεύματος ἡ φωνή· ἀλλὰ καὶ τούτῳ φθάσαντές τινες ἠκολούθησαν φυσικοί. οὐκοῦν Ἐπίκτητον; ὅς, τοῦ δεσπότου στρεβλοῦντος αὐτοῦ τὸ σκέλος, ὑπομειδιῶν ἀνεκπλήκτως ἔλεγε, κατάξεις· καὶ κατάξαντος, Οὐκ ἔλεγον, εἶπεν, ὅτι κατάξεις; τί τοιοῦτον ὁ ὑμέτερος θεὸς κολαζόμενος ἐφθέγξατο; ὑμεῖς δὲ καὶ Σίβυλλαν, ᾗ χρῶνταί τινες ὑμῶν, εἰκότως ἂν μᾶλλον προεστήσασθε ὡς τοῦ θεοῦ παῖδα· νῦν δὲ παρεγγράφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκῇ δύνασθε· τὸν δὲ βίῳ μὲν ἐπιρρητοτάτῳ, θανάτῳ δὲ οἰκτίστῳ χρησάμενον, θεὸν τίθεσθε· πόσῳ τοῦδε ἐπιτηδειότερος ἦν ὑμῖν Ἰωνᾶς ἐπὶ τῇ κολοκύντῃ, ἢ Δανιὴλ ὁ ἐκ τῶν θηρίων, ἢ οἱ τῶν δὲ ἔτι τερατωδέστεροι; Quanto erat satius, si placebat nouare aliquid, de alio quopiam egregie defuncto, dignoque hac opinione, recipere diuinitatis consecratæ fabulam? si non placuit Hercules, aut Aesculapius, & priscorum virtus inclyta, Orpheum habebatis, virum sine controuersia sancto adflatum spiritu, & violenta morte necatum. Sed is forte ab aliis occupatus est prioribus. Certe Anaxarchus, in mortarium coniectus, dum crudelissime contunderetur, vocem emisit inter pœnas egregiam & vere diuini cuiusdam spiritus, Tunde Anaxarchi follem, ipsum enim non tundis. Sed & hunc sibi iam vendicauerant quidam physici. Quid Epictetus? cui quum herus torqueret crus, subridens imperterrite, Perfringes, inquit, quumque ille fregisset, Nonne prædicebam, inquit, quod perfringes? Quid tale vester Deus inter pœnas profatus est? Vel Sibylla, cuius auctoritate nituntur quidam vestri homines, dignior erat, vt eam decerneretis haberi Dei filiam: nunc vero huius carminibus temere inseruistis multa maledica; illum autem post vitam infamem & mortem miserrimam fecistis Deum. Quanto digniorem

Mani-

Manifestis argumentis, iterum exclamat, [r], *conuincuntur*, *se non Deum*, *nec dæmonem*, *sed mortuum colere.* Ita ex criminationibus CELSI & ORIGENIS responsionibus colligere nobis licebit, quis cultus *CHRISTO*, qua filio Dei & mediatori Deum inter & homines, exhibitus fuerit.

OBSERVATIONE quoque dignum est, quod ORIGENES libro primo [s] de magis, qui stella ducti ad adorandum *CHRISTVM* venerunt, loquens, dicat, tulisse eos dona composito, vt sic loquatur, ex mortali homine & Deo, aurum in signum potestatis regiæ, vt morituro myrrham, vt Deo thus. Ipsemet ORIGENES in aliis operibus suis frequenter de suis ipsius precibus Christo oblatis loquitur. In homilia quadam sua [t] his ipsum verbis adloquitur: *Domine Iesu*, *præsta mihi*, *vt aliquid monumenti habere merear in tabernaculo tuo. Ego optarem (si fieri posset) esse aliquid meum in illo auro*, *ex quo propitiatorium fabricatur*, *vel ex quo arca contegitur*, *vel ex quo candelabrum fit luminis & lucernæ. Aut si aurum non habeo*, *argentum*, *saltem aliquid inueniar offerre*, *quod proficiat in columnas*, *vel in bases earum. Aut certe vel æris aliquid habere merear in tabernaculo*, *vnde circuli fiant*, *& cetera*, *quæ sermo diuinus describit. Vtinam mihi esset possibile*, *vnum esse ex principibus*, *& offerre gemmas ad ornamentum pontificis humeralis & logii. Sed quia hæc supra me sunt*, *certe vel pilos caprorum habere merear in tabernaculo Dei*, *tantum ne in omnibus ieiunus & infœcundus inueniar.* In alia homilia, *Ipse nobis dominus*, inquit, *ipse sanctus spiritus deprecandus est*, *vt omnem nebulam*, *omnemque caliginem*, *quæ peccatorum sordibus concreta visum nostri cordis obscurat*, *auferre dignetur.* Et rursus [u]: *Dominum meum IESVM inuocare me oportet*; *vt quærentem me faciat inuenire*, *& pulsanti aperiat.* Et in alia homilia [x]:

* hoc honore habebitis Ionam sub cucurbita, aut Danielem e lacu leonum incolumem, aliosque his prodigiosiores etiam?

(r) Celf. lib. VII. p. 976. ap. Orig. *αὐτοὶ διελέγχονται σαφῶς ᾽ȣ θεὸν*, *ἀλλ᾽ ȣ̓δὲ δαίμονας*, *ἀλλὰ νεκρὸν σέβοντες.*

(s) Lib. I. p. 46. *φέροντες μὲν δῶρα*, *ἃ (ἵν᾽ ȣ̔́τως ὀνομάσω) συνθέτῳ τινὶ ἐκ θεȣ͂ καὶ ἀνθρώπȣ θνητȣ͂ προσήνεγκαν σύμβολα μὲν*, *ὡς βασιλεῖ τὸν χρυσὸν*, *ὡς δὲ τεθνηξομένῳ τὴν σμύρναν*, *ὡς δὲ θεῷ τὸν λιβανωτόν.*

(t) Orig. homil. XIII. in exod. XXV. tom. I. p. 102. edit. Basil. MDLXXI. (p. 63. b. edit. Paris. MDCIIII.)

(u) Origin. homil. I. in Leuitic. p. 106. edit. Basil. (p. 64. m. edit. Par.)

(w) Origen. homil. V. in Leuitic. p. 126. edit. bas. (p. 78. edit. Par.)

(x) Id. homil. XXVI. in Numer. p. 371. (p. 171. c. edit. Par.)

Nos oremus ex corde verbum Dei, qui est vnigenitus eius, & qui reuelat patrem quibus vult, vt & nobis hæc reuelare dignetur. Et alibi [y] iterum: *Præsta mihi, CHRISTE, vt disrumpam ceruicalia in animarum consuta luxuriam.* Similes precationes plures in aliis suis sermonibus [z] habet. In primis autem locus ille in commentario in epistolam *Pauli* ad *Romanos* maxime notabilis est, vbi *CHRISTVM* Deum esse probat inde, quod in precibus inuocetur: *Apostolus*, inquit, *in principio epistolæ, quam ad Corinthios scribit, vbi dicit: Cum omnibus, qui inuocant nomen domini IESV CHRISTI, in omni loco ipsorum & nostro: eum, cuius nomen inuocatur, Deum* [a] *IESVM CHRISTVM esse pronuntiat. Si ergo Enos, & Moyses & Aaron & Samuel inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, sine dubio CHRISTVM IESVM dominum inuocabant: & si inuocare domini nomen & adorare Deum, vnum atque idem est, sicut inuocatur CHRISTVS & sicut offerimus Deo patri primo omnium orationes, ita & domino IESV CHRISTO: & sicut offerimus postulationes patri, ita offerimus gratiarum actiones Deo, ita gratias offerimus saluatori. Vnum namque vtrique honorem deferendum, id est, Deo patri & filio, diuinus docet sermo, quum dicit: Vt honorificent filium sicut honorificant patrem.*

HAVD multo post ORIGENEM *Romæ* NOVATIANVS, & CYPRIANVS *Carthagine*, vixerunt, qui ambo de orationibus ecclesiæ, vt *CHRISTO* vna cum patre oblatis, loquuntur. NOVATIANVS [b] argumentum diuinitatis eius ex eo nectit, quod vbique præsens inuocetur. *Si homo tantummodo CHRISTVS*, inquit, *quomodo adest vbique inuocatus, quum hæc hominis natura non sit, sed Dei, vt adesse omni loco possit? Si homo tantummodo CRISTVS, cur homo in orationibus mediator inuocatur, quum inuocatio hominis ad præstandam salutem inefficax iudicetur? Si homo tantummodo Christus: cur spes in illum ponitur, quum spes in homine maledicta referatur?* CYPRIANVS similiter de cultu adorationis ei exhibito multis in

(y) Orig. homil. III. in Ezech. p. 627. edit. Basil. (p. 396. g. edit. Paris.)

(z) Id. tom. XXXII. in Ioan. p. 404. edit. Basil. (p. 260. k. edit. Paris.) Vtinam, quum nunc veluti secundam & trigesimam stationem, in his quæ dicentur, ingredi conemur, nobis columna illa lucidæ nubis Iesu, quæ nos præcedat, quum opus erit, rursusque sistat, quum oportebit, cetera.

(a) Orig. comment. in Rom. X. lib. VIII. p. 587. edit. Basil. (p. 382. k. l. ed. Paris.)

(b) Nouat. de trinit. c. XIV.

locis loquitur. In libro suo de *bono patientiæ* vocat ipsum [*] *dominum DEVM Zebaoth*, seu exercituum, & *DEVM christianorum.* Speciatim docet, quod [†] pater Deus præceperit filium suum adorari: & quod *Paulus* apostolus, diuini præcepti memor, ponat & dicat: *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen; vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum*: & quod in *apocalypsi* angelus *Ioanni* volenti adorare se resistat, & dicat: *Vide, ne feceris, quia conseruus tuus sum & fratrum tuorum, IESVM DOMINVM adora.* Sic legit CYPRIANVS. Hoc argumento vtitur, vt hominibus patientiam persuadeat. *Qualis dominus IESVS*, inquit, *& quanta patientia eius, vt QVI IN CAELIS ADORATVR, nec dum vindicetur in terris! Huius patientiam, fratres dilectissimi, in persequutionibus & passionibus nostris cogitemus.* Iterum in epistola quadam sua: *Primo* [c], inquit, *ipsum dominum rogare, tum deinde per ipsum Deo patri satisfacere debemus;* & hoc ipsum ex duplici fundamento vrget: *Habemus aduocatum & deprecatorem pro peccatis nostris IESum Christum dominum & Deum nostrum.* Alio loco [d] scribens ad *Lucium*, ecclesiæ *Romanæ* episcopum & confessorem, hæc habet verba: *Vicarias pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos litteras mittimus, frater carissime, & repræsentantes vobis per epistolam gaudium nostrum, fida obsequia caritatis expromimus; hic quoque in sacrificiis atque in orationibus nostris non cessantes Deo patri, & CHRISTO FILIO eius, domino nostro, gratias agere & orare pariter ac petere, vt qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat in nobis confessionis vestræ gloriosam coronam.* Non multo post ætatem CYPRIANI ARNOBIVS cultus christiani scripsit defensionem, atque heic iterum gentes introducit, vsitatam facientes obiectionem contra cultum *CHRISTI. Non (inquiunt) idcirco* [e] *dii vobis*

(*) Cypr. de bono pat. p. 220. (p. 151. edit. Fell. Amstelod.) Dominus Deus virtutum prodibit & comminuet bellum. - - Hic est Deus noster, id est, non omnium, sed fidelium & credentium Deus, qui quum in secundo aduentu manifestus venerit, non silebit: nam quum in humilitate prius fuerit occultus, veniet in potestate manifestus.

(†) Ibid. sub fin. pag. 151.

(c) Cypr. epist. VIII. al. XI. p. 25. (p. 186. edit. Fell. Amstelod. MDCC.)

(d) Cypr. epist. LVIII. al. LXI. p. 145. (p. 273. cit. edit.)

(e) Arnob. cont. gentes lib. I. p. 30. edit. Hanou. MDCIII. in 8uo (p. 12. edit. Hamburg. MDCX. fol.)

infesti sunt, quod omnipotentem colatis Deum: sed quod hominem natum, & (quod personis infame est vilibus) crucis supplicio interemtum & Deum fuisse contenditis, & superesse adhuc creditis, & quotidianis supplicationibus ADORATIS. Ad hæc respondet primo ex propriis ipsorum principiis, quod, etiamsi id esset verum, christianos *CHRISTVM* colere natum hominem, ex melioribus tamen rationibus, nimirum propter tam multa, & tam liberalia dona, quæ ab eo mortalibus tributa sint, coli mereatur, quam ipsorum *Bacchus*, vel *Ceres*, vel *Aesculapius*, vel *Minerua*, vel *Triptolemus*, vel *Hercules*, eo quod inter eorum actiones cum huius actionibus in beneficium & salutem mundi nulla comparatio possit institui. Deinde autem ex principiis christianis respondet, quod caussa, quamobrem *CHRISTVM* colant, sit, quod ipsum verum Deum esse agnoscant. *Quum Deus* [*f*] *sit reuera*, inquit, *& sine vllius rei dubitationis ambiguo, inficiaturos arbitramini nos esse, quam maxime illum a nobis coli, & præsidem nostri corporis nuncupari? Ergone, inquiet aliquis furens, iratus & percitus, Deus ille est CHRISTVS? DEVS respondebimus, & interiorum potentiarum Deus, & quod magis infidos acerbissimis doloribus torqueat, rei maximæ caussa a summo rege ad nos missus.* Eadem obiectio plus vice simplici proponitur & confutatur a LACTANTIO [*g*]. *Venio nunc*, inquit ille, *ad ipsam passionem, quæ velut opprobrium nobis obiectari solet, quod & hominem, & ab hominibus insigni supplicio adfectum & excruciatum colamus*, cetera. Cui obiectioni respondens, caussis incarnationis ac passionis verbose expositis, tandem istam partem obiectionis conuellit, quæ ad cultum *CHRISTO* exhibitum attinet, & contendit, christianos ipsum colere vt vnum cum patre Deum. *Quum dicimus*, inquit, [*h*] *Deum patrem & Deum filium, non diuersum dicimus, nec vtrumque secernimus: Quia nec pater esse sine filio potest; nec filius a patre secerni. Siquidem nec pater nuncupari sine filio, nec filius potest sine patre generari. Quum igitur & pater filium faciat, & filius fiat: Vna vtrique mens, vnus spiritus, vna substantia; sed ille quasi exuberans fons est, hic tamquam defluens ex eo riuus. Ille tamquam sol, hic quasi radius a sole porrectus.* Post paullo ipsorum vnita-

(*f*) Arnob. ibid. p. 36. (p. 14. fin.)
(*g*) Lactant. lib. IV. c. XVI.
(*h*) Lact. lib. IV. c. XXIX.

tem

tem [*i*] hac explanat ſimilitudine: *Quum quis habet filium, quem vnice diligit, qui tamen ſit in domo & in manu patris, licet ei nomen domini poteſtatemque concedat, ciuili tamen iure domus vna & vnus dominus nominatur. Sic hic mundus vna Dei domus eſt: filius ac pater, qui vnanimes incolunt mundum, Deus vnus eſt; quia & vnus tamquam duo & duo tamquam vnus.* (intelligit duas perſonas & Deum vnum) Nihil poteſt eſſe clarius ex verbis LACTANTII, quam hæc duo; *Primum* quidem, quod chriſtiani diuino cultu honorarint *CHRISTVM*: *deinde*, quod hoc cultu ipſum honorarint vt vnum Deum cum patre. Neque alia ratio erat vitandi polytheiſmi incuſationem, quam chriſtiani gentibus obiiciebant, & quam gentes tam cupide retorquebant in chriſtianos.

VNVM ſupereſt notatu dignum ex hoc æuo, quod magnæ perſecutionis æuum erat. Quod nimirum martyres tum occiſi plerumque vltimas preces ſuas, vti *Stephanus* fecerat antea, direxerint ad ipſum *CHRISTVM*, pro quo vitam ſuam profundebant, & cuius in manus ſpiritum ſuum tradebant, animam ſuam ipſi, tamquam fido creatori ac redemtori commendantes. Ita EVSEBIVS de vrbe quadam chriſtianorum in *Phrygia* perſequutionis *Diocletianeæ* tempore narrat, quod milites armati obſidione eam cinxerint, iniectoque igne totam vna cum viris & mulieribus ac paruulis, *CHRISTVM omnium* [*k*] *Deum inuocantibus*, concremarint. Ita in antegreſſa quadam perſequutione in *Gallia* ſub *Antonino*, *Blandina* quædam martyr reticulo incluſa & tauro obiecta, ab eoque diu in altum iactata, nihil tormenti penitus ſenſiſſe dicitur, cum ob ſpem & comprehenſionem eorum, quæ crediderit, bonorum, tum διὰ τὴν ὁμιλίαν πρὸς τὸν χριϛὸν [*l*] *ob familiarem congreſſum, quem cum Chriſto in oratione habuerit.* Et ipſe EVSEBIVS, qui hæc ſpecialiora memoriæ

(*i*) Lact. ibid.

(*k*) Euſeb. lib. VIII. c. XI. Ἤδη γοῦν ὅλην χριϛιανῶν πολίχνην, αὔτανδρον ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν ἐν κύκλῳ περιβαλόντες ὁπλῖται, πῦρ τε ὑφάψαντες, κατέφλεξαν αὐτοὺς ἅμα νηπίοις καὶ γυναιξί, τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν χριϛὸν ἐπιβοωμένους.

(*l*) Euſeb. lib. V. c. I. (p. 133. 4. edit. Amſtelod. MDCXCV.) εἰς γύργαθον βληθεῖσα, ταύρῳ παρεβλήθη καὶ ἱκανῶς ἀναβληθεῖσα πρὸς τοῦ ζώου, μηδὲ αἴσθησιν ἔτι τῶν συμβαινόντων ἔχουσα διὰ τὴν ἐλπίδα καὶ ἐποχὴν τῶν πεπιϛευμένων καὶ ὁμιλίαν πρὸς χριϛὸν, ἐτύθη καὶ αὐτή.

prodi-

prodidit, generaliorem obſeruationem de cultu *CHRISTI* facit, „quod ſolus ex omnibus, qui ab omni æuo vmquam exſtite-„runt, ab ipſis orbis terrarum ſummis principibus, non vt rex „vulgaris ex hominibus factus prædicetur, ſed tamquam ſummi „omnium Dei naturalis filius, ac per ſe Deus [*m*] adoretur; „qui eccleſiam ſuam contra tot diriſſimas perſequutiones con-„ſeruarit; quum nihil obſiſtere nutui ac voluntati verbi omni-„um regis ac principis ac per ſe Dei [*n*] poſſit.„ Videmus ex ſententia EVSEBII, cultus *CHRISTO* exhibiti non fuiſſe rationem aliam, niſi quod viuus ac verus *DEVS* & magnus totius terrarum orbis rex eſſet. Qui titulus eſt, qui in S. FELICIS, epiſcopi *Africani*, in perſecutione *Diocletianea* interfecti, actis ipſi tribuitur: *Domine Deus cæli & terræ* [*o*] *IESV CHRISTE*, inquiebat ille, *tibi ceruicem meam ad victimam flecto, qui permanes in æternum: cui eſt claritas & magnificentia in ſæcula ſæculorum, Amen.* Et in actis THELICAE: *Gratias ago* [*p*] *Deo regnorum. Domine IEſu Chriſte, tibi ſeruimus. Tu es ſpes noſtra: Tu es ſpes chriſtianorum: Deus ſanctiſſime, Deus altiſſime, Deus omnipotens, tibi laudes pro nomine tuo agimus.* Ita quoque in actis [*q*] EMERITI: *Rogo CHRISTE: Tibi laudes: Libera me, CHRISTE. In nomine tuo patior, breviter patior, libenter patior: CHRISTE, non confundar.* Plures eiusdem argumenti precationes lector huius rei ſtudioſus inuenire poteſt in actis paſſionis GLYCERII [*r*], OLYMPII [*s*], AMPELII [*t*],

(*m*) Euſeb. lib. X. c. IV. p. 37?. (p. 307. a. edit. cit.) ὥστε μόνον τῶν ἐξ αἰῶνος Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἡμῶν σωτῆρα, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν ἐπὶ γῆς ἀνωτάτω, οὐχ οἷα κοινὸν ἐξ ἀνθρώπων βασιλέα γενόμενον ὁμολογεῖσθαι, ἀλλ' οἷα τοῦ καθόλου θεοῦ παῖδα γνήσιον καὶ αὐτόθεον προσκυνεῖσθαι.

(*n*) Euſeb. ibid. c. τί γὰρ ἔμελλε τοῦ παμβασιλέως καὶ πανηγεμόνος καὶ αὐτοῦ θεοῦ λόγου ἐνστήσεσθαι τῷ νεύματι.

(*o*) Acta Felic. ap. Baron. an. CCCII. n. CXXIV.

(*p*) Acta Thelicæ ap. Baron. an. CCCIII. n. XLI.

(*q*) Acta Emeriti ap. Baron. an. CCCIII. n. L.

(*r*) Acta Glycerii ap. Baron. ann. CCCI. n. XXVIII. Sum chriſtianus ſeruus Chriſti, qui ſolum verus Deus eſt: vnus eſt mihi dominus, vnus rex. - - ſtans ad orientem partim quidem *Chriſto agit gratias*. cetera.

(*s*) Acta Olympii ap. Baron. an. CCLIX. n. XXX. Gloria tibi, Chriſte, qui nos dignatus es cum ſanctis martyribus congregare.

(*t*) Acta Ampelii ap. Baron. CCCIII. n. LII. Chriſte, tibi laudes refero: exaudi Chriſte.

EVPLII

EVPLII [u], DATIVI [x], SATVRNINI [y], fenioris ac iunioris, apud BARONIVM, quas heic interponere nihil attinet. Duo tantum exempla adhuc addam ex EVSEBIO & AMBROSIO. EVSEBIVS [z] de paffione *Porphyrii*, martyris *Palæftini*, & difcipuli *Pamphili*, loquens dicit, quod quum flamma ipfum contingere cœpiffet, *filium Deum IEfum* inuocarit, nihil amplius loquutus, & fortiffime ad extremum vfque fpiritum in filentio perfeuerans. Et AMBROSIVS [a] *Vitalem* martyrem hanc vltimam fudiffe ait ad dominum precationem: *Domine IESV CHRISTE, faluator meus & Deus meus, iube fufcipi fpiritum meum; quia iam defidero, vt accipiam coronam, quam angelus tuus fanctus mihi oftendit.*

FACILE foret, multo plura eiusdem generis teftimonia fubiungere, verum hæc abunde fufficiunt ad oftendendum, quæ praxis ecclefiæ, ratione cultus *CHRISTI*, per tria priora fæcula fuerit, antequam *Ariana* hærefis in mundo apparuiffet, vel vlla ex his difficilibus quæftionibus excitata effet, quæ poftea homines fpinofis & fubtilibus argutiis, per adfiduas *Arianæ* partis contentiones ac adulterationes productis, implicuerunt. Primorum trium fæculorum chriftiani, vt vidimus, in difputationibus fuis cum gentilibus libere ac aperte profitebantur, quod *CHRISTVM* colerent tamquam creatorem ac Deum fuum; non vt rem creatam, fed vt verum ac viuum Deum, patri in omnibus diuinis perfectionibus æqualem, vt genuinum filium, qui tamquam filius non poffit effe Deus alius, fed tantum vnus Deus cum patre. Declarabant enim, quod quoad verus filius effe crederetur, nec res creata, nec alius Deus effe poffet, quo ipfo ens aliud coordinatum & independens ftatueretur, id quod

(u) Acta Euplii ibid. n. CXLVIII. Gratias tibi Chrifte: me cuftodi, qui propter te hæc patior. - Adoro Chriftum, deteftor dæmonia.

(x) Acta Datiui, ibid. n. XLIV. O Chrifte domine, non confundar. n. XLV. Rogo, Chrifte, non confundar.

(y) Acta Saturn. ibid. n. XLVIII. Rogo te, Chrifte, exaudi. Gratias tibi ago, Deus. Iube me decollari. Rogo, Chrifte, miferere. Fili Dei, fubueni.

(z) Eufeb. de martyr. Palæftin. c. XI. p. 339. (p. 277. b.) μετὰ μίαν τε ἦν ἅμα καθαψαμένης αὐτοῦ τῆς φλογὸς ἀπέῤῥηξε φωνὴν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ Ἰησοῦν βοηθὸν ἐπιβοώμενος.

(a) Ambrof. hortat. ad virgin. tom. I. p. 10?. edit. Bafil. MDLXVII. (tom. IV. p. 433. l. edit. Par. MDCXLII.)

cum eo, quod filius Dei ſit, conſiſtere non poſſit. Declarabant eodem tempore, illicitum eſſe & idololatriæ crimen, diuinum cultum vlli rei creatæ aut enti vlli tribuere, quantacumque excellentia præſtet, ſi non ſit verus ac viuus Deus; quemadmodum capite proxime ſequente pluribus videbimus. Atque hoc tam planum, tamque perſpicuum argumentum eſt fidei, qua filium verum ac viuum Deum eſſe crediderunt, vt, qui ingenio omnium minime valent, capere illud poſſint atque intelligere. Tale quoque diuinitatis illius argumentum eſt, quod nullis cauillationibus eludi poteſt, quin ſancti iſti viri craſſiſſimæ idololatriæ rei fiant & αὐτοκατάκριτοι, atque in praxi ſua dogmatibus ſuis turpiter contradixiſſe ſtatuantur, dum diuinum honorem exhibuerunt alicui, quem non natura viuum ac verum Deum eſſe crediderunt. Et hanc ob cauſſam huic planæ probandi rationi, quod ſeruatoris ac domini noſtri *IESV CHRISTI* diuinitatem agnouerint veteres, ex conſtanti ipſorum & vniuerſali praxi, qua diuinum cultum ipſi, tamquam Deo ſuo, exhibere conſueuerunt, deſumtæ, paullo longius ſumus immorati. Et quod ad diſtinctionem illam inter abſolutum, relatiuum & mediatorium cultum; vel inter *latriam, duliam & hyperduliam* (difficilia verba, ad recentiorum ſæculorum idololatriam ſoluendam excogitata) attinet, quidquid præſidii recentiores idololatræ in illa inueniſſe ſibi videntur, veteres cauſſæ ſuæ robur ex iſtiusmodi ſubtilibus diſtinctionibus petere, neceſſe non habebant. Nullam illi diſtinctionem inter *latriam, duliam & hyperduliam* agnoſcebant, de cultu religioſo loquentes, ſed omnem cultum religioſum ſoli Deo deberi, aperte profitebantur. Et quamquam inter cultum abſolutum, relatiuum ac mediatorium diſcernebant, hos omnes tamen filio exhibebant; *mediatorio* illum *cultu* honorantes, tamquam vnum & verum mediatorem in vtraque natura inter Deum & homines; rogantes ipſum propter ſua ipſius merita, tamquam ſummum pontificem ſuum, vt preces ſuas patri offerret; & *cultu relatiuo*, tamquam filium Dei, cuius honor ad patrem redundet; & *abſoluto cultu*, vt creatorem ac auctorem vitæ ſuæ, idololatriam, ſi quis vllum eiusmodi honorem meræ creaturæ exhibere auderet, declarantes. Atque adeo aut *CHRISTVM* viuum ac verum *DEVM* eſſe illi crediderunt, aut fieri

fieri nequit, vt homines ex suis ipsorum verbis & praxi intelligantur.

§. IV.

Testimonia de adoratione Spiritus sancti.

DISPICIENDVM nunc est, an eumdem diuinum honorem spiritui sancto habuerint. Cuius rei caussa lector tantum ad ante citata testimonia respiciat, necesse est: Nam eorum multa filium & spiritum sanctum coniungunt. Doxologia POLYCARPI [*b*] ad totam simul *TRINITATEM* spectat: *De omnibus laudo te, glorifico te cum semptiterno & caelesti IEsu Christo, dilecto tuo filio; cum quo tibi & spiritui sancto gloria & nunc, & in futura secula. Amen.* IVSTINVS MARTYR itidem gentilibus declarat, obiectum diuini cultus ac adorationis sibi esse totam *TRINITATEM*: *Patrem* [*c*] *iustitiae, & castitatis, & virtutum aliarum, & ab omni vitiositatis mixtione alienum, & qui ab eo venit filium, & spiritum propheticum colimus & adoramus.* Et iterum demonstrat [*d*], christianos Dei non esse expertes, vti quidem gentiles illis obiectabant, quia vti Deum omnium rerum conditorem, ita secundo loco filium eius IEsum Christum & spiritum propheticum tertio loco venerentur & colant: obseruantes solum naturalem personarum ordinem, non distinguentes eas in vnum Deum & duas res creatas. Sic enim illicitum fuisset, eas adorare secundum ipsorum dogmata, quae diuinum cultum rei cuilibet, quae non sit natura Deus, abiudicant. LVCIANVM [*e*], scriptorem ethnicum, audiuimus antea repraesentantem christianos, colentes Deum alte regnantem, & filium patris & spiritum ex patre procedentem, vnum ex tribus, & ex vno tria. THEOPHILVS episcopus *Antiochenus* expressam *TRINITATIS* [*f*] mentionem facit, sub appellatione patris, verbi eius & sapientiae eius; & porro sermonem Dei sapientiamque fuisse adfirmat, cui dixerit [*g*] in principio: *Faciamus hominem ad imaginem*

(*b*) Polycarp. martyr. ap. Coteler. tom. II. p. 199. cit. supra §. II. litt. (b) pag. 34.

(*c*) Iustin. apol. II. p. 56. cit. ibid. sub litt. (c) pag. 37.

(*d*) Iustin. apol. II. p. 60. vid. l. c. sub litt. (g) pag. 36.

(*e*) Luc. Philopatr. ibid. litt. (l) pag. 37.

(*f*) Theophil. ad Autolyc. lib. II. p. 106. (p. 94. d. ad calcem Iust. Martyris) vid. litt. (q) pag. 38.

(*g*) Ibid. p. 114. (p. 96. d.) vid. litt. (p) pag. 38.

ginem & similitudinem nostram. Vt adeo si spiritus sanctus creator hominis est, non sit dubium, quin vna cum patre & filio, tamquam creator suus, ab eo adoretur. Audiuimus CLEMENTEM ALEXANDRINVM *pædagogum* [*h*] suum hac concludentem doxologia: *Gratias agamus & gratias agentes laudemus vnum PATREM & FILIVM vna cum SANCTO SPIRITV, in sæcula sæculorum, Amen.* Audiuimus BASILIVM de *Athenogene* [*i*] martyre narrantem, quod hymnum in gloriam spiritus sancti composuerit; & quod ecclesia post hominum memoriam nota illa verba in gratiarum actione ad lucernas vsa sit: *Laudamus patrem & filium & spiritum sanctum Dei.* Qui hymnus adeo vetustus erat, vt BASILIVS, quis eius auctor fuerit, se ignorare penitus, fateretur. Eodem ille loco testatur, *Dionysium Alexandrinum* hac gratiarum actionis formula vti solitum: *Deo patri & filio domino nostro IEsu Christo cum sancto spiritu gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.* Audiuimus ORIGENEM [*k*] dicentem, *Ipse nobis dominus, ipse sanctus spiritus deprecandus est, vt omnem nebulam, omnemque caliginem, quæ peccatorum sordibus concreta, visum cordis nostri obscurat, auferre dignetur.* Qui talia dicunt, certe agnoscunt & præstant religiosum cultum ac adorationem sancto spiritui. Atqui hæc omnia ex locis ante allegatis probata vidimus. Quibus heic addere licebit planum illud ORIGENIS testimonium ex commentario in caput primum epistolæ *Pauli* ad *Romanos*, vbi praxin christianorum ac gentilium inter se comparans, *Eorum* [*l*] *est*, inquit, *contumelia adficere corpora sua, qui deseruiunt simulacris; & eorum, colere creaturam, qui dereliquerunt creatorem. Nos autem, qui nullam creaturam, sed patrem, filium & spiritum sanctum colimus & adoramus, sicut non erramus in cultu, ita nec in actibus quidem & conuersatione peccemus, neque imitemur eos, qui contumeliis adficiunt corpora sua in semetipsis: sed adspicientes quod dicit apostolus: An nescitis, quia corpora nostra membra sunt Christi, & iterum: Quia corpus vestrum templum est spiritus sancti: vt membra Christi & templum spiritus sancti corpora nostra in omni sanctitate & puritate seruemus, quo non solum angelorum digna ingressibus fiant, ve-*

(*h*) Clem. pædag. lib. III. p. 311. vid. supra litt. (u) pag. 39.

(*i*) Basil. de spirit. sancto c. XXIX. p. 359. d. e. vid. litt. (x) pag. 40.

(*k*) Orig. homil. I. in Leuit. p. 106.

(*l*) Orig. in Rom. I. lib. I. p. 463. edit. Basil. (p. 302. m. edit. Par.)

rum

rum etiam inhabitatione spiritus sancti & mansione patris & filii. BASILIVS, qui pro cultu spiritus sancti scripsit, alium locum ex ORIGENIS commentario [*m*] in *Ioannem* citat, vbi de cultu totius *TRINITATIS* in baptismi celebratione loquitur: *Aquæ lavacrum*, inquiens, *ei, qui se ipsum præbet diuinitati adorandæ TRINITATIS per virtutem inuocationum, gratiarum principium ac fontem habet.* Quibus in verbis ORIGENES per inuocationes ad res duas videtur respicere: primo ad consecrationem aquæ ad vsum mysticum, quæ semper precibus peragebatur (vt alio loco [*] ostendimus pluribus) deinde vero ad formam baptismi, qui semper in nomine totius *TRINITATIS* administrabatur: perinde ac panis & vinum in eucharistia per trium diuinarum personarum inuocationem consecrabatur. Quod diserte ab CYRILLO [*n*] adfirmatur, quandó ait: *Panis & vinum eucharistiæ, ante sacram inuocationem adorandæ TRINITATIS panis erat & vinum merum, peracta vero inuocatione panis quidem fit corpus CHRISTI, vinum autem sanguis CHRISTI.* Vbi eamdem locutionem de consecratione eucharistiæ adhibet, quam ORIGENES de baptismo, quando eum per adorandæ inuocationem *TRINITATIS* fieri, adserit. Et hoc est, quod intelligit IVSTINVS MARTYR [*o*], quando ministrum ecclesiæ in eucharistiæ consecratione laudem & gloriam rerum vniuersarum patri, per nomen filii & spiritus sancti offerre dicit. OPTATVS [†] de sacrilegio loquens *Donatistarum* dicit, quod altaria Dei fregerint: quo Deus omnipotens inuocatus sit: quo postulatus descenderit spiritus sanctus.

(*m*) Orig. tom. VI. in Ioan. ap. Basil. de spirit. sanct. c. XXIX. Τῷ ἐμπαρέχοντι ἑαυτὸν τῇ θεότητι τῆς προσκυνητῆς τριάδος, διὰ τῆς δυνάμεως τῶν ἐπικλήσεων, χαρισμάτων ἀρχὴν ἔχει καὶ πηγήν.

(*) Lib. XI. c. X. §. I. II. vol. IV. pag. 314.

(*n*) Cyrill. catech. myst. I. n. IV. Ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος τῆς εὐχαριστίας πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς τριάδος ἄρτος ἦν καὶ οἶνος λιτός, ἐπικλήσεως δὲ γενομένης ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, ὁ δὲ οἶνος αἷμα Χριστοῦ.
It. Catech. III. n. III. ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας, μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐκ ἔτι ἄρτος λιτός, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ.

(*o*) Iustin. apol. II. p. 97. αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει.

(†) Optat. lib. VI. p. 93. (p. 111. edit. Par. MDCLXXIX.) Quid est tam sacrilegum, quam altaria Dei - - frangere, radere, remouere? In quibus vota populi, & membra Christi portata sunt: Quo Deus omnipotens inuocatus sit, quo postulatus descenderit spiritus sanctus.

THEOPHILVS ALEXANDRINVS ſimiliter [*p*] panem & vinum in euchariſtia per inuocationem & aduentum ſpiritus ſancti conſecrari, ait. Et in antiqua liturgia *Gallicana* precatio oblationis [*q*] hac forma expreſſa nobis tradita eſt: *Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus in memoriam paſſionis, reſurrectionis & aſcenſionis.* Ad cuiusmodi aliquam inuocationem totius *TRINITATIS* in conſecratione aquarum baptiſmi ORIGENES fortaſſis reſpexit. Vtcumque autem res ſe habet, forma adminiſtrandi baptiſmum in *nomine patris, filii & ſpiritus ſancti* ſemper pro actu adorationis *TRINITATIS*, tam pro profeſſione fidei in tres diuinas perſonas, quam pro dedicatione hominis baptizati ad miniſterium totius *TRINITATIS*, & pro ſolemni inuocatione benedictionis eius habita fuit. Vetuſtus *recognitionum* auctor, qui ante ORIGENEM vixit, baptiſmum in nomine trinæ beatitudinis [*r*], hoc eſt, ſacroſanctæ trinitatis, antiquis temporibus adminiſtratum fuiſſe, diſertis verbis adfirmat. Per quod nihil aliud, quam ſpiritus ſancti cum patre & filio in eodem actu adorationis, per preces aut formam baptiſmi expreſſam coniunctionem intelligere poſſumus. Atque inde veteres probare ſoliti ſunt, ſpiritum ſanctum eſſe [*s*] Deum, quia in eodem diuino cultu cum patre & filio in baptiſmi

(*p*) Theophil. Alex. epiſt. paſchal. I. bibl. patr. tom. III. p. 87. (tom. V. p. 846. e. edit. Lugd. MDCLXXVII.) Quod adſerens non recogitat, aquas in baptiſmate myſticas aduentu ſancti ſpiritus conſecrari, panemque dominicum, quo ſaluatoris corpus oſtenditur, & quem frangimus in ſanctificationem noſtri: & ſacrum calicem: quæ in menſa eccleſiæ collocantur, & vtique inanima ſunt, per *inuocationem & aduentum ſancti ſpiritus ſanctificari.*

(*q*) Micrmicrologdeserverbose Microlog. de obſeruat. eccleſiæ c. XI.

(*r*) Clem. recognit. lib. III. c. LXVII. baptizabitur vnusquiſque veſtrum in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis inuocato ſuper ſe.

(*s*) Vid. Idacium lib. III. contr. Varimundum. bibl. patr. tom. IV. p. 300. (tom. V. p. 745. g. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Vt in nomine ſpiritus ſancti baptizetur, ſicut in nomine patris ac filii, & dominus in euangelio teſtis eſt, & Paulus paria pronuntiat, dicens: Dominus quidem, quum dicit: *Baptizate omnes gentes in nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti.* Apoſtolus, quum omnes nos ſpiritu baptizatos inſinuat, atque confirmat: *Etenim nos omnes*, ait, *in vno ſpiritu baptizati ſumus, ſiue Iudæi ſiue Græci, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in vno ſpiritu potati ſumus.* Et iterum: *In quo credentes ſignati eſtis in ſpiritu ſancto promiſſionis, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemtionem adoptionis.* cetera. In iſtis igitur teſtimoniis hoc ſolummodo *diuinitati ſpiritus ſancti*, quod deeſt, perfidiæ veſtræ mi-

admi-

administratione coniungatur. Baptismus quoque generatim irritus ac nullus declarabatur, qui quidem cum patris & filii, non autem simul cum spiritus sancti mentione administratus fuerat, quemadmodum alio loco [*] ostendimus copiosius.

Observatu porro dignum est, quod *Tertulliani* aetate cultus spiritus sancti in ecclesia adeo communis fuerit, vt *Praxeas* aliique *vnitarii* catholicos Tritheismi, seu adorationis trium numinum ideo incusarint. Se solos vnius Dei cultores esse [*t*] & diuinam monarchiam tenere gloriabantur; dum ceteri christiani omnes, tres adorando personas, trium deorum cultum inueherent: *Quasi*, inquit TERTVLLIANVS, *non & vnitas irrationaliter collecta haeresin faciat: et trinitas rationaliter expensa veritatem constituat.* Explicat TERTVLLIANVS, quemadmodum hi tres vnus Deus [*u*] sint, vnitate originis, vnitate substantiae, status ac potestatis. Et addit, quod sicut pater est Deus, ita quoque filius [*x*] sit Deus, & spiritus sanctus sit Deus. Et alio loco [*y*] patrem & filium & spiritum sanctum trinitatem vnius diuinitatis esse, dicit. Atque ita planum & manifestum est, differentiam tunc temporis inter *Praxeam* & catholicos fuisse, quod *Praxeas* cum suis vnam tantum personam vt Deum; catholici autem tres personas, patrem, filium ac spiritum sanctum, sub titulo ac appellatione vnius Dei adorauerint. Adeoque

nus est. In iis igitur testimoniis vnitas *TRINITATIS* ostenditur, dum quod pater vocatur, vel etiam operatur, hoc filius & spiritus sanctus nuncupentur, vel eadem operentur.

Basil. de spirit. sanct. c. XXIX. p. 361. d. ὅτι ἐνῆγεν ἡμᾶς πρὸς τὴν δόξαν τοῦ πνεύματος, πρῶτον μὲν ἡ παρὰ τοῦ κυρίου τιμὴ, συμπαραλαβόντος ἑαυτῷ καὶ τῷ πατρὶ πρὸς τὸ βάπτισμα. Quod induxit nos ad gloriam spiritus, primum honor illi habitus a domino, *in baptismate spiritum adiungente sibi & patri.*

(*) Lib. XI. c. III. §, II. vol. IV. p.

(*t*) Tertull. contr. Prax. c. III. Duos & tres iam iactitant a nobis praedicari, se vero vnius Dei cultores praesumunt: quasi non & vnitas, cetera.

(*u*) Ibid. c. II. Tres sunt vnius substantiae, & vnius status, & vnius potestatis: quia vnus Deus, ex quo (tres) in nomine patris & filii & spiritus sancti deputantur.

(*x*) Ibid. c. XIII. Et pater Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus Deus, & Deus vnusquisque.

(*y*) Tertull. de pudicit. c. XXI. Trinitas vnius diuinitatis, pater & filius & spiritus sanctus.

insi-

insigniter fallitur ERASMVS, quando nomen Dei spiritui sancto nonnisi HILARII demum ætate, sæculo quarto medio, datum fuisse, adserit: quum perspectum sit & exploratum, habuisse ipsum & nomen & cultum Dei tempore TERTVLLIANI, & reuera ab omnibus antegressorum temporum christianis sibi datum, dum in omnibus diuinæ adorationis ac glorificationis actibus illum tamquam vnum cum patre & filio Deum coniunxerunt.

CYPRIANVS expressis verbis Deum ipsum vocat, quando contra valorem baptismatis hæreticorum disputans, hoc vtitur argumento: *Si baptizari* [z] *quis apud hæreticos potuit, vtique & remissam peccatorum consequi potuit. Si peccatorum remissam consequutus est, & sanctificatus est, & templum Dei factus est. Quæro: Cuius Dei? si creatoris; non potuit, qui in eum non credidit. Si Christi? nec huius fieri potest templum, qui negat Deum Christum. Si spiritus sancti? quum tres vnum sint, quomodo spiritus sancti placatus ei esse potest, qui aut patris aut filii inimicus est.* Quemadmodum spiritus sanctus heic perspicue vocatur *DEVS*, ita verus quisque christianus spiritus sancti, tamquam *DEI* dicitur templum: & quum templa sint propter cultum Dei, concludi poterit, quod secundum CYPRIANVM spiritus sanctus eo tempore in omnibus viuis templis suis tamquam *DEVS* adoratus sit.

EADEM ætate cum CYPRIANO vixerunt duo ista splendentia ecclesiæ *Asiaticæ* lumina, *Firmilianus* ecclesiæ *Cæsareensis* episcopus, & *Gregorius Neocæsareensis*, ab patratis miraculis dictus *Thaumaturgus*. De horum vtroque testatur BASILIVS [a], quod in orationibus ac libris suis hac δοξολογίᾳ vti soliti sint: *Deo patri, & filio domino nostro Iesu Christo cum sancto spiritu gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.*

(z) Cyprian. epist. LXXIII. ad Iubaian. p. 203. (p. 309. sin. edit. Fel. Amstelod.)

(a) Basil. de spirit. S. c. XXIX. τῷ θεῷ πατρὶ καὶ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν· ἐν τοῖνυν τῶν Γρηγορίου, καὶ ὁ νῦν ἀντιλεγόμενος τρόπος τῆς δοξολογίας ἐστὶν, ἐκ τῆς ἐκείνου παραδόσεως τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένος. - - ταύτην καὶ Φιρμιλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ μαρτυροῦσι τὴν πίστιν οἱ λόγοι οὓς κατέλιπε. Deo patri, cet. - Idem fuit glorificationis modus, quem instituit Gregorius, & is cui nunc contradicitur, ex illius traditione ecclesiæ obseruatus. - - Hanc fidem & Firmiliano nostro fuisse, testantur illius libri, quos reliquit.

Atqve hæc doxologia frequentiſſime obuia eſt in *conſtitutionibus*, ſic dictis *apoſtolicis*, quas etſi non, vti auctor quidam recentior, pro inſpirato libro, nec pro genuino clementis romani opere habeo, egregiam tamen rituum ac liturgiæ veteris eccleſiæ per tria priora ſæcula collectionem eſſe, credo, non infectam pernicioſis illis *Ariani* placitis, quæ nonnulli inde eruere conantur, qui verba auctoris iſtarum *conſtitutionum*, vt reliquorum patrum *Ante-Nicænorum*, a proprio ipſorum ſenſu in ſenſum hæreticum detorquent. Hic auctor, inquam, hac doxologia communiter vtitur, quam tantopere laudat basilivs, vt quæ verum ſacroſanctæ *TRINITATIS* cultum exprimat. Cuius rei pauca quædam exempla ex octauo ipſius libro dabimus, in quo formulas precum in antiquis eccleſiæ officiis vſitatarum conlegit. Capite illius libri duodecimo oratio in oblatione fieri ſolita, hunc in modum concluditur: [*b*] *Rogamus te, vt omnes nos in pietate conſeruatos a te, in Chriſti tui, Dei vniuerſæ naturæ ſub ſenſum & intelligentiam cadentis, regisque noſtri regno congreges, immutabiles, inculpatos, irreprehenſos: quoniam tibi omnis gloria, veneratio & gratiarum actio: honor, adoratio, patri & filio & ſpiritui ſancto nunc & ſemper, & in infinita ac ſempiterna ſæcula ſæculorum.* Capite decimo tertio precatio poſt conſecrationem eodem modo finitur: [*c*] *Per Chriſtum tuum, cum quo tibi gloria, honor, laus, glorificatio, gratiarum actio, & ſancto ſpiritui in ſæcula, Amen.* In eodem capite omnis populus hunc *CHRISTO* hymnum cantat: [*d*] *Vnus ſanctus, vnus dominus, vnus IESVS CHRISTVS, in gloriam Dei patris, benedictus in ſæcula. Amen. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Hoſanna filio Dauidis: benedictus, qui venit in nomine domi-*

(*b*) Conſtit. lib. VIII. c. XII. παρακαλοῦμέν σε, ὅπως ἅπαντας ἡμᾶς διατηρήσας ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἐπισυναγάγῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ χριστοῦ σου, καὶ θεοῦ πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ὅτι σοι πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία· τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀνελλειπεῖς καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(*c*) Ibid. c. XIII. διὰ τοῦ χριστοῦ σου, μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ, αἶνος, δοξολογία, εὐχαριστία, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

(*d*) Ibid. εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, εἷς Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου Θεὸς κύριος,

ni Deus dominus; & apparuit nobis: Hosanna in altissimis. Capite decimo quarto post communionem diaconus pronuntiat: [e] *Nos ipsos Deo, soli ingenito Deo & CHRISTO eius* παραθώμεθα, *commendemus.* Iam vero istæ παραθέσεις siue commendationes genus quoddam precationum erant, quemadmodum posthac [f] docebimus. Denique episcopus capite decimo quinto gratias agens his verbis concludit: [g] *Nos omnes congrega in regnum cælorum, in Christo Iesu domino nostro, cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, & sancto spiritui in secula, Amen.* Et in precatione sua ibidem ait: [h] *Tibi gloria, laus, maiestas, cultus, adoratio, & filio tuo Iesu, Christo tuo, nostro domino, Deo ac regi, & sancto spiritui; nunc & semper & in secula seculorum, Amen.*

PLVRES istiusmodi doxologiæ in aliis precationibus [i] per istum librum occurrunt, quas heic nihil attinet interponere. Si enim hæc non sunt clara exempla adorationis spiritus sancti vna cum patre ac filio, dici vix poterit, quibus verbis ea possit exprimi.

§. V.

Quo sensu omnis oratio ad patrem dirigi iussa sit.

ITAQVE ex his omnibus sensum canonis illius *Africani* interpretari possumus, qui omnem orationem ad patrem [k] dirigi iubet. Hoc enim non ad excludendam adorationem filii & spiritus sancti vna cum patre spectabat; nam hymni & doxologiæ ante memoratæ, quæ coram altari adhibebantur, ma-

καὶ ἐπεφάνη ἡμῖν· Ωσαννὰ ἐν ὑψίστοις.

(e) Ibid. c. XIV. ἑαυτοὺς τῷ θεῷ, τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ θεῷ, καὶ τῷ χριστῷ αὐτοῦ παραθώμεθα.

(f) Lib. XV. c. III. §. XXIX.

(g) Constit. apostol. lib. VIII. c. XV. πάντας ἡμᾶς ἐπισυνάγαγε εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

(h) Ibid. ὅτι σοι δόξα, αἶνος, μεγαλοπρέπεια, σέβας, προσκύνησις, καὶ τῷ σῷ παιδὶ Ἰησοῦ τῷ χριστῷ σου, τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ θεῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

(i) Vid. Constit. lib. VIII. c. XVI, XVIII, XX, XXI, XXII, XXIX, XXXVII, XXXVIII, XXXIX, XLI.

(k) Conc. Carth. III. c. XXIII. (tom. II. conc. p. 1170.) Vt nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et quum altari adsistitur, *semper ad patrem dirigatur oratio.*

nifesto

nifesto testantur contrarium: Sed eo valebat, vt quum sacrificium *CHRISTI* commemoraretur, ipse tamquam magnus mediator spectaretur, per cuius sacrificium patri appropinquamus, & cuius meritorum & deprecationis beneficio aditum ad solium gratiæ & misericordiæ habemus. Quocirca omnes precationes coram altari ipsius nomine ad patrem dirigi iubentur. Quæ ipsa precum applicatio vera est filii, tamquam mediatoris, adoratio, & honor ipsi prorsus peculiaris, qui nulla cum re creata communicari potest. In aliis precationibus directa ad filium fiebat applicatio, quemadmodum antea in oratione in *constitutionibus* [*l*] pro energumenis vidimus. Et in his precationibus ad altare glorificatio patri, filio & spiritui sancto communis erat. Vnde FVLGENTIVS, qui episcopus erat *Africanus*, adeoque sensum canonum *Africanorum* optime intellexisse existimandus est, cultum diuinum toti *TRINITATI* communem esse docet, quando ait: *Si* [*m*] *qui catholici fideles, huius sacramenti nunc vsque videantur ignari, deinceps scire debent, omne cuiuslibet honorificentiæ & sacrificii salutaris obsequium & patri & filio & spiritui sancto, hoc est, sanctæ TRINITATI ab ecclesia catholica pariter exhiberi. In cuius vtique vno nomine, manifestum est, sanctum quoque baptisma celebrari. Neque enim præiudicium filio vel sancto spiritui comparatur; dum ad patris personam precatio ab offerente dirigitur: cuius consummatio, dum filii & spiritus sancti complectitur nomen, ostendit, nullum esse in TRINITATE discrimen. Quia dum ad solius patris personam sermo dirigitur, bene credentis fide tota TRINITAS honoratur: & quum ad patrem litantis destinatur intentio, sacrificii munus omni trinitati vno eodemque offertur litantis officio.* Ex quibus omnibus planum est & perspicuum, tres personas sacrosanctæ *TRINITATIS* iam inde a primis iactis fundamentis ecclesiæ christianæ diuino honore cultas fuisse & adoratas, neque adeo religiosam filii & spiritus sancti, tamquam Dei, venerationem in vllo posteriorum sæculorum inuentam esse vel additam.

(*l*) Constitut. lib. VIII. c. VII. Ὁ τὸν ἰσχυρὸν δήσας, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας, κ. τ. λ.

(*m*) Fulgent. ad Monimum lib. II. c. V. (p. 328. edit. Basil. MDCXXI. 8uo.)

LIBRI DECIMI TERTII
CAPVT TERTIVM.
IN ECCLESIA ANTIQVA NVLLAM REM CREATAM, SANCTVM VEL ANGELVM, SED SOLVM DEVM RELIGIOSE CVLTVM ESSE.
§. I.
Hæc positio probatur; Primo, *Ex generalioribus veterum declarationibus contra cuiuscumque rei creatæ religiosam venerationem.*

CAPITE antecedente obseruatum nobis est, cultum ac adorationem *CHRISTI* in ecclesia antiqua pro idoneo diuinitatis eius argumento habitum fuisse, quia tunc temporis incontrouersum fuit axioma, nullam rem creatam, quantacumque excellentia ceteris præstantem, religioso cultu adficiendam, sed soli viuo ac vero Deo hunc diuinum honorem deferendum esse. Neque *Arianus* quispiam vel *Socinianus* hoc argumentum ex antiquitate petitum euadere vmquam potest, quoad duæ istæ adsertiones inuictæ perstant; Quod *CHRISTVS* diuino cultu adfectus sit, & quod nihil nisi viuus ac verus *DEVS* religiose coli debeat. Robur huius argumenti nimium quantum debilitatum & reuera penitus eneruatum & destructum est ab ecclesiæ *Romanensis* scriptoribus, quorum ex ore hoc argumentum *Arianis* & *Socinianis* nihil significat, quoniam propria eorum praxis, qua religiosum cultum sanctis & angelis exhibent, satis valida ad illud responsio est. Posito enim, quod sancti & angeli coli possint, cultus *CHRISTI* diuinitatis eius argumentum nihilo magis esse potest, quam diuinitatis sanctorum & angelorum, eo quod in ecclesia *Romanensi* colantur. At vero secundum primitiuæ ecclesiæ sententiam argumentum hoc omni exceptione maius est. Nam eodem tempore, quo cultum *CHRISTI* adserebant, similiter religiosum cultum nulli rei creatæ, sed soli *DEO* tribuendum esse, profitebantur. Et hoc intuitu argumentum illud pro diuinitate *CHRISTI* iustum erat & solidum. Quemadmodum igitur primam positionem, Quod ex verissimis veterum christianorum adsertionibus & praxi appareat, *CHRISTVM* in ecclesia antiqua religiose cultum esse; recte

recte se habere vidimus: ita nunc secundæ positionis veritatem, Quod nihil, nisi viuus ac verus *DEVS* coli ac adorari debeat, paullum examinabimus. Quæ positio heic tractanda spectatur tantummodo vt illustratio quædam ac confirmatio argumenti pro diuinitate *CHRISTI*, desumti ex primitiuæ ecclesiæ praxi, qua religiosus ipsi cultus exhibitus est. Cuius propositionis veritatem triplici ratione breuiter confirmabimus. 1.) Ostendendo generatim, quod veteres in vniuersum animum a cultu religioso cuiuscumque rei creatæ vel entis, quod non sit natura *DEVS*, alienum testati sint. 2.) Quod speciatim cultum sanctorum & angelorum, tamquam idololatriam & rem illicitam, repudiarint. 3.) Quod nulla eius mentio habeatur, nisi in praxi vel hæreticorum vel gentilium, quorum idololatria ratione huius praxeos culpatur. Primo loco obseruandum est, quod veteres generatim a religioso cultu cuiuscumque rei creatæ, vel entis, quod non sit natura Deus, se abhorrere declaraverint. Integrum volumen conscribendum foret, si omnia, quæ a veteribus de hoc argumento dicuntur, animus esset colligere, quocirca pauca duntaxat & perspicua loca ex innumeris, quæ hanc in rem adlegari poterant, seligemus. IVSTINVS MARTYR [a] in apologia sua sæpius adfirmat imperatoribus, christianos nullum nisi solum *DEVM* adorare posse: Idque eos *CHRISTVM* docuisse, dicentem: *Dominum Deum tuum adorabis, atque illum solum coles ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua: Dominum Deum tuum, qui fecit te.* Et rursus: *Reddite, quæ Cæsaris sunt, Cæsari: &, quæ Dei, Deo. Proinde nos solum Deum adoramus, & vobis in rebus aliis læti inseruimus.* In eumdem modum THEOPHILVS episcopus *Antiochenus: Honorabo*, inquit [b], *regem siue cæsarem, non eum adorando, verum pro eo orando. Deum, qui vere & verus est Deus, adorabo, sciens, cæsarem ab ipso esse ordinatum. Dicas ergo. Quare regem siue cæsarem adorare recusas? Quia non ad id institutus est, vt adoretur, sed vt legitimo, qui ipsi congruit, honore hono-*

(a) Iustin. apol. II. p. 63. ὡς δὲ καὶ τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν εἰπών· μεγίστη ἐντολή ἐστι, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις κ. τ. λ. It. p. 64 θεὸν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν.

(b) Theoph. ad Autolyc. lib. I. p. 30. (p. 76.) ad calc. Iren. Paris. MDCXXXVI.) Τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ· Θεῷ δὲ τῷ ὄντως θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν· ἐρεῖς οὖν

retur. Rex enim ſiue cæſar Deus non eſt, ſed meminerit ſe eſſe hominem, a Deo in hanc dignitatem promotum, non vt adoretur, ſed vt iuſte, quemadmodum iuſtitia exigit, iudicet. Nam regnum ſiue imperium, rerumque adminiſtratio ipſi a Deo commiſſa & demandata eſt. Hinc cæſar ſiue rex, neminem ſubiectorum aut regem aut cæſarem appellari vult. Regium enim ſiue cæſareum nomen ipſi ſoli competit, nec alius id vendicare audet. ITA ADORANDI CVLTVS NEMINI NISI DEO SOLI DEFERENDVS EST. Alio loco [c] ait: *Non ſolum idolorum cultum lex diuina inhibet, ſed interdicit quoque, ne quis elementa, ſolem, lunam, & reliqua aſtra adoret. Præterea prohibet colere cælum, terram, mare, fonteſque: ſed ſedulo inculcat, vt reuera exſiſtens Deus, qui creator eſt vniuerſorum, in ſanctitate cordis puroque animo adoretur.* In eumdem modum TERTVLLIANVS, de precibus loquens chriſtianorum pro imperatoribus & pace publica, *Nos*, inquit, *pro ſalute* [d] *imperatorum Deum inuocamus æternum, Deum verum, Deum viuum. - - Hæc ab alio orare non poſſum, quam a quo me ſcio conſequuturum, quoniam & ipſe eſt, qui ſolus præſtat.* Idem illud in diuerſis aliis ſcriptorum ſuorum locis repetit [e]. Hoc reſponſum erat, quod vexatoribus ſuis gentilibus communiter dabant martyres, ad adorandum deos alios ſollicitantibus. *Fructuoſius* epiſcopus *Hiſpanicus* & martyr, qui *Tarracone* circa annum CCLXII. religio-

μοι· Διὰ τί οὐ προσκυνεῖς τὸν βασιλέα; ὅτι οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι γέγονεν, ἀλλ' εἰς τὸ τιμᾶσθαι τῇ νομίμῳ τιμῇ. Θεὸς γὰρ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἄνθρωπος ὑπὸ θεοῦ τεταγμένος, οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ εἰς τὸ δικαίως κρίνειν· τρόπῳ γάρ τινι παρὰ θεοῦ οἰκονομίαν πεπίστευται· καὶ γὰρ αὐτὸς, οὓς ἔχει ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους, οὐ βούλεται βασιλεῖς καλεῖσθαι· τὸ γὰρ βασιλεὺς αὐτοῦ ἐστιν ὄνομα· καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐξόν ἐστι τοῦτο καλεῖσθαι· οὕτως οὐδὲ προσκυνεῖσθαι, ἀλλ' ἢ μόνῳ θεῷ.

(c) Id. l. lib. II. p. 173. (p. 110. d. cit. edit.) ὁ μὲν θεῖος νόμος οὐ μόνον κωλύει τὸ εἰδώλοις προσκυνεῖν ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχείοις, ἡλίῳ, σελήνῃ, ἢ τοῖς λοιποῖς ἄστροις· ἀλλ' οὔτε τῷ οὐρανῷ, οὔτε γῇ, οὔτε θαλάσσῃ, ἢ πηγαῖς, ἢ ποταμοῖς θρησκεύειν. ἀλλ' ἢ μόνῳ τῷ ὄντως θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων χρὴ λατρεύειν ἐν ὁσιότητι καρδίας καὶ εἰλικρινεῖ γνώμῃ.

(d) Tertull. apol. c. XXX.

(e) Tertull. ſcorpiac. c. IV. Præſcribitur mihi, ne quem alium adorem, aut quoquo modo venerer, præter vnicum illum, qui ita mandat.

Id. apolog. c. XVII. Quod colimus nos, Deus vnus eſt, qui totam molem iſtam cum omni inſtrumento elementorum, corporum, ſpirituum, verbo, quo iuſſit; ratione, qua diſpoſuit; virtute, qua potuit, de nihilo expreſſit.

Id. ad Scapul. c. II. Nos vnum Deum colimus, quem omnes naturaliter noſtis: ad cuius fulgura & tonitrua contremiſcitis, ad cuius beneficia gaudetis.

nis

nis christianæ caussa occisus est) sacrificare iussus, respondebat: *Ego* [*f*] *vnum Deum colo, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt.* Atque hoc modo *Aemiliano* præfecto respondebat *Dionysius* episcopus *Alexandriæ*, quemadmodum ipse narrat in epistola EVSEBIO [*g*] memorata, *Palam & aperte contestatus sum*, inquiebat, *me illum, qui solus est Deus, neque alium vllum præter hunc adorare: nec a proposito discessurum me esse, nec commissurum vmquam, vt christianus esse desinerem.* Et quum *Aemilianus* eum deos imperii vna cum isto Deo adorare iuberet, iterum respondebat: *Nos nullum alium adoramus.* Multæ similes loquutiones in IRENAEO [*h*], CLEMENTE ALEXANDRINO [*i*], ORIGENE [*k*],

(*f*) Acta Fructuosi ap. Baron. an. CCLXII. n. LXII.

(*g*) Dionys. epist. ap. Euseb. lib. VII. c. XI. *ἄντικρυς διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδένα ἕτερον σέβω, οὐδ' ἂν μετατεθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτε χριστιανὸς ὤν - - ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνοῦμεν.*

(*h*) Iren. lib. V. c. XXII. Sic igitur manifeste ostendente domino, quoniam Deus verus & vnus Deus, qui a lege declaratus fuerat (quem enim lex præconauerat Deum, hunc ostendit patrem, *cui & seruire soli oportet discipulos Christi*) & per eas, quæ sunt in lege, sententias aduersarium nostrum euacuante, (lex autem demiurgum laudare Deum, & ipsi soli seruire iubet nobis) iam non oportet quærere alium patrem, præter hunc, aut super hunc: quoniam vnus Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem, cetera.

(*i*) Clem. stromat. VI. p. 825. *Τοὺς Ἕλληνας χρὴ διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐκμανθάνειν ἕνα μόνον σέβειν θεὸν, τὸν ὄντως ὄντα παντοκράτορα· ἔπειτα διὰ τοῦ ἀποστόλου διδάσκεσθαι τοῦτο, Ἡμῖν δὲ οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, κ. τ. λ.* Oportet Græcos discere per legem & prophetas, colere vnum Deum, qui est vere omnipotens; Deinde illud doceri per apostolum: *Nobis autem nullum est simulacrum in mundo.*

(*k*) Origen. contr. Cels. lib. I. p. 10. *εἴπερ οὖν δεῖ πιστεύειν, ὡς ὁ λόγος ἐδίδαξεν, ἑνί τινι τῶν αἱρέσεις εἰσηγησαμένων ἐν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις· πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ, καὶ τῷ διδάσκοντι τοῦτον μόνον δεῖν σέβειν, τὰ δὲ λοιπὰ, ἤτοι ὡς μὴ ὄντα, ἢ ὡς ὄντα μὲν, καὶ τιμῆς ἄξια, οὐ μὴν καὶ προσκυνήσεως καὶ σεβασμοῦ, παρορᾷν;* Si credendum est, vt ratio docuit, vni cuipiam eorum, qui has sectas induxerunt, quæ apud Græcos celebrantur aut barbaros: quanto magis Deo, huius vniuersi domino, & ei qui docet *hunc solum esse colendum*, cetera vero, siue non exsistant, siue existentiam habeant, parui esse existimanda, digna quidem honore, non etiam cultu & adoratione?

Id. lib. VIII. p. 395. *ἄπαγε δὴ τὴν τοῦ Κέλσου συμβουλὴν, λέγοντος, προσευκτέον εἶναι δαίμοσι· καὶ οὐδὲ κατὰ τὸ ποσὸν ἀκουστέον αὐτῆς· μόνῳ γὰρ προσευκτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ, καὶ προσευκτέον γε τῷ μονογενεῖ καὶ πρωτο-*

CYPRI-

CYPRIANO [*l*], LACTANTIO [*m*], auctore *recognitionum* ſub nomine CLEMENTIS ROMANI [*n*], ATHENAGORA, TATIANO & aliis obuiæ ſunt: quas quum lector eruditus ipſe poſſit euoluere, vel collectas vno obtutu legere in excellenti libro DALLAEI [*o*] contra idololatriam eccleſiæ *Romanenſis*, heic præterimus [*].

§. II.

Secundo, *Ex recuſatione cultus ſanctorum & angelorum ſpeciatim, huiusque tamquam idololatriæ reiectione.*

PERGIMVS autem ad obſeruationem ſecundam, quæ eſt, quod veteres non tantum rei creatæ cuiuscumque cultum generatim, ſed cultum etiam ſanctorum & angelorum ſpeciatim

---

τόκῳ πάσης κτίσεως, λόγῳ θεοῦ, καὶ ἀξιωτέον αὐτὸν ὡς ἀρχιερέα, τὴν ἐπ' αὐτὸν φθάσασαν ἡμῶν εὐχὴν ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν θεὸν αὐτοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ πατέρα αὐτοῦ καὶ πατέρα τῶν βιούντων κατὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. Apage hoc Celſi conſilium, iubentis adorari dæmonas, qui ne tantillum quidem audiendus eſt: *ſolus enim adorandus eſt Deus optimus maximus, ſoli preces offerendæ vnigenito Dei verbo, primogenito creaturæ totius*, qui vt pontifex eas ad Deum ſuum & ad Deum noſtrum perferat, & patrem ſuum atque omnium iuxta verbum eius viuentium.

(*l*) Cyprian. epiſt. LVIII. p. 257. edit. Fell. Amſtelod. Sic & Daniel, quum compelleretur adorare idolum Bel, quem tunc populus & rex colebat, in adſerendum Dei ſui honorem plena fidei libertate prorupit, dicens: *Nihil colo ego, niſi dominum Deum meum, qui condidit cælum & terram.*
Id. ad Demetr. p. 130. Vtique quando ea fiunt, quæ iram Dei indignantis oſtentant, non propter nos fiunt, a quibus Deus colitur; ſed delictis veſtris & meritis irrogantur, a quibus Deus omnino nec quæritur nec timetur, nec relictis vanis ſuperſtitionibus religio noſtra cognoſcitur; vt, qui Deus vnus eſt, *vnus colatur ab omnibus & rogetur.*

(*m*) Lactant. lib. II. c. I. De ſumma rerum ſæpenumero cogitans, admirari ſoleo, maieſtatem Dei ſingularis, quæ continet regitque omnia, in tantam veniſſe obliuionem, vt *quæ ſola coli debeat*, ſola potiſſimum negligatur. cet. Lib. IV. c. XIV. Docuit (Chriſtus) quod Deus vnus ſit, eumque ſolum coli oportere.

(*n*) Recognit. lib. V. c. XVI. Iuſtum putant, non ea, quæ pro mundi miniſterio facta ſunt; ſed ipſorum & mundi totius creatorem debere venerari: gaudent enim etiam hæc, quum ille adoratur & colitur; nec libenter accipiunt, vt honor creatoris creaturæ deferatur. Exceptus enim eſt *Dei ſolius cultus*, qui ſolus increatus eſt; omnia autem cetera factura eius ſunt.

(*o*) Dall. de obiecto cult. relig. lib. I. c. II. III. IV.

(*) Ego vero, quum pauciſſimos lectores Dallæum vel patres ab eo citatos conſulere poſſe, exiſtimem, horum teſtimonia, regulam mihi ab initio datam ſequutus, heic in margine exhibere volui.

reie-

reiecerint, tamquam idololatriam & rem illicitam. Cuius rei non habemus vſpiam documentum clarius, quam in reſponſione eccleſiæ *Smyrnenſis* ad ſuggeſtionem *Iudæorum*, quando hi, *Polycarpo* pro religione *CHRISTI* necato, proconſulem *Romanum* rogabant, vt ne cadauer eius donaret chriſtianis, ne relicto magiſtro ſuo crucifixo hunc deinceps colere inciperent. *Stulti*, [p] inquit illa reſponſio, *qui ignorarent, nos nec CHRISTVM vmquam poſſe relinquere, qui pro ſalute omnium, quotquot ex genere humano ſalui futuri ſunt, mortem pertulerit, nec alium quemquam colere, Illum enim vtpote filium Dei adoramus: martyres vero tamquam diſcipulos & imitatores domini, merito amore proſequimur, ob eximiam ipſorum beneuolentiam, quam erga regem ac magiſtrum ſuum declararunt. Quorum nos quoque conſortes ac commilitones fieri omnibus modis optamus.* Simile reſponſum in martyrio dabatur *Fructuoſi* in *Hiſpania*. Quum enim *Aemilianus* iudex ethnicus *Eulogio*, diacono *Fructuoſi*, diceret: *Numquid & tu Fructuoſum colis?* exiſtimans videlicet ipſum, qui deos gentilium colere recuſet, ad colendum chriſtianum martyrem fortaſſis promtum fore: Ad hæc *Eulogius* reſpondebat: *Ego Fructuoſum* [q] *non colo, ſed ipſum colo, quem & Fructuoſus.* Hoc teſtimonium ipſi BARONIO debemus: Neque vllum euidentius documentum deſiderare poſſumus, quod hiſce primis temporibus chriſtiani martyres haud coluerint, ſed ſolum Deum martyrum, cui martyres corpora ſua ſacrificium offerebant, pro nomine illius morientes, ſuamque confeſſionem ſanguine ſuo obſignantes. Ante hoc ORIGENES in reſponſionibus ſuis ad obiectiones CELSI, *Iudæos* aut chriſtianos angelos honorare cultu religioſo abſolute negat. *Fatemur* [r] *quidem*, inquit, *angelos eſſe miniſtratorios quosdam ſpiritus, crebro committente Deo commeantes ad eos homines, quos manet ſalutis hæreditas: hosque modo aſcendere ad puriſſima loca cæleſtia, & puriora etiam ſupracæleſtia, oblaturos preces hominum; modo rurſum deſcendere ad homines,*

(p) Martyr. Policarp. ap. Euſeb. lib. IV. c. XV. p. 134. (p. 109. ed. t. Amſtelod.) vid. ſupr. c. II. §. II. ſub litt. (d) pag. 34.

(q) Acta Fructuoſi ap. Baron. an. CCLXI. n. I X I.

(r) Orig. contr. Celſ. lib. V. p. 233. ὁμολογουμένως μὲν γὰρ ἀγγέλους φαμὲν λειτουργικὰ ὄντας πνεύματα, καὶ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· ἀναβαίνειν μὲν προσάγοντας τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐντεύξεις, ἐν τοῖς καθαρωτάτοις τοῦ κόσμου χωρίοις ἐπουρανίοις, ἢ καὶ τοῖς τούτων καθαρωτέροις ὑπερουρανίοις· κα-

ministrando illinc aliquid in vsum singulorum, vt quisque dignus est beneficio: Hos spiritus angelos ex officio suo nominare docti, inuenimus propter diuinitatem quamdam interdum Deos vocari a sacra scriptura; sed non sic, vt iubeamur eos adorare, aut diuinis honoribus colere, quamuis dona Dei nobis adferant: omnia enim vota, omnes interpellationes, deprecationes & gratiarum actiones destinandæ sunt ad Deum, verum omnium dominum, per maiorem omnibus angelis summum pontificem, viuum verbum ac Deum. Et iterum eodem libro ait: *Demus,* [s] *eos etiam præcones eius esse vereque cælestes angelos: qui poterimus hos potius adorare, quam eum, cuius sunt præcones & angeli?* Hoc frequenter libro octauo [t] repetit, quod breuitatis gratia heic prætermittimus, vnum tantum locum adhuc in medium proferentes, quia *Romanensibus*, cultum angelorum inde, quod sint amici Dei, defendentibus, egregie respondet. *Vnus* [u] *est nobis placandus Deus*, inquit, *vniversorum dominus, &, vt propitius sit, exorandus, qui vtique pietate & precibus placatur. Si Celsus vult post hunc placari etiam alios; cogitet, quod sicut moto corpore vmbra quoque ipsius mouetur, ita, quum aliquis Deum habet propitium, sequitur, vt amicos habeat omnes eius angelos,*

παραδιδόντες δ' αὖ ἐνδεέσιν, φθάνοντας ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν τῶν ἀπὸ θεοῦ τι αὐτοῖς διακονεῖν τοῖς εὐεργετεῖσθαι ἀξίοις· τούτους δὲ ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν, εὑρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θείους εἶναι, καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς ποτε ὀνομαζομένους γραφαῖς· ἀλλ' οὐχ ὥστε προστάσσεσθαι ἡμῖν τοὺς διακονοῦντας καὶ φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ θεοῦ, σέβειν καὶ προσκυνεῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ· πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν, ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ, διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως, ἐμψύχου λόγου καὶ θεοῦ.

(s) Orig. lib. V. p. 237. ἔστω καὶ κήρυκας αὐτοῦ εἶναι, καὶ ἀληθῶς οὐρανίους ἀγγέλους· πῶς οὖν οὐχὶ καὶ οὕτω τὸν κηρυττόμενον ὑπ' αὐτῶν θεὸν, καὶ τὸν ἀγγελλόμενον μόνον μᾶλλον προσκυνητέον, ἢ τοὺς κήρυκας καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ;

(t) Orig. lib. VIII. p. 416. καὶ ἐροῦμεν οὐ μὴ δαίμονάς τινας, ἀγγέλους δὲ τεταγμένους ἐπὶ τῶν τῆς γῆς καρπῶν, καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ζώων γενέσεως, εὐφημοῦμεν αὐτοὺς καὶ μακαρίζομεν, ἐγχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὰ χρήσιμα τῷ γένει ἡμῶν· οὐ μὴν τὴν ὀφειλομένην πρὸς θεὸν τιμὴν τούτοις ἀπονέμομεν· οὔτε γὰρ ὁ θεὸς τοῦτο βούλεται, οὔτ' αὐτοὶ, οἱ τὰ τοιάδε ἐγκεχειρισμένοι. Etenim si, fatemur, non dæmonas sed angelos præesse frugum prouentibus & fœtuis animalium, prædicamus eos vt beatos, quibus a Deo commissæ sunt vtilitates hominum; non tamen honorem soli Deo debitum his reddimus: nam nec Deus hoc vult, nec ipsi, quibus hæc commissa sunt.

(u) Orig. lib. VIII. p. 420. ἕνα τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν ἡμῖν ἐξευμενιστέον, καὶ τοῦτον ἵλεω εὐκτέον, ἐξευμενιζόμενον εὐσεβείᾳ καὶ πάσῃ ἀρετῇ· εἰ δὲ καὶ ἄλλους τινὰς βούλεται μετὰ τὸν ἐπὶ πᾶσιν ἐξευμενίζεσθαι θεόν, κατανοησάτω, ὅτι ὥσπερ τῷ κινουμένῳ σώματι

animus

animas & spiritus. Sentiunt enim, qui sint digni fauore cælestis numinis; quibus non solum ipsi bene volunt, verum etiam operantur cum illis, qui Deo, rerum omnium domino, seruire volunt, & etiam beneuolum reddunt, precantur, & vna nobiscum rogant; vt quotquot eum colimus, audeamus dicere, hominibus bonæ voluntatis precantibus ἄκλητοι, *sine vlla inuocatione, vltro se adiungere innumera sanctorum angelorum millia.* Simile responsum eamdem cultus angelorum caussam adlegantibus ab auctore, qui sub nomine scripsit AMBROSII [x], datur: *Solent pudorem passi neglecti Dei miseri ea vti excusatione, dicentes, per istos posse ire ad Deum, sicut per comites peruenitur ad regem. Age, numquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, vt honorificentiam regis vindicet comiti, cum de hac re, si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur maiestatis? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto domino conseruos adorant; quasi sit aliquid plus, quod reseruetur Deo. Nam & ideo ad regem per tribunos aut comites itur, quia homo vtique est rex, & nescit, quibus debeat rempublicam credere. Ad Deum autem, quem nihil vtique latet, (omnium enim merita nouit) promerendum, suffragatore non opus est, sed mente deuota. Vbicumque enim talis loquutus fuerit ei, respondebit illi.* Ex IRENAEO [y] audiuimus antea, quod ecclesia ipsius ætate, licet multas secundum vtilitates hominum virtutes siue miracula perfecerit, tamen nec inuocationibus angelicis fecerit aliquid, nec incantationibus, nec reliqua praua curiositate; sed nude & manifeste orationes dirigens ad dominum, qui omnia fecit, & nomen domini nostri *IESV CHRISTI* inuocans. Atque ita tempore ATHANASII obtinuisse, ex methodo eius disputandi cum *Arianis* apparet, quando vnitatem patris ac filii inde probat, quod apostolus ipsos in precibus coniungat 1 Thess. III, 11. *Ipse Deus & pater noster, & dominus noster*

ἀκολουθεῖ ἡ τῆς σκιᾶς αὐτοῦ κίνησις· τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ ἐξευμενίζεσθαι τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, ἕπεται εὐμενεῖς ἔχειν πάντας τοὺς ἐκείνου φίλους ἀγγέλους, καὶ ψυχὰς καὶ πνεύματα· συναισθάνονται γὰρ τῶν ἀξίων τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ εὐμενείας· καὶ οὐ μόνον καὶ αὐτοὶ εὐμενεῖς τοῖς ἀξίοις γίνονται, ἀλλὰ καὶ συμπράττουσι τοῖς βουλομένοις τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν θεραπεύειν, καὶ ἐξευμενίζονται, καὶ συνεύχονται καὶ συναξιοῦσιν· ὥστε τολμᾶν ἡμᾶς λέγειν, ὅτι ἀνθρώποις, μετὰ προαιρέσεως προτιθεμένοις τὰ κρείττονα, εὐχομένοις τῷ θεῷ μυρίαι ὅσαι ἄκλητοι συνεύχονται δυνάμεις ἱεραί.

(x) Ambros. in Rom. I. (tom. III. p. 244. e lit. P. r. M. X. XLIII.)

(y) Iren. lib. II. c. LVII. vid. supr. c. II. §. II. sub lit. [n] in textu pag. 38.

IESVS CHRISTVS dirigat viam nostram ad vos. *Nemo*, [z] inquit, *a Deo & ab angelis, aut aliqua alia re creata precatus fuerit, nemoque cuiquam dixerit, det tibi Deus & angelus: sed quæ precamur, a patre & filio precamur, ob eorum vnitatem vnicamque donationem.* Et quum *Ariani* dicere potuissent, quod *Iacob* patriarcha Deum & angelum in precibus coniunxerit, Gen. XLVIII, 11. *Deus*, inquiens, *qui pascit me a iuuentute mea vsque in præsentem diem: Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis:* ATHANASIVS huic exceptioni sic occurrit: *Nequaquam ex hisce verbis aliquem ex creatis, & qui natura sunt angeli, cum Deo, a quo creati sunt, coniunxisse existimandus est, neque Deo altore suo dimisso benedictionem pro nepotibus ab angelo poposcisse, sed his dictis, qui eruit me de cunctis malis, ostendit, non aliquem ex creatis angelis, sed Dei esse verbum, quod cum patre in oratione consociauit, quia per ipsum Deus, quos voluerit, liberat.* Nihil roboris hoc habuisset argumentum, si ecclesia tempore ATHANASII angelorum inuocatione in precibus vsa esset. *Ariani* enim facile potuissent respondere, quod hoc argumentum in ecclesiis quotidiana praxi confutaretur. Verum nec homines, nec angelos religiosæ adorationis obiectum isthac ætate fuisse, porro ex alia eius oratione contra *Arianos* [a] liquet, vbi hunc in modum argumentatur: *Petrus apostolus Cornelium se adorare volentem his verbis retinet: Ego etiam homo sum. Similiter angelus Ioannem se in apocalypsi volentem adorare hoc modo arcet: Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum, prophetarum, & eorum, qui seruant sermones huius libri, Deum adora.* Apoc. XXII, 9. *Itaque*

(z) Athan. orat. IV. contr. Arian. tom. I. p. 4?4. (orat. III. p. 561. c. edit. Paris. MDCXCVIII.) οὐκ ἂν γοῦν εὔξαιτό τις λαβεῖν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἢ παρά τινος τῶν ἄλλων κτισμάτων, οὐδ' ἄν εἴποι τις, δῴη σοι ὁ θεὸς καὶ ἄγγελος, ἀλλὰ παρὰ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τὴν ἑνότητα καὶ τὴν ἑνοειδῆ δόσιν. - - εἰ δὲ ὁ πατριάρχης Ιακὼβ εὐλογῶν τοὺς ἐγγόνους Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆ ἔλεγεν· ὁ θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν, εὐλογήσαι τὰ παιδία ταῦτα· οὐ τῶν κτισθέντων καὶ τὴν φύσιν ἀγγέλων ὄντων ἕνα συνῆπτε τῷ κτίσαντι αὐτοὺς θεῷ· οὐδὲ ἀφεὶς τὸν τρέφοντα αὐτὸν θεὸν, παρ' ἀγγέλου τὴν εὐλογίαν ᾔτει τοῖς ἐγγόνοις· ἀλλ' εἰρηκὼς, ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν, ἔδειξε μὴ τῶν κτισθέντων τινὰ ἀγγέλων, ἀλλὰ τὸν λόγον εἶναι τοῦ θεοῦ, ὃν τῷ πατρὶ συνάπτων ηὔχετο, δι' οὗ καὶ οὓς ἐὰν θέλῃ, ῥύεται ὁ θεός.

(a) Athan. orat. III. contr. Arian. p. 394. (orat. II. p. 491. b. edit. cit.) Πέτρος μὲν ὁ ἀπόστολος προσκυνῆσαι θέλοντα τὸν Κορνήλιον κωλύει, λέγων, ὅτι κἀγὼ ἄνθρωπός εἰμι; ἄγγελος δὲ θέλοντα προσκυνῆσαι τὸν Ιωάννην ἐν τῇ ἀποκαλύψει, κωλύει, λέγων· ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τη-

solus

solus Deus adorandus est, noruntque ipsi angeli, etiamsi res alias gloria superent, se tamen omnes esse res creatas, nec in eorum esse numero, qui adorantur, sed qui dominum adorant. Clariora documenta nec de doctrina, nec de praxi ecclesiæ habere possumus. Vtrumque etiam ab AVGVSTINO confirmatur in libro *de vera religione*: vbi notam characteristicam veræ religionis facit, nullam omnino rem creatam, & speciatim nec angelos, nec sanctos post mortem, sed summam solius Dei maiestatem adorare. *Non sit nobis*[b], inquit, *religio cultus hominum mortuorum: quia si pie vixerunt, non sic habentur, vt tales quærant honores: sed illum a nobis coli volunt, quo illuminante lætantur, meriti sui nos esse consortes. Honorandi sunt ergo propter imitationem, non adorandi propter religionem.* Et post paullo ait: *Quod colit summus angelus, id colendum est etiam ab homine vltimo. Hoc etiam ipsos optimos angelos & excellentissima Dei ministeria velle credamus, vt vnum cum ipsis colamus Deum, cuius contemplatione beati sunt. Neque enim & nos videndo angelos beati sumus, sed videndo veritatem, qua etiam ipsos diligimus angelos & his congratulamur. - Honoramus eos caritate non seruitute. Nec eis templa construimus. Nolunt enim se sic honorari a nobis, quia nos ipsos, quum boni sumus, templa summi Dei esse nouerunt. Recte itaque scribitur, hominem ab angelo prohibitum, ne se adoraret, sed vnum Deum, sub quo ei esset & ille conseruus* Apoc. XXII, 9.

VERVM quidem est, quod circa hanc ipsam tempestatem *Manichæi* catholicos incusare cœperint, quod martyres suos colerent. FAVSTVS dicebat, eos vertisse idola gentilium in martyres, quos votis similibus colerent, defunctorum vmbras vino placantes & dapibus. Hæc accusatio si recte se habuisset, quamuis contra argumentum, vtpote ex praxi ecclesiæ puriorum sæculorum desumtum, nihil valeret, tamen corruptionem cultus sanctorum ostenderet in ecclesiam irrepsisse paullo maturius, quam quidem hodie admittitur. Sed vero mera calumnia erat ab ipso FAVSTO conficta; quam AVGVSTINVS maxima accensus indignatione refellit. *Populus*, inquit, *christia-*

ρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ θεῷ προσκύνησον· οὐκοῦν θεοῦ ἐστι μόνου τὸ προσκυνεῖσθαι, καὶ τοῦτο ἴσασι καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι, ὅτι κἂν ἄλλων ταῖς δόξαις ὑπερέχωσιν· ἀλλὰ κτίσματα πάντες εἰσὶ, καὶ οὐκ εἰσὶ τῶν προσκυνουμένων, ἀλλὰ τῶν προσκυνούντων τὸν δεσπότην.

(b) August. de vera relig. c. LV.

nus

nus [c] memorias martyrum religiosa sollemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen, vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memoriis (alii in memorias) *martyrum constituamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum adsistens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit: vt ex ipsorum locorum admonitione maior adfectus exsurgat, ad acuendam caritatem, & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adiuuante possumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor talem pro euangelica veritate passionem paratum esse sentimus. -- At vero illo cultu, qui Graece latria dicitur, Latine vno verbo dici non potest, quum sit quaedam proprie diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Quum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificii, vnde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum praecipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctae animae, vel cuiquam angelo, & quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam; siue vt corrigatur, siue vt caueatur.*

MANIFESTVM ex hac AVGVSTINI responsione est, obiectationem religiosi cultus sanctorum & angelorum fuisse falsam, & meram calumniam in istius aeui ecclesiam; & solos homines idololatriae istius fuisse reos tales, quos ecclesia pro membris suis haud agnitos a se dimiserit. Quae res ad tertiam & vltimam considerationem me deducit, quae proposita mihi est ad confirmandam hanc positionem, Quod ecclesia antiqua nec angelos, nec sanctos religiose coluerit; quia hanc praxin tam in gentilibus, quam haereticis damnauit, eorumque idololatriam hoc intuitu cumulauit.

§. III.

Tertio, *Ex imputatione huius praxis, qua solos haereticos & gentiles onerarunt.*

AVGVSTINVS alio loco in omnes eos seuere adnimaduertit, qui angelorum auxilium precibus sibi expetant. Curiosis visionibus & illusionibus eos distrahi dicit. Accipe hoc ex ipsiusmet verbis, quae in pia quadam habet meditatione,

(c) Aug. contr. Faust. lib. XX. c. XXI. tom. VI. p. 156. (p. 375. ed. Basil. MDLXIX.)

qua

qua hanc deluſionem in conuerſione ſua ſe euaſiſſe, cum gratiarum actione in Deum narrat. *Quem inuenirem*, inquit, *qui me reconciliaret tibi? An eundum mihi fuit* [*d*] *ad angelos? Qua prece? Quibus ſacramentis? Multi conantes ad te redire, neque per ſe ipſos valentes, ſicut audio, tentauerunt hæc; & inciderunt in deſiderium curioſarum viſionum & digni habiti ſunt illuſionibus.* CHRYSOSTOMVS adhuc acrius hoc hominum genus reprehendit. Nam non tantum dicit [*e*], quod nulla res creata, non lapides, non animalia, non plantæ, non elementa, non aliqua ex ſupernis, non ex infernis, non homo, non dæmones, non angeli, non archangeli, non aliqua alia ex ſupernis illis poteſtatibus, ſed, qui eſt omnium dominus, debeat coli ab humana natura: Et quod apoſtolus capite ſecundo epiſtolæ ſuæ ad *Coloſſenſes* aduerſus eos loquatur, qui nos non oportere ad Deum per Chriſtum adduci, ſed per angelos ſentiant; illud enim eſſe maius, quam vt id poſſimus adſequi [*f*]: Verum eamdem materiam perſequens etiam addit: [*g*] *Diabolus introduxit ea, quæ ſunt angelorum, nobis honorem inuidens. Dæmonum tales ſunt inuocationes. Etiamſi ſit angelus, etiamſi archangelus, etiamſi Cherubim, ne patiaris. Nam nec hæ quidem poteſtates excipient; ſed excutient, quum viderint dominum contumelia adfectum. Ego te honoraui*, inquit, *& dixi, Tu me inuoca, & tu eum dedecore adficis?* Vbi inuocatio Dei & inuocatio angelorum ſibi inuicem manifeſte opponuntur; & quemadmodum illa veræ religionis character ſtatuitur, ita hæc dæmonum doctrina eſſe perhibetur.

(*d*) Auguſt. confeſſ. lib. X. c. XLII.

(*e*) Chryſoſt. homil. V. in Coloſſ. p. 1348. (p. 188. edit. Francof.) ὅτι οὐ λίθοι, οὐ ζῶα, οὐ φυτά, οὐ στοιχεῖα, οὐ τὰ ἄνω, οὐ τὰ κάτω, οὐκ ἄνθρωπος, οὐ δαίμονες, οὐκ ἄγγελοι, οὐκ ἀρχάγγελοι, οὐχ ἑτέρα τις τῶν ἄνω δυνάμεων ἐκείνων ὑπὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως θεραπεύεσθαι ὀφείλει --- ὅτι ὁ πάντων δεσπότης οὗτος θεός ἐστιν, ὅτι θεραπεύειν αὐτὸν μόνον χρή.

(*f*) Id. homil. VII. in Coloſſ. p. 1360. (p. 204. edit. Francof.) ἦσάν τινες οἱ λέγοντες, οὐ δεῖ ἡμᾶς διὰ τοῦ χριστοῦ προσάγεσθαι, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀγγέλων· ἐκεῖνο γὰρ μεῖζόν ἐστι, ἢ καθ᾽ ἡμᾶς.

(*g*) Id. homil. IX. in Coloſſ. p. 1381. (p. 228. edit. cit.) ὁ διάβολος τὰ τῶν ἀγγέλων ἐπεισήγαγε, βασκαίνων ἡμῖν τῆς τιμῆς· τῶν δαιμόνων τοιαῦται αἱ ἐπῳδαί· κἂν ἄγγελος ᾖ, κἂν ἀρχάγγελος, κἂν τὰ χερουβίμ, μὴ ἀνέχου· ἐπεὶ οὐδὲ αὗται αἱ δυνάμεις καταδέξονται· ἀλλὰ καὶ ἀποσείσονται, ὅταν ἴδωσι τὸν δεσπότην ἀτιμαζόμενον· ἐγώ σε ἐτίμησα, φησι, καὶ εἶπον, ἐμὲ κάλει· καὶ σὺ ἀτιμάζεις αὐτόν.

Qvos

QVOS heic reprehendit CHRYSOSTOMVS, probabiliter iidem fuerunt, qui in ecclesia noti, & ab apostolorum inde tempore tamquam hæretici sub nomine *Angelicorum* damnati fuerunt. Sic enim AVGVSTINVS [*h*] eos describit, *Angelicos* vocans, ab inclinatione ad cultum angelorum. Ita quoque post hunc ISIDORVS [*i*] *Angelici*, inquit, *vocati, quia angelos colunt.* IRENAEVS [*k*] innuere videtur, quod hæretici angelos inuocare soliti sint, quando praxin ecclesiæ illis opponens, multa in ecclesia miracula fieri dicit non inuocationibus angelicis, sed orationibus, directis ad Deum & nomen domini nostri *IESV CHRISTI.* Et TERTVLLIANVS [*l*] de *Simonis Magi* discipulis diserte adfirmat, quod angelis artem magicam exercentes seruierint, quæ idololatria a *Petro* apostolo in ipso eorum magistro damnata sit. Iam vero quum istiusmodi vestigia cultus angelorum in tot hæreticorum praxi reperiantur; & quum res esset, cuius studio & amore nonnulli tenerentur, quia humilitatis speciem præ se ferebat: ideo concilium *Laodicenum* ad medendum ingrauescenti huic morbo seueram canonem condidit, sacrorum interdictionem denuntians non obsequuturis. *Non oportet*, inquiunt patres illic congregati, *christianos, relicta Dei ecclesia, abire & angelos* [*m*] *nominare, & congregationes facere; quod est prohibitum. Si quis ergo inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ vacare, sit anathema, quia reliquit dominum nostrum IESVM CHRISTVM & accessit ad idololatriam.* Qui primum hunc canonem *Latine* ediderunt, vocabulum *angelos* mutarunt in *angulos*: *Græcum* autem vocabulum istiusmodi corruptionem non admittit, adeoque fraus facile detecta est; neque aliud quippiam nisi pudor, quod praxin suam ita manifesto damnari viderent, homines istos ad tentandam tam puerilem corruptionem potuit inducere. THEODORETVS in commentario suo in epistolam ad *Colossenses* bis

(*h*) August. de hæres. c. XXXIX. Angelici, in angelorum cultu inclinati.

(*i*) Isidor. origin. lib. VIII. c. V.

(*k*) Iren. lib. II. c. LVII. vid. supr. c. II. §. II. sub litt. (n) pag. 38.

(*l*) Tertull. de præscript. c. XXXIII.

(*m*) Concil. Laodic. c. XXXV. Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν· ἅπερ ἀπηγόρευται, Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων, ἔστω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν.

huius

huius canonis meminit, quando ait: *Quoniam illi* (qui legem vrgebant) *angelos iubebant adorare, ipse* (apoſtolus) [*n*] *contrarium præcipit, vt & dicta & facta exornent recordatione Chriſti domini: & Deo, inquit, & patri gratiarum actionem offerte per ipſum, non per angelos. Hanc etiam legem ſequens Laodicena ſynodus, & volens veteri illi morbo mederi, lege ſanxit, non adorandos eſſe angelos, nec relinquendum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Et iterum [*o*]: *Manſit perdiu hoc vitium in Phrygia & Piſidia. Proinde ſynodus, quæ conuenit apud Laodiceam Phrygiæ, lege prohibuit, ne precarentur angelos. Et in hodiernum vſque diem oratoria ſancti Michaelis apud illos illorumque finitimos videre eſt.* PERRONIVS, aulæ pontificiæ purpuratus, multis artibus & fallacibus argumentationibus, ad peruertendum apoſtoli & huius canonis ſenſum abutitur, quod ipſum ab erudito DALLAEO [*p*] ſatis oſtenſum & confutatum inuenire lector poteſt, vna cum falſis PETAVII aliorumque interpretationibus, quibus enarrandis hanc diſſertationem noſtram non onerabimus. Nos præterea hoc tantum obſeruamus, quod, quemadmodum eccleſia hæreticos damnauit tamquam idololatriæ reos, propter cultum angelorum, ſic idem fecerit propter cultum doctorum ac martyrum ſuorum. APOLLONIVS, qui contra *Montaniſtas* ſcripſit, hoc illis obiectat, quod *Alexandrum* martyrem quemdam ſecum adorent [*q*]. Et AVGVSTINVS inter errores *Simonis Magi* [*r*] refert, quod imagines & ſu-

(*n*) Theodoret. in Coloſſ. III, 17. *ἐπειδὰν γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς ἀγγέλους σέβειν ἐκέλευον, αὐτὸς τὸ ἐναντίον παρεγγυᾷ, ὥστε καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὰ ἔργα κοσμῆσαι τῇ μνήμῃ τοῦ δεσπότου χριστοῦ· καὶ τῷ θεῷ δὲ καὶ πατρὶ τὴν εὐχαριστίαν δι᾽ αὐτοῦ, φησιν, ἀναπέμπετε, μὴ διὰ τῶν ἀγγέλων· τούτῳ ἑπομένη τῷ νόμῳ καὶ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος, καὶ τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο πάθος θεραπεῦσαι βουλομένη, ἐνομοθέτησε μὴ εὔχεσθαι ἀγγέλοις, μηδὲ καταλιμπάνειν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.*

(*o*) Theodor. in Coloſſ. II, 18. *ἔμεινε δὲ τοῦτο τὸ πάθος ἐν τῇ Φρυγίᾳ καὶ Πισιδίᾳ μεχρὶ πολλοῦ· οὗ δὴ χάριν καὶ συνελθοῦσα σύνοδος ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας νόμῳ κεκώλυκε τὸ τοῖς ἀγγέλοις προσεύχεσθαι· καὶ μέχρι δὲ τοῦ νῦν εὐκτήρια τοῦ ἁγίου Μιχαὴλ παρ᾽ ἐκείνοις καὶ τοῖς ὁμόροις ἐκείνων ἐστὶν ἰδεῖν.*

(*p*) Dall. de obiecto cult. religioſ. lib. III. c. XXXI. pag. 528 -- 535.

(*q*) Apollon. ap. Euſeb. lib. V. c. XVIII. *ἵνα δὲ μὴ περὶ πλειόνων λέγωμεν, ἡ προφῆτις ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον, τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα, ᾧ συνεστιᾶται· ᾧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί.* Ne de pluribus loquamur, reſpondeat nobis propheti̇ſſa de Alexandro, qui ſe martyrem prædicat: quocum ipſa conuiuatur: qui adoratur etiam ipſe a multis.

(*r*) Aug. de hæreſ. c. I. Iouem ſe credi volebat (Simon) Mineruam vero mere-

am & meretricis suae discipulis suis praebuerit adorandas. Idem gentilibus obiectabant, quod deos adorarent, qui meri fuissent homines & mortui essent. Vti in omnibus apologiis videre est, a MINVCIO FELICE [s], TERTVLLIANO [t], CLEMENTE ALEXANDRINO [u], ARNOBIO [x], CYPRIA-

Helenam quamdam Selenen, quam sibi sociam scelerum fecerat: imaginesque & suam & eiusdem meretricis discipulis suis praebebat adorandas, quas & Romae tamquam deorum simulacra auctoritate publica constituerat.

(s) Minuc. dial. p. 84. edit. Oxon. MDCXXVIII. 8vo (p. 222. seqq. ed. Hid.) *Saturnum* principem huius generis & examinis omnes scriptores vetustatis, Graeci Romanique *hominem* prodiderunt, scit hoc Nepos, & Cassius in historia, & Thallus ac Diodorus hoc loquuntur. Is itaque Saturnus Creta profugus - - *Homo* igitur vtique qui fugit; *homo* vtique, qui latuit & pater *hominis* & natus ex *homine* - - Post mortem deos fingitis & peierante Proculo deus Romulus & Iuba Mauris volentibus deus est, & diui ceteri reges, qui consecrantur non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritae potestatis. Inuitis denique hoc nomen adscribitur: optant in homine perseuerare: fieri se deos metuunt, &, etiamsi senes, nolunt. - - Manifestum est, *homines* illos fuisse, quos & natos legimus, & mortuos scimus. Quis ergo dubitat, horum *imagines consecratas* vulgus *orare* & publice colere? dum opinio & mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fulgore praestringitur, argenti nitore & candore eboris hebetatur?

(t) Tertull. apol. c. X. Appellamus & prouocamus a vobis ad conscientiam vestram, illa nos iudicet, illa nos damnet, si poterit negare *omnes istos deos vestros homines fuisse.* Cap. XII. Digne imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicatis, quibus & viuentibus eum addicitis accepto ferent dii vestri; immo gratulabuntur, quod pares eis fiant domini sui.

(u) Clem. protrept. p. 26. Φιλόχορος δὲ, ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνα φησὶ τιμᾶσθαι ἰατρόν· Κρόνον δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίᾳ, καὶ ἐνταῦθα αὐτὸν τετάφθαι· -- ἀνθρώπω τινὲ τὼ Διοσκούρω ἐπικήρω γενέσθην· εἴτω ἱκανὸς πιστώσασθαι Ὅμηρος τὸ λελεγμένον.

- τοὺς δ᾽ κατίσχεν φυσίζοος αἶα,

Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ.

- Ἡρακλέα καὶ αὐτὸς Ὅμηρος θνητὸν οἶδεν ἄνθρωπον. κ.τ.λ.

Philochorus tradit Neptunum medicum in Teno coli: & Saturnum situm esse in Sicilia atque illic fuisse sepultum. - Dioscuri facie mortales homines, si Homerus dignus sit, cui fides habeatur:

- *Hos autem iam tenebat terra, mater animantium,*

In Lacedaemone, quae cara ipsis patria fuit.

- - Satis constat, Herculem ab ipso illo Homero mortalem hominem habitum fuisse. cetera.

(x) Arnob. lib. I. p. 32. (p. 14. edit. Hamb. MDCX. fol.) Et tamen o isti! qui hominem nos colere morte functum ignominiosa ridetis: nonne Liberum & vos patrem membratim ab Titanis disceptum fanorum consecratione mactatis? Nonne Aesculapium medicaminum repertorem, post poenas & sup-

NO

NO [y], & reliquis, qui contra eos ſcripſerunt, editis: Quod certe ficulneum fuiſſet argumentum, & facile in ipſos potuiſſet retorqueri, ſi chriſtiani martyres ſuos coluiſſent, quos homines mortales fuiſſe non poterant inficiari. Gentiles porro dæmones ſuos, ſiue deos, quos colebant, bonos angelos eſſe, & ab ſe tamquam ſupremi Dei miniſtros, & cæleſtis aulæ ſatellites, adorari dictitabant. Verum hoc non obſtante idololatriæ eos incuſabant, vtpote cultum Dei rebus creatis tribuentes. Qui hoc argumentum recte & vtiliter applicatum videre cupiunt, illi doctas DALLAEI [z] & STILLINGFLEETI [a] lucubrationes conſulant, vbi rationes, quas pro cultu deorum ſuorum attulerunt gentiles, & chriſtianorum reſponſiones ad easdem collectas & luce ſua illuſtratas inuenient. Ego vnum duntaxat locum ex AVGVSTINO, tamquam ſpecimen reliquorum omnium adferam, vbi ethnicos inducit in hunc modum ſe defendentes: *Non colimus mala dæmonia; Angelos quos dicitis, ipſos & nos colimus, virtutes [b] Dei magni & miniſterium Dei magni.* Ad quod AVGVSTINVS reſpondet: *Vtinam ipſos colere velletis, facile ab ipſis diſceretis non illos colere. Audite angelum doctorem. Docebat quemdam diſcipulum Chriſti, & oſtendebat illi multa miracula in apocalypſi Ioannis. Ille autem, quodam ſibi demonſtrato miraculo viſionis, expauit, & miſit ſe ad pedes angeli. Et ille angelus, qui non quærebat niſi gloriam domini ſui: Surge, quid facis, inquit, illum adora: Nam & ego conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum. Quid ergo fratres mei? Nemo dicat, timeo, ne iraſcatur mihi angelus, ſi non illum colo pro Deo meo: Tunc tibi iraſcitur, quando ipſum colere volueris. Bonus eſt enim, & Deum*

plicia fulminis, cuſtodem nuncupaſtis & præſidem ſanitatis, valetudinis & ſalutis? Nonne ipſum Herculem magnum ſacrificiis, hoſtiis & thure inuitatis incenſo? quem ipſi vos ſcitis vitam amiſiſſe poſt pœnas & concrematum in funeſtis beſticetis? - Nonne ipſum Romulum patrem, ſenatorum manibus dilaceratum centum & Quirinum eſſe Martium dicitis, & ſacerdotibus, & puluinaribus honoratis & in ædibus adoratis ampliſſimis, & poſt hæc omnia cælum adſcendiſſe imitatis? cetera.

(y) Cypr. de idolor. vanit. ſub init. Deos non eſſe, quos colit vulgus, hinc notum eſt: Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud ſuos, poſtmodum etiam in morte cœperunt, cetera.

(z) Dall. de cultu relig. lib. III. c. XXV.

(a) Stillingfleet's *Defence of the diſcourſe of Idol.* part. I. cap. I.

(b) Auguſtin. in pſalm. XCVI. tom. VIII. p. 445. (p. 1083. a. edit. Paril. MDLXIX.)

L 2 *amat.*

amat. Quomodo enim dæmones irascuntur, si non colantur, sic angeli indignantur, si pro Deo colantur. Tandem concludit cum hac admonitione ad paganos: *Discant* [c] *pagani adorare Deum. Angelos volunt adorare: Angelos imitentur, & illum adorent, qui ab angelis adoratur.* Atque his verbis totum hunc sermonem de cultu religioso finio, melius monitum hodiernis angelorum cultoribus dare nesciens, quam vt ad imitandam hanc angelicam praxin veteris ecclesiæ eos cohorter, cui *DEVS*, & quidem *DEVS* solus, obiectum fuit adorationis.

LIBRI DECIMI TERTII
CAPVT QVARTVM.
ANTIQVVM MINISTERIVM DIVINVM SEMPER LINGVA VVLGARI, POPVLO COGNITA, PERACTVM.

§. I.

Hoc probatur, primo, *Ex perspicuis veterum testimoniis, id adfirmantibus.*

NATVRAM & obiectum cultus religiosi christianorum hactenus considerauimus. Iam de circumstantiis & ratione peragendi diuinum ministerium loqui ordimur. Atque heic commodum erit dispicere: Qua lingua veteres cultum publicum peregerint; quis vsus, & quæ origo vulgo sic dictarum liturgiarum siue statarum formularum precum fuerit, quænam vestimentorum, gestuum & diuersorum rituum ac cærimoniarum, sine fidei ac vnitatis christianæ detrimento in diuersis ecclesiis adhibitarum, ratio; & denique, quænam solemnia precum & religiosorum conuentuum tempora hebdomatim vel quotidie obseruata, & publicæ deuotionis ac pietatis exercitia præstituta fuerint.

QVOD ad primum horum omnium attinet, nihil certius in historia est, quam quod cultus publicus in antiqua ecclesia semper peractus fuerit lingua cuiuscumque regionis vulgari seu communi; hoc est, ea, quam plebs vel loquuta est, vel certe intellexit. Atque hæc consuetudo vltra mille annos in ecclesia

(c) Ibid. d.

dura-

durauit. Et omnino ſtultum eſt cogitare, in tam curioſo ſæculo, quale hoc eſt, in quo nos viuimus, fore vllum hominem doctum, qui patrocinetur, vel totas nationes, quæ tam abiecte ſe ſubmittant inductioni ac tyrannidi praxis contrariæ, tam abſurdæ ac iniquæ per ſe ipſam; tam noxiæ deuotioni; tam contrariæ vſui ſermonis, cuius finis eſt ædificatio; tam contumelioſæ in naturam humanam, quaſi homines reuera eſſent aſini, vt comparationem aliquando inſtituit THOMAS AQVINAS; tam damnoſæ iuri primogenituræ chriſtianorum; tam manifeſto contradictoriæ apoſtoli ratiocinationi, atque adeo e diametro oppoſitæ vniuerſali praxi eccleſiæ per tot ſæcula. Sed vero non neceſſe eſſe arbitror, vt ex hiſce locis communibus vniuerſis contra eam diſputem, vel dicam omnia, quæ ex hiſtoria contra eam dici poſſunt. Cui lubet, is hoc iam factum videre poteſt in excellenti quodam libro VSSERII [a], quem in lucem publicam edidit WHARTONVS. Ego quidem ſatis habebo, ſi ex conſilio materias tractandi ſuccincte pauca quædam ſuggeſſero, ex quibus lectori cuiuis candido de ſenſu & praxi eccleſiæ primitiuæ recte conſtare poſſit.

ET primum quidem obſeruo, quod veteres, ſacra ſua olim lingua cuiusque nationis vulgari peracta eſſe, vno omnes ore declarent. *Græci*, inquit ORIGENES [b], *Græcis, Romani Romanis nominibus vtuntur inter precandum, ſinguli que precantur propria lingua, Deumque celebrant pro viribus: & omnium linguarum dominus omnibus linguis precantes exaudit, tam varie loquentes haud ſecus, quam conſonos (vt ita dicam) & vnius vocis homines intelligens.* Hæc ille dicit, obiectioni reſpondens CELSI, qui chriſtianis obiecerat, quod barbaris & ignotis nominibus ac verbis in precibus vterentur. IVSTINVS MARTYR [c] ait: *Solis, qui dicitur, die omnium, qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eumdem locum conuentus*

(a) Vſſerii hiſtoria dogmatica de ſcripturis & ſacris vernaculis cum auctario H. Wharton. Lond. MDCXC. 4to.

(b) Orig. contr. Celſum lib. VIII. p. 402. ἐν ταῖς εὐχαῖς οἱ μὲν Ἕλληνες ἑλληνικοῖς, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ῥωμαϊκοῖς, καὶ οὕτως ἕκαστος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάλεκτον εὔχεται τῷ θεῷ, καὶ ὑμνεῖ αὐτὸν ὡς δύναται· καὶ ὁ πάσης διαλέκτου κύριος τῶν ἀπὸ πάσης διαλέκτου εὐχομένων ἀκούει, ὡς μιᾶς (ἵν᾽ οὕτως ὀνομάσω) φωνῆς, τῆς κατὰ τὰ σημαινόμενα, ἀκούων, δηλουμένης ἐκ τῶν ποικίλων διαλέκτων.

(c) Iuſtin. apol. II. p. 98. τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ

ſit: & commentaria apoſtolorum aut ſcripta prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde lectore quieſcente, præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Quæ abſurda fuiſſet cohortatio, ſi ſcriptura non fuiſſet lecta lingua populo cognita. HIERONYMVS [*d*] de PAVLAE, nobilis genere feminæ, loquens exſequiis, *Græco*, *Latino*, *Syroque* ſermone pſalmos in ordine perſonuiſſe dicit, quia iſtis linguis vtentes homines ad funus eius conuenerint. Ob eamdem rationem *Cæſarius* epiſcopus *Arelatenſis* [*e*] dicitur compuliſſe laicos & populares homines pſalmos & hymnos promere, altaque & modulata voce inſtar clericorum, alios *Græce*, alios *Latine* proſas & antiphonas decantare: ſine dubio, vt diuinum officium ab hominibus, diuerſas linguas loquentibus, & tum in congregatione præſentibus, poſſet intelligi. AVRELIVS CASSIODORVS commentans in verba pſalmiſtæ: *Adducatur regi in fimbriis aureis circumamicta varietate*, hunc in modum fatur: *Heic varietas linguas* [*f*] *multiplices ſignificat; quia omnis gens ſecundum ſuam patriam in eccleſia pſallit auctori.* Et quum eſſet tunc ea eccleſiæ ratio, vt omnia officia ad populi captum ac ædificationem peragerentur, IVSTINIANVS lege quadam hoc ſtabiliuit, hunc in modum ſanciendo: *Iubemus omnes* [*g*] *epiſcopos & presbyteros non in ſecreto, ſed cum ea voce, quæ a fideliſſimo populo exaudiatur, diuinam oblationem & precationem, quæ fit in baptiſmate, facere; vt inde audientium animi in maiorem deuotionem & Dei laudationem & benedictionem efferantur. Sic enim diuinus apoſtolus docet, dicens in*

τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται, μέχρις ἐγχωρεῖ· εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται.

(*d*) Hieron. epitaph. Paulæ, epiſt. XXVII. c. XIII. (p.134. c. edit. Par. MDCXIII.) Græco, Latino Syroque ſermone pſalmi in ordine perſonabant; non ſolum triduo, donec ſubter eccleſiam & iuxta ſpecum domini conderetur, ſed per omnem hebdomadam, cunctis, qui venerant, ſuum funus & proprias credentibus lacrimas.

(*e*) Vit. Cæſar. Arelat. ap. Surium Aug. XXVII. p. 947.

(*f*) Caſſiodor. in pſalm. XLIV. al. XLV.

(*g*) Iuſtin. nouell. CXXXVII. c. VI. *Κελεύομεν πάντας ἐπισκόπους τε καὶ πρεσβυτέρους, μὴ κατὰ τὸ σεσιωπημένον, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστοτάτῳ λαῷ ἐξακουομένης τὴν θείαν προσκομιδὴν καὶ τὴν ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι προσευχὴν ποιεῖσθαι· πρὸς τὸ κἀντεῦθεν τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς εἰς πλείονα κατάνυξιν καὶ τὴν πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν διανίστασθαι δοξολογίαν· οὕτως γὰρ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος διδάσκει, λέγων ἐν τῇ πρὸς*

priore

priore ad Corinthios epistola: Si solum benedicis spiritu, is, qui idiotæ locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni Deo sanctum illud dicet Amen? siquidem quid dicis, non nouit: tu autem pulchre gratias agis, sed alius non ædificatur. Ex quibus planum est, quod *Iustinianus* omnes preces, quas populus audire vel intelligere non posset, ab apostolo æqualiter reprehendi existimarit, tamquam ad ædificationem nihil conferentes; adeoque vt legem fecit contra consuetudinem demurmurandi preces in secreto, quas publice fieri oportebat; ita non minore seueritate vsurus fuisset contra precum recitationem lingua quadam incognita, si tum vlla fuisset (sicut non fuit) occasio similis prohibitionis in liturgia ecclesiæ. Quod ex alia quadam ipsius lege, quæ occasione alicuius controuersiæ, inter *Iudæos* ipsius ætate ortæ, facta est, colligi potest. Istorum nonnulli legem *Hebraica* tantum lingua, etsi vulgo incognita, legi oportere superstitiose contendebant: Alii *Græca*, vel alia quacumque lingua, quam populus intelligeret, legendam esse statuebant. Re tandem ad *Iustinianum* delata, decretum hic faciebat in posteriorum gratiam, huiusmodi: *Sancimus, [b] licentiam esse volentibus Hebræis per synagogas suas in quocumque Hebræi loco sunt per Græcam vocem sacros libros legere conuenientibus, vel etiam patria forte (Italica hac diximus) lingua, vt etiam aliorum simpliciter, vna scilicet cum locis etiam lingua commutata, & per ipsorum lectionem, per quam clara sunt, quæ dicuntur conuenientibus omnibus deinceps, & secundum hæc viuere & conuersari, neque fiduciam esse his, qui apud eos sunt, expositoribus solam Hebraicam tradentibus, malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia suam ipsorum abscondentes malam consuetudinem.*

Κορινθίους πρώτη ἐπιστολῇ, Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις, οὐκ οἶδε· σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται.

(b) Iustin. nouell. CXLVI. Θεσπίζομεν, ἄδειαν εἶναι τοῖς βουλομένοις Ἑβραίοις, κατὰ τὰς συναγωγὰς τὰς αὐτῶν, καθ' ὃν Ἑβραῖοι ὅλως τόποι εἰσί, διὰ τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς τὰς ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκειν τοῖς συνιοῦσιν, ἢ καὶ τῆς πατρίου τυχὸν (τῆς Ἰταλικῆς ταύτης φαμὲν) ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἁπλῶς τοῖς τόποις συμμεταβαλλομένης τῆς γλώττης, καὶ τῆς δι' αὐτῶν ἀναγνώσεως· ἐφ' ᾧ σαφῆ τε εἶναι τὰ λεγόμενα τοῖς συνιοῦσιν ἅπασιν ἐφεξῆς, καὶ κατὰ ταῦτα ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι· καὶ μὴ παῤῥησίαν εἶναι τοῖς παρ' αὐτοῖς ἐξηγηταῖς, μόνην τὴν Ἑβραΐδα παραλαμβάνουσι, κακουργεῖν ταύτην, ὡς ἂν ἐθελήσαιεν τῇ τῶν πολλῶν ἀγνοίᾳ τὴν σφῶν αὐτῶν περικαλύπτοντες κακοήθειαν.

Huc

Huc vſque igitur certi ſumus, hanc corruptelam admiſſionem ſui in ſacra eccleſiæ chriſtianæ quærere non fuiſſe auſam, ſiquidem a ciuili magiſtratu correcta eſt, ſimulac in ſynagogas *Iudaicas* irrepere velle obſeruaretur.

§. II.

Secundo, *Ex laicorum coniunctione in pſalmodia & precibus, eorumque more reddendi reſponſiones.*

Secundo, VT nouum huius rei documentum obſeruare poſſumus, quod omnis populus antiquis temporibus licentiam habuerit in pſalmodia & precibus ſeſe coniungendi, reddendique ſuas reſponſiones. Docti & indocti, immo mulieres, virgines & infantes hiſce temporibus in partem publici eccleſiæ cultus veniebant. CHRYSOSTOMVS [*i*] & *conſtitutionum apoſtolicarum* auctor [*k*] de infantibus loquuntur, cum reliquis de congregatione precantibus pro catechumenis ac fidelibus. Et HIERONYMVS [*l*] de virginibus loquitur, mane, hora tertia, ſexta, nona, veſpere, noctis medio per ordinem pſalterium cantantibus: dicitque, debuiſſe eas pſalmos & de ſcripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere. BASILIVS [*m*] & multi ſcriptores alii,

(*i*) Chryſoſtom. hom. LXXI. in Matth. p. 624. (p. 768. c. edit. Francof.) ἡ τρίτη (δέησις) πάλιν, ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ αὕτη τὰ παιδία τοῦ δήμου προβάλλεται, τὸν Θεὸν ἐπὶ ἔλεον παρακαλοῦντα· ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ κατεγνώκαμεν ἑαυτῶν ἁμαρτήματα, ὑπὲρ μὲν τῶν πολλὰ ἡμαρτηκότων, καὶ ἐγκληθῆναι ὀφειλόντων αὐτοὶ βοῶμεν· ὑπὲρ δὲ ἡμῶν αὐτῶν οἱ παῖδες, ὧν τῆς ἁπλότητος τοὺς ζηλωτὰς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν μένει. Tertia (oratio) quam pro nobis ipſis fundimus, vel *infantes adducit, Deum ad miſericordiam lacrimis* inflectentes. Nam quoniam ipſi peccati cognouimus, pro aliis, qui peccarunt, quique peccare poſſunt, ipſi clamamus: pro nobis autem ipſis *infantes*, quorum imitatores cælorum regnum manet.

(*k*) Conſtit. lib. VIII. c. VI. ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τούτων, ὧν ὁ διάκονος προσφωνεῖ, ὡς προείπομεν, λεγέτω ὁ λαός· Κύριε, ἐλέησον· καὶ πρὸ πάντων τὰ παιδία. In ſingulis horum, quæ diaconus proloquitur, vti iam diximus, populus reſpondeat: Kyrie, Eleiſon; & ante cunctos *pueri*.

(*l*) Hieron. epitaph. Paulæ epiſtol. XVII. c. X. (p. 131. b. edit. Pariſ. MDCXIII.) Mane, hora tertia, ſexta, nona, veſpere, noctis medio, per ordinem pſalterium cantabant. Nec licebat cuiquam ſororum ignorare pſalmos, & non de ſcripturis quotidie aliquid diſcere.

(*m*) Baſil. epiſt. LXIII. ad Neocæſarienſes p. 96. e. Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ, καὶ ἐν θλίψει, καὶ ἐν συνοχῇ δακρύων

(quem-

(quemadmodum videbimus poſthac, vbi de pſalmodia agemus) omnem populum alternis vicibus ſuccinendo pſallere conſueviſſe perhibent. Et BASILIVS ſpeciatim pueros [n] hoc officium vna cum reliquo populo peregiſſe auctor eſt. Precationes etiam populi in omni fere parte liturgiæ offendemus, (e. gr. *κύριε ἐλέησον, Kyrie eleiſon,*) ſingulis petitionibus precum diaconi ſubiunctas; & in hiſce alterius precationibus miniſtri eccleſiæ ac populi, *Dominus vobiſcum, Et cum ſpiritu tuo: Surſum corda, Habemus ad Dominum*, cum ſexcentis aliis, quas heic memorari neceſſe non eſt. Quæ omnia cultum iſtum publicum lingua vulgari ac cognita factum ſupponunt; alias abſurdum foret cogitare, quod populus nouerit, quomodo & quando reſponſiones dare deberet; aut quomodo pueri & tenera ætate virgines pſalmos ac ſcripturas memoriæ mandare, & in pſalmodia atque aliis partibus cultus eccleſiaſtici ſe coniungere potuerint.

§. III.

Tertio, *Ex crebris patrum hortationibus ad populum, vt attente audiant, legant & orent.*

Tertio, NIHIL vulgatius apud veteres in ſermonibus eorum ad populum eſt, quam vt admoneant eos & cohortentur, vt audiant, legant ac orent mente, cum attentione ac feruore ſpiritus. Quæ incongruæ fuiſſent admonitiones, dum

ἐξομολογησάμενοι τῷ θεῷ, τελευταῖον ἀναστάντες τῶν προσευχῶν, εἰς τὴν ψαλμῳδίαν καθίσανται· καὶ νῦν μὲν διχῇ διανεμηθέντες, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις, ὁμοῦ μὲν τὴν μελέτην τῶν λογίων ἐντεῦθεν κρατύνοντες, κ. τ. λ. De nocte *populus* conſurgens antelucano tempore domum precationis petit: inque labore & tribulatione ac lacrimis indeſinentibus facta ad Deum confeſſione, tandem ab oratione ſurgentes *ad pſalmodiam traducuntur.* Et nunc quidem in duas partes diuiſi *alternis ſuccinentes pſallunt*, atque ex eo ſimul eloquiorum Dei exercitationem ac meditationem corroborant, cetera.

(n) Baſil. prooem. in pſalmos. (tom. I. opp. p. 10 . 1.) Διὰ τοῦτο τὰ ἐναρμόνια ταῦτα μέλη τῶν ψαλμῶν ἡμῖν ἐπινενόηται, ἵνα οἱ παῖδες τὴν ἡλικίαν, ἢ καὶ ὅλως οἱ νεαροὶ τὸ ἦθος, τῷ μὲν δοκεῖν μελῳδῶσι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τὰς ψυχὰς ἐκπαιδεύωνται. In hoc ſane excogitati ſunt concinni iſti concentus pſalmorum, vt qui per ætatem pueri etiam dum ſunt, aut certe adoleſcentes moribus, dum in ſpeciem concinunt ac modulantur, re ipſa animas erudiant ſuas.

Venant. Fortun. lib. II. poëmat. in laudem cleri Pariſiaci:

Pontificis monitis clerus, plebs pſallit, & infans.

ad regulas, quas obseruare non potuissent, eos obligassent, si lectiones scripturarum & precationes lingua incognita fuissent factæ. BASILIVS hunc in modum plebem [o] adhortatur: *Psalmum habes, prophetas, euangelica præcepta, apostolorum prædicationes. Lingua psallat, mens sensum eorum, quæ dicta sunt, scrutetur: vt psallas spiritu, psallas item & mente.* In alia homilia [p] *Nostra*, inquit, *sunt diuina hæc oracula, & in ecclesia Dei tamquam dona diuinitus emissa, in vno quoque conuentu releguntur, perinde ac animabus alendis a spiritu sancto administrata quædam alimonia.* Et alio loco [q] interrogationem habet: *Quomodo spiritus alicuius orat, & mens eius est sine fructu?* Responsio est: *Hoc de iis dictum est, qui lingua audientibus ignota orationes factitabant. Ait enim apostolus: Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quotiescumque enim iis, qui adsunt, ignota sunt verba orationis, tunc sine controuersia orantis mens sine fructu est, quippe cum inde nemo fructum capiat. Contra autem quandocumque, qui adsunt, orationem intelligunt, quæ audientes possit iuuare, tunc sine dubio, qui orat, fructum habet, quod meliores fiunt, qui iuuantur. Similis quoque ratio est in omni prolatione sermonum Dei. Scriptum est enim: Sed si quis bonus ad ædificationem fidei.* Ex quibus omnibus manifestum est, scripturas, psalmos, ac precationes lingua cognita fuisse lectas. Alias enim vanum fuisset, hortari homines, vt diligenter attenderent, ad intelligendum ea, quæ audirent, si omnia lingua fuissent

(o) Basil. homil. in psalm. XXVIII. serm. I. (tom. I. p. 154. c.) ψαλμὸν ἔχεις, προφητείαν ἔχεις· εὐαγγελικὰ παραγγέλματα· τὰ τῶν ἀποστόλων κηρύγματα· ἡ γλῶσσα ψαλλέτω· ὁ νοῦς ἐρευνάτω τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων, ἵνα ψάλλῃς τῷ πνεύματι, ψάλλῃς δὲ καὶ νοΐ.

(p) Basil. homil. in psalm. LIX. p. 253. a. τὰ ἡμέτερά ἐστι τὰ θεῖα λόγια, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ὡς θεόπεμπτα δῶρα, καθ᾽ ἕκαστον σύλλογον ὑπαναγινώσκεται οἷά τις τροφὴ ψυχῶν χορηγουμένη διὰ τοῦ πνεύματος.

(q) Basil. regul. breu. quæst. CCLXXVIII. Πῶς τὸ πνεῦμά τινος προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς ἄκαρπός ἐστιν; ἀπόκρισις· Τοῦτο περὶ τῶν ἐν γλώσσῃ ἀγνοουμένῃ τοῖς ἀκούουσι τὰς προσευχὰς ἀναπεμπόντων εἰρήθη· φησὶ γάρ· ἐὰν προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστιν· ὅταν μὲν γὰρ ἄγνωστα ᾖ τοῖς παροῦσι τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς, ἄκαρπός ἐστιν ὁ νοῦς τοῦ προσευχομένου, μηδενὸς ὠφελουμένου· ὅταν δὲ οἱ παρόντες νοῶσι τὴν προσευχὴν ὠφελεῖν δυναμένην τοὺς ἀκούοντας, τότε ὁ προσευχόμενος καρπὸν ἔχει τὴν τῶν ὠφελουμένων βελτίωσιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ πάσης ἐκφωνήσεως τῶν τοῦ θεοῦ ῥημάτων· γέγραπται γάρ, ἀλλ᾽ εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως.

pro-

pronuntiata, quam illi non intellexiſſent, nec intelligere potuiſſent.

§. IV.

Quarto, *Ex vſitato patribus more remittendi ad preces & lectiones in publico eccleſiæ cultu.*

Quarto, PATRES in ſermonibus ſuis frequentiſſime ad precationes eccleſiæ remittunt, nec non ad lectionem ſcripturarum ante factam, tamquam ad res populo perfecte cognitas. Sæpius argumentantur ex materiis contentis in precibus, quemadmodum CHRYSOSTOMVS ex omnibus liturgiæ partibus facere conſueuit. Eorumque ſermones vt plurimum in eas ſcripturarum partes, quæ modo publice lectæ erant, habebantur, quemadmodum oſtendemus, vbi ad officium prædicandi verbum Dei deuenerimus. Hoc ergo & preces & lectiones ſcripturarum lingua cognita factas eſſe, arguit, alias enim res abſurda fuiſſet concionatoribus, auditores ſuos eo remittere, vel argumenta inde deducere, tamquam rationes ſua ipſorum experientia fundatas, ſi nullam earum notitiam habuiſſent.

§. V.

Quinto, *Ex ſcripturarum in omnes linguas inde a primis eccleſiarum initiis translatione.*

Quinto, MANIFESTVM hoc eſt ex pia cura ac ſollicitudine, quam eccleſia adhibuit, vt biblia haberet in omnes linguas translata, &, ſimul ac natio quædam ad nomen *CHRISTO* dandum perducta eſſet, quæ linguam incognitam loquebatur, vt ſtatim nouam ſanctarum ſcripturarum verſionem in patria ipſorum lingua illis procuraret. EVSEBIVS [r] ſcripturas omnium tam *Græcorum*, quam barbarorum linguis conuerſas a

(r) Euſeb. de præparat. euangelic. lib. XII. c. I. Ἔνθεν παρ' ἡμῖν, τοῖς μὲν ἄρτι εἰσαγομένοις, καὶ τὴν ἕξιν ἀτελέσιν, ὡς ἂν τὰς ψυχὰς νηπίοις, ἁπλούστερον ἡ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀνάγνωσις παραδίδοται, μετὰ τοῦ δεῖν πιστεύειν ὡς Θεοῦ λόγοις τοῖς ἐμφερομένοις παρακελεύεσθαι· τοῖς δὲ τὴν ἕξιν προβεβηκόσι, καὶ πολιοῖς τὸ φρόνημα, ἐμβαθύνειν καὶ δοκιμάζειν τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἐπιτέτραπται. Quos nouiſſime rerum in noſtrarum communionem admiſimus, iis tamquam rudioribus adhuc & inchoatis, animoque propemodum infantibus, diuinæ ſcripturæ lectionem ſimplicius ita tradimus, vt eos ſimul ad fidem iis quæ proponantur, tamquam Dei verbis habendam adhortemur. At quorum iam robuſtior mentis habitus, & cana quædam intelligentia vis fuerit, iis vero penetrare altius, verborumque ſententiam explorare concedimus.

M 2 cun-

cunctis vbique gentibus studiose edisci; & ea, quae in illis continentur, pro diuinis oraculis haberi, dicit. CHRYSOSTOMVS [s] *Syros, Aegyptios, Indos, Persas, Aethiopes* & innumeras gentes alias sacra biblia in suam linguam transtulisse, atque hoc modo homines barbaros philosophari didicisse, & mulierculas & adolescentulos diuinam doctrinam magna facilitate perfusam imbibisse, narrat. THEODORETVS [t] idem testatur, quando ad gentiles inter alia sic loquitur: *Nos vobis apostolicae propheticaeque doctrinae vim & robur manifeste ostendimus. Vniuersa enim, quae sub sole est, terra his sermonibus referta est. Et Hebraica lingua, non in Graecam modo linguam versa est, sed etiam in Romanorum & Aegyptiorum, Persarumque & Indorum & Armeniorum & Scytharum ac Sarmatarum, atque vt semel dicam, in linguas omnes, quibus ad hunc diem nationes vtuntur.* Idem ab HIERONYMO [u], AVGVSTINO [x] &

Id. de laud. Constant. c. XVII. *Καὶ τοσαύτην αὐτοῖς ἀρετήν τε καὶ δύναμιν, παρασχεῖν, ὡς καὶ γραφὰς συντάξαι, καὶ βίβλους παραδοῦναι· καὶ ταύτας εἰς τοσοῦτο κρατῦναι, ὡς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης παντοίᾳ γλώσσῃ βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων μεταβαλλομένας, παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι· καὶ πιστεύεσθαι θεῖα εἶναι λόγια τὰ ἐν αὐταῖς καταβεβλημένα κ. τ. λ.* Tantam eis (piscatoribus) vim ac potentiam indidit, vt libros conscriberent atque ederent; vtque horum librorum tanta esset auctoritas, vt omnium tam Graecorum quam Barbarorum linguis conuersi a cunctis vbique gentibus studiose ediscerentur; & ea, quae in illis continentur, diuina esse crederentur oracula.

(s) Chrysost. homil. I. in Ioann. al. II. edit. Sauil. tom. II. p. 561. (pag. 14. edit. Francof.) *Ἀλλὰ καὶ Σύροι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Πέρσαι, καὶ Αἰθίοπες, καὶ μυρία ἕτερα ἔθνη, εἰς τὴν αὐτῶν μεταβαλόντες γλῶτταν τὰ παρὰ τούτου (Ἰωάννου) δόγματα εἰσαχθέντα, ἔμαθον ἄνθρωποι βάρβαροι φιλοσοφεῖν. - - τοσαύτην τοῖς ῥήμασιν ἐγκατέμιξεν εὐκολίαν, ὡς μὴ μόνον ἀνδράσι συνετοῖς, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶ καὶ νέοις ἅπαντα εἶναι τὰ λεγόμενα δῆλα.*

(t) Theodoret. de curand. Graecor. affect. serm. V. (tom. IV. p. 555. d.) *ἡμεῖς δὲ τῶν ἀποστολικῶν καὶ προφητικῶν δογμάτων τὸ κράτος ἐναργῶς ἐπιδείκνυμεν· πᾶσα γὰρ ἡ ὑφ' ἥλιον τῶνδε τῶν λόγων ἀνάπλεως· καὶ ἡ Ἑβραίων φωνὴ οὐ μόνον εἰς τὴν Ἑλλήνων μετεβλήθη, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Ῥωμαίων, καὶ Αἰγυπτίων, καὶ Περσῶν, καὶ Ἰνδῶν, καὶ Ἀρμενίων, καὶ Σκυθῶν, καὶ Σαυροματῶν, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, εἰς πάσας τὰς γλώττας αἷς ἅπαντα τὰ ἔθνη κεχρημένα διατελεῖ.*

(u) Hieron. praefat. in 4. euangel. ad Damasum. Nouum opus me facere cogis ex veteri: vt post *exemplaria scripturarum toto orbe dispersa*, quasi quidam arbiter sedeam, cetera. Ibid. Quum *multarum gentium linguis scriptura ante translata* doceat, falsa esse, quae addita sunt.

(x) August. epist. XLVIII. ad Vincent. (tom. II. opp. p. 177. c.) Clama & contende, quantum potes, etiam si apud Persas & Indos euangelium praedicetur, vbi quidem iam diu praedicatur, &c. Ibid. p. 184. d. Neque enim sic

multis

multis aliis confirmatur. *Vlphilam*, *Gotthorum* episcopum, *Gotthicis* litteris excogitatis, sacras scripturas in *Gotthorum* sermonem conuertisse historici omnes [*y*] narrant. HIERONYMVS eas in linguam *Dalmaticam* transtulit, quemadmodum ipse significare videtur [*z*], quando linguam *suam* vocat; vti SCALIGER & plerique alii ipsum intelligunt, tametsi VSSERIVS [*a*] per linguam *suam Latinam* potius eum intelligere existimet. CHRYSOSTOMVS [*b*] versionis *Syriacæ* semel atque iterum meminit; & auctori, qui vitam eius scripsit [*c*], noui testamenti & psalterii versionem in linguam *Armeniacam* procurasse dicitur, dum *Cucusi* in *Armenia* exularet. Vt ne versionem METHODII vel (vt alii volunt,) CYRILLI in linguam *Slauonicam*, aut alias quasdam posteriorum sæculorum heic memoremus. De quibus omnibus exactas narrationes reperire lector potest apud VSSERIVM [*d*], WALTONVM [*e*], MILLIVM [*f*], HOTTINGERVM [*g*]

potuit integritas atque notitia litterarum, vnius quamlibet illustris episcopi custodiri, quemadmodum scriptura canonica, tot linguarum litteris & ordine, & successione celebrationis ecclesiasticæ custoditur, cet.

(*y*) Socrat. lib. IV. c. XXXIII. Τότε καὶ Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπος, γράμματα ἐφεῦρε Γοτθικά· καὶ τὰς θείας γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μεταβαλὼν, τοὺς βαρβάρους μανθάνειν τὰ θεῖα λόγια παρασκεύασεν.
Sozom. lib. VI. c. XXXVII. Πρῶτον γραμμάτων εὑρετὴς αὐτοῖς ἐγένετο (Οὐλφίλας) καὶ εἰς τὴν οἰκείαν φωνὴν μετέφρασε τὰς ἱερὰς βίβλους.

(*z*) Hieron. epist. CXXXIV. ad Sophronium. Nec hæc dico, quo prædecessores meos mordeam, aut quidquam his arbitrer detrahendum: quorum translationem, diligentissime emendatam olim *meæ linguæ hominibus dederim*; cetera.

(*a*) Vsser. de sacr. vernac. p. 220.

(*b*) Chrysost. hom. III. in 2 Cor. p. 754. (In edit. Francof. non inuenio; vid. autem homil. I. in Ioan. p. 14. edit. Francof. cit. sub litt. antec. (s) pag. 92.)

(*c*) Gregor. Alexandr. vit. Chrysostom. n. LIX. tom. VIII. edit. Sauil. pag. 235. εὗρε κατὰ χάριν θεοῦ τινας ἐξ αὐτῶν ἐπισταμένους τὴν ἑλληνίδα γλῶσσαν, καὶ παρεσκεύασεν αὐτοὺς μεταφράσαι τὴν νέαν διαθήκην καὶ τὸ ψαλτήριον τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ, ὅπως γνῶσιν λάβωσι τῆς θείας γραφῆς. Inuenit quosdam Græcæ linguæ gnaros, eosque præparauit, vt nouum testamentum & psalterium in sermonem vernaculum transferrent, vt diuinæ scripturæ cognitionem consequerentur.

(*d*) Vsser. de script. vernac. p. 220.

(*e*) Walton. prolegom. c. V. p. 34. 35.

(*f*) Millii prolegom. in nou. testam.

(*g*) Hotting. de translat. biblior. Heidelb. MDCLX.

et alios, qui speciale hoc argumentum de sacrarum scripturarum versionibus tractauerunt.

§. VI.

Sexto, *Ex vsu ordinis interpretum in ecclesia.*

QVOD ad antiquam praxin attinet, ea porro illustrari & confirmari potest ex vsu interpretum in ecclesia; quorum officium, vti iam alio [*] loco ex EPIPHANIO [b] & aliis scriptoribus ostendimus, erat, vt linguam aliam in aliam transferrent tam in lectionibus scripturarum, quam in concionibus ad populum habitis. Fieri enim solebat, vt diuersarum linguarum homines in ecclesia essent: Vti in ecclesiis *Syriæ* & *Palæstinæ*, alii *Syriacam* tantum, alii *Græcam* linguam intelligebant; & in ecclesiis *Africanis* alii *Latine*, alii *Punice* loquebantur. Quibus in casibus quidquid vna lingua pronuntiabatur, per interpretem confestim in aliam linguam transferebatur, vt populus ædificationem capere inde posset. Cuius in consuetudinis confirmationem iis, quæ dicta sunt antea, obseruationem tantum subiungam THEODORETI [i] de praxi CHRYSOSTOMI, quem ille opera istiusmodi interpretis *Arianis Gotthis Constantinopoli* sæpius concionatum esse, multosque ex iis ab errore ad catholicam fidem reduxisse, perhibet.

§. VII.

Septimo, *Ex more habendi biblia posita in ecclesiis pro populo, in priuatam eorum lectionem.*

ALIA consuetudo, in ecclesia antiqua obseruata, erat, vt biblia lingua vulgari in commodo ecclesiæ loco posita essent pro populo, vt pro lubitu, si qui pia inclinatione eo ferrentur,

(*) Lib. III. c. XIII. §. IV. vol. II. p. 74.

(b) Epiphan. expos. fid. n. XXI. ἑρμηνευταὶ γλώσσης εἰς γλῶσσαν, ἢ ἐν ταῖς ἀναγνώσεσιν ἢ ἐν ταῖς προσομιλίαις.

(i) Theod. lib. V. c. XXX. αὐτός τε γὰρ τὰ πλεῖστα ἐκεῖσε φοιτῶν διελέγετο, ἑρμηνευτῇ χρώμενος τῷ ἑκατέραν γλῶσσαν ἐπισταμένῳ τινὶ, καὶ τοὺς λέγειν ἐπισταμένους τοῦτο παρασκευάζε δρᾶν· ταῦτα μὲν οὖν ἔνδον ἐν τῇ πόλει διετέλει ποιῶν, καὶ πολλοὺς τῶν ἐξηπατημένων ἐζώγρει, τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων ἐπιδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν. Sæpius ipse illo (in ecclesiam Scythicam) se conferens (Ioannes) disserebat, interprete vtens aliquo vtriusque linguæ perito, & erga eos qui disserere poterant, vt idem præstarent satagebat. Atque hæc ille intus in vrbe adsidue gerebat, multosque ex iis, qui decepti fuerant, reuocabat, veritatem illis ostendens prædicationis apostolicæ.

ſcripturarum lectione ante vel poſt diuini officii tempus animum occupatum habere poſſent. Cuius conſuetudinis indubium documentum hexametri illi PAVLINI [k] exhibent, qui parietibus ſecretarii eccleſiæ *Nolanæ* inſcripti erant, ita habentes:

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas;
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

ITA ipſi *Conſtantino*, quemadmodum memoriæ prodidit EVSEBIVS [l], in eccleſia facere moris erat, vt partim preces cum vniuerſo aulicorum cœtu recitaret, partim ſacros codices in manus ſumens, oracula a Deo edita attento animo meditaretur. Et hanc ipſam ob cauſſam probabiliter EVSEBIO mandavit, vt quinquaginta exemplaria bibliorum in vſum eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* [m] conficeret, vti epiſtola illius ad *Euſebium* ſcripta teſtatur. In laudem enim illius ab EVSEBIO alibi [n] obſeruatum eſt, quod hoc modo immenſam virorum ac mulierum multitudinem eo impulerit, vt ſpretis corporum alimentis, rationalem potius cibum diuinarum lectionum, animis ratione præditis aptiſſimum, appetierint. Hoc neceſſario vel ad lectionem ſcripturarum beneficio exemplarium, eccleſiæ ab ipſo donatorum, referendum eſt; vel indicat, quod ab ipſo excitati fuerint ad eas domi ſuæ legendas; quod ſub pœna exi-

(k) Paulin. epiſt. XII. ad Seuer.

(l) Euſeb. vit. Conſtant. lib. IV. c. XVII. *μετὰ χεῖρας γέ τοι λαμβάνων τὰς βίβλους, τῇ τῶν θεοπνεύστων λογίων θεωρίᾳ προσανεῖχε τὸν νοῦν· εἶτ᾽ εὐχὰς ἐνθέσμους σὺν τοῖς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦσιν ἀπεδίδου.*

(m) Ap. Euſeb. ibid. lib. IV. c. XXXVI. *Πρέπον κατεφάνη, τὸ δηλῶσαι τῇ σῇ συνέσει, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐμετακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων, γραφῆναι κελεύσειας.* Viſum eſt id ſignificare prudentiæ tuæ, vt quinquaginta codices diuinarum ſcripturarum, quarum apparatum & vſum maxime n ceſſarium eccleſiæ eſſe intelliges, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuſte ſcribendi peritiſſimis deſcribi facias; qui & legi facile & ad omnem vſum circumferri poſſint. Vid. eadem epiſtolæ Conſtantini verba ap. Theodoret. lib. I. c. XV. & ap. Socrat. lib. I. c. IX.

(n) Euſeb. orat. de laudibus Conſtantini c. XVII. p. 661. (p. 546. edit. Amſtelod. MDCXCV.) *τίς γύναια καὶ μύρια πλήθη ἀνδρῶν ἀναπέπεικε, λογικὰς τροφὰς ψυχαῖς λογικαῖς καταλλήλους, δι᾽ ἐνθέων ἀναγνωσμάτων ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ σώματος τροφῶν;*

lii vel mortis ab antecedentibus imperatoribus, christiani nominis hostibus, interdictum illis fuerat.

§. VIII.

Octauo, *Ex data vniuersali omnibus hominibus licentia habendi ac legendi scripturas lingua patria. Quod priuilegium a nullo, nisi ab ethnicis persecutoribus, vmquam infractum fuit.*

Hoc ad aliud manifestum antiquæ praxis documentum nos deducit, quod erat priuilegium illud & incitamentum christianis omnibus commune, legendi domi suæ scripturas sacras in priuatam sui suarumque familiarum ædificationem, melioremque præparationem ad cultum Dei publicum. Neque vllus vmquam hoc illis priuilegium denegauit, nisi tyranni illi, qui nomen & fidem christianorum vna cum bibliis suis ex orbe terrarum delere animum induxerant. Quam ob caussam diligentissime ea conquirebant, omnesque adhibebant machinas & vim omnem, vt christiani ea comburenda traderent: Quod qui faciebant, ignominioso nomine *traditores*, hoc est religionis suæ proditores, vocabantur. Id quod certo argumento est, illius æui christianos priuatos liberum scripturarum vsum habuisse; alias enim non potuissent cogi inimicis suis eas tradere. Neque heic responderi potest, quod scripturæ tunc temporis tantum in episcoporum, & lectorum aliorumque clericorum manibus fuerint. Nam ipse BARONIVS diuersorum martyrum acta publicauit, vbi non priuati tantum viri, sed mulieres etiam inquisitoribus, domi sacras scripturas se habere, professi sint. Singulare exemplum ex actis dabo *Agapes* & *Irenes* [o] ac sociarum. Vbi præses *Irenem* ita rogat: *Quisnam tibi auctor fuit, vt membranas istas atque scripturas in hodiernum vsque diem custodires? Irene inquit: Deus omnipotens, qui iussit nos ad mortem vsque ipsum diligere, qua de caussa non ausæ sumus eum prodere; sed maluimus aut viuentes comburi, aut, quæcumque alia nobis acciderint, perpeti, quam talia scripta prodere.* Ex his manifestum est, quod priuati christiani, tam viri quam feminæ, scripturis tamquam primogenituræ suæ iure, gauisi fuerint, neque quispiam præter tyrannos & persequutores ethnicos illud eis eripere ausus sit.

(o) Acta Agapes & sociarum ap. Baron. an. CCCIV. n. XLVI.

Tan-

Tantum abest, vt patres ecclesiæ id facere sibi sumserint, vt e contrario omnibus argumentis vsi sint, quo homines ad legendum & meditandum eas inducerent; hortantes illos non tantum ad attente audiendum eas in ecclesia, sed legendum quoque priuatim domi suæ cum vxoribus ac familiis suis; laudantes, qui de illis meditarentur, vituperantes, qui eas negligerent; summis laudibus earum vsum & præstantiam efferentes, & ab hominibus requirentes, vt priuatim eas percurrerent, tamquam optimam præparationem ad publicum cultum & instructionem; respondentes omnibus obiectionibus & excusationibus, quas in contrarium proferre homines poterant: Exempli caussa, esse se idiotas & indoctos, & scripturas sublimes & ad intelligendum difficiles; facere eas solum in monachorum ac religiosorum, non sæcularium & occupatorum hominum vsum; adseuerantes illis, quod scripturæ omnium hominum vsui destinatæ essent, & quod earum neglectus omnis ignorantiæ, hæresium, errorum ac impietatis caussa exsisteret. Hæc generalia argumenta erant, quibus patres tunc temporis populum ad legendas scripturas inducere adlaborabant, quæ e diametro istis argumentis opposita sunt, quæ posterioribus sæculis ad earum vsum & lectionem hominibus dissuadendam & eripiendam adhiberi cœperunt. Patrum volumina inspicere nemo potest, quin istiusmodi argumenta in illis vbique obuia habeat. Vt adeo necesse non sit, illis heic immorari. Qui volet, ea vniuersa collecta apud VSSERIVM & WHARTONVM videre potest. Vnum duntaxat locum e CHRYSOSTOMO in medium proferam, & quidem ex celebratissimis eius sermonibus in *Lazarum*, vbi diuersa argumenta simul proponit, & diuersis obiectionibus, quarum modo iniecimus mentionem, respondet. „Ideo, inquit [*p*] crebro vobis prædicimus multis diebus ante „argumentum, de quo sumus loquuturi, vt his in medio die„bus sumto libro, perpensaque rei summa tota, postea quam „intellexeritis, quid dictum sit, quid restet dicendum, mentem „vestram instructiorem reddatis ad audienda, quæ post disse-

(*p*) Chrysost. homil. III. in Lazar. tom. V. p. 50. (p. 55. a. edit. Francof.) Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι πολλάκις ὑμῖν προλέγομεν ἀπὸ πολλῶν ἡμερῶν, ἵνα ἐν ταῖς μεταξὺ ταύταις ἡμέραις τὸ βιβλίον λαβόντες, καὶ τὴν περικοπὴν ἅπασαν ἐπιόντες, καὶ καταμαθόντες τί μὲν εἴρηται, τί δὲ ὑπολέλειπται, εὐ-

„rentur. Idque ſemper hortor & hortari non deſinam, vt non „tantum heic attendatis iis, quæ dicuntur, verum etiam quum „domi fueritis, adſidue diuinarum ſcripturarum lectioni vace„tis. Quod quidem & iis, qui priuatim mecum congreſſi ſunt, „non deſtiti inculcare. Neque vero mihi quiſquam proferat „putida illa & abſurda verba planeque damnanda: Ego foren„ſibus cauſſis adfixus ſum, publica gero negotia, artificium ex„erceo, vxorem habeo, alo liberos, familiæ curam gero, „mundanus homo ſum, non eſt meum legere ſcripturas, ſed „eorum, qui mundo dixerunt vale, qui montium vertices oc„cuparunt, qui vitam eiusmodi continenter agunt. Quid ais „homo? Non eſt tui negotii ſcripturas euoluere, quoniam in„numeris curis diſtraheris? Immo tuum magis eſt, quam illo„rum. Neque enim illi perinde ſcripturarum egent præſidio, „atque nos in mediis negotiorum vndis iactati. Nam monachi „quidem a foro, forenſibusque negotiis liberi, quique in de„ſerto fixere tuguriola, neque cum quodam habent commer„cium, ſed in illa quieta tranquillitate cum omni ſecuritate phi„loſophantur, ac velut in portu ſedentes, rebus vehementer „tutis fruuntur. Nos contra velut in medio mari fluctuantes, „innumerisque velimus nolimus peccatis obſtricti, ſemper in„digemus perpetuo iugique ſcripturarum ſolatio. Illi ſedent

μαθεςέραν ὑμῶν ποιήσητε τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων· καὶ τοῦτο ἀεὶ παρακαλῶ καὶ παρακαλῶν οὐ παύσομαι, ἵνα μὴ μόνον ἐνταῦθα τοῖς λεγομένοις προσέχητε, ἀλλὰ καὶ οἴκοι γενόμενοι, τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει συνεχῶς ἐνδιατρίβητε· τοῦτο καὶ τοῖς ἰδίᾳ συγγινομένοις ἡμῖν οὐ διέλιπον ἀεὶ παρεγγυῶν· μὴ γάρ μοι λεγέτω τις τὰ ψυχρὰ ῥήματα ἐκεῖνα, καὶ πολλῆς καταγνώσεως ἄξια, ὅτι δικαστηρίῳ προσήλωμαι, τὰ τῆς πόλεως πράττω πράγματα, τέχνην μεταχειρίζομαι, γυναῖκα ἔχω, παιδία τρέφω, οἰκίας προΐσταμαι, ἀνήρ εἰμι βιωτικός· οὐκ ἔστιν ἐμὸν γραφὰς ἀναγινώσκειν, ἀλλ᾽ ἐκείνων τῶν ἀποταξαμένων, τῶν τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων κατειληφότων, τῶν τοῦτον τὸν βίον ἐχόντων διηνεκῶς· τί λέγεις ἄνθρωπε; οὐκ ἔστι σὸν ἔργον γραφαῖς προσέχειν, ἐπειδὴ μυρίαις περιέλκῃ φροντίσι; σὸν μὲν οὖν μᾶλλον ἐστὶν, ἢ ἐκείνων· οὐ γὰρ οὕτως ἐκεῖνοι χρῄζουσι τῆς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν βοηθείας, ὡς οἱ ἐν μέσῳ στρεφόμενοι πραγμάτων πολλῶν· οἱ μὲν γὰρ μοναχοὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀπαλλαγέντες θορύβων, καὶ τὰς καλύβας ἐν ἐρημίᾳ πηξάμενοι, καὶ πρὸς οὐδένα κοινὸν οὐδὲν ἔχοντες, ἀλλ᾽ ἐμφιλοσοφοῦντες μετὰ ἀδείας τῇ τῆς ἡσυχίας ἐκείνης γαλήνῃ, καθάπερ ἐν λιμένι καθήμενοι, πολλῆς τῆς ἀσφαλείας ἀπολαύουσιν· ἡμεῖς δὲ, οἱ καθάπερ ἐν μέσῳ πελάγει σαλεύοντες, καὶ μυρίων ἁμαρτημάτων ἀνάγκας ἔχοντες, συνεχοῦς καὶ διηνεκοῦς ἀεὶ δεόμεθα τῆς ἀπὸ τῶν γραφῶν

„pro-

„procul a conflictu, eoque nec accipiunt multa vulnera: tibi „vero, quia perpetuo ſtas in acie, quia frequentes accipis plagas, idcirco magis opus eſt remediis, vt quem & vxor pro„vocat, & filius contriſtat, atque ſeruus ad iram commouet, & inſi„diatur hoſtis, & inuidet amicus, & vicinus inſectatur, & com„milito ſupplantat, frequenter & iudex minatur, & paupertas „eſt moleſta, & domeſticorum amiſſio luctum adfert, & pro„ſperitas inflat, aduerſitas contrahit. Breuiter, varia iracun„diæ, varia curarum, varia perturbationis ac mœroris, varia „iactantiæ, varia tumoris tum occaſio, tum neceſſitas, nos vn„diquaque circumuallat, innumeraque ex omni parte tela vo„litant: vnde neceſſe eſt, indeſinenter a ſcripturis armaturam „ſumere. - - Adeo multa ſunt, quæ noſtram oppugnant ani„mam, eoque opus nobis eſt diuinis remediis, quo ſimul & iam „acceptis vulneribus medeamur, & quæ nondum quidem infli„cta ſunt, ſed poſt infligentur, prohibeamus, eminus venientia „diaboli ſpicula exſtinguentes depellentesque per adſiduam ſcri„pturarum lectionem. Neque enim fieri poteſt; Non poteſt, „inquam, fieri, vt quiſquam ſalutem adſequatur, niſi perpetuo „verſetur in lectione ſpirituali.„ Et paullo poſt [q] in hunc modum fatur: „Quid igitur, inquiunt, ſi non intelligamus ea, quæ „continentur libris? Maxime quidem, etiamſi non intelligas il„lic recondita, tamen ex ipſa lectione multa naſcitur ſanctimo-

παρακλήσεως· ἐκεῖνοι πόῤῥω τῆς μάχης κάθηνται, διόπερ οὐδὲ πολλὰ δέχονται τραύματα· σὺ δὲ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἕστηκας, καὶ συνεχεῖς δέχῃ τὰς πληγάς, διὸ καὶ πλειόνων σοι δεῖ τῶν φαρμάκων· καὶ γὰρ γυνὴ παροξύνει, καὶ υἱὸς λυπεῖ, καὶ οἰκέτης εἰς ὀργὴν ἐμβάλλει, καὶ ἐχθρὸς ἐπιβουλεύει, καὶ φίλος βασκαίνει, καὶ γείτων ἐπηρεάζει, καὶ συστρατιώτης ὑποσκελίζει, πολλάκις καὶ δικαστὴς ἀπειλεῖ, καὶ πενία λυπεῖ, καὶ ἀποβολὴ τῶν οἰκείων πένθος ἐργάζεται, καὶ εὐημερία φυσᾷ, δυσπραγία συστέλλει· καὶ πολλαὶ μὲν ὀργῆς, πολλαὶ δὲ φροντίδων, πολλαὶ δὲ ἀθυμίας καὶ λύπης, πολλαὶ δὲ κενοδοξίας καὶ ἀπονοίας ἀφορμαὶ καὶ ἀνάγκαι πάντοθεν ἡμᾶς περιστοιχίζονται, καὶ μύρια πανταχόθεν τὰ βέλη φέρεται· διὸ τῆς ἀπὸ τῶν γραφῶν πανοπλίας χρεία διηνεκῶς. -- Καὶ πολλὰ τοιαῦτά ἐστι τὰ πολιορκοῦντα τὴν ἡμετέραν ψυχήν· καὶ δεῖ τῶν θείων φαρμάκων ἡμῖν, ἵνα καὶ τὰ γινόμενα ἕλκη θεραπεύωμεν, καὶ τὰ μηδέπω μὲν γινόμενα, μέλλοντα δὲ γίνεσθαι, προαναστέλλωμεν, πόῤῥωθεν τοῦ διαβόλου τὰ βέλη κατασβεννύντες καὶ ἀποκρουόμενοι διὰ τῆς συνεχοῦς τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσεως· οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τινὰ σωθῆναι μὴ συνεχῶς ἀναγνώσεως ἀπολαύοντα πνευματικῆς.

(q) Ibid. p. 62. (p. 58. 59. edit. Francof.) Τί οὖν, ἂν μὴ εἰδῶμεν τὰ ἐγκείμενα, φησί; μάλιστα μὲν κἂν μὴ εἰδῇς τὰ ἐγκείμενα· ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀναγνώσεως πολὺς ὁ ἁγια-

„mi. Quamquam fieri non poteſt, vt omnia ex æquo igno-
„res: propterea, ſiquidem ſpiritus gratia diſpenſauit ac proui-
„dit, vt publicani, piſcatores, tabernaculorum opifices, paſto-
„res, & caprarii, idiotæ, illitterati, hos libros componerent,
„& ne quis idiotarum ad hanc difficultatis confugere poſſet
„excuſationem, vt omnibus facilia conſpectu eſſent ea, quæ di-
„cuntur, vt & opifex, & famulus, & vidua mulier, & omnium
„hominum indoctiſſimus ex audita lectione aliquid lucri vtilita-
„tisque reportaret. Non enim ad inanem gloriam, quemad-
„modum ethnici, ſed ad audientium ſalutem hæc omnia com-
„poſuerunt ii, quos ab initio Deus dignatus eſt gratia ſpiritus.
„Hi quidem hi, qui ſunt a Chriſto alieni philoſophi, dicendi
„artifices, rhetores, ac librorum conſcriptores, non quod in
„commune conducit, quærentes, ſed illud ſpectantes, vt ipſi
„ſint in admiratione, etiamſi quid vtile dixerint, hoc quoque
„quemadmodum in caligine quadam ſapientiæ conſueta illis,
„occultauit obſcuritas. Apoſtoli vero & prophetæ omnia con-
„tra fecerunt, manifeſta claraque, quæ prodiderunt, expoſue-
„runt omnibus, veluti communes orbis doctores, vt per ſe
„quiſque diſcere poſſit ea, quæ dicuntur, e ſola lectione. Hoc
„ante prænuntians propheta dicebat: (Ier. XXXI, 34. Io. VI, 45.)
„*Erunt omnes docti a Deo, & non dicet quiſque proximo ſuo, Noſce*
„*Deum, quoniam omnes noſcent me a minimo ipſorum vſque ad maxi-*
„*mum eorum.* *Et Paulus inquit*, 1 Cor. II, 1. *Et ego fratres veni ad*

ἐμὸς γένηται· ἄλλως δὲ ἀδύνατον πάντα ἐπίσης ἀγνοεῖν· διὰ γὰρ τοῦτο ἡ τοῦ πνεύματος ᾠκονόμησε χάρις τελώνας, καὶ ἁλιεῖς, καὶ σκηνοποιοὺς, καὶ ποιμένας, καὶ αἰπόλους, καὶ ἰδιώτας, καὶ ἀγραμμάτους ταῦτα συνθεῖναι τὰ βιβλία, ἵνα μηδεὶς τῶν ἰδιωτῶν εἰς ταύτην ἔχῃ καταφεύγειν τὴν πρόφασιν, ἵνα πᾶσιν εὐσύνοπτα ᾖ τὰ λεγόμενα· ἵνα καὶ ὁ χειροτέχνης, καὶ ὁ οἰκέτης, καὶ ἡ χήρα γυνὴ, καὶ ὁ πάντων ἀνθρώπων ἀμαθέστατος, κερδάνῃ τε καὶ ὠφεληθῇ παρὰ τῆς ἀκροάσεως· οὐ γὰρ πρὸς κενοδοξίαν, καθάπερ οἱ ἔξωθεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀκουόντων ταῦτα πάντα συνέθηκαν οἱ παρὰ τὴν ἀρχὴν καταξιωθέντες τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος· οἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν φιλόσοφοι, καὶ ῥήτορες, καὶ συγγραφεῖς οὐ τὸ κοινῇ συμφέρον ζητοῦντες, ἀλλ' ὅπως αὐτοὶ θαυμάζοιντο μόνον σκοποῦντες, εἴ τι καὶ χρήσιμον εἶπον, καὶ τοῦτο, καθάπερ ἐν ζόφῳ τινὶ, τῇ τῆς συνήθους ἀσαφείας κατέκρυψαν· οἱ δὲ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται τοὐναντίον ἅπαν ἐποίησαν· σαφῆ γὰρ καὶ δῆλα τὰ παρ' ἑαυτῶν κατέστησαν ἅπασιν, ἅτε κοινοὶ τῆς οἰκουμένης ὄντες διδάσκαλοι, ἵνα ἕκαστος καὶ δι' ἑαυτοῦ μανθάνειν δύνηται ἐκ τῆς ἀναγνώσεως μόνης τὰ λεγόμενα· καὶ τοῦτο προαναφωνῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· „ἔσονται πάντες διδακτοὶ θεοῦ· καὶ οὐ μὴ εἴπῃ ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, γνῶθι „τὸν κύριον, ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν. Καὶ ὁ Παῦλος

„*vos, non per excellentiam sermonis aut sapientiæ, nuntians vobis my-*
„*sterium Dei.* Et iterum (1 Cor. II, 4. 6.) *Sermo meus & prædicatio*
„*mea non in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spi-*
„*ritus ac virtute.* Et rursum, *Loquimur enim sapientiam*, inquit,
„*non sæculi huius, neque principum huius sæculi, qui corrumpuntur.*
„Cui enim non sunt manifesta, quæcumque in euangelio scri-
„pta sunt? Quis autem audiens, beatos esse mites, beatos mi-
„sericordes, beatos mundos corde ceteraque huiusmodi, desi-
„derabit præceptorem, vt aliquid eorum discat quæ dicuntur?
„Quin etiam signa, miracula, historiæ, nonne cuiuis nota ma-
„nifestaque sunt? Prætextus iste est & caussatio, pigritiæque
„velamentum. Non intelligis quæ insunt: quomodo possis a-
„liquando intelligere, qui ne leuiter quidem inspicere velis?
„Sume librum in manus, lege historiam omnem, & quæ nota
„sunt, memoria teneas, ea quæ obscura sunt parumque mani-
„festa, frequenter percurre. Quod si non poteris adsiduitate
„lectionis inuenire, quod dicitur, accede ad sapientiorem, va-
„de ad doctorem, communica de his, quæ scripta sunt, declara
„vehemens studium. Et si viderit te Deus tantam animi prom-
„titudinem adhibere, non despiciet tuam vigilantiam ac solli-
„citudinem. Verum etiamsi nullus homo te docuerit, quod
„quæris, ipse sine dubio reserabit. Memento eunuchi reginæ
„*Aethiopum*, qui, quum esset homo barbarus, innumerisque

, φησι· κἀγὼ, ἀδελφοὶ, ἦλθον πρὸς ὑμᾶς, οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας, κα-
„ταγγέλλων ὑμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θεοῦ· καὶ πάλιν· ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ
„ἐν πειθανοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως·
„καὶ πάλιν· λαλοῦμεν γὰρ σοφίαν, φησὶν, οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ
„αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων,„· τίνι γὰρ οὐκ ἔστι δῆλα τὰ τῶν εὐαγγελίων ἅπαν-
τα; τίς δὲ ἀκούων, ὅτι μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, μακάριοι οἱ καθα-
ροὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, διδασκάλου δεήσεται, ὥς τι μαθεῖν τῶν λεγομένων;
ἀλλὰ τὰ τῶν σημείων καὶ θαυμάτων καὶ ἱστοριῶν οὐχὶ καὶ τῷ τυχόντι γνώριμα καὶ
σαφῆ; σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις καὶ ῥᾳθυμίας παρακαλύμματα· οὐ νοεῖς τὰ ἐγ-
κείμενα; πῶς γὰρ δυνήσῃ νοῆσαί ποτε, μηδὲ ἁπλῶς ἐγκύψαι βουλόμενος; λάβε
μετὰ χεῖρας τὸ βιβλίον· ἀνάγνωθι τὴν ἱστορίαν ἅπασαν· καὶ τὰ γνώριμα κατασχὼν,
τὰ ἀσαφῆ πολλάκις ἔπελθε· κἂν μὴ δυνηθῇς τῇ συνεχείᾳ τῆς ἀναγνώσεως εὑρεῖν
τὸ λεγόμενον, βάδισον πρὸς τὸν σοφώτερον, ἐλθὲ πρὸς τὸν διδάσκαλον, ἀνακοίνωσαι
περὶ τῶν εἰρημένων, πολλὴν ἐπίδειξαι τὴν σπουδήν· κἂν ἴδῃ σε ὁ θεὸς τοσαύτῃ κεχρη-
μένον τῇ προθυμίᾳ, οὐ περιόψεταί σου τὴν ἀγρυπνίαν καὶ τὴν φροντίδα· ἀλλὰ κἂν
ἄνθρωπος μὴ διδάξῃ τὸ ζητούμενον, αὐτὸς ἀποκαλύψει πάντως· ἀναμνήσθητι τοῦ
εὐνούχου τῆς βασιλίδος Αἰθιόπων, ὃς ἄνθρωπος βάρβαρος ὢν, μυρίαις συνεχόμενος

 „disten-

„diſtentus ſollicitudinibus, & vndiquaque circumſeptus negotiis, „nec intelligeret, quæ legebat, legebat tamen in curru ſedens. „Quod ſi in via tantam præſtitit diligentiam, cogita, qualis fu„erit domi verſans. Si tempore profectionis non ſuſtinuit abs„que lectione manere, multo minus domi ſedens. Si nihil in„telligens legebat, nec deſtitit a lectione, multo minus, poſt„quam didicerat. Nam vt ſcias, quod non intellexerit, quæ „legebat, audi, quid dicit *Philippus: Num intelligis, quæ legis?* At„que ille his auditis non pudefactus eſt, nec erubuit, ſed in„ſcitiam ſuam confeſſus eſt, aitque: *Quinam poſſim, niſi quis mi„hi viæ dux fuerit.* Quum nondum haberet, qui viam common„ſtraret, tamen legebat, eoque cito conſequutus eſt ductorem. „Nouit propenſam illius animam Deus, ſtudiumque amplexus „eſt, miſit illi doctorem illico. Verum non adeſt iam *Philip„pus*, ſed ſpiritus, qui mouerat *Philippum*, adeſt. Ne neglexe„rimus noſtram ſalutem, dilectiſſimi, *hæc omnia ſcripta ſunt pro„pter nos ad correctionem noſtri, in quos fines ſæculorum inciderunt.* „(1 Cor. X, 11.) Magna aduerſus peccatum munitio eſt ſcriptu„rarum lectio: magnum præcipitium, profundum barathrum „ſcripturarum ignoratio: magna ſalutis perditio, nihil ſcire ex „diuinis legibus: ea res & hæreſes peperit, ea vitam corruptam „inuexit, hæc ſurſum deorſum miſcuit omnia.„

φροντίσι, καὶ πανταχόθεν πολλοῖς περικυκλούμενος πράγμασι, οὐκ εἰδὼς ἅπερ ἀνεγίνωσκεν, ὅμως ἀνεγίνωσκεν ἐπὶ τοῦ ὀχήματος καθήμενος· εἰ δὲ ἐν ὁδῷ τοσαύτην σπουδὴν ἐπεδείκνυτο, ἐννόησον τίς οἴκοι διατρίβων· εἰ τὸν καιρὸν τῆς ὁδοιπορίας οὐκ ἠνείχετο χωρὶς ἀναγνώσεως μένειν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ οἰκίᾳ καθήμενος· εἰ μηδὲν εἰδὼς ὧν ἀνεγίνωσκεν, οὐκ ἀφίστατο τῆς ἀναγνώσεως, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὸ μαθεῖν· ὅτι γὰρ ἅπερ ἀνεγίνωσκεν οὐκ ᾔδει, ἄκουσον, τί φησιν αὐτῷ ὁ Φίλιππος· ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; κἀκεῖνος ταῦτα ἀκούσας οὐκ ἠρυθρίασεν, οὐδὲ ᾐσχύνθη, ἀλλ' ὡμολόγησε τὴν ἄγνοιαν, καί φησι, Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; ἐπεὶ οὖν οὐδέπω τὸν ὁδηγοῦντα εἶχεν, οὕτως ἀνεγίνωσκε, διὰ τοῦτο ταχέως ἐπελάβετο τοῦ χειραγωγοῦντος· εἶδεν αὐτοῦ τὴν προθυμίαν ὁ θεὸς, ἀπεδέξατο τὴν σπουδὴν, καὶ ἔπεμψεν αὐτῷ διδάσκαλον εὐθέως· ἀλλ' οὐ πάρεστιν ὁ Φίλιππος νῦν· ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ κινῆσαν τὸν Φίλιππον πάρεστι· μὴ καταφρονῶμεν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἀγαπητοί· ταῦτα πάντα ἐγράφη δι' ἡμᾶς πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε· μεγάλη ἀσφάλεια πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, τῶν γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις· μέγας κρημνὸς καὶ βάραθρον βαθὺ, τῶν γραφῶν ἡ ἄγνοια· μεγάλη προδοσία σωτηρίας, τὸ μηδὲν ἀπὸ τῶν θείων εἰδέναι νόμων· τοῦτο καὶ αἱρέσεις ἔτεκε, τοῦτο καὶ βίον διεφθαρμένον εἰσήγαγε, τοῦτο τὰ ἄνω κάτω πεποίηκεν.

CRE-

CREDIDERIS, præuidisse CHRYSOSTOMVM omnes istos leues *Romanensium* prætextus ac strophas, in easque ipsum heic declamare & inuehi. Adeo apposite omnia ad confutandum friuolas eorum argumentationes dicta sunt; Quod ignorantia sit mater deuotionis; Quod scripturæ sint obscuræ; Quod infallibilis dux ad earum intelligentiam in terra nobis opus sit præter spiritum; Quod promiscuus earum vsus omnium errorum ac hæresium sit caussa; Quod laicis & sæcularibus hominibus tuto concredi illæ non possint. Quarum positionum vnaquæque a CHRYSOSTOMO manifesto conuellitur, quasi de industria contra intolerabilem tyrannidem & futiles excusationes præsentis ecclesiæ *Romanæ* disputasset: Et totus illius sermo, & sexcenta similia loca, quæ ex ipso aliisque scriptoribus adlegari poterant, sine vlla dubitatione ostendunt, quod tantum interfuerit ecclesiæ primitiuæ, cultum Dei publicum & scripturas sacras habere lingua populo cognita, quantum nunc interest ecclesiæ *Romanensis* earum cognitionem celare, easque lingua indoctis incognita obsigillare.

§. IX.

Nono, *Ex indulta pueris ac catechumenis libertate publicis precibus adsistendi ac legendi scripturas.*

PRAETEREA obseruatu omnino dignum est, quod in ecclesia primitiua non tantum viri ac mulieres; verum etiam pueri ab ipsa infantia sua ad lectionem sacrarum scripturarum excitati illisque innutriti fuerint. Catechumeni non tantum ad preces quasdam ecclesiæ, ipsorum statui præcipue adcommodatas, admittebantur, sed ad discendas quoque scripturas, tamquam disciplinæ ac instructionis suæ partem, obligabantur. De illorum officio discendi scripturas supra [*] tractauimus, quando de methodo præparandi eos ad baptismum sumus loquuti: Et de admissione eorumdem ad certas ecclesiæ preces plura posthac videbimus in ea cultus diuini parte, quam *missam catechumenorum* [†] appellitauerunt. Quod igitur heic demonstrare volumus, hoc est, quod pueri sacrarum scripturarum lectioni & vsui adsuefacti fuerint. Cuius rei multa clara & fir-

(*) Lib. X. c. I. §. VI. volum. IV. p. 10, 11.
(†) Lib. XIV. c. V.

ma documenta ex illorum praxi habemus. EVSEBIVS [r] magnam curam *Leonidis*, martyris ac patris *Origenis*, in educatione filii sui commemorat, quod præter liberalium disciplinarum studia, etiam sacris litteris non perfunctorie illum erudierit: immo ante *Græcarum* litterarum studium sacris eum disciplinis exerceri præceperit, quosdam diuinæ scripturæ locos memoriæ mandare ac recitare quotidie illum iubens. Similem obseruationem de educatione EVSEBII cognomento *Emiseni* habet SOCRATES [s]. Ex viris nobilissimis *Edessæ* in *Mesopotamia* generis sui originem eum duxisse; & a puero sacris litteris institutum, *Græcas* postea disciplinas a quodam magistro, qui tunc temporis *Edessæ* degerit, percepisse, ex *Georgii Laodiceæ* episcopi libro, quem de vita eius conscripserit, narrat. Et SOZOMENVS [t], eamdem referens historiam, hoc factum esse, ait, κατὰ πάτριον ἔθος, *secundum patriam consuetudinem*; vnde videmus, hoc non singulare quoddam exemplum, sed vniuersalem istius gentis fuisse consuetudinem, vt pueros a teneris sacrarum scripturarum studio adsuefacerent. GREGORIVS NYSSENVS [u] in vita *Macrinæ* sororis suæ notat, quod, quæ ex diuino spiritu dictata scriptura primæ eius ætatulæ faciliora aptioraque visa sint, ea illi proposita fuerint ediscenda. Idem illud eamdem *Macrinam Petro* fatri suo fecisse [x] dicit: *Hunc*, inquit, *paullo post eius ortum ab vbere nutricis sublatum ipsa enutriuit, excellentique disciplina edu-*

(r) Euseb. lib. VI. c. II. οὐ μετρίως καὶ περὶ ταύτας (γραφὰς) ἐπεπόνητο, τοῦ πατρὸς αὐτῷ πρὸς τῇ τῶν ἐγκυκλίων παιδείᾳ, καὶ τούτων οὐ κατὰ πάρεργον τὴν φροντίδα πεποιημένου. ἐξ ἅπαντος γοῦν αὐτὸν, πρὸ τῆς τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων μελέτης, ἐνῆγε τοῖς ἱεροῖς ἐνασκεῖσθαι παιδεύμασιν· ἐκμαθήσεις καὶ ἀπαγγελίας ἡμέρας ἑκάστης αὐτὸν εἰσπραττόμενος.

(s) Socrat. lib. II. c. IX. Τίς δὲ οὗτος (Εὐσέβιος ἐπικληθεὶς Ἐμισηνὸς) ἦν, διδάσκει Γεώργιος ὁ Λαοδικαίας, ὃς τότε παρῆν ἐν τῇ συνόδῳ· φησὶ γὰρ ἐν τῷ εἰς αὐτὸν πεπονημένῳ βιβλίῳ, ὡς εἴη Εὐσέβιος ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ Ἐδέσης καταγόμενος· ἐκ νέας τε ἡλικίας τὰ ἱερὰ μαθὼν γράμματα. εἶτα τὰ ἑλλήνων παιδευθεὶς παρὰ τῷ τηνικαῦτα τῇ Ἐδέσῃ ἐπιδημήσαντι παιδευτῇ.

(t) Sozom. lib. III. c. VI. Ἐκ νέου δὲ κατὰ πάτριον ἔθος τοὺς ἱεροὺς ἐκμαθὼν λόγους κ. τ. λ.

(u) Gregor. Nyssen. vit. Macrin. (tom. II. p. 179.) Ὅσα τῆς θεοπνεύστου γραφῆς εὐληπτότερα ταῖς πρώταις ἡλικίαις δοκεῖ, ταῦτα ἦν τῇ παιδὶ τὰ μαθήματα.

(x) Ibid. p. 185. d. αὐτὸν παρὰ τὴν πρώτην γένεσιν μεταυχόντα, εὐθὺς ἀποσπάσασα τῆς τιθηνουμένης, δι' ἑαυτῆς ἀνατρέφει τε καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ὑψηλοτέραν ἤγαγε

cauit

cauit, ſacris inſtitutis a puero ipſum erudiens, adeo, vt nihil otii conceſſerit, quo poſſet ſtudiis inanibus vacare. De *Marco* anachoreta a SOZOMENO [*y*] & PALLADIO memoriæ proditum eſt, ab ineunte adoleſcentia adeo verſatum in ſacris ſcripturis eum fuiſſe, vt vetus ac nouum teſtamentum memoriter recitare potuerit. Obſeruari quoque meretur, quod quemadmodum iſtis temporibus multæ ſcholæ catecheticæ ad explicandas catechumenis ſcripturas erectæ fuerunt, ita etiam ſcholæ conſtitutæ fuerint in multis eccleſiis, ad inſtituendam iuuentutem in ſacrarum litterarum cognitione. *Gregorius*, *Armeniorum* apoſtolus, quando hanc nationem ad chriſtianam religionem primum conuertit, ſcholas in vnaquaque ciuitate conſtituiſſe, eisque magiſtros, qui *Armeniorum* liberos biblia legere docerent, ex mandato regis præfeciſſe perhibetur [z]. Et THEODORETVS [*a*] memorabilem hiſtoriam de *Protogene* ſcriba habet, quod quum a *Valente*, imperatore *Ariano*, *Antinoëm* in *Thebaide*, extimas partes *Aegypti*, in exilium pulſus, pleroſque vrbis incolas gentiles eſſe didiciſſet, ſchola ibi ac ludo litterario inſtituto, puerorum magiſter factus fuerit, ſimulque illos & per notarum compendia ſcribere docuerit, & in diuinis eloquiis erudierit, *Dauidis* cantica eis

παίδευσιν, τοῖς ἱεροῖς τῶν μαθημάτων ἐκ νηπίων αὐτὸν ἐνασκήσασα, ὡς μὴ δοῦναι τῇ ψυχῇ σχολὴν, πρός τι τῶν ματαίων ἐπικλιθῆναι.

(*y*) Sozom. lib. VI. c. XXIX. Φασὶ δὲ Μάρκον μὲν, καὶ ἐν τῷ νέῳ τῆς ἡλικίας, εἰς ἄγαν πρᾶον καὶ σώφρονα, καὶ μνήμονα ἱερῶν γραφῶν γενέσθαι. Marcum quidem *ab ineunte adoleſcentia* admodum mitem ac temperantem fuiſſe perhibent, & *ſacræ ſcripturæ libros memoria tenuiſſe.*

Pallad. hiſtor. Lauſiac. c. XXI. Μάρκος δὲ ἔτι νεώτερος ὢν παλαιὰν καὶ καινὴν γραφὴν ἀπεστήθισεν. Quum eſſet hic Marcus iunior, diſcebat memoriter vetus & nouum teſtamentum.

(z) Acta Gregorii ap. Simeon. metaphraſt. ſept. XXX. cit. ab Vſſerio.

(*a*) Theodoret. lib. IV. c. XV. (al. XVIII.) Πρωτογένης δὲ ὁ ἀξιάγαστος, τὰ ἐκ νόμου [al. ἱερὰ] γράμματα πεπαιδευμένος, καὶ γράφειν εἰς τάχος ἠσκημένος, τόπον εὑρὼν ἐπιτήδειον, καὶ τοῦτον διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον ἀποφήνας, μειρακίων καθίστη διδάσκαλος, καὶ κατὰ ταυτὸν γράφειν τε εἰς τάχος ἐδίδασκε, καὶ τὰ θεῖα ἐξεπαίδευσε λόγια· Δαυιδικάς τε γὰρ αὐτοῖς ὑπηγόρευσε μελῳδίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἐκμανθάνειν τὰ πρόσφορα παρεσκεύαζεν. κ. τ. λ. Admirandus Protogenes ſacris litteris inſtructus & velocis ſcripturæ peritus, loco reperto idoneo, ludum aperuit litterarium, puerorumque magiſter factus eſt, vna illos & celeriter ſcribere docens & in diuinis eloquiis erudiens. Nam & Dauidica illis carmina dictabat, & ex apoſtolica doctrina, quæ maxime congruebant, ediſcenda proponebat, cetera.

dictitans, & ex apostolicis libris ea loca, quae vtilissima ipsis essent, ediscenda proponens; qua ratione multos pueros eorumque parentes ad christianam fidem ab ipso perductos esse, auctor noster adfirmat. Et iam alio loco [*] obseruatum nobis est, quod per quorumdam conciliorum canones istiusmodi scholae liberales in cathedralibus aliisque ecclesiis institui iussae fuerint, in quibus non dubium est, quin pueri ex more horum temporum scripturas [b] legere edocti sint. Regulae illae in diuersis conciliis sub *Carolo magno* & sequentibus principibus renouatae fuerunt. Speciatim in concilio secundo *Cabilonensi* [c] ann. DCCCXIII. decretum factum legimus in hanc sententiam: *Oportet, vt sicut dominus imperator Carolus, vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiae, iustitiae & temperantiae praecepit, episcopi scholas instituant, in quibus & litteraria solertia disciplinae & sacrae scripturae documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur a domino: Vos estis sal terrae*, cetera. Et in concilio *Tullensi*, apud *Saponarias* [d] in *Lotharingia*, decretum hoc ita renouabatur: *Vt scholae sanctarum scripturarum, & humanae quoque litteraturae, vnde annis praecedentibus, per religiosorum imperatorum studium magna illuminatio ecclesiae & eruditionis vtilitas processit, deprecandi sunt pii principes nostri & omnes fratres & coëpiscopi nostri instantissime commonendi, vt vbicumque omnipotens Deus idoneos ad docendum, id est, fideliter & veraciter intelligentes donare dignetur, constituantur vndique scholae publicae. Scilicet vt vtriusque eruditionis, & diuinae scilicet & humanae, in ecclesia Dei fructus valeat accrescere, quia, quod nimis dolendum est, & perniciosum maxime, diuinae scripturae verax & fidelis intelligentia iam ita dilabitur, vt vix eius extrema vesti-*

(*) Vid. lib. VIII. c. VII. §. XII. vol. III. p. 272. 273.

(b) Concil. VI. general. can. IV. (tom. VI. concil. p. 1204.) Si quis ex presbyteteris voluerit nepotem suum aut aliquem consanguineum ad scholas mittere in ecclesiis sanctorum aut in coenobiis, quae nobis ad regendum commissa sunt, licentiam id faciendi concedimus. Can. V. Presbyteri per villas & vicos scholas habeant. Et si quislibet fidelium suos paruulos ad discendas litteras eis commendare vult, eos non renuant suscipere & docere, sed cum summa caritate eos doceant, attendentes illud quod scriptum est: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates.*

(c) Concil. Cabilon. II. can. III. (tom. VII. conc. p. 1272.)

(d) Concil. Tull. ad Saponar. c. X. (tom. VIII. conc. p. 692.)

gia

gia reperiantur. Et idcirco ingenti cura & ſtudio remedium procurandum eſt. Multas alias regulas & canones circa idem tempus ad promouendum & augendum diuinarum ſcripturarum ſtudium factas lectori curioſo WHARTONVS exhibet [e].

§. X.

Decimo *tandem, Ex forma & tenore ordinationis lectorum in eccleſia.*

VNVM tantummodo adhuc obſeruamus, Quod ipſa forma & tenor ordinationis lectorum, qui antiquis temporibus obtinuit, manifeſto declaret, publicum eccleſiæ antiquæ cultum lingua vulgari fuiſſe peractum. Nam illi ordinabantur interdum cum precibus ad Deum pro donatione ſpiritus ſancti ad reddendum eos idoneos, vt verbum ipſius legere in inſtructionem ac ædificationem populi poſſent. Forma ordinationis eorum in libro *conſtitutionum* precationem habet ad Deum, vt [f] qui *Esdram* inſtruxerit ſapientia ad legendas populo leges, nunc quoque ſapientia inſtruat lectorem, & det ei, vt opus traditum perficiat ſine reprehenſione. Iam vero perſpectum nobis eſt & exploratum, quemadmodum *Esdras* legem eis legerit, ita nimirum, vt populo lectionis ſenſum exponeret. Neh. VIII, 9. *Legebat librum illum, legem Dei, explanate; & exponendo ſenſum dabat intelligentiam per ſcripturam ipſam.* Si omnes lectores legerent, vti quidem legit *Esdras*, certe aut legerent, aut lecta interpretarentur lingua cognita. Quæ enim lingua *Hebraica* ſcripta erant, ea *Chaldaica* ſiue *Syriaca* lingua reddebat, quæ poſt captiuitatem communis populi iſtius lingua erat. CYPRIANVS bis vel ter de ordinatione & officio loquitur lectorum, populumque ea, quæ de euangelio legerint, intellexiſſe non obſcure indicat. Vno loco de *Celerino* confeſſore, quem lectorem ordinauerat, loquens, *Plebi vniuerſæ*, inquit, *pro bono-*

(e) Wharton. auctar. ad Vſſerii hiſt. dogmat. c. IV. p. 34?.

(f) Conſtit. lib. VIII. c. ~~XII.~~ ὁ σοφίσας Ἔσδραν τὸν θεράποντά σου ἐπὶ τὸ ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους σου τῷ λαῷ σου· καὶ νῦν παρακαλούμενος ὑφ᾽ ἡμῶν σόφισον τὸν δοῦλόν σου, καὶ δὸς αὐτῷ, ἔργον ἀκατάγνωστον διανύσαντα τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῷ, ἄξιον ἀναδειχθῆναι μείζονος βαθμοῦ, διὰ Χριστοῦ. Qui Esdram famulum tuum inſtruxiſti ad legendum populo tuo leges tuas: nunc quoque a nobis rogatus, inſtrue famulum tuum; & da ei, vt opus traditum perficiendo ſine reprehenſione, dignus maiore gradu declaretur, per Chriſtum. 22

ris ſui claritate conſpicuus legat [g] *præcepta & euangelium domini, quæ fortiter & fideliter ſequitur. Vox domini confeſſa in his quotidie, quæ dominus loquutus eſt, audiatur. Nihil eſt, in quo magis confeſſor fratribus proſit, quam vt dum euangelica lectio de ore eius auditur, lectoris fidem, quisquis audierit, imitetur.* In alia epiſtola de *Aurelio* confeſſore loquens, quem itidem ad lectoris gradum euexerat, ait [h]: *Nihil magis congruit voci, quæ dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt, quam celebrandis diuinis lectionibus perſonare: poſt verba ſublimia, quæ Chriſti martyrium proloquuta ſunt, euangelium Chriſti legere, vnde martyres ſiunt.* Euangelium tunc temporis ita legebatur, vt audientes fructum inde poſſent capere, quia doctrinam & præcepta, quæ ex eo legebantur, intelligebant. Et iſtiusmodi erat vtilitas, quam auditores quidam hac tempeſtate ex beneficio habendi ſcripturas ſacras lingua vernacula capiebant, vt admodum digna obſeruatu ſint, quæ de eorum vno atque altero relata legimus, quod quum felici memoria eſſent præditi, ſcripturas recitare potuerint ſine vlla notitia litterarum, ſolo auditu, quum frequenter in eccleſia vel alibi legerentur, perceptas. De *Antonio*, celebri monacho in *Aegypto*, hoc ipſum obſeruat AVGVSTINVS [i], *Sine vlla ſcientia litterarum*, inquiens, *ſcripturas diuinas & memoriter audiendo tenuiſſe, & prudenter cogitando intellexiſſe prædicatur.* Et GREGORIVS MAGNVS [k] ſimile exemplum in *Seruulo* quodam, viro paupere in vrbe *Roma*, exhibet, quando de eo ita ſcribit: *Nequaquam litteras nouerat, ſed ſcripturæ ſacræ ſibimet codices emerat, & religioſos quosque in hoſpitalitatem ſuſcipiens, hos coram ſe legere ſine intermiſſione faciebat. Factumque eſt, vt quantum ad menſuram propriam attinet, plene ſacram ſcripturam diſceret; quum, ſicut dixi, litteras funditus ignoraret.* Sed vero mirabilius adhuc exemplum eſt, quod in martyre quodam *Palæſtino*, *Ioanne*, homine cæco, dat EVSEBIVS [l], quem memoria adeo valuiſſe narrat, vt quoties voluerit, interdum

(g) Cypr. epiſt. XXXIV. al. XXXIX. p. 77. (p. 224. edit. Fellii Amſtelod. MDCC.)

(h) Id. epiſt. XXXVIII. al. XXXIII. p. 77. (p. 222. edit. cit.)

(i) Auguſtin. de doctrina chriſtiana in prologo. (tom. III. pag. 6. edit. Baſil. MDCLXIX.)

(k) Gregor. hom. XV. in euangelia tom. III. p. 40.

(l) Euſeb. de martyr. Palæſtin. c. XIII. p. 344. (p. 281. edit. Amſtelod.) ὅλας βίβλους τῶν θείων γραφῶν οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις -- ἀλλ' ἐν πλαξὶν ὡς ἀληθῶς καρδίας

legis

legis *Mosaicæ*, interdum prophetarum libros; nonnumquam ſacræ hiſtoriæ locos; alias euangelica & apoſtolorum ſcripta memoriter, velut ex litterario quodam penu, protulerit. Obſtupuiſſe ſe dicit EVSEBIVS, quum illum in frequentiſſimo eccleſiæ cœtu medium ſtantem primitus viderit. Quamdiu quidem vocem duntaxat hominis audierit, quædam illum, vt in eccleſiaſtico cœtu moris ſit, legere ſe exiſtimaſſe. Verum vbi propius acceſſerit, deprehendiſſe ſe, illum ſolis intelligentiæ oculis præditum inſtar prophetæ cuiusdam oracula edere, totos diuinæ ſcripturæ libros non in tabulis lapideis, verum in carneis cordis tabulis, in anima ſcilicet candida & in puriſſimo mentis lumine, perſcriptos habentem. Hæc & ſimilia exempla, quorum in antiqua hiſtoria [m] larga ſeges eſt, ſufficiat ad mouendam lectori alius generis admirationem, quam de qua EVSEBIVS loquitur. Obſtupeſcet, credo, quisquis conſiderauerit, inueniri in hoc terrarum orbe cœtum quempiam, ſummam puritatem ac deuotionem ſibi arrogantem, qui nihilominus contra hanc incontrouerſam veteris eccleſiæ praxin nitatur, cuius publici lectores nullam vmquam ſcripturæ ſacræ partem lingua incognita legere ſibi ſumſerunt: Vtpote quod non minus ſcopo ordinationis lectoris, quam ſcopo ipſius ſcripturæ repugnat. Hæc enim ſcripta erat, ille autem ordinabatur ad legen-

σαρκίναις, ψυχῇ τε διαυγεῖ καὶ καθαρωτάτῳ διανοίας ὄμματι καταγεγραμμένων· ὡς προφέρειν γε ὅτε καὶ βούλοιτο διὰ στόματος ὥσπερ ἀπό τινος λόγων θησαυροῦ, τοτὲ μὲν νομικὴν καὶ προφητικὴν γραφήν, τοτὲ ἱστορικήν, εὐαγγελικήν τε ἄλλοτε καὶ ἀποστολικήν· καταπλαγῆναί ποτε αὐτὸς ὁμολογῶ, πρῶτον τὸν ἄνδρα θεασάμενος μέσον ἱκανοῦ πλήθους ἐκκλησίας ἑστῶτα, καί τινα μέρη θείας γραφῆς διεξιόντα· ἕως μὲν γὰρ φωνῆς αὐτὸ μόνον ἐπακροᾶσθαί μοι παρῆν, ἀναγινώσκειν οἷα δὴ ἔθος ἐν ταῖς συνόδοις, τινὰ ἡγούμην, ὡς δὲ ἄγχιστα γενόμενος τὸ πραττόμενον συνεῖδον, τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας ὑγιέσιν ὀφθαλμοῖς ἐν κύκλῳ περιεστῶτας· τοῦτον δὲ μόνοις τοῖς τῆς διανοίας χρώμενον, καὶ ἀτέχνως οἷά τινα προφήτην ἀποφθεγγόμενον.

(m) Socrat. lib. VII. c. XXII. τὰ ἱερὰ γράμματα ἀπὸ στήθους ἀπήγγελλεν, ſacræ ſcripturæ libros memoriter callebat (Theodoſius iunior)
Pallad. vit. Chryſoſtom. c. XVII. p. 116. (edit. Pariſ MDCLXXX. 4to) ὁ δ' ἕτερος Ἀμμώνιος σὺν δυσὶν ἀδελφοῖς καὶ ἑνὶ ἐπισκόπῳ, οἱ τῷ κλοιοφορήσαντες ἐπὶ Οὐάλεντος, ἐξωρίσθησαν, ὡς πᾶσα ἐπιγινώσκει ἡ Ἀλεξάνδρεια, ἑξηκοντούτης· τοσοῦτοι ὄντες ἐν γνώσει, ὡς μηδὲν αὐτοὺς διαφυγεῖν τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς τοῖς πολλοῖς ἀπορουμένων. Alius Ammonius ſexagenarius cum duobus fratribus monachis & vno epiſcopo, qui ſub Valente quum boias tuliſſent, exularunt, & nouit omnis Alexandria: tanta præditi ſcientia, vt nihil ſcripturarum eos fugeret, quæ pleriſque imperuiæ ſunt.

 dum

dum id, quod ſcriptum erat, in hominum doctrinam ac inſtructionem. Quid? Quod ipſa forma ordinandi lectores in *pontificali Romano* illud ſatis ſuperque oſtendit. Multo enim ea antiquior eſt corruptione illa, quæ poſtea in eorum irrepſit officium, & tantum velut monumentum quoddam heic reſtat noxæ eorum, qui lectores ſuos contra officii ſui ſcopum & præceptiones, ipſis in ordinatione inculcatas, cogunt agere. Nam epiſcopus etiam nunc in conferendo ordine lectorum hac formula vtitur: *Studete* [*n*] *verba Dei, videlicet lectiones ſacras, diſtincte & aperte ad intelligentiam & ædificationem fidelium abſque omni mendacio falſitatis prodere. - - Quatenus auditores veſtros verbo pariter & exemplo docere poſſitis.* Hæc apta erat formula cohortandi lectores in eorum ordinatione, quoad antiqua conſuetudo legendi ſcripturas lingua cognita durabat: Iam vero nihil niſi merum ludibrium eſt, dicere hominibus, quod voto & lege ordinationis ſuæ obligentur legere ſcripturas ad intelligentiam, inſtructionem ac ædificationem populi; & eodem tempore eorum ora obſtruere, vt ne vllum verbum legant, quod a populo poſſit intelligi, ſed omnia legant lingua incognita. Hanc monſtroſam contradictionem in ſua ipſorum praxi, homines eo adducturam crederes, vt errorem ſuum videant, & (quod nonnulli de ipſorum communione [*o*] iam pridem vrſerunt) eos obligaturam, vt ad vtilem & ædificationis plenam veteris eccleſiæ praxin reuertantur.

(*n*) Pontifical. Roman. cap. de ordinat. lectorum.

(*o*) Vid. Frederic. Turius Ceriolanus de libris ſacris in vernaculam linguam conuertendis.

LIBRI

LIBRI DECIMI TERTII
CAPVT QVINTVM
DE ORIGINE ET VSV LITVRGIARVM IN PRAESCRIPTIS ET STATIS PRECATIONVM FORMVLIS IN ECCLESIA PRIMITIVA.

§. I.

Quilibet episcopus in primis sæculis formam diuini cultus in sua ipsius ecclesia constituendi libertate gauisus.

PROXIME nunc in antiquam rationem peragendi cultum religiosum inquirendum est: Vtrum id fecerint per statas liturgias, siue certas precationum formulas, an vero per absolutam prophetandi libertatem & precationes extemporales? Quæstio de statis cultus diuini formis hodiernam ecclesiam magis quam vllam aliam disturbauit. Neque tamen publica precatio fieri potest, quin sit concepta formula, saltem respectu congregationis. Fac enim, ministrum ecclesiæ orare ex tempore & variare methodum, formam & phrases, quotiescumque oret; tamen si hæc ipsa ministri precatio communis precatio congregationi fieri debuerit, huic, ingratiis omnium contradicentium, formula, etsi noua semper formula, futura est. Vnde miratus sæpenumero sum, qui fiat, vt homines prudentes hoc non obseruent, antequam omnes formulas precum, tamquam vacuas spiritu vel spiritum coarctantes, repudient. Tales enim si illæ essent, extemporales precationes spiritum populi æque coarctare dicendæ forent, quam vllæ aliæ: Et fortassis quodammodo magis; siquidem præscriptas precationum formulas, vnicuique iam ante cognitas, homines præuia meditatione precationes suas sibi facere, existimari possunt; quum e contrario in extemporalibus precationibus vnusquisque debeat exspectare, donec audiat, quæ pronuntientur, & tunc in istam formam se coniungere, vel prorsus non orare, nisi tantummodo per se priuatim, non in vlla publica siue communi precatione cum reliqua concione iunctim. Quam ob caussam heic non disquiremus simpliciter, an publicus veterum cultus secundum certam formam peractus sit, nec ne: siquidem fieri non potest, vt sit cultus quidam publicus congregationis, tamquam congrega-

gregationis, in precibus ad Deum se coniungentis, quin communem formam sibi hoc vel illo modo præscriptam habeat, secundum quam omnes sese coniungant: Sed quæstio duntaxat erit, vtrum statis, an vero nouis semper & extemporalibus diuini cultus formis, in vnaquaque congregatione ecclesiastica vsi sint? Atque heic distinguendum est 1.) Inter diuinas formas, & formas humanæ institutionis. 2.) Inter ordinarias & extraordinarias occasiones. 3.) Inter tempora extraordinariorum donorum spiritus & inter tempora, quando hæc dona miraculis plena cessarunt. Iam non est dubium, quin formæ diuinæ institutionis in ecclesia sine variatione semper adhibitæ sint. Vti forma administrandi baptismum & cœnam dominicam, forma cantandi psalmos *Dauidicos*, forma benedicendi, e. g. *Dominus vobiscum: Gratia domini nostri Iesu Christi*, cetera. Constans formæ baptismatis vsus iam [p] demonstratus est. Vsus orationis dominicæ & reliquarum formularum postea ostendetur [q]. Quod ad formas humanæ institutionis attinet, eæ ab episcopis & moderatoribus ecclesiæ pro ipsorum sapientia & prudentia additæ fuerunt. Et id quidem respectu habito ad ordinarium ministerium. Adhuc enim libertate gaudebant nouas formas componendi, prout id ferret noua occasio, vel exigeret necessitas. Et quoad extraordinaria dona spiritus durauerunt, non est dubium, quin precationes & hymni, immediate a spiritu dictati, partem ordinarii officii ecclesiastici effecerint; formis istis, quæ antea diuinitus erant præscriptæ, adhuc retentis. Quando vero extraordinarius prophetiæ spiritus cessauit, tum gubernatores ecclesiæ hunc defectum, formis a se ipsis compositis, pro christiana sapientia & prudentia suppleuerunt. Atque hæc vera liturgiarum, seu statarum diuini cultus formarum origo videtur fuisse. Sed vero, cur hodie nullam harum liturgiarum integram habemus? Respondeo: Variæ huius rei caussæ dari possunt. Vna quidem, quod singuli episcopi initio liturgias suas in vsum priuatum, vti vocare lubet, ecclesiarum suarum particularium composuerunt. Quarum quum vsus non vltra dioecesium eorum limites extenderetur, exigua earum notitia ex-

(p) Lib. XI. c. III. tot. volum. IV. pag. 163.
(q) Lib. XIII. c. VII.

tra

tra harum ecclesiarum, quibus speciatim factæ erant, terminos exibat. Habuisse autem initio vnumquemque episcopum hanc facultatem & priuilegium componendi & inducendi in suam ipsius ecclesiam diuini cultus formam, alio loco [*] demonstravimus, vbi de episcoporum omni subiectione libera ratione, vulgo *independentia*, deque absoluta eorum potestate in sua ipsorum ecclesia verba fecimus. Vbi inter alia obseruauimus, quod vti priuilegium habuerunt symbola sibi sua condendi, ita quoque liturgias sibi peculiares & proprias componendi habuerint priuilegium; quod priuilegium per multa sæcula retinuerunt. Quomodo ex alia eaque certissima obseruatione confirmari potest, quod, si noua quædam ecclesia episcopalis ex alia quadam sumta esset & erecta, noua illa exemplar & præscriptam methodum veteris ecclesiæ sequi haud coacta fuerit, sed ipsa sibi diuini cultus formam effingere potuerit, rebus suis & statui accommodatam. Cuius rei perspicuum exemplum nobis suggerit SOZOMENVS [a] de *Maiuma*, ciuitate ex vico quodam *Palæstinæ* erecta, & olim diœcesi *Gazensi* contributa. Nam simul ac in distinctam sedem episcopalem erecta esset, non amplius regulas & formulas ecclesiæ *Gazæorum* stricte obseruare cogebatur, sed, vti ille speciatim adnotat, vtraque vrbs suum seorsum habebat episcopum, suum clerum: dies item festos martyrum suorum & commemorationes episcoporum & presbyterorum, qui ipsis præfuerant. Quod idem est, ac si diceret, recens illam erectam habuisse liturgiam & officia ecclesiastica sibi peculiaria, a liturgia & officiis illius ecclesiæ, ex qua sumta erat, distincta.

§. II.

Sæculis posterioribus ecclesiæ totius cuiusdam prouinciæ ex consensu mutuo ad ecclesiæ metropoliticæ liturgiam conformatæ.

POSTERIORVM sæculorum episcopi ex consensu mutuo liturgias suas ad rationem & exemplar ecclesiæ metropoliticæ eius prouinciæ, ad quam spectabant, conformarunt. Et postea a diuersis conciliis hæc consuetudo in legem commutata est, vt idem ordo, eademque formula in omnibus ecclesiis obser-

(*) Lib. II. c. VI. §. II. vol. I. p. 117.

(a) Sozom. lib. II. c. III. ἑκατέρα ἰδίαν ἐπίσκοπον καὶ κλῆρον ἔχει, καὶ πανηγύρεις μαρτύρων, καὶ μνείας τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων ἱερέων.

varetur. Prima huius disciplinæ rudimenta in ecclesiis posita sunt *Gallicanis*. Nam in concilio *Agathensi* [b] ad ann. DVI. canon conditus legitur in hanc sententiam: *Quia conuenit, ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est, vt sicut vbique fit, & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini vel vespertini diebus omnibus decantentur, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum, post hymnos capitella de psalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimittatur.* Et in concilio *Epaonensi* [c] expressius dicitur: *Ad celebranda diuina officia ordinem, quem metropolitani tenent, prouinciales eorum obseruare debebunt.* Et ante hæc concilium *Veneticum*, apud *Britones* in prouincia *Turonensi* ann. CCCCLXI. celebratum, simile decretum pro vniuersa ista prouincia fecit: *Rectum duximus, vt vel intra prouinciam nostram sacrorum ordo & psallendi vna* [d] *consuetudo: & sicut vnam cum trinitatis confessione fidem tenemus, vnam & officiorum regulam teneamus: ne variata obseruatione in aliquo deuotio nostra discrepare credatur.* Eamdem regulam consociatis consiliis ecclesiæ *Hispanicæ* fecerunt. Nam in concilio *Gerundensi* ann. DXVII. simile decretum pro vniuersa prouincia *Tarraconensi* factum legitur [e]: *Vt institutio missarum, sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in Dei nomine in omni Tarraconensi prouincia, tam ipsius missæ ordo, quam psallendi, vel ministrandi consuetudo seruetur.* Concilium *Toletanum* quartum hanc regulam de seruando vno ordine ad omnes *Hispaniæ* & *Galliciæ* [f] ecclesias dilatauit sic decernendo: *Post rectæ fidei confessionem, quæ in sancta Dei ecclesia prædicatur, placuit, vt omnes sacerdotes, qui catholicæ fidei vnitatem complectimur, nihil vltra diuersum aut dissonum in ecclesiasticis sacramentis agamus, ne quælibet nostra diuersitas apud ignotos seu carnales schismatis errorem videatur ostendere, & multis exsistat in scandalum varietas ecclesiarum. Vnus igitur ordo orandi atque psallendi nobis per omnem Hispaniam atque Galliciam conseruetur, vnus modus in missarum solemnitatibus, vnus in vespertinis matutinisque officiis, nec diuersa sit vltra in nobis ecclesiasti-*

(*b*) Concil. Agathens. can. XXX. (tom. IV. concil. p. 1388.)
(*c*) Concil. Epaon. c. XXVII. (ibid. p. 1579.)
(*d*) Concil. Venetic. can. XV. (ibid. p. 1057.)
(*e*) Concil. Gerund. c. I. (ibid. p. 1568.)
(*f*) Concil. Toletan. IV. can. II. (ibid. tom. V. p. 1704.)

ca

ea consuetudo; qui in vna fide continemur & regno: hoc enim & antiqui canones decreuerunt, vt vnaquæque prouincia & psallendi & ministrandi parem consuetudinem teneat. Et concilium *Bracarense* primum quatuor vel quinque canones in eamdem sententiam habet [g], præscribentes eumdem psalmodiæ, lectionum & salutationum ordinem, easdemque formas celebrandi baptismum & eucharistiam in omnibus ecclesiis obseruandas. Atque adeo, licet quilibet episcopus initio libertatem haberet, liturgiam in suæ ipsius ecclesiæ vsum formandi; progressu tamen temporis omnes in vniuersa prouincia, liturgiam ecclesiæ metropolitanæ sibi regulam futuram, coniunctis sententiis decreuerunt. Postea, imperio *Romano* in diuersa regna diuidi cœpto, ortus est vsus liturgiarum singulis nationibus peculiarium, quæ finibus ac limitibus suarum quæque nationum ac regnorum fuerunt adcommodatæ.

§. III.

Cur nulla ex antiquis liturgiis perfecta & integra hodie superstes sit, quales fuerunt in prima origine sua.

Si quæras, cur nulla ex antiquis liturgiis hodie superstes sit, vti initio in vsum ecclesiarum particularium fuerunt compositæ? Respondeo, diuersæ huius rei caussæ esse possunt. Ipsa libertas, quam episcopus quisque habuit, liturgiam pro sua ipsius ecclesia formandi, vna est ratio, cur nulla earum hodie

(*g*) Concil. Bracar. I. c.XIX - XXIII. (ap. Labb. conc. II. can. I - V. tom.V.p.840.) Can. XIX. Placuit omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officiis teneatur; & non diuersæ ac priuatæ, neque monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixtæ. Can. XX. Item placuit, vt per solemnium dierum vigilias vel missas, omnes easdem & non diuersas lectiones in ecclesia legant. Can.XXI. Item placuit, vt non aliter episcopi, & aliter presbyteri populum, sed vno modo salutent, dicentes: Dominus sit vobiscum: sicut in libro Ruth legitur: & vt respondeatur a populo: Et cum spiritu tuo; sicut & ab ipsis apostolis traditum omnis retinet oriens, & non sicut Priscilliana prauitas permutauit. Can. XXII. Item placuit, vt eodem ordine missæ celebrentur ab omnibus, quomodo Profuturus quondam huius metropolitanæ ecclesiæ episcopus ab ipsa apostolicæ sedis auctoritate suscepit scriptum. Can. XXIII. Item placuit, vt nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarensis ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus episcopus scriptum sibi & directum a sede beatissimi apostoli Petri suscepit.

 super-

superſit perfecta & integra, vti in vſum iſtiusmodi eccleſiarum particularium principio fuerunt compoſitæ. Quum enim tales particularis eccleſiæ vſui deſtinatæ eſſent, non adeo magna opus erat ſollicitudine ſiue communicandi & diffundendi earum notitiam ad eccleſias alias, ſiue eas integras conſeruandi & propagandi ad poſteros, qui ad earum vſum non ſtricte erant adligati, ſed alias pro lubitu ſuo faciendi habebant libertatem. Deinde, non eſt improbabile, vt recentior quidam ſcriptor *Gallicanus* [*h*] obſeruauit, antiquas liturgias per aliquot ſæcula fuiſſe tantum certas formas diuini cultus memoriæ mandatas & ex praxi cognitas potius, quam litteris conſignatas, quæ vna ſola via eſt, qua iſtiusmodi monumenta tuto ad ſeram poſteritatem transmittuntur. Hoc veroſimile videtur, quia in perſequutionibus ſub *Diocletiano* & conſociatis, licet in ſanctas ſcripturas aliasque res ad eccleſiam pertinentes diligentiſſime inquireretur, quæ ſæpius a ſic vocatis *traditoribus* reddebantur comburendæ, numquam tamen vllos libros rituales ſiue liturgicos ſimul traditos eſſe, legimus. Quod argumento eſt, ipſorum formulas cultus publici & adminiſtrationis ſacramentorum non generatim litteris perſcriptas, aut certe non in libros, a pſalmis & aliis ſcripturæ ſacræ libris diſtinctos, relatas fuiſſe. Alioqui valde probabile eſt, quod vti ſcripturæ cum reliquis inſtrumentis & theſauris eccleſiæ ab ethnicis ſæpe repertæ, vel a deſertoribus chriſtianis ad comburendum traditæ fuerunt; ita quoque libros diuini cultus eorum idem fatum ſubiiſſe audituri eſſemus: ſiquidem illi, qui tantum ſtudii in perquirendis & inveſtigandis calicibus, lampadibus, candelabris, veſtimentis aliisque vtenſilibus & vaſis eccleſiaſticis adhibuerunt (vti eos feciſſe ex ipſorum annalibus intelligimus) libros eorum, de diuini cultus ratione præcipientes, vix fuiſſent prætermiſſuri, vtpote o-

(*h*) Renaudot. collect. liturgiarum oriental. diſſertat. I. pag. 9. tom. I. Pariſ. MDCCXVI. Orientales eandem diſciplinam habentes, quæ reliquis chriſtianis communis erat, illam ſimiliter in oriente propagauerunt & poſteris transmiſerunt, neque tamen ſtatim illam perſcripſiſſe videntur. Vt ita ſtatuamus, facit inſigne præ ceteris Baſilii magni teſtimonium, qui multa, quæ ad nos ſola traditione perueuerunt, enumerans, adiungit: *Verba ſacræ inuocationis in conſecratione panis & calicis, quis ſanctorum nobis ſcripto tradidit?* - - Vnde ſi non certo, ſaltem veriſimiliter omnino concluditur, ante Baſilii tempora, liturgias Græcas litteris non fuiſſe conſignatas.

dii ac malitiæ eorum obiectum magis proprium futuros, si quos huius generis in ecclesiis christianorum reperissent. DALLAEVS [i] ex hoc fundamento bene argumentatur aduersus vsum imaginum in ecclesia prisca, quia nihil huiusmodi vel ab ethnicis repertum, vel ab apostatis proditum sit illis temporibus, vbi furiose omnia, quæ ad ecclesiam siue religionem christianam spectarent, perquisiuere gentiles. Et hoc argumentum, mea quidem sententia, æque contra liturgias in libros & volumina relatas valet, quia fieri vix potuit, vt istiusmodi res difficillimis persequutionum temporibus notitiam ac furorem inimicorum fugerent. Non concludendum hinc est, (quo imbecillis ingenii homines fortassis inclinabunt) quod nullas ideo liturgias, siue statas diuini cultus formas, hisce turbulentis temporibus habuerint; quia clarissima documenta in contrarium suppetunt, quemadmodum mox videbimus: Sed hoc inde solum concludi oportet, quod eas non ita generatim litteris consignauerint, vti quidem sequentibus sæculis, sed memoriter tantum illis vsi sint, plebique per notam & constantem praxin certiorem earum notitiam dederint; quemadmodum hodie multi precationum formulis vtuntur, litteris eas haud consignantes. Atque hæc alia ratio est, quare nulla ex hisce antiquis liturgiis ad manus nostras peruenerit perfecta & integra, sed tantum in sparsis fragmentis, prout patribus earum in scriptis suis mentionem obiter iniiciendi occasio data fuit. Neque id mirari debemus, quoniam eæ ipsæ liturgiæ, quæ omnium certissime sequentibus sæculis in libros relatæ fuerunt, hodie iniuria temporum maximam partem deperditæ sunt. Exempli caussa vetus *Gallicana*, *Hispanica*, *Africana* & *Romana*, de quibus omnibus præter fragmenta & discerptas particulas nihil hodie superest. Quæ tertia ratio est, cur nulla ex istis antiquis liturgiis hodierno die exstet. Quarta & vltima ratio interpolationes sunt & additiones, antiquis liturgiis a sequentium temporum hominibus factæ. Quamquam enim antiquæ illæ liturgiæ, quæ sub nomine CHRYSOSTOMI & BASILII circumferuntur, initio quodammodo ab ipsis compositæ esse possunt; tot tamen additiones & mutationes in ecclesia *Græca* sequentibus

(i) Dallæus de cultu relig. lib. I. c. XXV. tot. præcipue autem pag. 201. seqq.

sæculis admiserunt, vt non facile sit ad discernendum, postea-quam per tot manus transiere, & tot nouas induere formas, quænam primorum illorum auctorum genuina fuerit compositio. Quocirca illis in hoc opere rarius vsus sum, & fragmenta antiquarum liturgiarum ex dissipatis per genuina patrum scripta reliquiis colligere malui; iungendo illis tales formas, quales in libro illo vetusto, qui inscribitur *constitutiones apostolicæ*, leguntur. Qui liber etsi non ita antiquus est, quemadmodum titulus venditat, nec tam venerabilis auctoritatis, quam WHISTONVS ei vindicare studet, qui eum vult vere esse apostolicum; tamen bella liturgiæ & rituum ecclesiæ ex sæculis tertio & quarto collectio, & minus corrupta, quam vlla alia liturgia, quæ nomen vetusti cuiusdam scriptoris præ se fert, esse agnoscitur. Cuius rei vera ratio ea est, quod, quum numquam in tanto pretio fuerit, vt in vlla ecclesia tamquam ordinaria liturgia adhiberetur, liber ad nos peruenit minus mutatus, quam aliæ liturgiæ, quæ secundum gustum & opinationes earum ætatum, per quas transiere, noue effictæ sunt, quemadmodum res omnes huius generis communiter ab his illis recognosci solent & immutari, quando in constanti vsu sunt & praxi. Quod vt probemus, non vlterius quam ad nostræ ipsorum liturgiæ exemplum eundum nobis est, quæ multas recognitiones, mutationes & additiones admisit, ex quo tempore primum sub rege *Eduardo* collecta fuit. Quam ob caussam hæ liturgiæ, quæ nomina antiquorum auctorum gerunt, non accipiendæ sunt tamquam genuinæ & incorruptæ horum auctorum liturgiæ, quum tot mutationes, interpolationes & additiones subiere, per varias manus in sæculis subsequutis transmissæ. Quum igitur hodie nullas antiquas liturgias ita perfectas & integras habeamus, quemadmodum initio fuerunt compositæ, ex aliis fontibus eas recensere debemus & æstimare. Tantum de illis, quæ Dei est prouidentia, in genuinis antiquorum patrum scriptis superest, vt inde generatim possimus perspicere, quod ecclesia certis diuini cultus formis vsa sit, & speciatim, quis ordo, & quæ methodus cultus eius in præcipuis sacri ministerii & publicæ deuotionis partibus fuerit. Itaque primum de vsu liturgiarum & sacrorum rituum pauca quædam dicemus generatim, & tum diuersas partes antiqui cultus explanabimus, eo prorsus ordine

ac methodo, quemadmodum cum diuersis temporibus in conventibus, quotidie vel hebdomatim hunc in finem coactis, fieri consueuisse legimus.

§. IV.

Quænam formæ apostolorum tempore in vsu fuerint. Vbi de antiquis formis in cultu diuino Iudaico *vsurpatis, & de nouis formis in cultum christianum inductis.*

Qvod ad liturgias in genere attinet, a temporibus apostolicis exordimur, historiam per quatuor priora sæcula pertexturi. Praxis apostolica duplici modo spectari potest; primum quidem ratione adcommodationis sui ad statas formas inter *Iudæos* obseruatas, & deinde ratione nouarum formarum, in cultum christianum inductarum. Nihil minus dubium & controuersum inter viros doctos esse videtur, quam quod *Iudæi* statas formas adorationis in omnibus diuini cultus partibus habuerint, & quod apostoli libere his vsi sint in omnibus supplicationibus, in quibus vt cum illis se coniungerent, vel necessitas exegit, vel suasit decentia. Cultus siue ministerium eorum duplicis erat generis, ministerium templi, & ministerium synagogæ. Hæc multis respectibus ab se inuicem discrepabant, conueniebant autem in hoc, vt publicæ preces vtrobique in certa quadam & constante verborum forma offerrentur. Nam priuatæ illorum preces, quas pro se ipso quisque faciebat, (similes istis tacitis precibus, quas posthac [†] in ecclesia christiana offendemus) obseruante recentiore quodam erudito scriptore [k], non habebant certam formam nec publicum ministrum, in illis adsistentem; sed omnes per silentium precabantur,

(†) Vid. lib. XV. cap. I.

(k) Prideaux *Connection of Scripture History*; part. 1. Book 6. p. 382. In edit. Germanic. Dresdens. p. 494. *So bald sie anfingen, waren die beständigen Männer [so gedungen waren] im hofe Israël gegenwärtig, ihr gebet für die gantze versammlung Israël zu opfern, und andere andächtige leute, die sonsten freywillig den dienst mit abwarteten, waren hauffen in dem so genannten weiberhofe, und beteten für sich. Aber es hatten weder diese noch jene irgends eine öffentliche gebeths formul, oder öffentliche geistliche diener, die ihnen etwas vorgebetet hätten, sondern sie beteten alle heimlich vor sich und nach ihren eigenen einfällen. Und derowegen wenn unser heyland in der parabel vom Zöllner und Pharisäer meldet, daß sie beyde hinauf gegangen in den tempel zu beten, führet er sie also ein, daß ein jeglicher für*

tur, prout sui quemque animi sensa ducerent. Verum publicæ illorum preces per publicas formas tam in ministerio templi, quam synagogæ fiebant. Ministerium templi accurate a LIGHTFOOTO descriptum est, prout seruatoris nostri tempore se habuit. Summa descriptionis illius hæc est [l]. Antequam offerretur sacrificium, præfectus eos vocabat ad preces, quas sic incipiebant: *Tu amasti nos, domine, Deus noster, æterno amore. Magna & multa misericordia nos prosequutus es, o pater noster, & rex noster, propter patres nostros, qui fiduciam in te posuerunt, & quos docuisti statuta vitæ. Esto etiam in nos gratiosus, o pater noster, o pater misericordiarum, o summe misericors, miserere nostri. Pone in cordibus nostris cognoscere, intelligere, parere, discere, docere, obseruare, facere & implere omnia verba legis tuæ in amore, illumina oculos nostros lege tua, & fac, vt corda nostra adhæreant tuis præceptis; vnito corda nostra amori & timori nominis tui.* Recitatis hisce precibus, recitabant decem præcepta, deinde vero sua philacteria Hebraice *Thephillin.* Hæ autem sectiones legis iis erant inscriptæ. I. *Exod.* XIII, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. II. *Exod.* XIII, 11. 12. 13. 14. 15. 16. III. *Deuteron.* VI, 4. 5. 6. 7. 8. 9. IV. *Deuteron.* XI, 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

PRAETER recitationem decalogi & philacteriorum, habebant tres aut quatuor orationum formulas, quas recitabant matutini ministerii tempore. Prima hæc erat: *Veritas & stabilitas, firmum & tutum, rectum & fidum, & amatum & amabile, & delectabile, & reuerendum & terribile, & gloriosum & ordinatum, & acceptum & bonum & pulchrum est verbum tuum in secula seculorum. Firmus est, nomen eius firmum, & eius thronus stabilitus, & eius regnum & veritas constituta in æternum*, cetera.

SECVNDA formula hæc erat: *O domine, Deus noster, acceptus tibi sit populus tuus Israel, eiusque preces. Instaura ministerium ad oraculum domus tuæ. Accipito holocautomata Israelis & eorum preces in amore, cum complacentia; & cultus Israelis populi tui perpetuo sit tibi gratus.* Denique hæc orationis erat clausula: *Laudamus te, qui es dominus Deus noster, & Deus patrum nostrorum, Deus omnis carnis,*

sich sein eigen gebet betete, Denn so beteten alle daselbst, und thaten diß, so lange die öffentliche opfer beyde morgens und abends geopfert wurden.

(l) Lightfoot, *Temple-service* chap. 9. sect. 4. p. 108. (In opp. Latin. p. 720. 721. seq. edit. Vltraiect. MDCXCIX.)

noster

noster creator, opifex omnis creationis, benedictio & laus sit magno & sancto nomini tuo, qui tu protexisti & conseruasti nos: protege & conserua nos, & captiuitatem nostram fac reducem ad atria sanctitatis tuae, cetera.

Tertia oratio ita concepta erat: *Da pacem, benignitatem & benedictionem, gratiam, misericordiam & commiserationem nobis & vniuerso populo tuo Israeli. Benedicito nobis, o pater noster, immo nos omnes instar vnius viri, luce vultus tui; nam in luce vultus tui, tu, o domine Deus noster, dedisti nobis legem vitae, & misericordiam amoris, & iustitiam & benedictionem, & commiserationem, & vitam & pacem. Placeat tibi benedicere populo tuo Israeli omni tempore. In libro vitae, cum benedictione & pace, & sustentatione fac vt memoremur & scribamur coram te, nos & omnis populus tuus, domus Israëlis.*

Qvarta oratio recitabatur die sabbati instar benedictionis, pronuntiatae ab ea classe, quae exibat, erga eam classem, quae ingrediebatur, hisce verbis: *Qui facit habitare nomen suum in hac domo, faciat habitare inter nos pacem, fraternitatem, amorem & amicitiam.*

Hisce peractis, sacerdotes, praesertim qui fuerant in sanctuario, stantes in iis gradibus, quibus adscendebatur in porticum, elatis manibus benedicebant populo. Benedictio, quae pronuntiabatur, ea erat, quae exstat *Numer.* VI, 24. 25. 26. *Benedicat tibi dominus & custodiat te. Faciat dominus, vt luceat facies sua tibi, & gratiam faciat tibi. Attollat dominus faciem suam erga te, & apponat tibi pacem.* Populus respondebat: *Benedictus dominus Deus, Deus Israëlis, ab aeternitate in aeternitatem.*

Post hanc benedictionem offerebatur farinae oblatio, quam sequebantur *placentae* pontificis maximi, & denique libamen seu vinum. Tum incipiebat musica ac symphonia.

Psalmi, qui ordinarie canebantur [m], hi erant. Prima hebdomadis die *Psalm. XXIV. Terra est domini*, &c. Secunda die *Psalm XLVIII. Magnus est dominus* &c.

Tertia die *Psalm. LXXXII. Deus stetit in congregatione potentum* &c.

Quarta die *Psalm. CXIV. Deus vltionum dominus* &c.

Quinta die *Psalm. LXXXI. Exsultate Deo adiutori nostro* &c.

Sexta die *Psalm. XCIII. Dominus regnauit.* &c.

(m) Lightfoot. ibid. c. VII. p. 59. edit. angl. c. (p. 6.. edit. Latin. citat.)

Die sabbati canebatur *Psalm. XCI.* cuius titulus est: *Psalmus cantici die sabbati.*

Hic erat cantus & hi fuere psalmi, qui ordinarie per totum annum [*n*] canebantur, sed quibusdam diebus erant peculiares psalmi & cantus. Sabbatis enim adiiciebatur alterum sacrificium quotidiano, iuxta mandatum *Numer. XXVIII, 9. 10.* Tempore adiectitii huius sacrificii Leuitæ canebant *Mosis* canticum ex *Deuter.* XXXII. *Audite cæli* &c. sed totum vna vice non canebant, verum diuidebant in sex partes, quarum vnam vnoquoque sabbato canebant, & ita intra sex sabbata illud absoluebant, atque iterum eodem modo incipiebant. Sic canebant matutino tempore, quum adiectitium offerretur sacrificium; sed vespertini sacrificii hora canebant canticum *Mosis*, petitum ex *Exod. XV. Cantabo domino, eo quod admodum excelluit, equum & sessorem eius deiecit in mare*, &c. Hæc obseruatio de canticis *Mosis*, vnoquoque sabbati die decantatis, ex sententia LIGHTFOOTI [*n*] facit ad illustrationem *Apocal.* XV, 3. vbi sancti dicuntur *canere canticum Mosis serui Dei*, quia tum peruenerunt ad æternum sabbatum, *victoria reportata de bestia, deque eius imagine & charactere, & numero eius nominis, gestantes manibus citharas Dei.* Quæ allusio ad ministerium sabbati tempore *S. Ioannis*, idoneum pro antiquitate huius praxis argumentum est.

PRAETEREA sacrificium erat adiectitium, quod in primam anni diem institutum fuerat, *Num.* XXIX, 1. 2. quæ vocabatur *festum tubarum*, quia tum tubæ significabant initium anni. Et hoc tempore Leuitæ canebant psalmum LXXXI; *Exsultate domino adiutori nostro* &c. Et in vespertino huius diei sacrificio canebant psalmum XXIX. *Vox domini concutiens desertum* &c.

ITA quoque in celebratione *paschatis*, præter multas alias formulas, hymnum canebant, dictum *Hallel Aegyptiacum*, quia canebatur in memoriam exitus ex *Aegypto*: qui continebat psalmos CXIII, CXIV, CXV, CXVI, CXVII, CXVIII. Cantabatur hoc *Hallel*, obseruante viro quodam docto [*o*], in principio mensis, in festo dedicationis, in festo septimanarum & festo paschatis. Cuius pars posterior generatim ille hymnus esse cre-

(*n*) Ibid. p. 61. (p. 690. in fine.)

(*o*) Othon. lexicon. rabbin. p. 236.

ditur, quem cecinit *CHRISTVS* cum discipulis suis post eucharistiam.

Haec est summa ministerii templi *iudaici*, vti tempore seruatoris nostri constitutum fuit, ad quod, non obstantibus illis fixis formulis, tum ipse, tum discipuli eius se accommodarunt, quandocumque in istiusmodi solemnitatibus templum frequentandi habuerunt occasionem.

Ministerivm synagogæ quodammodo a templi ministerio differebat. Nulla enim heic erant sacrificia, sed tantum tria ista: 1.) Preces, 2.) Lectio scripturarum, 3.) Prædicatio & explicatio earum. Quod ad publicas eorum preces attinet, similes illæ erant precationibus in templo, omnesque statas habebant formulas. Ex quibus antiquissimæ & solemnissimæ erant, quas vocabant *Schemoneh Esreh*, hoc est, *duodeuiginti precationes*, quæ ab *Esdra* & magna synagoga, a tempore captiuitatis, institutæ esse dicuntur. Nouissime in linguam nostram translatæ & in lucem editæ sunt ab HVMPHREDO PRIDEAVX in libro, quem inscripsit: *Connexion of Scripture-History* [p], quas, quum liber iste dignus sit, qui omnium teratur manibus, heic non transcribo, sed lectorem ad cognoscendas illas eo remitto. Tantummodo quum ille recte obseruet, quod alia precatio, dicta *vndeuicesima*, paullo ante euersionem *Hierosolymorum* addita fuerit contra christianos, qui in ea nominibus apostatarum & hæreticorum memorantur; hanc obseruationem loco quodam confirmabo EPIPHANII [q], qui *Iudæos* in synagogis suis contra christianos precari solitos esse dicit, hac vsos formula: Ἐπικαταράσαι ὁ Θεὸς τὰς Ναζαραίους, *Deus exsecretur Nazaræos*. Idem innuit IVSTINVS MARTYR [r], narrans, *Iudæos*, cognito seruatorem nostrum a mortuis resurrexisse, eximiis delectis viris, in omnem terrarum orbem misisse, qui renuntiarent, hæresin & sectam quamdam impiam & iniquam excitatam esse a *Iesu* quodam *Galilæo*, plano & seductore, quem a se crucifi-

(p) Part. 1. Book 6. p. 375. (In edit. Germ. Dresdens. p. 474. 475. 476. 477. 478.)

(q) Epiphan. hæres. XXIX. Nazaræor. num. IX. p. 124. c.

(r) Iustin. cum Tryphon. p. 335. οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, μαθόντες αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀλλ' ὡς προεῖπον, ἄνδρας χειροτονήσαντες ἐκλεκτοὺς, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε κηρύσσοντας, ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινὸς Γαλιλαίου πλάνου· ὃν σταυρωσάντων ἡμῶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν

xam discipuli eius noctu e monumento, vbi a cruce repositus fuerit, furto sustulerint, adseuerantes, a mortuis eum excitatum esse, atque in cælum adscendisse. Et addit IVSTINVS, ipsos, capta eorum vrbe & terra vastata, non resipiscere, diris maledictionis eum, & credentes in eum vniuersos, exsecrari audentes. Quod ipsum manifesto ad hanc precationem adiectitiam, liturgiæ ipsorum aduersus christianos insertam, respicit. Enimuero si ab hac precatione, quæ recentiores natales habet, discesseris, reliquæ omnes seruatoris nostri eiusque apostolorum tempore in vsu videntur fuisse. Atque vt certo nobis constat, frequentasse eos synagogas, ita dubium non est, quin vsitatis formulis precationum, quæ partem ministerii synagogæ constituebant, vsi sint.

RELIQVAE huius ministerii partes lectione legis ac prophetarum, eorumque explicatione in vsum præsentis populi absoluebantur. Quæ res secundum certam regulam ac ordinem fiebant. Nam libri quinque *Mosis* in tot sectiones siue lectiones dispescebantur, quot sunt per annum hebdomades, quarum vna singulis sabbatis, & dimidia eius pars die lunæ ac Iouis legebatur, vtpote qui dies conuentibus ad ministerium synagogæ constituti erant. Hisce conuentibus plerumque præsens aderat seruator noster, & interdum ministrabat legendo, ex ista consuetudine, tamquam membrum synagogæ, quemadmodum expressis verbis de ipso relatum legimus Luc. IV, 16. & aliis temporibus in synagogis eorum docebat Marc. I, 39. Luc. IV, 15. 44. quod de *Paulo* etiam memoriæ proditum est Act. XIII, 14. & XVI, 13. & XVII, 2. & XVIII, 4. consueuisse eum diebus sabbati synagogas, vbi preces fieri solitæ sint, ingredi, & lectione legis & prophetarum finita ad populum concionari, & cum illis sermonem conferre aut disputare. Vt adeo, licet publicum synagogæ ministerium ex præscripto ordine ac forma perageretur, hæc tamen non fuerit ratio apostolis, illud tamquam rem simpliciter vitiosam ac illicitam deuitandi. Verum illi ad istam ministerii rationem sese aliquamdiu accommoda-

ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτὸς, ὁπόθεν κατετέθη ἀφηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, πλανῶσι τοὺς ἀνθρώπους λέγοντες, ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι - - καὶ ἁλούσης ὑμῶν τῆς πόλεως, καὶ τῆς γῆς ἐρημωθείσης, οὐ μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ καταρᾶσθαι αὐτοῦ καὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν πάντων τολμᾶτε.

bant,

bant, ideo probabiliter, vt *Iudaeos* tanto melius lucrarentur, & praeiudicatis opinionibus, quas in rem christianam habebant, liberarent.

PRAETERQVAM vero, quod ad statas liturgiae ac cultus *iudaici* formulas se accommodabant, formulas quasdam sibi proprias inter se in constanti vsu habebant ipsi. Quibus tuto licebit accensere 1.) Orationem dominicam, vt formulam a *CHRISTO* omnibus discipulis suis praescriptam; de qua nullam vmquam controuersiam mouerunt prisci christiani, quemadmodum posthac pluribus videbimus. 2) Formulam baptizandi, constanter sine vlla variatione adhibitam, vti in libro quodam antecedente [s] demonstrauimus. 3.) Formulas profitendi fidem suam in baptismo, seu formulas sanorum verborum in vnaquaque ecclesia institutas. 4.) Formulas renuntiandi Satanae & *CHRISTO* se addicendi in baptismo. 5.) Formulas hymnorum ac psalmorum & glorificationum Dei e sacris scripturis depromtas. Quibus veteres addere videntur 6.) Fomulas benedicendi populo, cuiusmodi aliqua est: *Gratia domini nostri IESV Christi, caritas Dei patris, & communio spiritus sancti, cum omnibus vobis, Amen.* Et 7.) denique repetitionem historiae institutionis coenae dominicae, tamquam necessariam consecrationis partem, quae vna cum vsu orationis dominicae in celebratione eucharistiae generatim ex praxi apostolica descendisse creditur. Haec sufficiunt ad demonstrandum, quod ipsimet apostoli, non obstante extraordinario inspiratarum precum dono, nonnumquam vel in materia, vel in methodo, vel in verbis, vel in linguis ad certas formulas se adstrinxerint, nullo vel donorum suorum, vel coarctationis spiritus, vel inopiae aedificationis auditorum suorum habita ratione. Quae omnia si recte ponderentur, quaedam certe euincent, bene selectarum & bene institutarum formularum vsum nulla ratione cum praxi apostolica pugnare, siquidem apostoli ipsi tum ad formulas in templo & synagoga iudaica vsitatas sese conformarunt, tum alias christianae institutionis formulas adhibuerunt. Pergimus nunc ad hanc disquisitionem per tria quatuorue saecula sequentia ecclesiae continuandam.

(s) Lib. XI. cap. III. vol. IV. p. 163. seqq.

ATQVE heic quidem addere primum iuuat, quæ de *Essenis* narrat IOSEPHVS [*t*], quod ante solis ortum surgere, & *πατρίους τινὰς εὐχὰς*, *patrias quasdam*, hoc est, a patribus sibi is acceptis, *preces* ad Deum fundere soliti sint: Et quæ PHILO [*u*] *de Therapeutis* ascetis *Alexandriæ*, siue iudæis, siue christianis, cuius ætate heic viuebant, tradit, præsidem videlicet inter illos, postquam sermone recitato adsurrexisset, hymnum in laudem Dei cecinisse, aut recens a se compositum, aut desumtum ab aliquo veterum prophetarum, cuius in fine extremaque clausula vniuersi vocem extulerint sine sexus discrimine. Rursus in sacris vigiliis [*w*] suis, vbi omnes consurrexissent, duos choros factos esse dicit in medio cænaculo, alterum virorum, alterum fœminarum, cuique suum incentorem præfectum, honore præstantem & canendi peritia. Deinde cantasse hymnos, in laudem Dei compositos variis metrorum carminumque generibus, nunc ore vno, nunc alternis, non sine decoris & religiosis gestibus atque cantibus, modo stantes, modo prorsum retrorsumve gradum mouentes, vtcumque res postularit. Deinde postquam vterque chorus seorsum expleuisset se his deliciis, velut amore diuino ebrios vnum chorum fecisse promiscuum, ad imitationem illius olim instituti in rubri sinus littore post mi-

(*t*) Ioseph. de bello Iud. lib. II. c. XII. p. 785. edit. Lips. MDCXCI. *Πρός γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς· Πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων· πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι.* Præcipue circa Deum religiosi sunt. Namque ante solis ortum nihil profani loquuntur, sed ei patria quædam vota celebrant, quasi vt oriatur, precantes.

(*u*) Philo de vita contemplatiua p. 901. d. e. edit. Par. MDCXC. - - *ἔπειτα ὁ πρόεδρος ἀναστὰς, ὕμνον ᾄδει πεποιημένον εἰς τὸν Θεὸν, ἢ καινὸν αὐτὸς πεποιηκὼς, ἢ ἀρχαῖόν τινα τῶν πάλαι ποιητῶν· --- ὁπότε τὰ ἀκροτελεύτια καὶ ἐφύμνια ᾄδειν δέοι, τότε ἐξηχοῦσι πάντες τε καὶ πᾶσαι.*

(*w*) Phil. ibid. pag. 902. *ἀνίστανται πάντες ἀθρόοι, καὶ κατὰ μέσον τὸ συμπόσιον δύο γίνονται τὸ πρῶτον χοροὶ, ὁ μὲν ἀνδρῶν, ὁ δὲ γυναικῶν· ἡγεμὼν δὲ καὶ ἔξαρχος αἱρεῖται καθ' ἕτερον ἐντιμότατός τε καὶ ἐμμελέστατος· εἶτα ᾄδουσι πεποιημένους εἰς τὸν Θεὸν ὕμνους πολλοῖς μέτροις καὶ μέλεσι, τῇ μὲν συνηχοῦντες, τῇ δὲ καὶ ἀντιφώνοις ἁρμονίαις ἐπιχειρονομοῦντες καὶ ἐπορχούμενοι, καὶ ἐπιθειάζοντες· τοτὲ μὲν τὰ προσόδια, τοτὲ δὲ τὰ στάσιμα, στροφάς τε τὰς ἐν χορείᾳ καὶ ἀντιστρόφους ποιούμενοι· εἶτα ὅταν ἑκάτερος τῶν χορῶν ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑστιαθῇ, καθάπερ ἐν ταῖς βακχείαις ἀκράτου σπάσαντες τοῦ θεοφιλοῦς ἀναμίγνυνται, καὶ γίνονται χορὸς εἷς ἐξ ἀμφοῖν, μίμημα τοῦ πάλαι συστάντος κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἕνεκα θαυματουργηθέντων ἐκεῖ· τὸ γὰρ πέλαγος προστάξει θεοῦ τοῖς μὲν σωτηρίας αἴτιον, τοῖς δὲ πανωλεθρίας ἐγένετο.*

ran-

randum prodigium; quando mare Deo iubente alteris ſalutem, alteris perniciem attulit. Hoc inſtitutum veterum chriſtianorum pſalmodiæ adeo conuenit, vt EVSEBIVS [x], qui bene multa ex hoc curioſo PHILONIS libro transſcripſit, in ea fuerit opinione, eſſe deſcriptionem cultus iſtorum *Iudæorum*, qui chriſtianam amplexi eſſent religionem: quam eius opinionem non HIERONYMVS [y] tantum, ſed multi eruditi ſcriptores huius vltimi ſæculi adoptarunt. Non ego determinabo hanc quæſtionem, vtrum iudæi, an chriſtiani fuerint? Sufficit in rem præſentem, quod iſtorum ratio colendi Deum per certas formulas laudum, & horum diuini cultus ratio, per formulas humanæ compoſitionis, vna eademque, aut certe altera alteri adeo æqualis fuerit, vt altera ab altera non facile diſcerni potuerit.

§. V.

Quænam documenta de vſu certarum formularum in ſecundo ſæculo ſuppetant.

INEVNTE ſæculo ſecundo vixit *Plinius*, proconſul *Romanus* in *Bithynia*, qui ad *Traianum* imperatorem de vſitata chriſtianis Deum colendi ratione perſcribens, quæ ex ore quorumdam apoſtatarum acceperat, dicit, *quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire carmenque Chriſto, quaſi Deo dicere, ſecum inuicem; ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati negarent* [z]. Locutio *carmen dicere*, qua vtitur PLINIVS, ſolemnem precum æque ac laudum formulam, ſignificare poteſt, quemadmodum VOSSIVS [a]

(x) Euſeb. lib. II. c. XVII. tot. inprimis in fine. ὅτι δὲ τοὺς πρώτους κήρυκας τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, τά τε ἀρχῆθεν πρὸς τῶν ἀποστόλων ἔθη παραδεδομένα καταλαβὼν ὁ Φίλων ταῦτα ἔγραφε, παντί τῳ δῆλον. Quin dum illa ſcriberet Philo, primos illos euangelicæ doctrinæ prædicatores, & ab apoſtolis primum traditam diſciplinam in mente habuerit, nemini dubium eſſe arbitror.

(y) Hieron. de ſcriptor. c. XXI. de Philone. Exſtat huius de vita noſtrorum liber vnus, id eſt, de apoſtolicis viris, quem & inſcripſit περὶ θεωρητικοῦ ἱκετῶν, quod cæleſtia contemplentur, & ſemper Deum orent.

(z) Plin. lib. X. epiſt. XCVII.

(a) Voſſ. commentar. in loc. pag. 97. (p. 59. a. in opuſc. tom. IV. edit. Amſtelod. MDCLXXXVIII. fol.) Dixerunt carmen, atque id Chriſto. Carmen fuerit, etiamſi non caneretur. Nam *carmen vocarunt Romani, quidquid conceptis verbis diceretur.*

et BRIS-

et BRISSONIVS [b] ex *Latinis* auctoribus obſeruarunt. Adeoque hæc ipſa locutio vniuerſum eorum cultum publicum ex ſtata forma peractum fuiſſe denotabit. Vtcumque autem res ſe habet, certe ſenſu ſtrictiſſimo ſumta infert, quod certas & conceptas formulas in aliquibus miniſterii ſui partibus, vt in alterna hymnodia ſua, adhibuerint, quippe quæ fieri nequibat, niſi ex compoſitione & præſcripto. Atque exinde probabile fit, quod reliquæ miniſterii partes tunc quidem eiusdem naturæ fuerint ac ordinis.

EODEM ſæculo ineunte *Ignatius* antiquis hiſtoricis [c] cantum antiphonarum, hoc eſt, rationem hymnis alternatim decantatis ſanctam *TRINITATEM* celebrandi in eccleſiam *Antiochenam*

(b) Briſſon. de formulis p. 97. edit. Francof. MDXCII. 4to. In ea votorum nuncupatione, quæ a cenſoribus luſtrum condentibus fiebat, inuenio ante Scipionis ætatem *ſolemni carmine deos oratos*, vt populi Rom. res meliores amplioresque facerent. - - Valer. Max. lib. IV. Africanus quum cenſor luſtrum conderet, in quo ſolito ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis *ſolemne ei precationis carmen* præiret, quo dii immortales, vt populi Rom. res meliores facerent, rogabantur. Ibid. p. 64. Solemne fuiſſe aliquod *carmen precationis*, quod in concionibus, quæ ad populum habebantur, magiſtratus præire conſueuerant, Liuius lib. XXXIX. docet his verbis: *Ad hæc officiis magiſtratibus, conſules in roſtra adſcenderunt, & concione aduocata cum SOLEMNE CARMEN PRECATIONIS, quod præfari, priusquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet, conſul ita cœpit*, cetera.

(c) Socrat. lib. VI. c. VIII. λεκτέον δὲ καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ κατὰ τοὺς ἀντιφώνους ὕμνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήθεια. - Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας τρίτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐπίσκοπος, ὃς καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῖς συνδιέτριψεν, ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων, διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν. Dicendum porro eſt, vnde conſuetudo illa hymnos in eccleſia alternis canendi vicibus, initium ſumſerit. Ignatius Antiochiæ in Syria epiſcopus, poſt apoſtolum Petrum ordine tertius, qui & cum apoſtolis ipſis familiariter verſatus eſt, vidit aliquando angelos hymnis alternatim decantatis ſanctam trinitatem celebrantes; & canendi rationem, quem in illa viſione animaduerterat, eccleſiæ Antiochenſi tradidit.

Hiſtor. tripartit. lib. X. c. IX. Dicendum eſt, vnde ſumſerit initium, vt in eccleſia antiphonæ decantentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius poſt apoſtolum Petrum epiſcopus, qui etiam cum ipſis vixerat apoſtolis, vidit angelorum viſionem, quomodo per antiphonas ſanctæ trinitati dicerent hymnos. Isque modum viſionis Antiochenæ tradidit eccleſiæ. Et ex hac ad cunctas tranſiit eccleſias.

chenam

chenam induxisse dicitur. Neque enim de more psalmos *Dauidicos* alternatim cantandi, tamquam introducto ab IGNATIO, sed de ratione canendi hymnos, ab ipso ad declarandam diuinitatem *CHRISTI* compositos, loquuntur. Quæ omnino antiqua praxis fuisse intelligitur non tantum ex illis, quæ iam ex relatione PLINII obseruauimus, sed etiam ex iis, quæ ab antiquo illo auctore apud EVSEBIVM [*d*], qui contra hæresin *Artemonis* sæculo secundo extremo scripsit, dicuntur; vbi inter alia argumenta, quibus ecclesias seruatoris nostri diuinitatem semper credidisse demonstrat, & hoc vrget, quod psalmi & cantica fratrum iam pridem a fidelibus conscripta, Christum, verbum Dei, concelebrent, diuinitatem ei tribuendo. Hisce canticis accensere possumus ea, quæ in vsum ecclesiæ *Antiochenæ* composuit *Ignatius*, quæ probabiliter in vsu manserunt, vsque dum *Paulus Samosatensis*, illis abolitis, noua quædam in ecclesiam introduceret; quemadmodum patres concilii *Antiocheni* in epistola synodica, EVSEBIO [*e*] memorata, de illo conqueruntur.

NEQVE vero improbabile est, IGNATIVM, vti hymnos composuit, ita quoque integram precum formulam in suæ ipsius ecclesiæ vsum composuisse, quemadmodum istius æui episcopis facere moris erat. Ad quam consuetudinem respicere videtur in epistola sua ad *Magnesianos*, quando *Ne quidquam*, inquit, *videatur vobis rationi consentaneum, præter episcopi iudicium. -- Omnes ad orandum in idem loci conuenite: sit* [*f*] *VNA COMMVNIS PRECATIO.* Quo ipso non tantum prohibet, ne in schismata & separatos conuentus sese diuidant, sed ad ordinem quoque pre-

(*d*) Euseb. lib. V. c. XXVIII. *ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες.*

(*e*) Euseb. lib. VII. c. XXX. *ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν.* Quin etiam psalmos in honorem domini Iesu Christi cani solitos, quasi nouellos & a recentioribus hominibus compositos aboleuit. Mulieres autem magno paschæ die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito incusserit.

(*f*) Ignat epist. ad Magnes. n. VII. *Μηδὲ τι φαινέσθω ὑμῖν εὔλογον παρὰ τὴν ἐκείνου [τοῦ ἐπισκόπου] γνώμην· - πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ προσευχῇ ἅμα συνέρχεσθε· μία δέησις ἔστω κοινή.*

cationum, ex ſententia epiſcopi ac presbyterorum præſcriptum, ſe conformare eos iubet.

Non longe poſt IGNATIVM teſtimonium parallelum in LVCIANO, ſcriptore ethnico, qui aliquam chriſtiani cultus notitiam habuit, deprehendimus. Nam in dialogo quodam ſuo narrans, quemadmodum in religioſum chriſtianorum conuentum venerit, audiſſe ſe ait precationem, incipientem a patre, & in hymno multorum nominum finientem [g]. Plus quam probabile eſt, quod per precationem, incipientem a patre, orationem dominicam intelligat, quæ noti & generalis vſus in eucharistiæ celebratione erat. Quid vero per hymnum multorum nominum, qui inſequutus ſit, intelligat, non ita liquet. WETTENHALLVS [h] epiſcopus pro minore, ſiue communi doxologia, *Gloria ſit patri, & filio, & ſpiritui ſancto* accipit. SMITHVS [i] autem & alii pro maiore doxologia: *Gloria in excelſis Deo*; Quod mihi vero ſimilius videtur. Verum ad præſentem noſtram diſquiſitionem non neceſſario requiritur, vt, quis hymnus fuerit, definiamus: ſed ſufficit ad inſtitutum noſtrum, quod de quibusdam precationibus & hymnis loquatur, qui tam communis & vulgati vſus tunc temporis in eccleſia fuerint, vt ipſis paganis cogniti eſſent.

IVSTINI MARTYRIS teſtimonium plerumque ab vtraque parte tam pro liturgiis quam contra illas adlegatur. Qui præſcriptas formulas defendunt, vrgent, quod κοινῶν εὐχῶν, *communium precum & ſupplicationum* [k] mentionem faciat. Qui illis ſe opponunt, cum magna animi contentione pro precibus ex-

(g) Lucian. Philopatr. p. 112?. Τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος, καὶ τὴν πολυώνυμον ᾠδὴν εἰς τέλος ἐπιθείς.

(h) Wettenhal. *Gift of Singing* chap. 11. p. 273.

(i) Smith. *Account of the Greek Church* p. 22?. Not. Falſa mihi videtur allegatio. Latina editio, quæ mihi ad manus eſt, habet tantum paginas 165. Integrum libellum ſemel atque iterum percurri, locum autem, ad quem prouocat auctor, nuſquam inueni.
Comber. *Orig. of Liturgies* chap. II. p. 30. pro *triſagio* accipit.

(k) Inſt. apol. II. p. 97. b. c. ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα συνηγμένοι εἰσί, κοινὰς εὐχὰς ποιησάμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος, καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως. Nos poſt huiuscemodi lauationem, credentem iam & nobis adſcitum, ad fratres qui dicuntur eo adducimus, vbi illi congregati ſunt, ad *communes preces & ſupplicationes*, cum pro ſe ipſis

tem-

temporalibus argumentantur, quia dicat, antistitem preces & gratiarum actiones fundere, *ὅση δύναμις αὐτῷ, quantum pro virili sua possit* [l]. Iam vero vt libere dicam, quid sentiam, neutram harum locutionum quidquam demonstrare puto: ambæ enim ambiguæ sunt. Communes preces non semper inferunt, quod minister ecclesiæ ad præscriptam formulam oret: Nam preces inspiratæ sine dubio fuerunt preces communes, si in publica concione fuerunt oblatæ: Et quamuis sic formula præscripta essent populo, ministro tamen precanti non erant, sed ex immediata inspiratione conceptæ. Quocirca ex facta precum communium mentione non simpliciter possumus inferre, quod minister ad præscriptam formulam precatus sit, nisi addatur, vti apud CHRYSOSTOMVM plerumque fit, quod congregatio precata sit *μιᾷ φωνῇ, vna voce*, ita, vt coniuncta voce totam precationem faceret, vel alternatim per modum respondendi cum sacerdote. Hoc enim indicat, populum verba communium precum ante intellexisse, quam a sacerdote pronuntiata sint. Ab altera parte nihil solidi argumentum contra liturgias habet ex eo, quod IVSTINVS episcopum dicit preces & gratiarum actiones fundere, *ὅση δύναμις, quantum pro virili sua possit.* Hoc enim non tantum ad inuentionem verborum referri potest, sed ad ardorem quoque & intentionem animi precantis, quæ non minus in præscriptis formulis, quam in immediate conceptis verbis locum habere potest. Atque hoc modo eadem phrasis ab NAZIANZENO manifesto adhibetur, quando christianos hortatur, vt triumphale illud carmen in mortem *Iuliani, ὅση δύναμις, pro viribus* [m] canant, quod olim *Israë-*

tum pro illuminato & aliis vbique gentium omnibus, animo intento peragendas.

(l) Iustin. ibid. p. 98. *ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ, ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος, καὶ ὕδωρ καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ ἀμήν.* Sub hæc consurgimus communiter omnes & precationes profundimus: &, sicuti retulimus, precibus peractis, panis offertur & vinum, & aqua: & præpositus itidem, *quantum pro virili sua potest*, preces & gratiarum actiones fundit, & populus fauste acclamat, dicens Amen.

(m) Nazianz. orat. III. quæ est, inuect. 1. contr. Iul. tom. I. p. 54. *ἐπεὶ δὲ ἀνεκαθή-*

litæ propter *Aegyptios* mari rubro coopertos atque obrutos cecinerunt. Quod non extemporale erat canticum, ſed formula a *Moſe* compoſita & præſcripta, vt alternatim ab congregatione *Iſraëlis* caneretur Exod. XV. Vt adeo, licet ex ſcriptoribus recentioribus quidam nullum non lapidem mouerint, vt ex hoc IRENAEI loco argumentum contra liturgias necterent, nulla tamen talis concluſionis ratio heic reperiatur. Attamen hic vnus ſolus locus eſt, qui contra illas profertur in medium. At enim vero plus intereſt conſiderare, quod IVSTINVS inter *Iudæos* vixerit, qui certe conceptis precationum formulis vtebantur, quarum vnam ille damnat, vt antea oſtendimus, tamquam execrationem inſertam contra chriſtianos; nihil autem dicit contra reliquas, quod ſine dubio feciſſet, ſi vſum liturgiarum partem duntaxat ſuperſtitionis *iudaicæ* eſſe, & ſpiritum hominis chriſtiani dedecere crediſiſſet. Sed vero ille praxin ſeruatoris eiusque apoſtolorum in adcommodando ſe ad miniſterii iudaici formas ſatius intelligebat, quam vt iſtiusmodi notam infamiæ eis imponeret. Adeoque hoc mihi plus ponderis videtur habere ad perſuadendum, quod IVSTINVS notas formas tam iudaici quam chriſtiani miniſterii legitimas eſſe crediderit, quam vllæ ambiguæ locutiones habent ad contrarium perſuadendum.

NON multo poſt IVSTINVM vixit IRENAEVS, epiſcopus *Lugdunenſis* in *Gallia*. Hic mentionem facit certæ cuiusdam formulæ in chriſtiano cultu vſitatæ, & tam bene cognitæ *Valentinianis* hæreticis, vt illa, tamquam argumento ad fabuloſam doctrinam ſuam de æonibus demonſtrandam, vterentur. Aiebant enim, illos ipſos de eccleſia, in gratiarum actionibus dicentes *in æonas æonum* [n], iſtos æonas, pro quibus ipſi (*Valentiniani*)

ραθῶμεν τῷ λόγῳ τοῦ χοροῦ τὸ πλήρωμα· φέρε, ὅση δύναμις, ἁγνισάμενοι καὶ σώματα καὶ ψυχὰς, καὶ μίαν ἀναλαβόντες φωνὴν, ἑνὶ συναρμοσθέντες πνεύματι, τὴν ἐπινίκιον ᾄδωμεν ἐκείνην ᾠδὴν, ἥν ποτε ᾖσεν ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῖς Αἰγυπτίοις τῇ ἐρυθρᾷ καταλυφθεῖσιν, ἐξαρχούσης Μαρίας, καὶ ἀνακρουούσης τὸ τύμπανον. Poſtquam chorum vniuerſum ſermone repurgauimus, age, corporibus atque animis, quoad eius fieri poterit, purificatis, voceque vna adſumta, atque vno eodemque ſpiritu concordes redditi, triumphale illud carmen canamus, quod olim Iſraelitæ propter Aegyptios mari rubro coopertos atque obrutos, auſpicante Maria, tympanumque pulſante, cecinerunt.

(n) Iren. lib. I. c. I. Καὶ τὸν Παῦλον φανερώτατα λέγουσι τοὺς δὲ Αἰῶνας ὀνομάζειν πολ-

con-

contenderent, ſignificare. Hoc manifeſtiſſime ad formulam quamdam gratiarum actionis, tunc temporis cognitam in eccleſia, reſpicit. COMBERVS & alii quidam accipiunt pro doxologia illa *Gloria Patri*, quia hæc finitur, vti illa in IRENAEO, verbis *in ſæcula ſæculorum Amen.* Ego vero cum GRABIO [*o*] fuiſſe potius exiſtimo clauſulam precum atque laudum, in celebratione euchariſtiæ fundi ſolitarum; vbi glorificatio patris, filii & ſpiritus ſancti illis verbis terminabatur, *εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, per ſæcula ſæculorum;* ad quæ populus ſemper reſpondebat: *Amen*, vti ex formula in *conſtitutionibus* [*p*] ſuperſtite, liquet, de qua ſuo loco plura.

CIRCA eamdem tempeſtatem CLEMENS vixit, eccleſiæ *Alexandrinæ* antiſtes, qui de eccleſia loquens, eam eſſe dicit congregationem eorum, qui intenti ſint orationibus, habentem *φωνὴν τὴν κοινὴν*, vnam quodammodo vocem [*q*] communem, & vnam mentem. Quod indicat, preces eorum fuiſſe tales,

---

λάκις, ἔπ δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τετηρηκέναι ὕτως εἰπόντα, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων τῦ αἰῶνος· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς, ἐπὶ τῆς εὐχαριςίας λέγοντας, εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἐκείνυς τὺς αἰῶνας σημαίνειν. Et Paulum manifeſtiſſime dicunt æonas nominare ſæpiſſime, adhuc etiam & ordinem ipſorum ſeruare, ſic dicentem: In vniuerſas generationes ſæculi ſæculorum. Sed & nos ipſos denique in gratiarum actionibus dicentes, *æonas æonum*, illos æonas ſignificare.

(*o*) Grabe not. in loc. Irenæi. Non inepte notat *Feuard.* per euchariſtias hic intelligi preces atque laudes in celebratione ſacramenti euchariſtiæ fundi ſolitas, - - Harum enim clauſulam iam primo eccleſiæ æuo fuiſſe: *per omnia ſæcula ſæculorum* probare contendit ex liturgiis Iacobi, Clementis &c. Atqui has quidem vel ſuppoſitas, vel interpolatas eſſe ſatis conſtat: attamen haud vane augurari licet, illos, qui in omnibus iſtis liturgiis exprimuntur, quique iam olim vbique inter ſacra myſteria vſitati fuere, ritus ex apoſtolica traditione fluxiſſe. Id ſaltem ex hoc Valentinianorum argumento liquet, ſecunda poſt Chriſtum natum ætate dictam formulam in vſu fuiſſe.

(*p*) Conſtitut. apoſtol. lib. VIII. c. XII. Vbi clauſula orationis ante oblationem ſic habet: *ὅτι σοι πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριςία· τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τὺς ἀνεκλειπεῖς καὶ ἀτελευτήτυς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· ἀμήν.* Quoniam tibi omnis gloria, veneratio, gratiarum actio; honor & adoratio patri & filio & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper & in infinita ac ſempiterna ſæcula ſæculorum. Atque omnis populus reſpondeat, Amen.

(*q*) Clem. Alexandr. ſtrom. VII. c. VI. p. 717. (p. 848. edit. Oxon.) *τὸ ἄθροισμα*

vt voce communi in illis, aut vniuersas recitando, aut certe alternatim respondendo, sese potuerint coniungere. Formulæ etiam precis, apud *Valentinianos* in manuum impositione super pœnitentes adhibitæ, meminit, cuius in fine dixerint: [r] *In redemtionem angelicam.* Vt ne memorem communem istam doxologiæ formulam, quam in fine *pædagogi* sui habet [*]: *Cui gloria nunc & in sæcula sæculorum. Amen.*

Proxime post ipsum TERTVLLIANVS sæpius memorat, quod christiani oratione dominica vtantur, tamquam formula diuinitus præscripta, qua de re plura dicendi locus erit infra [†]. Baptismi formulam etiam præscriptam esse adfirmat, quando ait: *Lex* [s] *tinguendi imposita est & forma præscripta. Ite*, (*inquit*) *docete nationes, tinguentes eas in nomen patris, & filii, & spiritus sancti.* Neque vero hoc tantum, sed ecclesiam hisce addidisse alias cærimonias & obseruationes, a *CHRISTO* totidem verbis non iniunctas. Huiusmodi esse renuntiationem diaboli [t], & pompæ eius, & angelorum eius; trinam immersionem; interrogationes & responsiones in certa forma ad articulos symboli

---

τῶν ταῖς ἐκχαῖς ἀνακειμένων, μίαν ὥσπερ ἔχον φωνὴν τὴν κοινὴν, καὶ μίαν γνώμην.

(r) Clem. epit. p. 974. edit. Oxon. *διὸ καὶ ἐν τῇ χειροθεσίᾳ λέγουσιν ἐπὶ τέλους, εἰς λύτρωσιν ἀγγελικήν.* Quapropter & in manuum impositione dicunt in fine: *in redemtionem angelicam.*

(*) Pag. 11. (p. 311. edit. Oxon.) *ᾧ ἡ δόξα καὶ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.*

(†) Cap. VII.

(s) Tertull. de bapt. c. XIII.

(t) Tertull. de coron. milit. c. III. Quamdiu per hanc lineam serram reciprocabimus, habentes obseruationem inueteratam, quæ præueniendo statum fecit? Hanc si nulla scriptura determinauit, certe consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo quæramus, an & traditio non scripta non debeat recipi? Plane negabimus, recipiendam, si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine vllius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus. Cuique, vt a baptismo ingrediar, aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto prius, in ecclesia sub antistitis manu contestamur, nos renuntiare diabolo, & pompæ & angelis eius. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentes, quam dominus in euangelio determinauit. Inde suscepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exque ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus.

factas;

factas; dationem lactis & mellis neophytis; abſtinentiam a lavacro per totam hebdomadem. Quas obſeruationes vniuerſas eccleſiaſticæ tantum inſtitutionis eſſe dicit. Idem quoque monet de ſumtione euchariſtiæ in antelucanis [u] cœtibus, quam Chriſtus poſt cœnam inſtituit; de annuis oblationibus & commemorationibus mortuorum; de fuga ieiunii & adorationis per geniculationem die dominica & per quinquaginta dies a paſchate ad pentecoſten; de more ſignandi ſe ſigno crucis per occaſionem quamcumque, & de opportuna ieiuniorum indictione [x] cum ieiunio quadrageſimali, & per ſtatos dies celebrando. Quorum omnium nihil expreſſo Dei mandato iniunctum, ſed omnia cum multis ſimilibus obſeruationibus ab eccleſia, ad filiorum ſuorum ædificationem, inſtituta erant, vt regulæ eius de diſciplina, de pſalmodia, de cantillatione ſpecialiorum pſalmorum in celebratione euchariſtiæ, quæ auctori noſtro [y]

(u) Tertullian. ibid. Euchariſtiæ ſacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum a domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præſidentium ſumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua die facimus, die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die paſcha in pentecoſten vſque gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri, aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcumque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Harum & aliarum eiusmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam inuenies. Traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix.

(x) Tertull. de ieiun. c. XIII. Præſcribitis conſtituta eſſe ſolemnia huic fidei ſcripturis vel traditione maiorum, nihilque obſeruationis amplius adiiciendum ob illicitum innouationis, ſtate in iſto gradu, ſi poteſtis. Ecce enim conuenio Vos & præter paſcha ieiunantes, citra illos dies, quibus ablatus eſt ſponſus, & ſtationum ſemiieiunia interponentes, & vos interdum pane & aqua victitantes, vt cuique viſum eſt: denique reſpondetis, hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio. Mouiſtis igitur gradum excedendo traditionem, quam quæ non ſint conſtituta, obitis. Quale eſt autem, vt tuo arbitrio permittas, quod imperio non das, plus humanæ licebit voluntati, quam diuinæ poteſtati. - - Bene autem, quod & epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia adſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtræ capturæ eſt, ſed interdum & ex aliqua ſollicitudinis eccleſiaſticæ cauſſa. cetera.

(y) Tertull. ibid. Vide quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum; hoc tu pſallere non facile noſti, niſi quo tempore cum compluribus cœnas.

memo-

memorantur. Alio loco [z] declarat, quod in omnibus conventibus non tantum sermones ac precationes fiant, sed scripturæ etiam legantur, & in gloriam Dei canantur psalmi. Quos psalmos formulas laudis atque glorificationis fuisse, concedendum est. Neque vero quidquam te iuuabit, si TERTVLLIANVM, quum hæc scriberet, *Montanistam* fuisse dixeris: nam ecclesia & hæretici communiter in cantandis psalmis *Dauidicis* conueniebant, & hymnis quoque ab semetipsis compositis & præscriptis vtebantur. TERTVLLIANVS quidem expressis verbis non dicit, quod preces eorum, perinde ac psalmi ipsorum, certis verborum formis oblatæ fuerint: Dicit autem aliquid, quod inducere quem non sine ratione potest, vt id sibi persuadeat. Ad probandam enim christianorum fidelitatem ita fatur: [a] *Coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris & potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Et iterum: *Precantes sumus semper pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcumque hominis & Cæsaris vota sunt.* Iam vero hæ preces, vt posthac videbimus, notæ erant partes liturgiæ ecclesiasticæ; quæ si non in constanti vsu fuissent, ficulnea fuissent argumenta pro christianorum fidelitate, ad quam demonstrandam TERTVLLIANVS eas producit. Alio loco eiusdem doxologiæ mentionem facit, cuius ante ipsum meminerat IRENAEVS. Nam loquens de christianis, *Romanorum* spectacula frequentantibus, ait [b]: *Quale est, de ecclesia Dei in diaboli ecclesiam tendere? de cælo (quod aiunt) in cœnum? illas manus, quas ad dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας alii omnino dicere, nisi Deo Christo?* vel vt alia exemplaria habent, *Deo & Christo.* Non ego hoc cum quibusdam viris do-

(z) Tertull. de anima c. IX. Iam vero prout scripturæ leguntur, aut psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur: Ita inde materiæ visionibus subministrantur.

(a) Id. apol. c. XXXIX. & c. XXX.

(b) Tertull. de spectac. c. XXV.

ctis

ctis ita accipio, ac si communis formula doxologiæ intelligatur, *Gloria sit patri*, cetera, in fine psalmorum, sed puto esse clausulam precum, in celebratione eucharistiæ recitari solitarum, quæ, vti antea obseruatum nobis est, his verbis εἰς τοὺς αἰῶνας, *in sæcula sæculorum*, semper terminabatur, ad quæ populus *Amen* suum subiungebat. Atque ita euidens habemus documentum, quod ecclesiæ *Africanæ* certam precum formulam ad consecrandam eucharistiam habuerint, cuius verba cognita TERTVLLIANVS coram populo adlegare poterat, tamquam argumentum ad dissuadendam illis spectaculorum gentilium frequentationem. Similiter psalmos in priuatis ædibus alternatim ab illis cantari consueuisse, [c] significat; nam ad dissuadendum christianis feminis matrimonium cum viris paganis, hoc vtitur argumento: *Quid maritus suus illi, vel marito quid illa cantabit?* Contra ea quæ viris nupsissent christianis, eas vna cum illis Deo canere posse dicit. *Sonant*, inquit, *inter duos psalmi & hymni, & mutuo prouocant, quis melius Deo suo* [d] *canet.* Neque vero dubium est, quin hæc priuata psalmodia in imitationem publicæ psalmodiæ in ecclesia facta sit. Ita de agapis, post finitam eucharistiæ celebrationem institutis, loquens, ait: *Post aquam manualem & lumina*, [e] *vt quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere, hinc probatur, quomodo biberit.* Id quod manifesto indicat, quod in hac priuatæ deuotionis parte certis formulis vsi sint. Nam psalmi de scripturis sine vlla dubitatione sunt formulæ: Neque minus hymni priuatim compositi, nisi vnumquemque canentem verba ex immediata inspiratione sibi suggesta habere statuas; quæ nihilo secius audientibus, etsi non homini, sic extra ordinem a spiritu sancto inspirato, formula forent.

ENIMVERO habetur in TERTVLLIANO locutio aliqua, quam, qui liturgias impugnant, maximopere vrgent, quia dicat, quod christiani pro imperatoribus orent [f] *sine monitore, quia de pectore*: quod ipsum illi pro precibus extemporalibus nec

(c) Tertull. ad vxor. lib. II. c. VI.
(d) Ibid. c. IX.
(e) Tertull. apol. c. XXXIX.
(f) Tertull. apol. c. XXX. Illuc suspicientes christiani manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus, denique *sine monitore, quia*

præmeditatis accipiunt. Verum si hoc stricte sumamus, plus probabit, quam quidem liturgiarum oppugnatores intendunt. Si enim simpliciter sine vllo monitore precati sunt, sequitur, vt nec ipse minister ecclesiæ de proprio ingenio conceptas preces suas illis dictitauerit; quia & hæ ipsæ monitiones ad populum fuissent: Atque ita omnes preces publicas cessare necesse esset, & omnis religiosus cultus in preces priuatas populi abiret. Quod tam absurdum est, vt nec TERTVLLIANO in mentem vmquam venerit, nec dissentientes illud sint concessuri. Quodcumque ergo phrasis illa *sine monitore*, *de pectore orare*, significat, id certe significare non potest, quod preces populi simpliciter ab illis ipsis fuerint conceptæ. Ex multis interpretationibus, quas his verbis dant viri eruditi, (quæ apud FAVLKNERVM [g] vel COMBERVM videri possunt) hasce duas maxime germanas esse existimo; siue primum, quod memoriter precati sint, opis monitoris præeuntis haud indigi, quemadmodum ethnicis precari moris erat; qui sensus est, quem loco isti adsignant RIGALTIVS [h] & FELLVS [i]: Quo sensu argumentum pro liturgiis, non contra eas, est. Siue secundo, quod precati sint sincere, ex animo & libere, ex fidelitate cordis, nullius coactu, quæ HAMONDI LESTRANGII, & THOMAE COMBERI [k] est interpretatio. Quæ verissima videtur esse sententia. Gentiles enim numquam sincere, nec cum animi adfectu & zelo pro imperatoribus orabant; christiani autem preces suas cum omnibus istis debitis qualitatibus fundebant, quem-

---

de pectore oramus, precantes sumus semper pro omnibus imperatoribus, cetera.

(g) Faulkner. libert. eccles. Book I. chap. IV. sect. II. Comber. orig. of Liturgies chap. II. p. 47.

(h) Rigalt. in Tertull. apolog. c. XXX. Apud ethnicos monitor præibat preces, ac de scripto quidem, ne quid verborum præteriretur, aut præpostertum diceretur, rursusque alius custos erat, qui attenderet; alius qui fauere linguis iuberet. Plin. c. II. lib. XXXVIII.

(i) Fell. not. in Cyprian. de orat. domin. p. 152. (p. 107. edit. Amstelod.) Nihil in christiana pietate, precum formulis antiquius. Sacerdos verbis conceptis præibat, plebs inuicem respondebat, idque *sine monitore*, quod gentilibus solemne, *quia*, vt ait Tertullianus apol. c. XXX. *de pectore orabant*, id est preces memoriter tenebant.

(k) Lestrange smectymniomastix p. 5. Comber *of Liturgies* p. 49.

ad-

admodum vere pios, religiosos ac fideles ciues decebat. Sic explanato huius obscuri loci sensu, nullum argumentum contra liturgias remanet, nisi in formula precum nihil sinceritatis, deuotionis ac zeli esse posse, dixeris: Quod nihil esset aliud, quam damnare vniuersam ecclesiam catholicam tempore TERTVLLIANI, cuius ex testimoniis manifestum est, quod formulæ in plerisque diuini cultus partibus adhibitæ fuerint.

NIHIL habeo addere ex hoc sæculo præter vnam vel duas breuiores obseruationes ex actis *Perpetuæ* & *Felicitatis*, duarum martyrum *Africanarum*, quæ extrema hac ætate supplicium *CHRISTI* caussa passæ sunt. Ibi *Perpetua* [*l*] in visione quadam sibi visa dicitur iunctis manibus eucharistiam accipere & manducare, & audire circumstantes dicere, *Amen*. Quo ipso ad consuetudinem dicendi *Amen*, recipientibus illam e manu ministri in ecclesia vsitatam, adluditur. Similis illic adlusio habetur ad morem canendi illud *sanctus*, *sanctus*, *sanctus* [*m*], quo angeli in cælo vtuntur: Nec non significatio solemnis consuetudinis dandi pacem & osculum pacis in celebratione eucharistiæ. Nam *Perpetua* & *Saturus* illius frater osculati inuicem dicuntur, antequam mortem subirent, vt martyrium per solemnia pacis [*n*] consummarent.

§. VI.

Quænam documenta de conceptarum formularum vsu in sæculo tertio habeantur.

INEVNTE sæculo tertio, circa ann. CCXX. *Hippolytus*, martyr & *Adenæ* siue *Portus Romani* in *Arabia* episcopus, vixit. Inter alia docta opera librum edidit, qui inscribitur: *ἀποστολικὴ παράδοσις περὶ χαρισμάτων*, *apostolica traditio de officiis ecclesiasticis*. Qui liber, ex generali eruditissimorum criticorum BERNARDI, GALEI aliorumque [*o*] sententia, non alius est, quam

(*l*) Passio Perpetuæ ad calc. Lactant. de mort. persecutor. p. 20. Ego accepi iunctis manibus & manducaui: & vniuersi circumstantes dixerunt Amen.

(*m*) Ibid. p. 23. Introiuimus & audiuimus vocem vnitam, Agios, Agios, Agios sine cessatione.

(*n*) Ibid. p. 35. Ante iam osculati inuicem, vt martyrium per solemnia pacis consummarent.

(*o*) Vid. Cau. histor. litterar. vol. II. p. 45. (p. 27. edit. Geneu. MDCXCIX.) καὶ

 octo

octo libri ſic dictarum *conſtitutionum apoſtolicarum*, quas ab hoc auctore collectas & *Romae* in publicam lucem datas eſſe ſuſpicantur. Quod ſi ita eſt, non poteſt eſſe dubium, quid de vſu formularum in diuino miniſterio ſenſerit. Nam iſtud volumen nihil eſt aliud, quam collectio iſtarum formularum, quae vel in vſu fuerunt, vel in imitationem factae ſunt earum, quae tunc in eccleſia obtinuerunt. Non adlegabo heic earum vllas, quia id in omnibus huius operis partibus facio, vnde illas hoc loco repetere minus neceſſarium & ſuperfluum foret.

PRAETER iſtum librum HIPPOLYTVS alium ſcripſit de *odis* in diuerſas ſcripturae partes, quarum nonnullae probabiliter publici vſus in eccleſia fuerunt. Nam in alio tractatu *de conſummatione mundi & de Antichriſto* [p] doxologiarum & pſalmorum & ſpiritualium odarum vſum commendat; idque inter ſigna regni Antichriſti refert, vt liturgia exſtinguatur, pſalmorum decantatio ceſſet, nec audiatur ſcripturarum recitatio. Equidem viri quidam docti, nominatim VSSERIVS [q], COMBEFISIVS & DV PINIVS hunc librum, vt ſpurium & a quodam recentioris aetatis *Graeco* compoſitum, repudiarunt: Alii tamen e-

χαρισμάτων] Opus aliunde incognitum. Suſpicor partem fuiſſe *ἀποστολικῶν διατάξεων*; quas Hippolytus ex oriente Romam attulit, quae etiam nunc exſtant.

(p) Hippolyt. de conſummat. mundi bibl. patr. gr. lat. tom. II. p. 357. b. *λειτουργία σβεσθήσεται· ψαλμῳδία παυσθήσεται· ἀνάγνωσις τῶν γραφῶν οὐκ εἰσακουσθήσεται.*

Ibid. p. 362. a. *τὸ στόμα ὑμῶν πρὸς δοξολογίαν, καὶ αἶνον, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ᾠδὰς πνευματικὰς εὐτρέπιστα λαλεῖν, καὶ μελετᾷν διὰ παντὸς τὴν ἀνάγνωσιν. κ. τ. λ.* Os veſtrum compoſui ad glorificandum & laudandum Deum, & pſalmos cantionesque ſpirituales pronuntiandas lectionisque continuam meditationem, cetera.

(q) Vſſer. bibliothec. theol. ap. Caueum hiſtor. litter. tom. I. p. 70. (p. 51. edit. Geneu.) Genuinum Hippolyti opus non eſſe, pluribus probare nititur rever. Vſſerius in bibliothec. theol. MS. argumenta ſua his demum verbis claudens: *Apparet igitur tum ex ipſo graecae dictionis genere, tum ex rei veritate, atque pondere libelli iſtius auctorem hominem illiteratum fuiſſe atque indoctum.*

Combefiſ. auctar. biblioth. patr. p. 51.

Du Pin. biblioth. vol. I. p. 104. (p. 177. edit. Pariſ. MDCXCII. 4to.) Valde incertum eſt, an hic ſit de Antichriſto tractatus, qui nunc Hippolyto adſcriptus eſt, cuius meminit Euſebius.

rudi-

ruditi critici, LABBEVS [r] & BVLLVS [†], illum ei vindicare adgreſſi ſunt, & omnibus argumentis in contrarium prolatis reſponderunt. Nolo in iſtam dimicationem deſcendere, ſed

(r) Labb. de ſcriptor. eccleſ. p. 471. Scio hæreticorum proceres, Io. Iuellum, Robertum Cocum, Iſaacum Caſaubonum, ſimilesque heterodoxos orationem illam (de conſummatione mundi) conatos arguere falſi. I. Quia incipit ἐπειδὴ γάρ. Nouum crimen ſuperi atque inauditum! II. Quod ſomnia narret. Quæ? At eſto, id ita ſit: an quoties aberrat aliquis & varia ſectatur, eius continuo repudianda & abdicanda ratio? III. Quia exiſtimat, Ioannem euangeliſtam minime mortuum. At idem dixerunt alii, quorum tamen opera indubitata ſunt & inconcuſſa. Certe de antichriſto & reſurrectione ſcripſiſſe, teſtis eſt mox laudatus Hieronymus c. LXI. catalogi.

(†) Bull. defenſ. fid. Nic. ſect. III. cap. VIII. §. 4. p. 369. (p. 220. edit. Grab. Londin. MDCCIII. folio) Sunt viri quidam docti inter neotericos, qui hoc Hippolyti opus abiudicant ſatis fidenter; ſed rationibus inducti, meo quidem iudicio, leuiſſimis; immo quæ, ſi accuratius expendantur, contra ipſos militent. Primo ipſis diſplicet Græcæ dictionis genus, quodque liber incipiat ab ἐπειδὴ γάρ. Quam obiectionem merito ita irriſit Philippus Labbeus: *Nouum crimen ſuper, atque inauditum!* Sane præterquam, quod eruditi in hoc litterarum genere probe norunt, ab omnibus Græcis ſcriptoribus eccleſiaſticis perpolitum Græcæ dictionis genus fruſtra requiri; Photius, qui indubitata Hippolyti ſcripta legerat, de eius phraſi expreſſe monuit (cod. CXXI.) quod πρὸς τὸν Ἀττικὸν οὐκ ἐπιστρέφεται λόγον, *ad ſermonem Atticum non tendat.* Et alibi (nempe cod. CCII.) rurſus de Hippolyti dicendi genere loquutus ait: τοὺς Ἀττικοὺς ὄντι μάλα θεσμοὺς δυσωπεῖται. *Atticas reuera leges valde repudiat.* Præterea id offendit hos cenſores, quod in eo opere multæ reperiantur de natalibus & vita Antichriſti inanes coniecturæ; v. g. Antichriſtum non hominem, ſed dæmonem fore humana figura præditum. Sed quis neſcit, illorum temporum ſcriptores multa perabſurda de antichriſto, vt de re obſcura tradidiſſe? Ac de Hippolyto diſerte teſtatur Photius codice proxime citato, quod in interpretatione Danielis, vbi de antichriſto etiam agit: πολλὰ ἀρχαιοτρόπως καὶ οὐκ εἰς τὸ ὕστερον διηκριβωμένον καταλέγει. *multa veteri more, non, vt poſtea fuere accuratius excuſſa, recenſeat.* Quin & de hoc ipſo Hippolyti opere, quod de Antichriſto inſcribitur, ibidem, vt audiuimus, monet, in ipſo eſſe τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερόν τε καὶ ἀρχαιότροπον, *ſenſuum ſimplicitatem maiorem* (vbi τὸ ἁπλοῦν, quod Græcis fieri ſolet, τῷ ἀκριβεῖ opponitur) *& vetuſtatem.* Antichriſtum vero malo ſpiritu conceptum fore, receptior fuit doctorum in veteri eccleſia opinio. Hinc id ipſum pro indubio & rato tradidit ille vere θαυμάσιος Martinus, apud Seuerum Sulpicium dialog. II. c. XVI. Et auctor tractatus de *Antichriſto* apud Auguſtinum, de Antichriſti conceptione ſic ſcribit: *Diabolus ſimul in matris eius vterum intrabit & ipſam replebit, circumdabit, obumbrabit, interius exteriusque poſſidebit.* Quid? quod ipſe Irenæus, (cuius auditor Hippolytus fuiſſe perhibetur) eamdem ſententiam tradidit. Nam

tan-

tantum dico, quod, vt in hoc modo adlegato loco nihil eſt a ſenſu reliquorum operum HIPPOLYTI alienum, ita illum adlegare hac in cauſſa poſſimus, vſque dum clarius aliquod documentum contra eum produci queat. Scripſit quoque HIPPOLYTVS librum, qui vocatur *canon paſchalis*, quem SCALIGER [s] & GOTHOFREDVS [t] kalendarium eſſe putant, in quo deſignentur penſa, quæ ex ſcripturis ſingulis feſtis diebus legi debeant; vt ex pri-

de Antichriſto hæc refert lib. V. c. XXV. *Ille enim ſuſcipiens diaboli virtutem, veniet non quaſi rex iuſtus, nec quaſi in ſubiectione Dei legitimus; ſed impius, & iniuſtus, & ſine lege, quaſi apoſtata, & iniquus & homicida, quaſi latro, diabolicam apoſtaſiam in ſe recapitulans.* Hæc itaque librum illum Hippolyti genuinum eſſe, non parum confirmant. Denique obiiciunt, ſcriptorem illum adfirmare, animas hominum a ſæculis fuiſſe; quod fecit Origenis figmentum. Sed hinc etiam non leue argumentum arripio, quo probem, Hippolytum eſſe reuera libri auctorem. Quippe Origenem aliquando Hippolyti auditorem fuiſſe, conſtat ex Hieronymo, qui ait ipſum -- Hippolytum fuiſſe Clementis Alexandrini diſcipulum. Clemens autem ille decreto Platonis, de animæ præexiſtentia, fauiſſe deprehenditur ſtrom. lib. I. & clarius lib. III. vti etiam ab Huetio obſeruatum eſt. Ab hoc itaque Clemente & Hippolytus & Origenes, vterque eius diſcipulus (quamquam Hippolytus in ea ſchola ſenior fuit) dogma illud hauſerunt. Vt verbo dicam: omnia in libro de Antichriſto ita Hippolyto conueniunt, vt, etiamſi titulus non moneret, facile per ſe naſutiores poſſent odorari, ipſum ab Hippolyto reuera profectum eſſe.

(s) Scaliger. de emendat. tempor. lib. VII. p. 726. edit. Geneu. MDCXXIX. fol. Hæc omnia, quæ incluſa ſunt in cellulis areæ Laterculi, ſunt lectiones ex vtroque teſtamento, quarum vſus erat eo tempore in eccleſia. Sed quædam earum ſtatæ ſunt ex orbe hebdomadum, & eidem diei hebdomadis hærent, aliquando fortaſſis eidem diei menſis: quædam vaga pro ratione termini. Vt ecce γένεσις χριςοῦ quotannis ex primo Matthæi ἐν προδιανυκτερεύσει, ſiue παραμονῆς natalis Chriſti legebatur menſe Pharmuthi, quo tempore quidem natum dominum putabant, vt ſcribit Clemens Alexandrinus.

(t) Gothofred. not. in codic. Theod. lib. XV. tit. V. de ſpectaculis leg. V. p. 356. In genere notum iam aliunde vel ex Ambroſio & Auguſtino, lectiones ex vtroque teſtamento ſolemnes in eccleſia olim fuiſſe & quidem ſtatas, ex orbe ac nominatim ex nouo teſtamento, quæ ἀποςολο-ευάγγελα poſtea dicta, & ἐυαγγελιςάρια: cuius rei luculentum teſtimonium *in Hippolyti* epiſcopi *paſchali* occurrit, vbi lectiones huiusmodi deſignantur in cellulis areæ laterculi; vt ecce γένεσις χριςοῦ, quotannis ex primo Matthæi, ἐν προδιανυκτερεύσει, ſiue παραμονῆς natalis Chriſti legebatur XI. Pharmuthi, quo tempore quidam natum dominum putabant, vt ſcribit Clemens Alexandrinus. Ita πάθος χριςοῦ, die paſſionis dominicæ, id eſt, ex quorumdam ſententia, XXV. Matthæi, aliaque, quæ in *eo canone* videre eſt & Scaliger explicauit.

mo

mo *Matthæi*, *γένεσις*, *generatio* CHRISTI, in vigiliis natalis *CHRISTI*; ita *πάθος χριστοῦ*, siue historia passionis eius ex euangelio *S. Matthæi*, die passionis dominicæ. Et certum est, ex multis locis apud CHRYSOSTOMVM, AVGVSTINVM & alios istiusmodi indices in vsu fuisse, vti alio loco [*u*] demonstrabitur, quando de antiqua methodo legendi sacras scripturas ex certa regula ac ordine in diuino cultu verba faciemus. Quia autem AEGIDIVS BVCHERIVS, qui hunc *cyclum paschalem Latine* redditum & commentario illustratum diuulgauit, & CAVEVS [*x*] aliam eius dant interpretationem, non plus momenti ac ponderis ei tribuam, quam quidem sustinet, satis habens, in re tantopere controuersa doctorum virorum sententiam suggessisse, materiamque ampliori curiosi lectoris disquisitioni relinquam; quum alias satis abunde demonstrauerim, quod ecclesia tempore HIPPOLYTI statis precum ac laudum formulis in publico ministerio suo vsa fuerit.

HAVD multo post HIPPOLYTVM vixit ORIGENES, qui ex eius discipulis fuit, & nonnullas opiniones ab eo adsumsit. Iam vero hic scriptor in *homiliis* suis in *Ieremiam* prophetam [*y*] alicuius precationis, quæ tum constantis vsus in ecclesia fuerit, disertam facit mentionem. *Frequenter*, inquit, *in oratione dicimus*, *Da omnipotens*, *da nobis partem cum prophetis; da cum apostolis Christi tui*; *tribue*, *vt inueniamur ad vestigia vnigeniti tui*. Quod tam luculentum testimonium est, vt *centuriatores* [*z*] non dubitent hinc concludere, quod ecclesia tempore ORIGENIS formulas quasdam precationum habuerit. Idem ORIGENES alibi [*a*] dicit: *Nos illud pro certo adfirmamus*, *experti*, *quod*, *qui ritu christiano per Iesum colunt Deum*, *vniuersorum dominum*, *viuuntque iuxta*

(*u*) Lib. XIV. cap. III. §. III.

(*x*) Vid. Cau. histor. litter. vol. II. p. 47.

(*y*) Origen. hom. XI. in Ierem. p. 606. edit. Basil.

(*z*) Centur. Magdeb. cent. III. c. VI. p. 94. Formulas quasdam precationum absque dubio habuerunt. Origenes enim ad eas, quas collectas hodie vocant, adludere videtur. *Vbi*, inquit, *frequenter in oratione dicimus; Da omnipotens*, cetera.

(*a*) Orig. contr. Celsum lib. VI. p. 302. *διαβεβαιούμεθα δὲ ἡμεῖς, καὶ τῇ πείρᾳ παραλαβόντες, ὅτι οἱ κατὰ χριστιανισμὸν διὰ τοῦ Ἰησοῦ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεραπεύοντες θεὸν*

eius

eius euangelium, solemnibus precibus vtentes noctu & interdiu, nec magis, nec dæmonibus sint expugnabiles. Nam CELSVS pro mala sua mentiendi consuetudine christianos insigniter calumniatus erat, dicens, se vidisse apud quosdam religionis christianæ presbyteros volumina barbara, continentia dæmonum nomina & præstigias; addideratque, his precationibus, quas presbyteri in istis voluminibus haberent, nihil boni inesse, sed omnia hominibus noxia; Quam calumniam ORIGENES non tantum indignabundus profligabat, prouocans ad omnium cum christianis conuersantium experientiam, qui nihil vmquam tale ne audierint quidem de ipsorum moribus: sed aduersario quoque suo confirmat, precationes, quæ ex præscripto faciant, tales esse, vt inuictos illos præstent aduersus omnem vim magicam & potestatem dæmonum Iam si consideres, obiectionem a CELSO contra libros liturgicos christianorum presbyterorum factam esse, rationi consentaneum est concludere, quod ORIGENIS responsio ad eosdem respiciat. ORIGENES enim, presbyteros tales libros habuisse, non negat, sed tantum dicit, precationes ad vtendum illis præscriptas prorsus alius esse indolis, atque ab aduersario repræsententur.

HISCE addere possumus, quæ ORIGENES dicit in commentario in *Iobum*, quod ex antiqua ecclesiæ consuetudine [*b*] liber *Iobi* in diebus ieiunii quadragesimalis, speciatim in hebdomade memoriæ passionis dominicæ sacra & huic rei maxime adcommoda, in publicis conuentibus legatur. Locum illum lector posthac [*] fusius transcriptum legere potest, quare heic satis est indicasse, sacras scripturas ipsius ætate ad certam methodum, regulam, ac præscriptum ordinem fuisse in ecclesia lectitatas.

NON multo post ORIGENEM CYPRIANVS testatur, non tantum, quod oratio dominica vt formula, & quidem vt formula spiritualis, gratissima Deo, fuerit adhibita, quemadmodum postea videbimus; sed diuersarum etiam aliarum formularum, quæ communis & cogniti vsus in diuino ministerio fuerint,

καὶ βιοῦντες κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ταῖς προστεταγμένως τε εὐχαῖς συνεχέστερον καὶ δεόντως νυκτὸς καὶ ἡμέρας χρώμενοι, οὔτε μαγείᾳ, οὔτε δαιμονίοις εἰσὶν ἁλωτοί.

(*b*) Origen. in Iob. lib. I. p. 366. edit. Basil. (p. 227. edit. Paris. MDCIII.)

(*) Lib. XIV. cap. III. §. III.

rint, facit mentionem. Sic in administratione baptismi vnusquisque diabolo & mundo ad certam verborum [*c*] formulam renuntiare debebat, tunc temporis vulgo in ecclesia cognitam, quam memorandi occasionem CYPRIANVS plus vice simplici habuit. Similiter professionem diuersorum capitum fidei christianæ certa verborum formula facere debebant, quam quælibet ecclesia in hunc finem habebat, & in hunc specialiorem vsum in symbolo collegerat. CYPRIANVS [*d*] sæpe de interrogationibus & responsionibus hac occasione vsitatis loquitur: quas ita stricte ad certam formulam fieri adfirmat, vt ipsimet *Nouatiani* [*e*] eadem prorsus verba in interrogationibus ac responsionibus adhibeant, quibus vtantur catholici. Eamdem illos legem tenere dicit, quam ecclesia catholica teneat, eodem symbolo, quo & catholicos, baptizare; quærere eos e baptizando: Num credat in patrem, filium & spiritum sanctum: Num credat remissionem peccatorum & vitam æternam per sanctam ecclesiam? Quæ erant prima & vltima verba in symbolo. Ita stricte eidem verborum formulæ adhærebant, quantumuis sensu eorum in quibusdam capitibus specialioribus de peccatorum remissione & ecclesia differrent. Quod tam perspicuum obseruatæ certæ in baptismo formulæ argumentum

(*c*) Cyprian. de lapsis p. 125. (p. 89. edit. Amstelod.) Stare illic potuit Dei seruus & loqui & renuntiare Christo, qui iam diabolo renuntiarat & sæculo? It. epist. VII. al. XIII. ad Rogat. p. 37. (p. 190. edit. Amstelod.) Sæculo renuntiaueramus, quum baptizati sumus.

(*d*) Cypr. epist. LXX. ad episc. Numid. p. 190. (p. 301. edit. Amstelod.) Sed & ipsa interrogatio, quæ fit in baptismo, testis est veritatis. Nam quum dicimus: Credis in vitam æternam, & remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam? Intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari, cetera.

(*e*) Id. epist. LXIX. al. LXXVI. ad Magnum p. 183. (p. 296. edit. Fell. Amstelod.) Quod si quis opponit, vt dicat, eamdem Nouatianum legem tenere, quam catholica ecclesia teneat, eodem symbolo quo & nos, baptizare; eumdem nosse Deum patrem, eumdem filium Christum, eumdem spiritum sanctum, ac propter hoc vsurpare eum potestatem baptizandi posse, quod videatur in interrogatione baptismi a nobis non discrepare: sciat, quisquis hoc opponendum putat; primum, non esse vnam nobis & schismaticis symboli legem; neque eamdem interrogationem. Nam quum dicunt: *Credis remissionem peccatorum & vitam æternam per sanctam ecclesiam;* mentiuntur in interrogatione, quando non habeant ecclesiam, cetera.

eſt, vt non videam, quid cum ratione ad illud reſponderi poſſit.

Ita quoque, quod ad preces in adminiſtratione euchariſtiæ attinet, nihil eſſe poteſt euidentius, quam quod populus in illis partem habuerit. Non inſiſtam his illius locutionibus, quando publicam eſſe ſibi & communem orationem[*f*]dicit, quia iſtæ admittunt exceptionem. At vero quæ de reſponſionibus populi, ad verba ſacerdotis fieri ſolitis, dicit, ea nullo modo eludi poſſunt. Nam populo perſuaſurus, vt vigilent & incumbant ad preces toto corde, ad animum illis reuocat vſitatam loquendi formulam, qua vniuerſa eccleſia ad auocandum mentes ſuas ab omni carnali & ſæculari cogitatione vtatur. *Sacerdos*, inquit [*g*], *ante orationem, præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes dicendo: Surſum corda; vt, dum reſpondet plebs: Habemus ad dominum, admoneatur, nihil aliud ſe quam dominum cogitare debere.* Quod CYPRIANVS heic dicit de præfatione orationi præmiſſa, non ita intelligendum eſt, quaſi omnibus eccleſiæ precibus præmiſſa ſit, ſed precationi proxime ante conſecrationem in miniſterio euchariſtico: Nam, vti poſthac videbimus, ante euchariſtiæ celebrationem tam preces pro catechumenis & pœnitentibus, quam preces pro fidelibus, ſiue pro toto eccleſiæ chriſtianæ ſtatu fundebantur; quando vero ſolemnis precatio oblationis facienda erat, tunc ſacerdos populum excitabat, hac vtens verborum formula: *Surſum corda!* & populus reſpondebat: *Habemus ad dominum.* Sacerdos iterum ſe vertens, dicebat: *Gratias agamus Deo, domino noſtro;* & populus reſpondebat: *Hoc æquum & iuſtum eſt.* Tum precatio conſecrationis ſequebatur & oratio dominica; & hanc excipiebat ſalutatio, *Pax vobis*; ad quam populus reſpondebat, *Et cum ſpiritu tuo.* Quo facto oſculum pacis ſibi dabant inuicem, atque ad recipiendum ſanctum ſacramentum progrediebantur. Hæc erat forma & ordo officii euchariſtici ætate AVGVSTINI in eccleſia *Africana*; & admodum probabile eſt, eamdem formam tempore CYPRIANI

(*f*) Cyprian. de orat. domin. p. 141. (p. 100. edit. Fell. Amſtelod.) Publica eſt nobis & communis oratio.
It. epiſt. VIII. al. XI. ad Cler. p. 26. (p. 187. edit. Amſtel.) Oratione communi & concordi prece pro omnibus iuſſit orare.

(*g*) Cyprian. de orat. dominic. p. 152. (p. 107. edit. Amſtelod.)

obti-

obtinuisse. Verum CYPRIANVS non habuit occasionem commemorandi vllam aliam precationum partem, præter eam, quæ ad peculiare eius argumentum spectabat; quæ vna sufficit ad probandum, quod statæ precum formulæ eo tempore in publico ecclesiæ *Carthaginensis*, & probabiliter reliquarum etiam ecclesiarum *Africanarum*, ministerio fuerint vsurpatæ.

EODEM tempore cum CYPRIANO vixit FIRMILIANVS, ecclesiæ *Cæsareensis* in *Cappadocia* episcopus, qui occasionem habens loquendi de certa quadam muliere, quæ in exstasi constituta spiritum prophetiæ se habere dictitabat, inter cetera hoc illam quoque frequenter ausam esse dicit; vt inuocatione non contemtibili sanctificare se panem & eucharistiam facere simularet, & sacrificium domino non sine sacramento *solitæ prædicationis* [*b*] offerret. Intelligit magnorum beneficiorum, hominibus diuinitus collatorum, commemorationem & recitationem historiæ de prima institutione cœnæ dominicæ, quæ veteribus dicebatur ἀνάμνησις & *solita prædicatio*, res raro vel numquam in consecratione eucharistiæ prætermissa. Addit, eamdem mulierem baptizasse quoque multos, vsitata & legitima verba interrogationis vsurpantem, vt nil discrepare ab ecclesiastica regula videretur. Iussisse eam baptizandos respondere ad quemlibet articulum symboli, (vt ipse vocat) trinitatis, proposuisse illis solitas interrogationes, ab ecclesia præscriptas, hoc est, *Num renuntient diabolo, angelis eius, pompæ eius & operibus eius?* Et, *Num Christo sese adscribant, fœdusque cum eo faciant!* Omniaque fecisse ad imaginem veritatis, siue ad methodum & formam, tunc in ecclesia obseruatam. Iam vero, licet hæc

(*b*) Firmil. epist. LXXV. ad Cypr. p. 223. (p. 323. edit. Amstel.) Illa mulier, quæ prius per præstigias & fallacias dæmonis, multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, vt & inuocatione non contemtibili sanctificare se panem & eucharistiam facere simularet, & sacrificium domino non sine sacramento *solitæ prædicationis* offerret; baptizaret quoque multos vsitata & legitima verba interrogationis vsurpans, vt nil discrepare ab ecclesiastica regula videretur. - - Numquid & hoc Stephanus, & qui illi consentiunt, comprobant? Maxime cui nec symbolum trinitatis, nec interrogatio legitima & ecclesiastica defuit? Potest credi aut remissio peccatorum data, aut lauacri salutaris regeneratio inter perfecta, vbi omnia quamuis ad imaginem veritatis, tamen per dæmonem gesta sunt, cetera.

omnia per dæmonem gesta fuerint, in illa fœmina energumena loquentem; tamen quum gesta dicantur secundum exactas regulas ecclesiæ, indicant, ecclesiam ea tempestate habuisse statam regulam ac ordinem administrandi vtrumque sacramentum, & formulas adeo fuisse in vulgus notas, vt ista femina eas tam exacte potuerit imitari, vt in nulla parte ab vsitatis & solemnibus precibus, aliisque cærimoniis, tum obseruatis in ecclesia, discesserit. Et si consideremus, quod duorum istorum sacramentorum administratio potissimam partem cultus ecclesiastici effecerit, hoc tam luculentum testimonium est, cuiusmodi desiderare possumus ad demonstrandum, quod præscriptæ formulæ tum in ecclesiis *Asiaticis* obtinuerint.

GREGORIVS, episcopus *Neocæsareensis* in *Pontico*, *Firmiliano* σύγχρονος & patratorum per spiritum miraculorum fama clarus fuit, cognominatus inde *Thaumaturgus*. Dubium non est, quin per spiritum quoque precatus sit, & tamen ad formulam precatus est; quod ipsum indicat, quod precari ad formam & precari per spiritum non sint ἀσύστατα. Hic vti ecclesiæ suæ fundator erat (inueniens septemdecim tantum christianos, quum eo perueniret, & relinquens modo septemdecim paganos, quum inde auferretur) ita illis liturgiam, siue formam ac ordinem diuini cultus, reliquit, cui illi adeo tenaciter adhæserunt, vt, quemadmodum de illis testatur BASILIVS [i], non factum aliquod, non dictum, non formam vllam mysticam, vltra quam illis reliquisset, adiici passi sint. Ille rationem instituerat cantandi psalmos non alternatim, sed communi populi voce coniunctim. Quod institutum ecclesiæ *Neocæsareensis* clerici tantopere admirabantur, vt quum BASILIVS induxisset modum psallendi alternis vicibus, magnopere offenderentur, dicentes, ista tempore *Gregorii magni* non fuisse. Vnde BASILIVS ad praxin suam defendendam epistolam illis apologeticam scribere necesse habebat, qua rationem canendi alternis praxi omnium ecclesiarum orientalium, excepta *Neocæsariensi*, conformem esse, demonstrabat; & licet hæc ecclesia olim tenaciter adhæsisset ritibus ac formulis *Gregorii*, tamen in re quadam specialiore muta-

(i) Basil. de spirit. sancto cap. XXIX. p. 360. c. οὐ πρᾶξίν τινα, οὐ λόγον, οὐ τύπον τινὰ μυστικὸν, παρ' ὃν ἐκείνοις κατέλιπε, τῇ ἐκκλησίᾳ προσέθηκαν.

tio-

tionem admiſiſſe eam, dicebat. Nam tempore *Gregorii* [*k*] non fuiſſe illas precum formulas, quæ dicantur litaniæ, apud *Neocæſarienſes* in vſu, quas tamen iam ſtudioſe obſeruarent, non obſtante, quod hæ nec a *Gregorio* compoſitæ eſſent, nec illo viuo obſeruatæ. Quemadmodum hoc vſum litaniarum in eccleſiam *Neocæſarienſem* aliquot annis poſt *Gregorii* obitum inuectum eſſe oſtendit; ita reliquas eorum formulas ab eo inſtitutas fuiſſe, ab eiusque ingenio & compoſitione, qui primus eccleſiæ fundator fuerat, originem ſuam traxiſſe, euidenter docet.

Non multo poſt, querimoniam a concilio *Antiocheno*, ann. CCLXX. de *Paulo Samoſatenſi*, huius loci epiſcopo hæretico, factam legimus, quod pſalmos [*l*] in honorem domini noſtri *IESV CHRISTI* cani ſolitos, quaſi nouellos & a recentioribus hominibus compoſitos, aboleuiſſet. Hunc locum iam ſupra [*] adlegauimus, ad probandum religioſum ſeruatoris noſtri cultum. Heic autem facit ad demonſtrandum, quod certis laudum formulis eum coluerint, quas iſte epiſcopus ex eccleſia eiecerit, cauſſam huic rei prætextens, quod eſſent nouæ. Verum hæc cauſſa ficta erat; nam iſtæ formulæ laudandi in vſu fuerant in eccleſia, ἀπ' ἀρχῆς, *iam pridem* a fidelibus fratribus conſcriptæ, quemadmodum vetuſtus auctor, qui contra hæreſin *Artemonis* ſcripſit, apud EVSEBIVM [*m*] loquitur. Circa eamdem tempeſtatem, NEPOS, epiſcopus *Aegyptius*, ſimiles hymnos in vſum eccleſiæ compoſuit, quam ob rem a DIONYSIO [*n*],

(*k*) Baſil. epiſt. LXIII. ad Neocæſ. p. 97. b. ἀλλ' οὐκ ἦν, φασι, ταῦτα ἐπὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου· ἀλλ' οὐδὲ αἱ λιτανεῖαι, ἃς ὑμεῖς νῦν ἐπιτηδεύετε. κ. τ. λ.

(*l*) Concil. Antioch. apud Euſeb. lib. VII. c. XXX. ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν παύσας, ὡς δὲ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα.

(*) Cap. II. §. III. pag. 43.

(*m*) Euſeb. lib. V. c. XXVIII. ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς, ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. Pſalmi quoque & cantica fratrum *iam pridem* a fidelibus conſcripta, Chriſtum verbum Dei concelebrant, diuinitatem ei tribuendo.

(*n*) Dionyſ. epiſt. ap. Euſeb. lib. VII. c. XXIV. Ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς φιλοπονίας, καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῆς· καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας, ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται. In plurimis aliis rebus laudo Nepotem ac diligo, cum propter fidem tum ob diligentiam & ſtudium ſcripturarum; poſtremo *ob pſalmorum cantus multiplices*, quibus plerique ex fratribus etiam nunc magnopere delectantur.

ecclesiæ *Alexandrinæ* episcopo, laudatur, qui & ipse certa formula laudandi totam *TRINITATEM* vsus est, quemadmodum de eo memoriæ prodidit BASILIVS [o], qui eodem loco *Athenogenem* martyrem hymnum in laudem spiritus sancti composuisse narrat, additque, hymnum in gratiarum actione ad lucernas cani solitum, continentem totius sacrosanctæ *TRINITATIS* glorificationem, tam antiqui vsus fuisse in ecclesia, vt quis auctor eius fuerit, dicere non possit. Sed iam supra [*] hosce hymnos, ad vindicandum religiosum saluatoris nostri cultum adlegauimus, adeoque satis habemus heic de illis monuisse, quod suetæ glorificationis formulæ fuerint.

VNVM tantummodo adhuc in hoc sæculo obseruabimus ex epistola CORNELII, episcopi *Romani*, ad *Fabianum*, episcopum *Antiochenum*, EVSEBIO memorata, quod videlicet hoc tempore minister ecclesiæ, quando carnem & sanguinem in eucharistia communicantibus exhibuit, hac verborum formula vsus dicere consueuerit: *Corpus Christi*, vel, *Sanguis Christi*, populo ad hoc semper respondente: *Amen.* CORNELIVS enim [p] de improbitate loquens *Nouatiani* dicit, quod oblatione facta

(o) Basil. de spirit. sancto c. XXIX. Ὁ Ἀλεξανδρεὺς Διονύσιος. ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς τὸν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ ἐπιστολῇ - - τούτοις, φησὶ, πᾶσιν ἀκολούθως καὶ ἡμεῖς, καὶ δὴ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρειληφότες, ὁμοφώνως αὐτοῖς προσευχαριστοῦντες, καὶ δὴ καὶ νῦν ὑμῖν ἐπιστέλλοντες, καταπαύσομεν· τῷ δὲ Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ χριστῷ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Dionysius Alexandrinus in secunda ad sibi cognominem epistola - - His, inquit, congruenter & nos, etiam forma regulaque a senioribus, qui ante nos vixerant, accepta, concordibus vocibus cum illis gratias agere, ac nunc etiam vobis scribere desinemus: Deo autem patri & filio domino nostro Iesu Christo cum sancto spiritu gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

Ibid. Ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν, μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἑσπερινοῦ φωτὸς δέχεσθαι, ἀλλ' εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν· καὶ ὅς τις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν. κ. τ. λ. Visum est patribus nostris, vespertini luminis gratiam haud quaquam silentio arripere, sed mox vt apparuit agere gratias. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω κ. τ. λ. Si quis etiam nouit Athenogenis hymnum, cetera.

(*) Cap. II. §. II. pag. 40.

(p) Cornel. epist. ad Fabian. ap. Euseb. lib. VI. c. XLIII. p. 245. (p. 199. edit. Amstelod. verius Colon.) ποιήσας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος,

portio-

portionem ſingulis diuidens, dum eam tradat, homines, quum panem accipientes dicere debeant, *Amen*, eius loco iurare ſibi cogat per corpus & ſanguinem Chriſti, ſe numquam illius partes deſerturos, nec ad *Cornelium* eſſe redituros. Quæ conſuetudo dicendi *Amen*, per modum reſpondendi ſacerdoti, nominanti corpus ac ſanguinem *CHRISTI*, antiqua pariter & vniverſalis praxis fuit. Nam TERTVLLIANVS [*q*], vt iam ante obſeruauimus, eius mentionem diu ante fecit, eamque proximi ſæculi ſcriptoribus AMBROSIO, CYRILLO, AVGVSTINO & HIERONYMO, & auctori *conſtitutionum* ſæpius memoratam inuenimus. Qua de re plura dicendi alibi locus erit opportunior.

§. VII.

Documenta de vſu ſtatarum formularum in quarto ſæculo.

INEVNTE ſæculo quarto, ARNOBIVS religioſum chriſtianorum cultum defendens aduerſus gentes dicit, ſummum invocare chriſtianos Deum, & ab eo, quod poſtulent, orare, vel auribus potuiſſe ſcire gentiles, vel ipſius vocis ſono [*r*], qua vtantur in precibus, noſcitare. Huic omnes [*s*] ex more proſterni, hunc collatis precibus adorare. Et præcipua precum eorum momenta nobis tradit, antiquis eccleſiæ formulis pror-

καὶ ἐπιδοὺς τοῦτο ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφεὶς ἕως ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις· ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, μηδέ ποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον· καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιτο· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ ἀμὴν, οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει. Etenim oblatione facta, portionem ſingulis diuidens: dum eam tradit, miſeros homines benedictionis loco iurare cogit, manus eius qui portionem accepit, ambabus ſuis manibus comprehenſas retinens, nec prius dimittens, quam iurati iſta dixerint: ipſis enim vtar illius verbis. Iura mihi per corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, te numquam meas partes deſerturum, nec ad Cornelium eſſe rediturum. Ita miſer ille non prius guſtare ſinitur, quam ſibi ipſe malum imprecatus ſit. Et quum panem illum accipiens dicere debuiſſet *Amen*, eius loco dicunt: Non revertar deinceps ad Cornelium.

(*q*) Tertull. de ſpectac. c. XXV.

(*r*) Arnob. lib. I. p. 24. (p. 9. lin. 5. ſeqq. edit. Hamburg. MDCX. fol.) Summum invocare nos Deum, & ab eo quod poſtulamus orare, vel auribus poterit ſcire, vel ipſius vocis ſono, qua vtimur in precibus, noſcitare.

(*s*) Ibid. p. 25. (ibid. edit. cit.) Huic omnes ex more proſternimur, hunc collatis precibus adoramus.

ſus conuenientia, nimirum, [t] vt Deus pacem cunctis dare velit & veniam, magiſtratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus & reſolutis corporum vinctione. Quæ petitiones methodo ac ordini antiquarum liturgiarum adeo conformes ſunt, vt conceptis verbis eas factas eſſe, crederes, tametſi ARNOBIVS de coniunctis eorum precibus, & vocum concentu in publicis precum oblationibus nihil moneat.

LACTANTIVS & EVSEBIVS poſt grauiſſimam perſecutionem ſub *Diocletiano* eique conſociatis ſcripſerunt: Horum vterque formularum precationum mentionem facit, quas primi imperatores chriſtiani militibus ſuis præſcripſerint, factas in imitationem earum, quæ in eccleſia obtinuerint. LACTANTIVS diſerte dicit, quum *Licinius* in eo fuiſſet, vt prælium cum *Maximino* propediem committeret, *Maximinum* eiusmodi votum *Iovi* vouiſſe, vt, ſi victoriam cepiſſet, chriſtianorum nomen exſtingueret funditusque deleret. Tunc proxima nocte *Licinio* quieſcenti adſtitiſſe angelum Dei, monentem, vt ocius ſurgeret, atque oraret Deum ſummum, cum omni exercitu ſuo; illius fore victoriam, ſi feciſſet. Poſt has voces quum ſurgere ſibi viſus eſſet, & quum ipſe, qui monuerat, adſtaret, tunc docuiſſe eum, quomodo & quibus verbis eſſet orandum. Diſcuſſo deinde ſomno notarium iuſſiſſe adſciri, & ſicut audiiſſet, hæc verba dictauiſſe: [u] *Summe Deus, te rogamus: ſancte Deus, te rogamus: omnem iuſtitiam tibi commendamus. Per te viuimus, per te victores & felices exiſtimus. Summe, ſancte Deus, preces noſtras exaudi: brachia noſtra ad te tendimus. Exaudi, ſancte, ſumme Deus.* Scripta fuiſſe hæc in libellis pluribus, & per præpoſitos tribunosque miſſa, vt ſuos quiſque milites doceret. Creuiſſe animum vniuerſis, victoriam ſibi credentibus de cælo nuntiatam. Quum vtraque acies in conſpectu fuiſſet, *Licinianos*, ſcutis depoſitis galeisque reſolutis, ad cælum manus tendiſſe, & præeuntibus præpoſitis & poſt imperatorem precem dixiſſe. Audiſ-

(t) Arnob. lib. IV. p. 181. (p. 90. edit. cit.) Nam noſtra quidem ſcripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui? in quibus ſummus oratur Deus, pax cunctis & venia poſtulatur magiſtratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus, reſolutis corporum vinctione.

(u) Lactant. de mort. perſecut. c. XLVI. XLVII.

ſe

ſe aciem *Maximini* precantium murmur. Illos, oratione ter dicta, virtute iam plenos, repoſuiſſe capitibus galeas, ſcuta ſuſtuliſſe, & impetu facto aduerſarios multo numeroſiores inuaſiſſe; & quaſi ad deuotam mortem, non ad prælium veniſſent *Maximiniani*, ita eos Deum ſummum iugulandos ſubieciſſe inimicis.

Non adeo multi anni ſunt, quando hic aureus LACTANTII libellus in lucem publicam prodiit, adeoque hoc teſtimonium non adeo ſæpe ſub conſpectum & obſeruationem vulgaris cuiusuis lectoris cecidiſſe exiſtimo. Quemadmodum autem de veritate relationis iſtius, auctoritate LACTANTII fundatæ, dubitandum non eſt, ita illuſtre documentum eſt tam de opinione LACTANTII, quam de generali chriſtianorum ſententia, quod formulas precum haud illicitas eſſe iudicarint, eo quod in libro deſcriptæ fuerint, nec earum repetitionem aliquid offenſionis habere, quum hæc precatio ter repetita fuerit. Si dixeris, hanc precationem immediate per angelum fuiſſe dictatam, idem & magis de oratione dominica dici poteſt, quod ab ipſo *CHRISTO* dictata fuerit, nec non de pſalmis, vtpote qui, tamquam formulæ precum ac laudum, a diuinitus inſpirato ſcriba litteris conſignati ſunt; & hi tamen ſunt, quorum vſus non aliam ob cauſſam, quam quod formulæ ſunt, deſpicitur, ſi in liturgiam quamdam eccleſiaſticam ſint adſumti.

Hvic teſtimonio LACTANTII parallela eſt alia relatio EVSEBII de *Conſtantino*, quod omnibus militibus ſuis, qui chriſtianæ fidei doctrinam nondum ſuſcepiſſent, præceperit, vt dominicis diebus in apertum campum procederent, ibique *μεμελετημένην εὐχὴν*, [x] *precationem, quam antea didiciſſent*, ſimul omnes ſigno dato ad Deum funderent. Precationem *Latino* ſermone, ipſis patrio, pronuntiandam fuiſſe dicit ad hunc modum: *Te ſolum agnoſcimus* [y] *Deum; te regem profitemur; te adiutorem inuocamus. Tui muneris eſt, quod victorias retulimus, quod ho-*

(x) Euſeb. de vita Conſtant. lib. IV c. XIX. Τοῖς μὲν μήπω τοῦ θείου λόγου μετασχοῦσιν, ἐν δευτέρῳ νόμῳ διεκελεύετο, ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις ἐν προαστείοις ἐπὶ καθαροῦ προϊέναι πεδίου· κἀνταῦθα μεμελετημένην εὐχὴν ἐξ ἑνὸς συνθήματος ὁμοῦ τοὺς πάντας ἀναπέμπειν θεῷ.

(y) Euſeb. ibid. c. XX. Σὲ μόνον οἴδαμεν θεόν· σὲ βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ βοηθὸν ἀνακα-

stes superauimus. Tibi ob præterita iam bona gratias agimus; & futura a te speramus. Tibi omnes supplicamus, vtque imperatorem nostrum Constantinum, vna cum piissimis eius liberis incolumem & victorem diutissime nobis serues, rogamus. Hæc die solis a militibus gentilibus fieri, & hæc verba inter precandum ab iis proferri præcepit.

QVOD autem ad illos attinet, qui *CHRISTO* nomen dederant, his suum ipsius exemplum sequi, & diebus dominicis precationibus ecclesiæ adesse, diligentia & alacritate cunctis ipsum præiuisse, adfirmat. In palatio suo quamdam velut ecclesiam constituisse, & sacris codicibus in manus sumtis, oracula a Deo edita attente meditatum esse. Postea *solemnes preces* [z] cum vniuerso aulicorum cœtu recitasse. Quæ omnia ostendunt, quod formulæ precationum eo tempore generatim in ecclesia fuerint adhibitæ, quandoquidem *Constantinus* in sua ipsius familia præscriptis precationibus vsus est, & hoc ipso eam quasi ecclesiam constituit.

PROPTER hæc omnia summis laudibus *Constantinum* effert EVSEBIVS: Id quod EVSEBIVM ipsum præscriptas formulas non odisse, indicat. Et certe historiæ illius acceptam ferimus huius *Constantinianæ* multarumque aliarum formularum notitiam, quæ perditæ essent, nisi eius cura & diligentia essent conseruatæ, quod grato animo lector quisque agnoscet, credo, qui considerauerit, quam multa ex monumentis eius iam adducta sint, speciatim ea, quæ de *Essenis* eorumque ratione colendi Deum ex PHILONE IVDAEO memoriæ prodidit. Nam vt manifestum est, eos Deum ad certas formas coluisse, ita quoque certum est, EVSEBIVM eos pro christianis, cultumque eorum pro ratione colendi Deum, a primis christianis *Alexandriæ* [a] instituta, habuisse. Non præter rem me facturum puto, si quoque ob-

λούμεθα· παρὰ σοῦ τὰς νίκας ἠράμεθα· διὰ σοῦ κρείττους τῶν ἐχθρῶν κατέστημεν· σοὶ τὴν τῶν ὑπαρξόντων ἀγαθῶν χάριν γνωρίζομεν· σὲ καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζομεν· σοῦ πάντες ἱκέται γινόμεθα, τὸν ἡμέτερον βασιλέα Κωνσταντῖνον, παῖδάς τε αὐτοῦ θεοφιλῆς, ἐπὶ μήκιστον ἡμῶν βίου, σῶον καὶ νικητὴν φυλάττεσθαι ποτνιώμεθα.

(z) Euseb. ibid. c. XVI. ὡς ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις ἐκκλησίας θεοῦ τρόπον διέθετο, σπουδῇ ἐξάρχων αὐτὸς τῶν ἔνδον ἐκκλησιαζομένων· μετὰ χεῖρας γέ τοι λαμβάνων τὰς βίβλους, τῇ τῶν θεοπνεύστων λογίων θεωρίᾳ προσανεῖχε τὸν νοῦν· εἶτ' εὐχὰς ἐνθέσμους σὺν τοῖς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦσιν ἀπεδίδου.

(a) Euseb. lib. II. c. XVII. tot.

serua-

ſeruauero, quod EVSEBIVS in epiſtola quadam ſua, SOCRATI [*b*] memorata, expreſſis verbis dicat, quod in eccleſia *Cæſarienſi*, cuius ille erat epiſcopus, ſemper ſymbolum habuerint,. certa verborum formula conſcriptum, (quod ille ibi recitat) ex quo catechumeni inſtitui, eiusque verbis reſponſiones in baptiſmo dare debuerint: & quod ſic fuerit tunc, quum ipſe primis fidei rudimentis inſtructus & quum ſalutari lauacro tinctus ſit. Quod ſi illius eccleſia formulam in baptiſmo permiſit, æquum eſt e dictis credere, quod nec in aliis diuini cultus partibus formulas fuerit auerſata. Accedit, quod a tempore concilii *Nicæni* certo ſciamus, ſymbolum in iſto concilio conditum in plerisque eccleſiis orientalibus in vſu fuiſſe, tamquam exacte præſcriptam formulam, ſecundum quam omnes catechumeni reſpondere in baptiſmo debuerint, quemadmodum alibi [*] demonſtrauimus: licet non ſtatim admiſſa ſit tamquam formula recitanda, vti nunc eſt, in ordinario eccleſiæ miniſterio. Verum admiſſio eius tamquam formulæ in baptiſmo argumento eſt, quod eccleſia tunc temporis formulas non fecerit nihili, quia eas in adminiſtratione ſacramentorum ſuorum, quæ præcipuæ diuini miniſterii partes ſunt, intromiſit.

ATHANASIVS, æque ac EVSEBIVS, concilii *Nicæni* membrum fuit, atqui in ſcriptis illius [*c*] manifeſta liturgiæ veſtigia con-

(*b*) Socrat. lib. I. c. VIII. Τὸ μὲν ἒν παρ' ἡμῶν γράμμα, ἐπὶ παρεσίᾳ τῦ θεοφιλεστάτυ ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθὲν, εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθὲν, τῦτον ἔχει τὸν τρόπον· καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λυθρὸν ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύσαμέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, ὅτω καὶ νῦν πιστεύοντες, τὴν ἡμετέραν πίστιν ὑμῖν προσαναφέρομεν· ἔστι δὲ αὕτη· πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν κ. τ. λ. Noſtra formula, quæ in conſpectu imperatoris Deo cariſſimi lecta, recte ac probe ſe habere omnibus viſa eſt, ſic habet. Sicut ab anteceſſoribus noſtris epiſcopis accepimus, tunc quum primis ſidei rudimentis inſtructi, & quum ſalutari lauacro tincti ſumus: ſicut ex diuinis ſcripturis didicimus, & ſicut ipſi tum in presbyterio: tum in epiſcopali gradu conſtituti, & credidimus & docuimus, ita nunc etiam credentes, fidem noſtram vobis exponimus, eſt autem huiusmodi: Credimus in vnum Deum, cetera.

(*) Lib. X. c. IV. §. XVII. volum. IV. p. 110. 111.

(*c*) Athan. apol. ad Conſtantin. p. 679. edit. Par. MDCXXVII. (p. 301. d. edit. Par. MDCXCVIII.) Μόνον γὰρ ἔλεγον, εὐξώμεθα περὶ τῆς σωτηρίας τῦ εὐσεβεστάτυ Αὐγύστυ Κωνσταντίυ· καὶ πᾶς ὁ λαὸς εὐθὺς μιᾷ φωνῇ ἐβόα, Χριστὲ βοήθει Κωνσταντίῳ.

ſpiciuntur. Declarat alicubi, quod quum dixerit: *Oremus pro ſalute piiſſimi Auguſti Conſtantii*, omnis populus vna voce ſtatim acclamauerit: *CHRISTE, auxiliare Conſtantio.* Quod exacte reſpondet vetuſtæ rationi orandi pro regibus & aliis in precibus pro vniuerſo eccleſiæ chriſtianæ ſtatu, vbi populus ad quamlibet petitionem reſpondere ſolebat, Κύριε ἐλέησον, *Kyrie eleiſon*, hoc eſt, *miſerere domine*, vti loco ſuo videbimus.

Alio loco [*d*] de celebratione eucharistiæ loquens dicit, populum preces ſuas vna voce ſine vlla diſſonantia obtuliſſe; & in tanta populi multitudine non niſi vnam vocem prolatam, qua Deo dixerint, *Amen.* Conſtat etiam inter omnes, pſalmodiam eius ætate in magno fuiſſe pretio *Alexandriæ.* Nam sozomenvs [*e*] huius praxis beneficio factum eſſe narrat, vt *Athanaſius*, ab inimicis ſuis in eccleſia obſeſſus, eorum manus euaſerit, dum per mediam pſallentium turbam occultus exierit.

(*d*) Athan. ibid. 683. (p. 305. a.) πῶς ἦν βέλτιον, κατὰ μέρος καὶ διῃρημένως τὸν λαὸν μετ᾽ ἐπικινδύνου συνοχῆς, ἢ ὄντος ἤδη τόπου τοῦ δυναμένου δέξασθαι πάντας, ἐν αὐτῷ συνελθεῖν, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν μετὰ συμφωνίας τῶν λαῶν γενέσθαι τὴν φωνήν; - - τί ἐὰν τοσούτων λαῶν συνελθόντων μία γίνεται φωνὴ, λεγόντων τῷ θεῷ ἀμήν. Quid ſatius fuit, ſeparatimne populum cum perículoſa compreſſione conuenire, an in loco, qui totius multitudinis iam capax eſſet; vt *vna* illic *eademque populorum vox cum conſonantia audiretur?* - - quid ſi tanti populi conuenientis *vna vox* proferatur, qua Deo dicunt, *Amen.*

(*e*) Sozom. lib. III. c. VI. ἤδη τε τῶν στρατιωτῶν καταλαβόντων τὴν ἐκκλησίαν, εὐχὴν ἀποτελέσας, πρότερον ψαλμὸν ῥηθῆναι παρεκελεύσατο· συμφώνου δὲ τῆς ψαλμωδίας γενομένης οἱ στρατιῶται τέως ἡσύχαζον, ὡς οὐκ εὔκαιρον ὂν ἐπιθέσθαι τότε· ἐν τούτῳ δὲ διαδὺς ὑπὸ τοὺς ψάλλοντας, ἔλαθεν ἐξελθὼν καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήχθη. Quum iam milites eccleſiam occupaſſent, ipſe completa oratione pſalmum prius recitari iuſſit. Dum *pſalmus ab omnibus caneretur*, milites interea quieſcebant, intempeſtiuum rati, eo tempore impetum facere. Tunc vere Athanaſius *per mediam pſallentium turbam* occultus euaſit, & Romam nauigio delatus eſt.

Socrat. lib. II. c. XI. προστάξας διακόνῳ κηρύξαι εὐχὴν, αὖθις ψαλμὸν λέγεσθαι παρεσκεύασε· συμφωνίας δὲ ἐκ τῆς ψαλμωδίας γενομένης, διὰ μιᾶς τῶν πυλῶν τῆς ἐκκλησίας πάντες ἐξῄεσαν· τούτου γινομένου, οἱ στρατιῶται ἀπόμαχοι ἔμενον· ὁ δὲ Ἀναστάσιος ἐν μέσοις τοῖς ψαλμῳδοῦσιν ἀβλαβὴς διεσώζετο. Mandat diacono (Athanaſius) vt orationem populo indiceret. Statimque præcepit, vt pſalmus recitaretur. Cum autem in *recitatione pſalmi ſuauis concentus*

AVGV-

AVGVSTINVS quoque de vſitata eccleſiæ *Alexandrinæ* pſallendi ratione loquitur, [*f*] dicitque, *Athanaſium* quodammodo illam immutaſſe; & tam modico flexu vocis feciſſe ſonare lectorem pſalmi, vt pronuntianti ſimilior eſſet, quam canenti. Id porro ex RVFFINO [*g*] aliisque hiſtoricis, qui hiſtoriam de baptizatis per *Athanaſium* puerum catechumenis referunt, obſervare eſt, interrogationes & reſponſiones & reliquas baptiſmi cærimonias tunc temporis in iſta eccleſia ex certa iſtiusmodi regula ac ordine fieri ſolitas eſſe, vt *Athanaſius* eas exacte potuerit imitari, nec quicquam omiſerit, quod ſecundum religionis chriſtianæ ritum fieri oportuit, quemadmodum *Alexander* epiſcopus, diligenter facta inquiſitione, cognouiſſe dicitur. Et

---

totius multitudinis extitiſſet, per vnam ex eccleſiæ ianuis omnes egreſſi ſunt. Quod quum fieret, milites quidem quieti ſtetere. Athanaſius vero in *media pſallentium turba* euaſit incolumis.

Theodoret. lib. II. c. XIII. *ἐγὼ δὲ -- καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ θρόνου προέτρεπον, τὸν μὲν διάκονον ἀναγινώσκειν ψαλμὸν, τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. κ. τ. λ.* Ego vero -- ſedens in cathedra mandaui diacono, vt *pſalmum recitaret*, vtque populus reſponderet; Quoniam in ſæculum miſericordia eius.

(*f*) Auguſt. confeſſ. lib. X. c. XXXIII. Tutius mihi videtur, quod de Alexandrino epiſcopo Athanaſio ſæpe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmi, vt pronuntianti vicinior eſſet, quam canenti.

(*g*) Ruffin. lib. I. c. XIV. Tempore, quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander epiſcopus agebat, quum poſt expleta ſolemnia conuenturos ad conuiuium ſuum clericos exſpectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum ſupra oram maris ludum, imitantium, vt fieri ſolet, epiſcopum atque ea, quæ in eccleſiis geri mos eſt. Sed quum intentius diutine pueros inſpectaret, videt ab his geri quædam etiam ſecretiora & myſtica. Perturbatus illico, vocari ad ſe clericos iubet, atque eis, quid eminus ipſe videret, oſtendit. Tum abire eos, & comprehenſos ad ſe perducere omnes pueros imperat. Quumque adeſſent, quis eis ludus, & quid egiſſent, vel quomodo percunctatur. Illi, vt talis habet ætas, pauidi, negare primo, deinde rem geſtam per ordinem pandunt, & baptizatos a ſe eſſe quosdam catechumenos confitentur per Athanaſium, qui ludi illius puerilis epiſcopus fuerat ſimulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his, qui baptizati dicebantur, *quid interrogati fuerint*, *quidue reſponderint*, ſimul & ab eo, qui interrogauerat. Vbi videt *ſecundum religionis noſtræ ritum cuncta conſtare*, conlocutus cum concilio clericorum, ſtatuiſſe traditur, illis, quibus *integris interrogationibus & reſponſionibus* aqua fuerat infuſa, iterari baptiſmum non debere, ſed adimpleri ea, quæ a ſacerdotibus mos eſt.

 hoc

hoc ostendit, non solum tempore *Athanasii*, sed *Alexandri* etiam, antecessoris eius, ætate tales formulas in ecclesia ista in constanti vsu fuisse. Ipse etiam ATHANASIVS non solum psalmodiæ inibi vsitatæ meminit, sed eam quoque ita institutam fuisse dicit, vt populus partem in ea habere posset. Quamquam enim consuetudo cantandi singulos versus per modum antiphoniæ in ecclesiam nondum inuecta erat in recitandis psalmis *Dauidicis*; solebat tamen populus nonnumquam in clausula versus se coniungere, & vna cum lectore eum repetere. Atque hoc dicebatur ὑπηχεῖν & ὑπακούειν, *in clausula in consortium venire.* Vnde ATHANASIVS loquens de inuasione [*h*] in ecclesiam suam, ante a SOCRATE & SOZOMENO memorata, dicit, iussisse se diaconum psalmum legere populumque ὑπακούειν, hoc est, non simpliciter auscultare, vti imperitus quidam interpres reddidit, sed in clausula hæc verba repetere: *quoniam in sæculum misericordia eius.* De qua canendi ratione posthac plura dicendi locus erit lib. XIV. cap. I. §. XII. Heic id tantum adhuc notabimus, quod ATHANASIVS commemorans, quæ *Ariani* in matronas ac virgines in ipsa ecclesia crudeliter & indigne patrarint, virginis cuiusdam faciat mentionem, quam publice flagellarint, adhuc psalterium [*i*] præ manibus tenentem. Quod illa sine dubio habuit, vt in cantandis psalmis *Dauidicis*, more in ecclesia vsitato, se coniungeret. Et liber *de interpretatione psalmorum* nihil aliud est, quam instructio, quemadmodum psalmis & formulis precum ac gratiarum actionis, quavis occasione id ferente, vtendum sit, vbi inter alia obseruat [*k*], psalmum LXII vel LXIII. *O Deus, Deus meus! ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea*, semper in precibus matutinis soli-

(*h*) Athanas. apol. ad Constant. p. 717. (p. 334. d. edit. Par. MDCXCVIII.) προέτρεπον τὸν μὲν διάκονον κ. τ. λ. vid. sub litt. (e) p. 157. ex Theodoret. lib. II. c. XIII.

(*i*) Athan. epist. ad orthodox. p. 947. (p. 114. f. edit. cit.) ἐν οἷς μίαν παρθένον φιλολογοῦσαν, καὶ τὸ ψαλτήριον ἔτι κατέχουσαν ἐν ταῖς χερσὶ, μαστιχθῆναι πεποίηκε δημοσίᾳ. Inter quas virginem aliquam lectionis studiosam & adhuc *psalterium præ manibus tenentem* publice flagellari iussit.

(*k*) Athan. de interpret. psalmor. ad Marcellin. tom. I. p. 975. (p. 995. c.) -- ἔχων δὲ τὸν θεὸν καὶ πρὸς αὐτὸν ὀρθρίζων ψάλλε τὸν ἑξηκοστὸν δεύτερον. -- quum adsit tibi Deus, ad quem diluculo cane psalmum sexagesimum secundum.

tum

tum esse recitari. Et auctor libri *de virginitate* [*l*] inter opera illius idem dicit; quod CHRYSOSTOMO etiam & aliis quibusdam circa hanc ætatem memoratur, qua de re occasio nobis dabitur loquendi specialius, quum ordinem ac methodum officii matutini considerabimus [*].

ATHANASIVS annis quadraginta sex episcopus vixit *Alexandriæ* ad annum vsque CCCLXXI. Quo durante interuallo consentanea testimonia habemus IVVENCI & PACHOMII omniumque monasteriorum per *Aegyptum*; FLAVIANI, episcopi *Antiocheni*, CYRILLI, episcopi *Hierosolymitani*, HILARII, episcopi *Pictauiensis*, OPTATI, EPIPHANII, GREGORII NAZIANZENI, EPHREM SYRI, BASILII & APOLLINARIS, personati auctoris sub nomine DIONYSII AREOPAGITAE, vna cum concilio *Laodiceno*. Nec multo post AMBROSII, HIERONYMI, AVGVSTINI, & CHRYSOSTOMI, nec non diuersorum conciliorum *Africanorum*, omnium quidem intra terminum huius sæculi quarti, in quo ATHANASIVS vixit.

IVVENCVS sub *Constantino* floruit in *Hispania*, & quum poëta esset, quatuor euangelia versibus hexametris expressit, & HIERONYMVS addit, quod eodem modo librum [*m*] de *sacramentorum ordine* in ecclesia composuerit. Iam si consideremus, quæ supra [**] obseruauimus, quod *ordo sacramentorum* stilo ecclesiastico communiter librum de diuinis officiis denotet, maxime probabile est, hoc IVVENCI opus nihil aliud quam formulas diuini ministerii versibus descriptas continuisse.

PACHOMIVS circa annum CCCXL. monachos *Aegyptios* eo adduxit, vt in communitatem vitæ & victus coirent, eosque certis regulis subdidit; quarum vna erat, vt bis quotidie in vnum conuenientes certum numerum psalmorum canerent,

(*l*) Athan. de virgin. p. 1075. (tom. II. p. 123. a. edit. Paris. MDCXCVIII.) πρὸς ὄρθρον δὲ τὸν ψαλμὸν τοῦτον λέγετε· ὁ θεὸς, ὁ θεός μου πρὸς σὲ ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. Matutina hora hunc dicite psalmum: *Deus, Deus meus*, cetera.

(*) Infra c. X. §. II.

(*m*) Hieron. de scriptur. eccles. cap. LXXXIV. Iuuencus, nobilissimi generis, Hispanus presbyter, quatuor euangelia hexametris versibus pene ad verbum transferens, quatuor libros composuit, & nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe.

(**) Lib. XIII. cap. I. §. VI. pag. 14.

pre-

precibus intermixtis, vti ex narrationibus, quas de illis CASSIANVS [n], PALLADIVS [o] & HIERONYMVS [p] habent, videre est. Iam fatendum est, quod qualescumque preces eorum fuerunt, certe psalmodia eorum ad certam formulam instituta fuerit, siue omnes coniunctim cecinerint, siue alternatim. Et licet in fine cuiusque psalmi non recitarent consuetam doxologiam, *Gloria sit patri*, &c. vti in ecclesia occidentali fieri moris erat, tamen id aliis temporibus in fine antiphonarum suarum fecerunt, vti CASSIANVS [q], cultus eorum testis oculatus, fidem nobis facit.

CIRCA ann. CCCL. vixit FLAVIANVS, primum presbyter, deinde episcopus ecclesiæ *Antiochenæ*. Dum esset presbyter, accidit, vt *Leontius*, episcopus *Arianus*, communem *δοξολογίαν*, *Gloria sit patri*, &c. immutaret, vt hæresi ipsius faueret. Quo facto, *Flauianus* & *Diodorus*, deserta *Leontii* communione, diuinarum rerum studiosos ad martyrum basilicas congregarunt; vbi eos in duas partes diuisos alternis vicibus *Dauidicos* hymnos [r] canere docuerunt. Quod quidem tunc primum *Antiochiæ*

(n) Cassian. institut. lib. II. c. V. Quumque sedentibus cunctis - & in psallentis verba omni cordis intentione defixis XI. psalmos orationum interiectione distinctos continuis versibus parili pronuntiatione cantasset, duodecimum sub alleluiæ responsione consummans, ab vniuersorum oculis repente subtractus est.

(o) Pallad. histor. Lausiac. cap. XXXVIII. *ἐτύπωσε δὲ διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ποιεῖν αὐτοὺς εὐχὰς δώδεκα, καὶ ἐν τῷ λυχνικῷ δώδεκα, καὶ ἐν ταῖς παννυχίσι δώδεκα, καὶ ἐνάτην ὥραν τρεῖς· ὅτε δὲ δοκεῖ τὸ πλῆθος ἐσθίειν, ἑκάστῳ τάγματι καθ' ἑκάστην εὐχὴν ψαλμὸν προάδεσθαι ἐτύπωσεν.* Constituit, vt per totam diem facerent duodecim orationes, & quum ad vespertinum lumen venirent, & in nocturnis vigiliis duodecim, & hora nona tres. Quando autem videretur comedendum esse multitudini, constituit, vt vnusquisque ordo in vnaquaque oratione psalmum prius caneret.

(p) Hieron. epist. XXII. ad Eustoch. c. XV. Post horam nonam in commune concurritur, psalmi resonant, scripturæ recitantur ex more, & completis orationibus, cunctisque residentibus, medius, quem patrem vocant, incipit disputare.

(q) Cassian. lib. II. c. VIII. Illud etiam, quod in hac prouincia vidimus, vt vno cantante in clausula psalmi omnes adstantes concinant cum clamore: *Gloria & patri & filio & spiritui sancto*, nusquam per omnem orientem audiuimus, sed cum omnium silentio ab eo, qui cantatur, finito psalmo orationem succedere.

(r) Theodoret. lib. II. c. XXIV. *οὗτοι πρῶτοι διχῇ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χορούς,*

fieri

fieri cœptum, inde ad reliquos peruaſit, & ad vltimos terrarum fines perlatum eſt. Ita rem narrat THEODORETVS. Vbi facile ad obſeruandum eſt, 1.) Formulam glorificationis fuiſſe rem antiquam, & *Leontium* illam modo adulteraſſe. 2.) Conſuetudinem canendi pſalmos *Dauidicos*, qui ſunt formulæ precum & gratiarum actionis, itidem antiquam eſſe; nec *Flauianum* fuiſſe iſtius officii auctorem, ſed inſtituiſſe tantum morem canendi alternis vicibus. Et quum SOCRATES dicit, quod *Ignatius* antea rationem canendi per antiphonas inuexerit, id non de pſalmis *Dauidicis* intelligendum eſt, ſed de aliis hymnis, in gloriam totius *TRINITATIS* compoſitis; qui, vti vidimus, ſemper in eccleſia chriſtiana obtinuerunt. Et THEODORETVS addit 3.) hanc pſallendi rationem plebi *Antiochenſi* adeo gratam fuiſſe & probatam, vt *Leontium* omnes deſererent, & hic neceſſe haberet blandis ſermonibus hortari *Flauianum* atque *Diodorum*, vt hanc λειτουργίαν, *id miniſterium*, in eccleſiis obirent.

EADEM ætate vixit CYRILLVS, eccleſiæ *Hieroſolymitanæ* antiſtes, qui in *catecheſibus* ſuis ad illuminatos ſiue recens baptizatos, multarum formularum, ab antiquis inde temporibus in eccleſia vſitatarum, mentionem facit. In prima catecheſi [s] illis exponit, quid ſibi velint cærimoniæ in baptiſmo adhibitæ. *Primum ingreſſi eſtis*, inquit, *in porticum domus baptiſterii*, & *ſtantes verſus occidentem*, *mandari vobis audiſtis*, *vt protenſa manu tamquam præſenti Satanæ renuntiaretis.* Et paullo poſt explicat, qua de cauſſa id fecerint, ſtantes verſus occidentem. *Quum ſolis occaſus*, inquit, *apparentium tenebrarum ſit locus*: *diabolus autem*, *quum ſit tenebræ*, *robur in illis ſuum habet. Idcirco ſymbolice occaſum ſpectantes*, *caliginoſo illi tenebrarum principi renuntiatis. Quid igitur vnusquiſque veſtrum ſtans dicebat? Renuntio tibi*, *Satana*, & *omnibus tuis operibus*, & *omni pompæ tuæ*, & *omni tuo cultui.* Poſtea di-

(s) Cyrill. catech. myſt. I. §. II. p. 278. Εἰσήειτε πρῶτον εἰς τὸν προαύλιον τοῦ βαπτιστηρίου οἶκον, καὶ πρὸς τὰς δυσμὰς ἑστῶτες ἠκούσατε καὶ προσετάττεσθε ἐκτείνειν τὴν χεῖρα, καὶ ὡς παρόντι ἀποτάττεσθε τῷ Σατανᾷ.
Ibid. p. 279. ἐπειδὴ τοῦ φαινομένου σκότους τύπος αἱ δυσμαί· ἐκεῖνος δὲ σκότος τυγχάνων, ἐν σκότει ἔχει καὶ τὸ κράτος· τούτου χάριν συμβολικῶς πρὸς δυσμὰς ἀποβλέποντες, ἀποτάσσεσθε τῷ σκοτεινῷ ἐκείνῳ καὶ ζοφερῷ ἄρχοντι· τί δ' ὑμῶν ἕκαστος ἑστὼς ἔλεγεν; ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις σου, καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ σου, καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ σου.

cit [t], ab occasu eos esse conuersos ad ortum, quæ lucis sit regio, & locus paradisi, ac tum admonitos, vt dicerent: *Credo in patrem & filium & spiritum sanctum, & in baptismum pœnitentiæ.* In catechesi secunda ad animum eis reuocat vnctionem in baptisterio [u], & confessionem sacrosanctæ *TRINITATIS*, & trinam immersionem. In catechesi tertia [x] de secunda vnctione sancti chrismatis agit, quæ tum in confirmatione adhibebatur, simulac de aquis baptismi adscendissent. In catechesi quinta de cærimoniis exponit, in celebratione eucharistiæ obseruari solitis, vbi primum loquitur [y] de aquæ per diaconum præbitione ad lauandas manus sacerdotis & circum altare stantium presbyterorum, quam ablutionem manuum symbolum esse monet, oportere baptizandos a peccatis omnibus & iniquitatibus mundari. „Deinde, pergit auctor noster, diaconus cla„mat: [z] *Complectamini & osculemini vos inuicem.* Postea cla-„

(t) Cyrill. ibid. n. VI. p. 283. Ὅτε οὖν τῷ Σατανᾷ ἀποτάττῃ, πᾶσαν τὴν πρὸς αὐτὸν πάντως διαθήκην λύσας, τὰς παλαιὰς πρὸς τὸν ᾅδην συνθήκας, ἀνοίγεταί σοι ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ, ὃν ἐφύτευσε κατὰ ἀνατολὰς, ὅθεν διὰ τὴν παράβασιν ἐξόριστος γεγόνει ὁ ἡμέτερος προπάτωρ· καὶ τούτου σύμβολον τὸ στραφῆναί σε ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολὴν, τοῦ φωτὸς τὸ χωρίον· τότε σοι ἐλέγετο εἰπεῖν· πιστεύω εἰς τὸν πατέρα, καὶ εἰς τὸν υἱὸν καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας. Quum itaque Satanæ renuntiaueris, & omne cum illo pactum rescideris: veteres, inquam, pactiones cum inferno: aperitur tibi paradisus Dei, quem ipse ad orientem plantauit: vnde propter mandati violationem primus parens noster pulsus est in exilium. Et huius rei symbolum est, quum ab occasu conuerteris ad ortum, quæ lucis est regio. Tum admonebaris, vt diceres: *Credo in patrem*, &c.

(u) Cyrill. catech. II. n. III. Εἶτα ἐκδυθέντες, ἐλαίῳ ἠλείφεσθε ἐξορκιστῷ, ἀπ' ἄκρων τριχῶν κορυφῆς ἕως τῶν κάτω. Deinde iam exuti, exorcizato oleo a summis capillis ad infimos vsque peruncti estis. Num. IV. Καὶ ἠρωτᾶτο ἕκαστος, εἰ πιστεύει εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ ὡμολογήσατε τὴν σωτήριον ὁμιλίαν, καὶ κατεδύετε τρίτον εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνεδύετε. Atque tunc vnusquisque interrogabatur, an crederet *in nomen patris & filii & spiritus sancti*: & confessi estis salutarem confessionem, & mersi ter in aquam rursus emersistis.

(x) Id. catech. III. n. II. ὑμεῖς δὲ μύρῳ ἐχρίσθητε, κοινωνοὶ καὶ μέτοχοι τοῦ χριστοῦ γενόμενοι, Vos vncti estis vnguento, facti participes & consortes Christi. Conf. num. III. tot.

(y) Catech. V. num. I. ἑωράκατε τὸν διάκονον τὸν νίψασθαι διδόντα τῷ ἱερεῖ, καὶ τοῖς κυκλοῦσι τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ πρεσβυτέροις. - - σύμβολόν ἐστι τοῦ δεῖν ἡμᾶς καθαρεύειν πάντων ἁμαρτημάτων καὶ ἀνομημάτων τὸ νίψασθαι.

(z) Ibid. num. II. Εἶτα βοᾷ ὁ διάκονος· ἀλλήλους ἀπολάβετε, καὶ ἀλλήλους ἀσπάζεσθε.

mat

„mat ſacerdos [a]: *Surſum corda*; Vos reſpondetis: *Habemus ad* „*dominum.* Dicit deinde ſacerdos: *Gratias agamus domino*; Ad „hæc vos ſubiicitis: *Dignum & iuſtum eſt.* Facimus deinde men- „tionem cæli, & terræ, & maris, ſolis & lunæ & ſiderum, & v- „niuerſæ creaturæ tam ratione præditæ, quam irrationalis: „tam iſtius, quæ videtur, quam illius, quæ ſub adſpectum no- „ſtrum non cadit. Angelorum, archangelorum, virtutum, „dominationum, principatuum, poteſtatum, thronorum & „Cherubim faciem operientium, quaſi diceretis illud *Dauidis*: „*Magnificate dominum mecum.* Commemoramus etiam illa Che- „rubim, quæ in ſpiritu ſancto cernebat *Eſaias*, circumſtantia „thronum Dei, atque dicentia: *Sanctus*, *ſanctus*, *ſanctus*, *dominus* „*Deus Sabaoth.* Propterea enim traditam nobis hanc Seraphi- „cam theologiam recitamus, vt in illa cæleſti hymnodia, cum „ſupramundana militia communicemus: atque ſic per eiusmo- „di hymnos nos ipſos ſanctificantes, Deum benigniſſimum ora- „mus, vt ſuper illa propoſita elementa ſanctum ſpiritum emit- „tat, vt panem quidem faciat corpus *CHRISTI*, vinum vero „ſanguinem *CHRISTI.* Deinde poſtquam confectum eſt il- „lud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus ſuper ipſa „propitiationis hoſtia, obſecramus Deum pro communi eccleſi- „arum pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro mili-

(a) Ibid. n. III. Μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεύς· ἄνω τὰς καρδίας -- εἶτα ἀποκρίνεσθε, ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον. Num. IV. Εἶτα ὁ ἱερεὺς λέγει· εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ· - - εἶτα λέγετε· ἄξιον καὶ δίκαιον. N. V. Μετὰ ταῦτα μνημονεύομεν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης, ἡλίου καὶ σελήνης, ἄστρων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως λογικῆς τε καὶ ἀλόγου, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, δυνάμεων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, θρόνων, τῶν χερουβὶμ τῶν τὸ πρόσωπον δυνάμει καλυπτόντων, λέγοντες τὸ τοῦ Δαβίδ· μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοί. μνημονεύομεν καὶ τῶν χερουβὶμ, ἃ ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἐθεάσατο Ἡσαίας παρεστηκότα κύκλῳ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι καλύπτοντα τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος, κύριος Σαβαώθ· διὰ τοῦτο γὰρ τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν ἐκ τῶν Σεραφὶμ θεολογίαν ταύτην λέγομεν, ὅπως κοινωνοὶ τῆς ὑμνῳδίας ταῖς ὑπερκοσμίοις γενώμεθα στρατιαῖς· ἵνα ἁγιάσαντες ἑαυτοὺς διὰ τῶν πνευματικῶν τούτων ὕμνων παρακαλοῦμεν τὸν φιλάνθρωπον θεὸν, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξαποστεῖλαι ἐπὶ τὰ προκείμενα, ἵνα ποιήσῃ, τὸν μὲν ἄρτον, σῶμα χριστοῦ· τὸν δὲ οἶνον, αἷμα χριστοῦ. Num. VI. Εἶτα μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ, παρακαλοῦμεν τὸν θεὸν ὑπὲρ κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου εὐσταθείας, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ στρατιωτῶν, καὶ συμμάχων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις, ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων, καὶ

„tibus, pro ſociis, pro ægrotis & adflictis, & in ſumma pro „iis omnibus, qui egent auxilio, dicentes: *Rogamus te nos omnes, „& hoc ſacrificium tibi offerimus.* Deinde mentionem facimus „etiam eorum, qui ante nos obdormierunt: primum patriar„charum, prophetarum, apoſtolorum, martyrum, vt Deus „propter illorum orationes & deprecationes, noſtras ſuſcipe„ret preces. Deinde pro defunctis ſanctis patribus, & epiſco„pis: denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi „ſunt. Poſtea dicimus illam orationem, quam ſaluator ſuis di„ſcipulis tradidit, cum pura conſcientia patrem nuncupantes „Deum, atque dicentes: *Pater noſter, qui es in cælis*, cetera. Sa„cerdos autem poſtea dicit: *Sancta ſanctis.* Vos deinde reſpon„detis: *Vnus ſanctus, vnus dominus Ieſus Chriſtus.* Audiſtis dein„ceps diuina quadam melodia pſallentem atque ad ſacrorum „myſteriorum communionem vos adhortantem: *Guſtate & vi„dete, quoniam ſuauis eſt dominus.*“ Quo facto, ſingulos ad ſacram communionem accedentes, bis *Amen* dicere, adfirmat, primum quidem, vbi corpus *CHRISTI*, & deinde vbi calicem ſanguinis illius manu ſua ſuſcipiant. Poſtremo, exſpectata oratione, Deo gratias agere, qui ipſos tantis myſteriis dignos reddiderit.

IAM cœcus ſit, oportet, qui expreſſa veſtigia & formulas ſtatarum liturgiarum in his omnibus non videt. Quocirca haud aliam eorum dabo interpretationem, niſi, quod ſine vlla dubitatione iam ante, quam CYRILLVS hæc tradidit, præſcripta quæ-

ἁπαξαπλῶς, ὑπὲρ πάντων βοηθείας δεομένων δεόμεθά σου πάντες ἡμεῖς, καὶ ταύτην προσφέρομεν σοι τὴν θυσίαν· εἶτα μνημονεύομεν καὶ τῶν προκεκοιμημένων, πρῶτον πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὅπως ὁ θεὸς εὐχαῖς αὐτῶν καὶ πρεσβείαις προσδέξηται ἡμῶν τὴν δέησιν· εἶτα καὶ ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων πατέρων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων. N. VIII. Εἶτα μετὰ ταῦτα τὴν εὐχὴν λέγομεν ἐκείνην, ἣν ὁ Σωτὴρ παρέδωκε τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ μαθηταῖς, μετὰ καθαρᾶς συνειδήσεως πατέρα ἐπιγραφόμενοι τὸν θεὸν, καὶ λέγοντες· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κ. τ. λ. Num. XVI. Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ ἱερεύς· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις - εἶτα ὑμεῖς λέγετε, εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς χριστός. Num. XVII. Μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέλους θείου, προτρεπομένου ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ λέγοντος· γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. Num. XVIII. δέχου σῶμα τοῦ χριστοῦ ἐπιλέγων τὸ Ἀμήν. Num. XIX. προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος -- λέγων τὸ Ἀμήν. --- εἶτα ἀναμείνας τὴν εὐχὴν, εὐχαρίστει τῷ θεῷ καταξιώσαντί σε τῶν τηλικούτων μυστηρίων.

dam

dam liturgia & officia in forma pro administratione baptismi ac eucharistiæ in ecclesia *Hierosolymitana* exstiterint, & ea quidem a maioribus tradita, tametsi fieri non potest, vt primam cuiusuis rei originem requirendo perfecte cognoscamus.

CYRILLO σύγχρονος fuit HILARIVS, vrbis *Pictauorum* in *Aquitania* episcopus, qui, teste HIERONYMO [*b*], *librum hymnorum & mysteriorum* scripsit, quem formas sacrorum officiorum continuisse maxime probabile est. Id certo constat, hymnos eius vna cum hymnis AMBROSII postea in magno pretio fuisse in ecclesia. Quos quum nonnulli reprobarent, eo quod humano studio compositi essent, concilium *Toletanum* quartum [*c*] eos in ecclesia vna cum hymnis, *Gloria sit patri*, &c. Et, *Gloria in excelsis Deo*, retinendos esse decernebat, excommunicationem minitans illis, qui in ecclesiis *Hispaniæ* & *Galliciæ* eos reiicere ausi essent. Ipse HILARIVS perspicue significat, & orationes & hymnos fuisse istiusmodi, vt vniuersus populus vocem in illis suam potuerit coniungere. *Terrendus est*, inquit [*d*], *confessionis nostræ sermone omnis profanus auditor: & aduersus diabolum, armaque eius orationum nostrarum sonitu certandum est, & belli nostri victoria exsultationis voce monstranda est. Audiat orantis populi consistens quis extra ecclesiam vocem: spectet celebres hymnorum sonitus; & inter diuinorum quoque sacramentorum officia responsionem deuotæ confessionis accipiat.* Qui ex his omnibus modo tacitum cordis populi consensum in precationem sacerdotis faciunt, sine vlla intelligibilis vocis coniunctione in precum ac laudum formulis, illi quiduis ex quouis facere poterunt, nec operæ pretium fuerit, quodcumque testimonium ad conuincendum tales homines produxeris. Nos illud tantum adhuc notamus ex HILARIO, quod

(*b*) Hieron. de scriptoribus cap. CXI. Et liber hymnorum & mysteriorum alius.

(*c*) Concil. Tolet. IV. c. XIII. (tom. V. conc. p. 1709.) Quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei atque apostolorum & martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum, vel apostolica traditione non existunt; - - sicut igitur orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus vestrum vlterius improbet, sed pari modo in Gallicia Hispaniaque celebret: excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint ausi.

(*d*) Hilar. in psalm. LXV. p. 232.

istæ preces & hymni tam pro matutino quam vespertino ministerio fecerint [e], *Progressus*, inquit ille, *ecclesiæ in matutinorum & vespertinorum hymnorum delectatione maximum misericordiæ Dei signum est. Dies in orationibus Dei inchoatur, dies hymnis Dei clauditur.*

CHRONOLOGI de tempore concilii *Laodiceni* non exacte conspirant. LABBEVS & alii ante concilium *Nicænum* illud collocant ad ann. CCCXIX, BEVEREGIVS vero ad an. CCCLXV. Inter omnes autem conuenit, hoc ipso sæculo fuisse celebratum. Iam vero in eo diuersi inueniuntur canones, qui præscriptarum formularum vsum in ecclesiæ ministerio perspicue demonstrant. Canon septimus [*] iubet *Eos, qui ex hæresibus, hoc est, ex Nouatianis, siue Photinianis vel Tessaradecatitis conuertuntur, fidei symbolum discere & sancto chrismate inungi, priusquam ad sacrorum mysteriorum communionem admittantur.* Ex quo patet, quod symbola tunc temporis certis verborum formulis expressa fuerint, quia ea memoriæ mandari iubentur. Decimus quintus canon [**] præcipit, *Non oportere præter canonicos cantores, qui suggestum adscendunt, &* ἀπὸ διφθέρας *ex membrana legunt, aliquos alios canere in ecclesia.* Decimus septimus [***] ait: *Non oportere psalmos in conventibus contexere; sed in vnoquoque psalmo, interiecto spatio, lectionem fieri.* Duodeuicesimus [†] monet, *Idem precum ministerium omnino debere fieri in nonis* (hoc est, hora tertia pomeridiana) *& vespertinis.* Vndeuicesimus [††] decernit, *Oportere seorsum primum, post episcoporum sermones, catechumenorum orationem peragi; & postquam exierint catechumeni, eorum, qui pœnitentiam agunt, fieri oratio-*

(e) Id. in psalm. LXIV. pag. 231.

(*) Περὶ τοῦ, τοὺς ἐκ τῶν αἱρέσεων, τοῦτ᾽ ἔστι, Ναυατιανῶν, ἤ τοι Φωτεινιανῶν, ἢ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν ἐπιστρεφομένους -- ἐκμανθάνοντας τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, χρισθέντας τε τῷ ἁγίῳ χρίσματι, οὕτω κοινωνεῖν τῶν μυστηρίων τῶν ἁγίων.

(**) Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ.

(*** Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἐπισυνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου καθ᾽ ἕκαστον ψαλμὸν γίνεσθαι ἀνάγνωσιν.

(†) Περὶ τοῦ, τὴν αὐτὴν λειτουργίαν τῶν εὐχῶν πάντοτε καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις, καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις ὀφείλειν γίνεσθαι.

(††) Περὶ τοῦ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν

nem:

nem: & quum ii sub manum excesserint, & secesserint, fidelium preces sic ter fieri: vnam quidem, scilicet primam, silentio: secundam autem & tertiam per pronuntiationem impleri, deinde sic pacem dari. Et postquam presbyteri pacem episcopo dederint, tunc laicos etiam pacem dare: & sic sanctam oblationem perfici, & solis licere sacratis ad altare accedere & communicare. Hic canon manifesto describit ordinem ac methodum antiqui ministerii, quemadmodum isto sæculo peractum sit; & quamuis diuersæ precum heic memoratarum formæ litteris consignatæ haud fuerint, eas tamen eo tempore in vsu fuisse, habemus persuasum; Vnde concilium ad eas breuiter strictimque, quoad fert canonis angustia, remittit, vti alio loco [*] copiosius dicetur. Canon vicesimus secundus [**], hypodiacono ferre vetat orarium, quod erat fascia siue mitella a diaconis adhibita, ad signum populo dandum in diuersis diuini ministerii partibus. Canon quadragesimus sextus [***] sic habet: *Quod oportet eos, qui illuminantur, fidem discere, & quinta hebdomadis feria episcopo renuntiare, vel presbyteris.* Quadragesimus septimus [†] ita statuit: *Quod oportet eos, qui in morbo baptismum accipiunt, & deinde resurgunt, fidem ediscere, quod fidem certa verborum formula conscriptam fuisse indicat.* Vndesexagesimus [††] canon ait: *Quod non oportet priuatos & vulgares aliquos psalmos dici in ecclesia*; quod hymnos, ab hominibus priuatis compositos, prohibitos, alios autem auctoritatis ac fidei iustissimæ permissos fuisse, arguit. Et hoc satis superque probat, quod certæ & statæ diuini ministerii formæ tempore huius concilii in vsu fuerint.

Ad annum CCCLXVIII. EPIPHANIVS vrbis *Salaminis*

πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς· μίαν μὲν τὴν πρώτην διὰ σιωπῆς, τὴν δὲ δευτέραν καὶ τρίτην διὰ προσφωνήσεως πληροῦσθαι, εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι· Καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαικοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι· καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι τοῖς ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κοινωνεῖν.

(*) Lib. XV. cap. I.

(**) Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν.

(***) Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις.

(†) Ὅτι δεῖ τοὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ φώτισμα, καὶ εἶτα ἀναστάντας ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν.

(††) Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

siue

ſiue *Conſtantiæ* in *Cypro* inſula epiſcopus factus eſt. Hunc formulas precationum approbaſſe, ex crebro apparet teſtimonio, quod libris octo ſic dictarum *conſtitutionum apoſtolicarum* impertit, quorum vltimus nihil niſi eiusmodi formas in vnum collectas exhibet. COTELERIVS [*f*] diuerſa loca in *conſtitutionibus* cum illis comparat, quæ ex illis adlegauit EPIPHANIVS, & reipſa vna eademque eſſe oſtendit. Speciatim obſeruat, quod EPIPHANIVS alicubi [*g*] librum *conſtitutionum* laudet, dicens, omnem canonicum ordinem in ipſo contineri; & nihil a fide adulteratum, neque a confeſſione, neque ab eccleſiaſtica adminiſtratione, & canone ac fide. Id quod dicere nemo poteſt, quin diuerſas miniſterii eccleſiaſtici formulas comprobet, quæ in eo continentur. Hinc quando alio loco [*h*] EPIPHANIVS narrat, matutinas laudes in eccleſia, matutinasque preces adſidue celebrari, lucernales item pſalmos & orationes, rationi congruum eſt ſtatuere, iſta omnia ad præſcriptas formulas fieri conſueuiſſe, vti ad minimum de pſalmis & hymnis exploratum eſt. Extat autem alius locus in epiſtola EPIPHANII ad *Ioannem* epiſcopum *Hieroſolymitanum*, qui miniſterium euchariſticum tunc temporis ex præſcripto ordine ac forma peractum fuiſſe euidenter probat. EPIPHANIVS enim, quum eſſet a quibusdam apud *Ioannem* delatus, quod in oratione ſoleat pro ipſo dicere: *Domine, præſta Ioanni, vt recte credat*: de hac accuſatione purgaturus ſe apud *Ioannem*, negat, ſe hoc aperte vmquam dixiſſe, (quamquam hoc in corde ſuo ſemper oret) quod vt verum eſſe demonſtret, ad verba orationis, in euchariſtiæ cele-

(*f*) Coteler. teſtimonia veter. præfixa conſtitut. apoſt. tom. I. patr. apoſtol. pag. 189. 190.

(*g*) Epiphan. hæreſ. LXX. num. X. ibid. Εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν ἀποστόλων διάταξιν, οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον· Πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως. Ad hoc autem iidem Audiani detorquent apoſtolorum conſtitutionem; qui quidem liber a multis reuocatur in dubium, non eſt tamen improbandus. Omnis quippe canonicus ordo in ipſo continetur; & nihil a fide adulteratum, neque a confeſſione, neque ab eccleſiaſtica adminiſtratione, & canone ac fide.

(*h*) Epiphan. expoſit. fid. n. XXIII. tom. I. p. 1106. ἑωθινοί τε ὕμνοι ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ διηνεκῶς γίνονται, καὶ προσευχαὶ ἑωθιναὶ, λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοὶ, καὶ προσευχαί.

bra-

bratione tunc publice vſitatæ, prouocat. *Quando complemus* inquit [*i*], *orationem ſecundum ritum myſteriorum & pro omnibus, & pro te quoque dicimus, cuſtodi illum, qui prædicat veritatem: vel certe ita: Tu præſta, domine, & cuſtodi, vt ille verbum prædicet veritatis: ſicut occaſio ſermonis ſe tulerit & habuerit oratio conſequentiam.* Quod vt recte intelligamus, notandum eſt, fuiſſe antiquis temporibus in ſacræ cœnæ adminiſtratione duas precationes, in quibus pro epiſcopis orare conſueuerint, primum quidem in precibus pro vniuerſo eccleſiæ chriſtianæ ſtatu ante oblationem, & deinde in precibus proxime poſt oblationem, quando omnes hominum ſtatus iterum ſolemniter recenſebantur Deoque commendabantur, quomodo poſthac videbimus. Harum igitur precationum intuitu EPIPHANIVS ita vel ita precari ſe dicit, ſicut occaſio ſermonis ſe tulerit, & habuerit oratio conſequentiam: Quo ipſo aperte reſpicit ad duas iſtas precationes, in quibus hæc verba continebantur; quod tam illuſtre argumentum eſt pro præſcriptis formulis, quam quis requirere poteſt. Et certe vocabulum *conſequentia*, quod in *Græco* ſine dubio fuit *ἀκολυθία*, itidem hoc demonſtrat. Hoc enim ſemper ſtatam formulam ſiue præſcriptum ordinem precandi ſignificat. Cuius rei bene multa exempla in SVICERI *theſauro* & *gloſſario* MEVRSII habentur, quæ heic interponere ſuperſedemus.

OPTATVS, epiſcopus *Mileuitanus*, eadem ætate vixit cum EPIPHANIO; qui quam ſæpiſſime ad formulas, tunc in publico Dei cultu vſitatas, reſpicit. Dicit ille *Donatiſtis*, quod quum velint, ſe ſolos eſſe eccleſiam, ſpiritus ſancti fruſtentur intentionem, qui præſignificauerit futurum, vt nomen Dei pſalmis ac hymnis laudetur in *omni terra, & ab ortu ſolis vſque ad occa-*

(*i*) Epiphan. epiſt. ad Ioan. Hieroſolym. tom. II. p. 313. Illud quoque audiens admiratus ſum, quod quidam, qui ſolent vltro citroque portare rumuſculos, & his, quæ audierunt, ſemper addere, vt triſtitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerunt, & dixerunt, quod in oratione, quando offerimus ſacrificia Deo, ſoleamus pro te dicere: *Domine, præſta Ioanni, vt recte credat.* Noli nos in tantum putare ruſticos, vt hoc tam aperte dicere potuerimus. Quamquam enim hoc in corde meo ſemper orem, tamen, vt ſimpliciter fatear, numquam in alienas aures protuli, ne te viderer parui pendere, dilectiſſime. *Quando autem complemus orationem.* cetera.

sum; & quod re ipsa Deum laude sua priuent. [k] *Fraudatis*, inquit, *laudes Dei: Si vos soli laudatis, totus tacebit orbis, qui eo ab ortu solis vsque ad occasum. Clausistis ora omnium christianarum gentium: Indixistis silentium populis vniuersis, Deum per momenta laudare cupientibus.* Quæ verba manifesto indicant, psalmodiam ea ætate fuisse partem cultus christianorum populorum in toto terrarum orbe, & *Donatistas* iniuriosos fuisse in Deum, quippe quorum dogmata eo tenderint, vt ipsum laudibus suis priuarent. Alio loco de oratione pro tota ecclesia, tempore oblationis fieri solita, loquitur, tamquam formula tam firmiter per legem stabilita, vt ne ipsi *Donatistæ* in ea quidquam mutare audeant. *Quis* [l] *dubitet*, inquit, *vos illud legitimum in sacramentorum mysterio præterire non posse. Offerre vos dicitis pro vna ecclesia, quæ sit in toto terrarum orbe diffusa.* Idem de vsu orationis dominicæ [m] in celebratione eucharistiæ dicit, quod *Donatistæ* non minus, quam catholici eam recitare soleant. Obseruat enim, quod licet remissionem peccatorum sic dent *Donatistæ*, quasi nullum haberent ipsi peccatum; tamen dum manus imponant & delicta donent, mox ad altare conuersi, dominicam orationem prætermittere non possint, & vtique dicant, *Pater noster, qui es in cælis, dimitte nobis debita & peccata nostra.* Et alibi, [*] orationem dominicam apud vtrosque vnam esse adfirmat. Communem formulam salutandi populum, lege stabilitam, a *Donatistis* etiam dicit retineri: non posse enim eos, quin dicant: *Pax* [n] *vobiscum*: nomina pietatis eos habere, etsi non corpora.

(k) Optat. lib. II. p. 47. (p. 34. edit. Paris. MDCLXXIX.)

(l) Optat. lib. II. p. 53. (p. m. 45. edit. cit.)

(m) Ibid. p. 57. (p. m. 51. 52.) Quum vultis donare peccata, vestram profitemini innocentiam: & remissionem peccatorum sic datis, quasi nullum habeatis ipsi peccatum. Non est ista præsumtio, sed deceptio: nec veritas, sed mendacium. Etenim inter vicina momenta, dum manus imponitis & delicta donatis, mox ad altare conuersi, dominicam orationem prætermittere non potestis: Et vtique dicitis, *Pater noster, qui es in cælis, dimitte nobis debita & peccata nostra.*

(*) Optat. lib. III. p. 72. (p. m. 78.) Oratio dominica apud nos & apud vos vna est.

(n) Optat. lib. III. p. 73. (p. m. 79.) Persuasionibus vestris diuisa sunt corpora & nomina pietatis. Et non potuistis prætermittere, quod legitimum est. Vtique dixistis, *pax vobiscum*; cum Deus contra, pax, & vbi pax? hoc est

Porro

Porro dicit, catholicos & *Donatiſtas* iisdem interrogationibus vti in baptiſmo: interrogare vtrosque catechumenum [*o*], an diabolo renuntiet? Et, an credat in Deum? Et illum reſpondere, Renuntio, credo: modo *Donatiſtas* male agere, has res repetentes iamque baptizatos a catholicis rebaptizantes. Innuere quoque aliquid videtur de antiqua formula exorcizandi catechumenos ante baptiſmum, quando *Donatiſtis* ad animum reuocat, quod dum catholicos, iam baptiſmo donatos, in quibus [*p*] Deus habitet, rebaptizando exorcizent, re ipſa Deo dicant, *maledicte, exi foras.* Hæc enim phraſis erat, tunc temporis vſitata in exorciſmo; qui erat verborum precatio, vti CYRILLO [*q*] vocatur, pro expellendo diabolo ex catechumenis. Et hæc OPTATI verba ex precibus exorciſmi, tunc communiter in eccleſia adhibitis, manifeſto videntur deſumta. Vnum adhuc eſt, quod notari in OPTATO meretur, rumorem aliquando in *Africam* delatum fuiſſe, dicit, venturos duos miniſtros imperatoris, qui multa mutarent in eccleſia, & imaginem tempore diuini ſacrificii ponerent in altari. Quod quum accepiſſent aures, perculſos eſſe animos populi. At vbi ventum ſit a ſupradictis, nihil vidiſſe oculos chriſtianos, quod horrerent, nihil probauiſſe adſpectum ex iis, quibus perturbatus fuerit auditus; viſam eſſe puritatem, & ritu ſolito ſolemnem conſuetudinem [*r*] perſpe-

dicere, quid ſalutas, de quo non habes? Quid nominas, quod exterminaſti? Salutas de pace, qui non amas.

(*o*) Opt. lib. V. p. 86. (p. 102.) Quocumque interrogante, qui credidit, Deo credidit: Et poſt illius vnum *credo*, tu exigis alterum credo. It. pag. 89. (p. m. 106.) Interrogemus gentilem, an renuntiet diabolo & credat Deo. &c. Et dicat, renuntio & credo.

(*p*) Id. lib. IV. p. 79. (p. 93.) Quum Deus vnusquiſque plenus ſit, de quo fur diabolus aliquid inuolare contendit: vos rebaptizando exorcizatis hominem fidelem, & dicitis Deo habitanti, *Maledicte, exi foras.*

(*q*) Cyrill. catech. XVI. n. IX. p. 234. πολλάκις ὁ δαίμων, ὁ σιδηρείοις δεσμοῖς ὑπὸ πολλῶν μὴ κρατούμενος, λόγοις εὐχῆς ἐκρατήθη ὑπ' αὐτοῦ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Per ſæpe dæmoniacus, qui ferreis vinculis a multis retineri non poteſt, ab vno ſolis *verborum precationibus* continetur, per eam, quæ in illo eſt, ſpiritus ſancti virtutem.

(*r*) Optat. lib. III. p. 75. (p. m. 82.) Dicebatur illo tempore, venturos eſſe Paulum & Macarium, qui intereſſent ſacrificio, vt quum altaria ſolemniter aptarentur, proferrent illi imaginem, quam primum in altari ponerent, ſic ſacrificium offerretur. Hoc quum acciperent aures, perculſi ſunt & animi,

ctam esse, quum viderint, diuinis sacrificiis nec mutatum quidquam, nec additum, nec ablatum. Quæ narratio ostendit, publicum Dei cultum eo tempore certa forma peractum, nec cuiusuis arbitrio permissum fuisse, vt quidquam in illo, addendo vel auferendo, mutaret.

CIRCA annum CCCLXX. BASILIVS, *Cæsareæ* in *Cappadocia* creatus est episcopus, ante autem, quam ad istam dignitatem eueheretur, presbyteri munus sub *Eusebio*, antecessore suo, in eadem ecclesia obiit. Quo durante tempore inter alias vtilitates, ecclesiæ isti præstitas, precum descriptiones & sacrarii concinnitates tradidit, quæ, consentiente ac iubente episcopo EVSEBIO, in ecclesia fuerunt adhibitæ, vti fidem nobis facit GREGORIVS NAZIANZENVS [s]. Non est, quod vllam ex liturgiis, quæ sub eius nomine circumferuntur, eamdem cum hac esse statuamus. Certum enim est, plurima illis addita esse & ablata, multisque in rebus aliam ab alia differre. Accedit, quod nonnulla a vetustis scriptoribus ex genuina BASILII liturgia adlegantur, quæ nunc quidem in harum nulla inueniri, vir quidam doctus [t] adfirmat. Exempli gratia in oratione, quam ex BASILII *liturgia* citat PETRVS DIACONVS, qui circa an. DXX vixit, cuius ætate illa in toto fere oriente in vsu fuit. Inter alia enim ecclesias ita tum precatas dicit: *Dona* [u], *domine, virtutem ac tutamentum; malos, quæsumus, bonos facito; bonos in bonitate conser-*

& vniuscuiusque lingua in hæc verba commota est, vt omnis, quum hoc audierat, diceret: Qui inde gustat, de sacro gustat. Et recte dictam erat, si talem famam similis veritas sequeretur. At vbi ventum est a supradictis, nihil tale visum esse ex eo, quod fuerat paullo ante mentita fama: nihil viderunt oculi christiani, quod horrerent. Nihil probauit adspectus ex iis, quibus perturbatus erat auditus; Visa est puritas, & *ritu solito solemnis consuetudo perspecta est.* Quum viderent *diuinis sacrificiis*, *nec mutatum quidquam, nec additum, nec ablatum.*

(s) Nazianz. orat. XX. in laud. Basilii p. 340. Ἐυχῶν διατάξεις καὶ ἐυκοσμίας τοῦ βήματος.

(t) Cau. histor. litter. vol. I. p. 194. (p. 136. edit. Geneu. MDCXCIII.) Hæc quidem liturgia, prout exstat hodie, plurimum est interpolata, variis additamentis pro sæculi, quo facta sunt, genio & conditione aucta: adeoque eius exemplaria, quo vetustiora, eo breuiora & castiora reperiuntur.

(u) Petr. diacon. de incarnat. inter Fulgentii opera c. VIII. p. 633. Basilius Cæsariensis in oratione sacri altaris, quam pene vniuersus frequentat oriens, inter cetera, *Dona*, inquit, *Domine*, &c.

va:

va: omnia enim potes, & non est, qui contradicat tibi, quum enim volueris, saluas, & nullus resistit voluntati tuae. Sunt, qui haec verba in hodiernis exemplaribus reperiri, dicunt, siue autem hoc ita sit, siue non sit, certum est, in genuina BASILII liturgia ea exstitisse, ex qua auctor noster ea adlegat. Et hoc argumento est, a BASILIO liturgiam fuisse compositam; quae tunc temporis vniuersaliter in oriente obtinuerit, & *Afris* etiam cognita fuerit. PROCLVS, ecclesiae *Constantinopolitanae* episcopus, qui intra dimidium saeculum ab aetate BASILII vixit, de liturgia ab illo composita haec habet [x]: *Basilius magnus, quum hominum, liturgiae prolixitatem fastidientium, oscitantiam & propensionem prospiceret, non, quod longam & prolixam eam (Iacobi* liturgiam) *esse arbitraretur; sed vt tam audientium, quam vna orantium commodo consuleret, eorumque socordiam, ex longioris temporis mora promanantem, castigaret, penitusque tolleret, redactam in compendium ecclesiae recitandam exhibuit.* Citatur etiam sub nomine BASILII a LEONTIO [y] & concilio *Trullano* [z]. Atque ita, licet hodiernis liturgiae BASILII exemplaribus multa interposita, alia autem demta sint, primitiuam tamen eius compositionem hoc non tollit, cuius rei tam clara documenta in vetustis scriptoribus exstant.

BASILIVS autem non tantum formam pro sacrae eucharistiae administratione composuit, sed saepius de aliis quoque formis, vt generatim alia quacumque ferente occasione vsitatis, loquitur. In epistola LXIII. [a] multa habet de populi coniunctione ad psalmos alternatim canendos & ad preces, de-

(x) Proclus de tradit. diuin. liturg. cit. a Comber. of liturg. p. 168. (tom. VI. bibl. patr. max. p. 617. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(y) Leont. contr. Nestor. lib. III. bibl. patr. tom. IV. part. II. p. 1006. (in edit. cit. habentur tres libri Leontii a p. 674 -- 706. sed locum non inuenio.)

(z) Concil. Trullan. c. XXXII. (tom. VI. concil. p. 1158.) Καὶ γὰρ καὶ Ἰάκωβος, ὁ κατὰ σάρκα χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀδελφὸς, ὃς τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας πρῶτος τὸν θρόνον ἐπιστεύθη· καὶ Βασίλειος, ὁ τῆς Καισαρίων ἀρχιεπίσκοπος, οὗ τὸ κλέος κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμε, ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελειοῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατός τε καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασι. Nam & Iacobus, Christi domini nostri secundum carnem frater, cui Hierosolymitanae ecclesiae thronus primum est creditus: & Basilius, Caesariensium ecclesiae archiepiscopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit, mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita consecrandum in diuina missa ex aqua & vino sacrum calicem ediderunt.

(a) Basil. cap. LXIII. tom. III. opp. p. 96. edit. Paris. MDCXXXVIII.) Ἐκ νυκτὸς

que recitatione pfalmi confeffionis, hoc eft, pfalmi LI. in oratione antelucana. Heic quoque de liturgia GREGORII *Thaumaturgi* cum approbatione loquitur, deque litaniis, quas ecclefia *Neocæfareenfis* poft tempora GREGORII [*b*] admiferit. In epiftola CCXLI. ad familiarem quemdam fuum diuerfas precationes memorat, quæ pro vniuerfo ecclefiæ ftatu fieri foleant. *Meminifti*, inquit [*c*], *ecclefiafticarum concionum, quum fis inter fideles per Dei gratiam numeratus, quod nimirum pro iis intercedamus apud Deum, qui peregre funt conftituti, quique inter militares copias recenfentur: proque iis etiam, qui libere profitentur nomen domini, & pro iis, qui fructus manifefte oftendunt fpirituales, pro hifce inquam omnibus preces in fancta ecclefia fundimus.* Has preces folemnes formulas fupplicandi pro omnibus hominum ordinibus in ecclefia fuiffe, pofthac [*d*] demonftrabimus. In epiftola LXVIII. aliarum formularum meminit, quæ manifefto fuerunt antiquarum liturgiarum partes: *In pace* [*e*] *manere vitæ noftræ refiduos dies precamur: in pace effe dormitionem noftram optamus.* Audiuimus eum fupra [*f*] loquentem de hymnis ATHENOGENIS, & de hymno vefpertino in laudem facrofanctæ *TRINITATIS.* Et poftea de [*a*] pfalmis, certis precum canonicarum horis præftitutis, loquentem eum audiemus. Quæ omnia tam manifefta

γὰρ ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ, καὶ ἐν θλίψει, καὶ ἐν συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ θεῷ, τελευταῖον ἀναστάντες τῶν προσευχῶν, εἰς τὴν ψαλμῳδίαν καθίστανται· καὶ νῦν μὲν διχῇ διανεμηθέντες, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις κ. τ. λ. De nocte fiquidem populus confurgens antelucano tempore domum precationis petit: inque labore & tribulatione ac lacrimis indefinentibus facta ad Deum confeffione, tandem ab oratione furgentes ad pfalmodiam traducuntur. Et nunc quidem in duas partes diuifi alternis fuccinentes pfallunt, cetera.

(*b*) Vid. fupra fub litt. k. p. 149.

(*c*) Bafil. epift. CCXLI. (p. 343.) Μέμνηται γὰρ πάντως τῶν κηρυγμάτων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, πιστὸς ὢν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι· ὅτι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀποδημίαις ἀδελφῶν δεόμεθα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ταῖς στρατείαις ἐξεταζομένων, καὶ ὑπὲρ τῶν παῤῥησιαζομένων διὰ τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν τοὺς πνευματικοὺς καρποὺς ἐπιδεικνυμένων, ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τὰς εὐχὰς ποιούμεθα.

(*d*) Lib. XV. c. I. §. III.

(*e*) Bafil. epift. LXVIII. (p. 104. c.) ἐν εἰρήνῃ μένειν τὰς λειπομένας ἡμῶν ἡμέρας, εὐχόμεθα· ἐν εἰρήνῃ δὲ γενέσθαι τὴν κοίμησιν ἡμῶν αἰτοῦμεν.

(*f*) Lib. XIII. c. II. §. II. litt. (x) pag. 40.

(*a*) Bafil. regul. maior. quæft. XXXVII. p. 585. 586. 587.

vfus

vſus formularum ſtatarum indicia ſunt, vt nihil niſi præiudicata opinio ad contradicendum illis quem poſſit inducere.

GREGORIVS NAZIANZENVS coniunctiſſimus BASILII amicus erat, de quo ſatis foret dicere, quod amicum ſuum laudarit, ob formulas precum in vſum eccleſiæ compoſitas, vti iam percepimus. Sed vero de ſuo ipſius parente [*b*] narrat, quod euchariſtiæ verba, ita vt conſuetudo tulerit, effatus ſit. Et de *Iuliano* apoſtata loquens, admiratum eum eſſe dicit eccleſiæ formas [*c*] a maioribus traditas, atque in eum vſque diem conſervatas: adeoque in animo habuiſſe, vt ſacerdotes ethnici chriſtianos imitarentur, haberentque precationum formam [*d*] ἐν μέρει, hoc eſt, precationes ita compoſitas, vt populus alternatim reſpondere poſſet. Cuius rei mentionem etiam facit SOZOMENVS, narrans, quod *Iulianus* chriſtiani cultus ordinem admiratus gentilium templa apparatu atque ordine chriſtianis vſitato ornari iuſſerit, certorumque dierum atque horarum [*e*] ſtatuerit precationes. NAZIANZENO etiam vſitata formula renuntiandi diabolo in baptiſmo, & faciendi fœdus cum *CHRISTO* memoratur, quod fieri dicit [*f*] καὶ τοῖς σχήμασι, καὶ τοῖς ῥήμασι, *geſtibus ac verbis*, hoc eſt, renuntiare eos diabolo, vultu in occidentem verſo, & tum in orientem ſe conuertere: quo ipſo conuerſionem ad *Chriſtum* ſolem iuſtitiæ ſignificent. Quæ verba & geſtus euidenter res erant formulæ & eccleſiaſticæ inſtitutionis. Cuiusmodi etiam fuit formula profeſſionis fidei, trina immerſio & multi alii iſtiusmodi ritus ac conſuetudines, quas in NAZIANZENO & pleriſque aliis ſcriptoribus eccleſiaſti-

(*b*) Nazianz. orat. XIX. p. 305. b. εἶτα ἐπειπὼν τὰ τῆς εὐχαριστίας ῥήματα οὕτως, ὡς συνηθὲς, κ. τ. λ.

(*c*) Nazianz. orat. III. p. 101. τοῖς παραδεδομένοις, καὶ εἰς τόδε τετηρημένοις τύποις τῆς ἐκκλησίας.

(*d*) Naz. ibid. p. 102. a. εὐχῶν τε τύπον ἐν μέρει.

(*e*) Sozomen. lib. V. c. XVI. διενοεῖτο πανταχῆ τοὺς ἑλληνικοὺς ναοὺς τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ τάξει τῆς χριστιανῶν θρησκείας διακοσμεῖν· -- ὡρῶν τε ῥητῶν καὶ ἡμερῶν τεταγμέναις εὐχαῖς.

(*f*) Nazianz. orat. XL. de bapt. p. 671. γνώσῃ καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς ῥήμασι, ὡς ὅλην ἀποπέμπῃ τὴν ἀθεΐαν, οὕτως ὅλῃ θεότητι συντασσόμενος. Intelliges, tum ex ipſa rerum ſpecie, tum ex verbis ipſis, te omnem impietatem reiicere, & cum tota deitate coniungi.

cis,

cis, qui aliquam de antiqua baptiſmum adminiſtrandi ratione loquendi occaſionem habuerunt, inuenimus.

ALIVS quidam adhuc auctor eſt, qui hoc tempore ante obitum ATHANASII floruit, EPHREM videlicet diaconus *Edeſſæ*, vulgo *Syrorum* propheta dictus. Hunc THEODORETVS [g] multa cantica compoſuiſſe perhibet, canticis ab *Harmonio*, *Bardeſanis* filio hæretico, olim conſcriptis oppoſita, quæ tunc temporis in feſtis martyrum diebus conſueuerint adhiberi. SOZOMENVS [h] etiam diuinorum eius hymnorum meminit æque ac eorum, quos in laudem martyrum elaborarit. Atque hi ſine dubio de celebratis eius ſcriptis fuerunt, quæ HIERONYMVS [i] in quibusdam eccleſiis poſt ſcripturarum lectionem recitata eſſe dicit.

(g) Theodor. lib. IV. c. XXIX. *καὶ ἐπειδὴ Ἁρμόνιος ὁ Βαρδησάνου, ᾠδάς τινας συντεθείκει πάλαι, καὶ τῇ τοῦ μέλους ἡδονῇ τὴν ἀσέβειαν κεράσας, κατεκήλει τοὺς ἀκούοντας καὶ πρὸς ὄλεθρον ἤγρευε, τὴν ἁρμονίαν τοῦ μέλους ἐκεῖθεν λαβὼν ἀνέμιξε τὴν εὐσέβειαν, καὶ προσενήνοχε τοῖς ἀκούουσιν ἥδιστον ὁμοῦ καὶ ὀνησιφόρον φάρμακον· ταῦτα καὶ νῦν τὰ ᾄσματα, φαιδροτέρας τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὰς πανηγύρεις ποιεῖ.* Et quoniam Harmonius, Bardeſanis filius, cantica quædam olim compoſuerat, & modorum ſuauitati impietatem admiſcens, audientium animos demulcebat & ad exitium pertrahebat; ipſe modorum compoſitionem ab illo mutuatus, pietatem canticis permiſcuit, & ſuauiſſimum ſimul ac vtiliſſimum medicamentum audientibus exhibuit. Atque hæc cantica feſtos martyrum dies lætiores ac ſplendidiores etiamnum efficiunt.

(h) Sozomen. lib. III. c. XVI. *Ἰδὼν δὲ Ἐφραὶμ κηλουμένους τοὺς Σύρους τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων, καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς μελῳδίας, καὶ κατὰ τοῦτο προσεθιζομένους ὁμοίως αὐτῷ δοξάζειν, καίπερ ἑλληνικῆς παιδείας ἄμοιρος, ἐπίστη τῇ καταλήψει τῶν Ἁρμονίου μέτρων· καὶ πρὸς τὰ μέλη τῶν ἐκείνου γραμμάτων, ἑτέρας γραφὰς συνῳδούσας τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς δόγμασι συνέθηκεν· ὁποῖα αὐτῷ πεπόνηται ἐν θείοις ὕμνοις καὶ ἐγκωμίοις ἀπαθῶν ἀνδρῶν· ἐξ ἐκείνου τε Σύροι κατὰ τὸν νόμον τῆς Ἁρμονίου ᾠδῆς τὰ Ἐφραὶμ ψάλλουσι.* Ephraim quum Syros & verborum elegantia & modulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paullatim adduci, vt idem cum Harmonio ſentirent, ipſe licet Græcæ eruditionis expers, operam dedit, vt Harmonii numeros intelligentia adſequeretur: & iuxta numeros ſcriptorum Harmonii, alios compoſuit libros, eccleſiaſticæ doctrinæ conſentientes. Cuiusmodi ſunt ea, quæ in diuinis hymnis & in encomiis ſanctorum virorum ab illo ſunt elaborata. Ex eo tempore Syri iuxta numeros canticorum Harmonii ſcripta Ephraim pſallere ſolent.

(i) Hieron. de ſcriptor. cap. CXV. ad tantam venit claritatem, vt poſt lectionem ſcripturarum publice in quibusdam eccleſiis eius ſcripta recitentur.

HAVD

Havd alienum abs re fuerit heic obſeruare, quod hæreticorum ſtudium corrumpendi ac mutandi antiquas eccleſiæ formulas ſæpe manifeſtum antiquitatis earum documentum ſit ac teſtimonium. Ita THEODORETVS [k] narrat, ineunte hoc ſæculo *Arium*, *gloriæ* decantandæ legibus relictis, quas tradidiſſent, qui ab initio ſpectatores & miniſtri verbi fuerunt, aliam formam introduxiſſe, docentem *glorificare*, quos decepiſſet, *patrem per filium in ſancto ſpiritu*. Et diuini quidem baptiſmatis vſitatam inuocationem mutare propter apertam transgreſſionem auſum non eſſe: ſed iuxta domini præceptum baptizare docuiſſe *in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti*: glorificare autem ſecundum baptiſmatis legem vetuiſſe. Nonne hæc probant, formulam huius doxologiæ iam pridem ante *Arii* obtinuiſſe ætatem, ſiquidem ille nouam introducere auſus eſt? Ita rurſus, quando idem THEODORETVS [l] dicit: *Eunomium* ſancti baptiſmatis legem, olim a domino & apoſtolis traditam, euertiſſe, & contrariam aperte ſanxiſſe, non oportere, dicentem, ter illum immergere, qui baptizetur, nec inuocare trinitatem, ſed ſemel baptizare in *CHRISTI* mortem: Nonne hæc innouatio manifeſto prodit, ritum trinæ immerſionis antiquam formam & conſuetudinem fuiſſe eccleſiæ? Quemadmodum TERTVLLIANVS [m] & omnes, qui de ea loquuti ſunt ante *Eunomium*, conſtanter adfirmarunt. Vt adeo, ſiue teſtimonia conſideres

(k) Theodoret. hæret. fabul. lib. IV. c. I. οὗτος (Ἄρειος) καὶ τῆς δοξολογίας τοὺς νόμους καταλιπὼν, οὓς οἱ ἐξαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου παραδεδώκασιν, ἕτερον ἐπεισήγαγε τύπον, δοξάζειν τοὺς ἐξηπατημένους διδάξας τὸν πατέρα διὰ τοῦ υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι· καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τοῦ θείου βαπτίσματος γινομένην ἐπίκλησιν ἐναλλάξαι διὰ τὸ τῆς παραβάσεως προφανὲς οὐκ ἐθάρρησεν· ἀλλὰ κατὰ τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν, βαπτίζειν μὲν παρέδωκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· δοξάζειν δὲ κατὰ τὸν τοῦ βαπτίσματος διεκώλυσε νόμον.

(l) Theodoret. ibid. c. III. οὗτος καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀνέτρεψε τὸν ἄνωθεν παρὰ τοῦ κυρίου καὶ ἀποστόλων παραδοθέντα θεσμὸν, καὶ ἄντικρυς ἀντενομοθέτησε, μὴ χρῆναι λέγων τρὶς καταδύειν τὸν βαπτιζόμενον, μηδὲ ποιεῖσθαι τὴν τῆς τριάδος ἐπίκλησιν· ἀλλ' ἅπαξ βαπτίζειν εἰς τὸν θάνατον τοῦ χριστοῦ.

(m) Tertull. contr. Prax. c. XXVI. Nec ſemel, ſed ter, ad ſingula nomina, in perſonas ſingulas tinguimur. It. de coron. milit. c. III. Ter mergitamur. Conſtitut. apoſtol. can. L. (al. XLII.) Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα, τὸ εἰς

catholicorum, siue praxes & innouationes hæreticorum, ex vtrisque appareat, intra hanc temporis periodum, nimirum quamdiu inter viuos degit *Athanasius*, ecclesiam in quauis illustriore diuini ministerii parte, baptismo, psalmodia, & solemni eucharistiæ celebratione formulas adhibuisse. Atque ita quoque fecit in funeralibus ritibus, vbi nihil vulgatius est, quam audire de psalmodia, in solemnibus exsequiis & sepultura adhibita, quomodo in scriptis GREGORII NAZIANZENI [n] & in *constitutionibus* [o] videre est, vt alios auctores in præsenti ne memorem, qui inter præfixum terminum vitæ ATHANASII referri nequeunt.

VIX tres anni erant ab obitu ATHANASII, quum ann. CCCLXXIV. *Mediolani* episcopus renuntiaretur *Ambrosius*. Strenuus fidei catholicæ defensor hic erat aduersus *Arianos*, quorum corruptelis diuersos hymnos *Latinos*, in gloriam sacrosanctæ *TRINITATIS* ab se elaboratos, opposuit, a populo in ecclesia cantandos. Qua de re in oratione contra *Auxentium* [p] hæc ipse narrat: *Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc ab vno. Grande carmen istud est, & quo nihil*

τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. Si quis episcopus aut presbyter, non tres mersiones vnius initiationis seu baptismi fecerit; sed vnam mersionem, quæ datur in mortem domini, deponatur.

(n) Naz. orat. IV. in Iulian. p. 118. ὁ μὲν γὰρ παραπέμπεται πανδήμοις εὐφημίαις τε καὶ πομπαῖς, καὶ τούτοις δὴ τοῖς ἡμετέροις σεμνοῖς, ᾠδαῖς παννύχοις καὶ δᾳδουχίαις· αἷς χριστιανοὶ τιμᾶν μετάστασιν εὐσεβῆ νομίζομεν, καὶ γίνεται πανήγυρις μετὰ πάθους, ἡ ἐκκομιδὴ τοῦ σώματος. ille igitur (Constantinus) publicis præconiis, faustisque ominibus, ac celebri pompa deducitur religiosisque etiam his nostris officiis, hoc est, *nocturnis cantionibus*, ac cereorum ignibus, quibus nos christiani pium e vita discessum ornandum existimamus.

(o) Constitut. lib. VI. c. XXX. μηδὲ ἐπιζητεῖτε Ἰουδαικοὺς ἀφορισμοὺς, ἢ συνεχῆ βαπτίσματα, ἢ καθαρισμοὺς ἐπὶ θίξει νεκροῦ· ἀπαραιτήτως δὲ συναθροίζεσθε ἐν τοῖς κοιμητηρίοις, τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν βιβλίων ποιούμενοι, καὶ ψάλλοντες ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων μαρτύρων καὶ πάντων ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν τῶν ἐν κυρίῳ κεκοιμημένων. Neque requiratis iudaicas separationes, aut adsiduas lauationes, aut expiationes de tactu mortui: sed absque vlla obseruatione congregamini in cœmiteriis, lectionem sacrorum librorum facientes, atque *psallentes pro defunctis martyribus* & omnibus a sæculo sanctis, & pro fratribus vestris, qui in domino obdormierunt.

(p) Ambros. orat. contr. Auxent. ad calcem epist. XXXII. (tom. V. opp. p. 104. i. edit. Paris. MDCXLII.)

poten-

potentius. Quid enim potentius, quam professio TRINITATIS, quae quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem fateri: patrem & filium & spiritum sanctum norunt versibus praedicare. Hi versus PROSPERO quoque in *chronico* [q] memorantur, vt primi, qui in ecclesiis *Latinis* modulis cantati sint. AVGVSTINVS saepius de illis loquitur, dicitque [r], tunc temporis cani eos consueuisse, vt psalmos, per singulos versus a populo alternatim, ne ille moeroris taedio contabesceret: atque ex hoc exemplo morem canendi hymnos alternis vicibus inualuisse per omnes fere occidentales ecclesias. Vnus aliquis speciatim ab ipso citatur [s], tamquam hymnus vespertinus, & alii inter opera eius exstant: Et hos, certum est, sequentibus temporibus in vsu mansisse. Nam hymni AMBROSII & HILARII [t] in concilio *Toletano* quarto ad ann. DCXXXIII. memorantur, tamquam partes quotidiani ministerii in ecclesiis *Hispanicis*. Ipse AMBROSIVS de vsu antiqui hymni, quem *Trisagion* vocant, loquitur, eumque dicit in plerisque orientalibus & occidentalibus ecclesiis [u], quum sacrificium Deo offeratur, vna sacerdotis ac

(q) Prosper. chronic. an. CCCLXXXVI. ap. Pagi critic. in Baron. an. CCCLXXXVII. n. VII. Hymni Ambrosii compositi, qui numquam ante in ecclesiis latinis modulis canebantur.

(r) Augustin. confess. lib. IX. c. VII. Tunc hymni & psalmi vt canerentur, secundum morem orientalium partium, ne populus moeroris taedio contabesceret, institutum est; & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac pene omnibus gregibus tuis & per caetera orbis imitantibus.

(s) Ibid. cap. XII. Recordatus sum veridicos versus Ambrosii:

Deus creator omnium,
Polique rector, vestiens
Diem decoro lumine,
Noctem soporis gratia:
Artus solutos vt quies
Reddat laboris vsui,
Mentesque fessas allevet,
Luctusque soluat anxios.

Id. lib. I. retract. c. XXI. In hoc libro (contra epistolam Donati) dixi in quodam loco de apostolo Petro, quod in illo tamquam in petra fundata sit ecclesia: qui sensus etiam *cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosii*, vbi de gallo gallinacio ait:

Hoc ipsa petra ecclesiae
Canente culpam diluit.

(t) Concil. Tolet. IV. c. XII. cit. supra sub litt. (c) p. 165.

(u) Ambros. de spirit. sanct. cit. a Comber, *of Liturgies* p. 183. Locus iste sine du-

popu-

populi voce pronuntiari, *Sanctus*, *sanctus*, *sanctus*, *dominus Deus Sabaoth*, *plena est vniuersa terra maiestate eius.* Mentionem quoque inicit communis formulæ salutandi populum, *Pax vobis* [x]. Et de concentu in parabola de filio prodigo Luc. XV. loquens: *Hæc est symphonia*, inquit, *quando concinit* [y] *in ecclesia diuersarum ætatum atque virtutum, velut variarum chordarum indiscreta concordia. Psalmus respondetur, Amen dicitur. Hæc est symphonia, quam sciuit & Paulus, ideo ait: Psallam spiritu, psallam & mente.* Libri eius de *sacramentis*, si hos illius esse concedamus, adeo pleni sunt formarum ac cærimoniarum, ad baptismatis, confirmationis & eucharistiæ administrationem spectantium, vt inspicere eos nemo possit, quin harum rerum enarrationem ex cognitis ac statis formis ecclesiæ scripsisse eum, concludat. Quam ob caussam earum vllas heic recitari minus necesse esse, existimo; sed qui volent, apud COMBERVM [z] eas videre poterunt. Si quis hosce libros non genuinum AMBROSII fœtum esse dixerit, sufficit, ex indubiis eius scriptis vsum formularum a nobis esse demonstratum.

HIERONYMVS de vsu psalmorum, tamquam formulis precum ac laudum, testatur, quod tam publice, quam priuatim, occasione quauis ferente, adhiberi consueuerint. In monasteriis *Aegypti* [a] psalmodiam principalem cultus diuini

bio est lib. III. c. XVIII. qui autem non omnia probat, quæ heic dicit Binghamus. Ita habet: Cherubim & Seraphim indefessis vocibus laudant & dicunt: *Sanctus*, *sanctus*, *sanctus dominus Deus Sabaoth.* - - Nos quoque nihil pretiosius inuenimus, quo Deum prædicare possumus, nisi vt sanctum appellemus. - - Seraphim laudant, omnis beatorum chorus laudat, vt sanctum Deum dicat, sanctum filium, sanctum spiritum. Quomodo igitur non omnia habet, quæ Dei sunt, qui cum patre & filio *a sacerdotibus* & in baptismo nominatim, & *in oblationibus inuocatur* cum patre & filio.

(x) Ambros. de dignit. sacerdot. c. V. (tom. IV. p. 382. d. edit. Par. MDCXLII.) Pronuntiat episcopus huiusmodi ad populum, dicens: Pax vobis.

(y) Ambros. lib. VII. in Luc. XV. tom. V. p. 125. (tom. III. p. 169. f. edit. cit.)

(z) Comber. *origin. of Liturgies* p. 182.

(a) Hieron. epist. XXII. ad Eustoch. cap. XV. Post horam nonam in commune concurritur, *psalmi resonant*, scripturæ recitantur ex more.
Id. epist. XXVII. c. X. Post virorum monasterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines, quas e diuersis prouinciis congregarat, tam nobiles, quam medii & infimi generis, in tres turmas monasteriaque diuisit, ita duntaxat, vt in opere & cibo separatæ *psalmodiis & operationibus* iungerentur.

partem

partem in singulis congregationibus fuisse adfirmat. *Rusticum* [*b*] hortatur, vt discat psalterium ad verbum, dicatque psalmum in ordine suo, quemadmodum monachos ad vnum omnes in conuentibus suis facere oportebat. De seipso dicit [*c*], quod in pueritia psalmos didicerit, eosque senex quotidie cantet. *Laetam*, feminam nobilem, monet, vt filiam suam, omnibus orationum [*d*] horis canonicis psalmos & hymnos canere exemplo suo adsuefaciat. In eumdem modum ad *Demetriadem* [*e*] virginem scribit, vt psalmorum & orationis ordinem per statas quasque horas obseruet. Disputari quidem aliquo modo potest de obseruatione canonicarum horarum, septies quotidie recurrentium in publico ecclesiae cultu, nulla autem est sine vsu psalmorum in vniuersum. HIERONYMVS enim ad diaconum scribens *Sabinianum* [*f*], qui erga sacram quamdam virginem minus decore se gessisse accusatus erat, impudicos nutus ad animum ei reuocat, quos fecerit in choro psallentium constitutus. Et paullo ante [*g*] loquitur de tota ecclesia, *CHRISTVM* dominum personante nocturnis vigiliis, quarum magna pars, vti postea videbimus, psalmis cantandis transmittebatur. Psalmodia pars quoque officii funeralis erat. Idem enim HIERONYMVS, loquens de concursu episcoporum & populi ad funus *Paulae*, nobilis feminae *Romanae*, nonnullos episcopos [*b*]

(*b*) Hieron. epist. IV. ad Rustin. monach. Discatur psalterium ad verbum. -- Dicas psalmum in ordine tuo.

(*c*) Id. apolog. aduers. Ruffin. lib. II. c. VII. (tom. II. opp. p. 516. d. edit. Paris. MDCXCIII.) Ego ne contra LXX. interpretes aliquid sum loquutus, quos ante annos plurimos diligentissime emendatos, meae linguae studiosis dedi, quos quotidie in conuentu fratrum edissero, quorum *psalmos iugi meditatione decanto?* tam stultus eram, vt quod in pueritia didici, senex obliuisci vellem.

(*d*) Id. epist. VII. ad Laetam. Adsuescat exemplo ad orationes & psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona &c.

(*e*) Id. epist. VIII. ad Demetr. Considerans propter psalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona ad vesperam, media nocte & mane semper est exercendum.

(*f*) Id. epist. XLVIII. contr. Sabinian. Stabas deinceps in choro psallentium, & impudicis nutibus loquebaris.

(*g*) Ibid. Tota ecclesia nocturnis vigiliis Christum dominum personabat, cetera.

(*b*) Id. epist. XXVII. epitaph. Paulae c. XIII. Quum alii pontifices lampadas cereosque proferrent, alii *choros psallentium* ducerent - - Graeco, Latino Syroque sermone psalmi in ordine personabant.

 psal-

psallentium choros duxisse, & populum *Græco*, *Latino*, *Syro*que sermone, quem quæque natio haberet patrium, psalmos in ordine cantasse, narrat. Idem dicit in epitaphio *Fabiolæ* [*i*], sonuisse psalmos, & aurata tecta templorum reboans in sublime quassisse Alleluiah. Obseruari quoque meretur, quod HIERONYMI tempore & multo ante ecclesia peculiarem ordinem inter clericos habuerit, cantores dictos, quorum ipse meminit [*k*], & de quibus plura diximus libro quodam antecedente [*]. Crebro etiam loquitur [*l*] de clericis, tamquam cum peculiari habitu, veste candida, ministrantibus, in imitationem angelorum; qua de re in posterum dicentur plura. In præsenti solum obseruamus, quod hoc sine regula siue ordine, cærimonias decentiæ in diuino cultu præscribente, fieri non potuerit. Nihil amplius de aliis liturgiæ partibus dicit, sæpius tamen de formula renuntiandi in baptismo vsitata, deque vsu symboli [*m*] loquitur, quemadmodum & PELAGIVS facit in commentario in epistolas *Paulinas*, sub nomine HIERONYMI [*n*], & HI-

(*i*) Hieron. epist. XXX. epitaph. Fabiolæ. Sonabant psalmi & aurata tecta templorum reboans in sublime quatiebat Alleluiah.

(*k*) Id. comment. in Ephes. V, 19. Audiant hæc adolescentuli: Audiant hi, quibus psallendi in ecclesia officium est. &c.

(*) Lib. III. c. VII. vol. II. p. 38. seqq.

(*l*) Hieron. epist. III. ad Heliodor. (p. 23. d. edit. Par. MDCXLIII.) Hanc tunicam, qua vtebar in ministerio Christi.
Id. commentar. in Ezech. c. XLIV, 17. Per quæ discimus, non quotidianis & quibuslibet pro vsu vitæ communis pollutis vestibus, nos ingredi debere in sancta sanctorum, sed munda conscientia & mundis vestibus tenere domini sacramenta.
Aduersus Pelagian. lib. II. c. IX. (tom. II. p. 565. f. g.) Quæ sunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, si tunicam habuero mundiorem: si episcopus, presbyter & diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum cum candida veste processerint.

(*m*) Id. commentar. in Amos VI, 14. Primum renuntiamus ei, qui occidente est, nobisque moritur cum peccatis, & sic versi ad orientem, pactum inimus cum sole iustitiæ & ei seruituros nos esse promittimus.
In Matth. V, 26. Renuntio tibi diabole & pompæ tuæ & vitiis tuis & mundo tuo, qui in maligno positus est.
Dialog. contr. Lucifer. c. III. Quum solemne sit in lauacro post trinitatis confessionem interrogare: Credis sanctam ecclesiam? Credis remissionem peccatorum? cetera.

(*n*) Pelag. comment. in 1 Tim. VI, 12. *Et confessus*] In baptismo abrenuntiando sæculo & pompis eius.

LARIVS

LARIVS diaconus *Romanus* sub nomine AMBROSII [o], quorum idonea hac in re sunt testimonia, quia eadem ætate cum hisce auctoribus vixerunt. Vsum quoque orationis dominicæ in officio communionis memorat, tamquam ab *CHRISTO* traditæ apostolis, a quibus ecclesia [p] in corporis illius sacrificio quotidiano eam recitare didicerit. Similiter de hymno Cherubico: *Sanctus, sanctus, sanctus,* [q] *dominus deus Sebaoth*, loquitur, eumque in confessionem *TRINITATIS* cani, dicit. Mentionem quoque iniicit partis cuiusdam precum ecclesiasticarum [r], quæ sic habeat: *Domine, pacem tuam da nobis: omnia enim dedisti nobis.* Et rursus [s]: *Dicit hæc ecclesia: Et in requie, & in tribulatione non fui tui oblitus:* commentans in psalmum, quem veteres vocarunt psalmum matutinum: *Deus, Deus meus ad te de luce vigilo.* Et in alium psalmum [t]: *Dicit ecclesia, A recordatione delictorum priorum concaluit cor meum intra me.* Loquens etiam de malis sacerdotibus, ait [u]: *Impie agunt in legem CHRISTI, putantes εὐχαριστίαν imprecantis facere verba, non vitam; & necessariam esse tantum SOLEMNEM ORATIONEM, & non sacerdotum merita.* Vbi manifesto ad eos videtur respicere, qui in nudis precationum formis confidebant, nullam piorum adfectuum animi habentes rationem. Meminit quoque ritus dandi sibi inuicem osculum pacis in eucharistia [x], & consuetudinis respondendi

(o) Ambros. 1 Tim. VI, 12. Fidei victoria est, quum omnia vitia & crimina subiugantur, vt ad æternæ vitæ præmia veniatur: cuius confessio inter ipsa rudimenta fidei, teste interrogante & respondente, monumentis ecclesiasticis continetur.

(p) Hier. contr. Pelag. lib. III. c. V. (tom. II. opp. p. 596. d. edit. Par. MDCXLIII.) Sicut docuit apostolos suos, vt quotidie in corporis illius sacrificium credentes audeant loqui, *Pater noster, qui es in cælis*, cetera.

(q) Id. de XLII. mersionibus in initio. In confessionem sanctæ trinitatis erumpimus, dicentes, sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sebaoth.

(r) Id. epist. IV. ad Rustic. Vtinam audiatur vox ecclesiæ implorantis, *Domine, pacem tuam da nobis: Omnia enim dedisti nobis.*

(s) Id. comment. in psalm. XLII. (tom. VII. p. 75. g.)

(t) In psalm. XXXVIII. Ibid, p. 50. b.

(u) Id. in Zephan. c. II. (tom. V. p. 218. a.)

(x) Id. epist. LXII. ad Theophil. c. I. Si munera nostra absque pace offerre non possumus; quanto magis & Christi corpus accipere? Qua conscientia ad eucharistiam Christi accedam, & *respondebo Amen*, quum de caritate dubitem porrigentis? --- Quisquamne extenta manu vertit faciem & inter sacras epulas, Iudæ osculum porrigit?

Amen

Amen, in eius receptione a populo obſeruatæ. Quæ omnia manifeſta certarum formularum, in diuino cultu adhibitarum, indicia ſunt; tametſi HIERONYMVS de illis tantum in tranſitu loquutus eſt, nec fuſius eas exponendi habuit occaſionem.

AVGVSTINVS & CHRYSOSTOMVS, vt plura volumina confecerunt, ita hoc argumentum copioſius exactiusque expoſuerunt. Specimen eorum, quæ de liturgiis orientalibus ex ſcriptis CHRYSOSTOMI colligi poſſunt, capite ſequente lectoribus exhibemus. Et ſunt quidam viri docti in ea ſententia, quod, ſi quis in examinandis AVGVSTINI operibus ſtudium & operam adhibere voluerit, vniuerſam liturgiam *Africanam* in ſcriptis illius reperturus ſit. Non mihi in hiſce collectionibus tantam tribuam accurationem, ſed paucis tantum ea indicabo, quæ de quibusdam illius partibus habet. Vniuerſam liturgiam, ſiue cultum eccleſiæ publicum, in quinque partes [y] diſpeſcit, nimirum in pſalmodiam, ſcripturarum lectionem, ſermonis recitationem, deprecationem antiſtitis, & indictam voce diaconi orationem. Quæ omnia, ſi a recitatione ſermonum diſceſſeris, conceptis & præſcriptis verborum formulis facta ſunt. Quod *primum* ad pſalmodiam attinet, eam dicit populi eſſe exercitium omni tempore, quando non alia miniſterii pars peragatur. *Quando non eſt tempus*, inquit, *quum in eccleſia fratres congregantur, ſancta cantandi, niſi quum legitur, aut diſputatur, aut antiſtites clara voce deprecantur, aut communis oratio voce diaconi indicitur?* Audiuimus eum antea cum approbatione loquentem de more canendi pſalmos & hymnos ab ATHANASIO & AMBROSIO [z] inducto. Quod indicat, quod non tantum pſalmos & hymnos, hoc eſt, formulas precum & laudum admiſerit in genere, ſed etiam quod diuerſam canendi rationem tunc vſitatam, ſimplicem videlicet cantum & conceptum ſymphoniacum in cuiusuis commatis clauſula, ab ATHANASIO adhibitum, & nouam rationem, alternis ſuccinendi vicibus ab AMBROSIO introductam, approbauerit: quamuis ſimplicem cantum generatim tardo populi *Africani* genio [a] magis probari dicit, quorum

(y) Auguſtin. epiſt. CXIX. ad Ianuar. c. XVIII.

(z) Id. confeſſ. lib. IX. c. VII. & XII. vid. ſub litt. (s) pag. 179. & lib. X. c. XXXIII. vid. ſub litt. (f) p. 157.

(a) Id. epiſt. CXIX. c. XIIX. Donatiſtæ nos reprehendunt, quod ſobrie pſallimus in eccleſia diuina cantica prophetarum,

morem

morem canendi contra *Donatiſtas*, ſcurriliter illum reprehendentes, defendit. Librum etiam ſcripſit contra *Hilarium* quemdam, virum tribunitium laicum, qui morem, qui tunc eſſe apud *Carthaginem* cœperat, vt hymni ad altaria dicerentur de pſalmorum libro [*b*], ſiue ante oblationem, ſiue quum diſtribueretur populo quod eſſet oblatum, maledica reprehenſione lacerauerat. Hic liber AVGVSTINI hodie inter deperditos eſt, ipſi autem in *retractationibus* memoratur. De veſpertinis quoque hymnis loquitur [*c*]: & de *Halleluiah* [*d*], in eccleſiis aliis quotidie, in aliis per ſolos dies quinquaginta intra paſcha & pentecoſten cani ſolito. Et POSSIDIVS in vita eius [*e*] narrat, quod in irruptione *Vandalorum* in *Africam* paullo ante ipſius obitum nihil magis ipſum excruciauerit, quam quod cerneret „hymnos Dei & laudes de eccleſiis deperiſſe, ſolemnia quoque, „quæ Deo debeantur, vna cum ſacrificiis ac ſacramentis de pro„priis locis defeciſſe.„ Et addit [*f*], quod in vltima, qua defunctus ſit, ægritudine ſibi iuſſerit pſalmos *Dauidicos* de pœnitentia ſcribi, ipſosque iacens in lecto contra parietem poſitos diebus ſuæ infirmitatis intuitus ſit & legerit. Quæ omnia docent, *Auguſtinum* non illicitum iudicaſſe, pſalmos *Dauidis* tamquam formulas precum ac laudum in cultu Dei adhiberi.

SECVNDO, De lectione ſcripturarum multis in locis narrat, quod ex certa regula ac ordine, certas cuiuis occaſioni ac

(*b*) Auguſt. retract. lib. II. c. XI.

(*c*) Id. de ciuitate Dei lib. XXII. c. VIII. (tom. V. opp. p. 1344. d. edit. Baſil. MDLXIX.) Ibi quum iaceret vel morti proximus, vel ſimillimus mo tuo, ad *veſpertinos* illuc *hymnos & orationes* cum ancillis ſuis & quibusdam ſanctimonialibus intrauit.

(*d*) Id. epiſt. CXIX. ad Ianuar. c. XVII. Vt autem Halleluia per illos ſolos dies quinquaginta cantetur, non vſquequaque obſeruatur. Nam in aliis diebus varie cantatur alibi; ipſis autem diebus vbique.

(*e*) Poſſid. vit. Auguſtin. c. XXVIII. Cernebat etiam *hymnos Dei & laudes de eccleſiis deperiſſe*, ædificia eccleſiarum quamplurimis locis ignibus concremata eſſe, ſolemnia quoque, quæ Deo debentur, de propriis locis defeciſſe: ſacrificia ac ſacramenta diuina vel non quæri, vel quærenti qui tradat, non facile reperiri.

(*f*) Poſſid. ibid. c. XXX. Iuſſerat ſibi pſalmos Dauidicos, qui ſunt pauciſſimi, de pœnitentia ſcribi, ipſosque quaterniones iacens in lecto contra parietem poſitos diebus ſuæ infirmitatis intuebatur & legebat, & iugiter ac vbertim flebat.

ſolemnitati lectiones præſcribente, facta ſit. *Interpoſita eſt*, inquit [g], *ſolemnitas ſanctorum dierum, quibus certas ex euangelio lectiones oportet in eccleſia recitari, quæ ita ſunt annuæ, vt aliæ eſſe non poſſint.* Ita in hebdomade paſchali quatuor diebus [h] continuis hiſtoriam reſurrectionis ex quatuor euangeliſtis conſtanter legi dicit, prima quidem die ex *Matthæo*, ſecunda ex *Marco*, tertia ex *Luca* & quarta ex *Ioanne*. Ita quoque die paſſionis dominicæ hiſtoriam iſtius paſſionis [i] legi adfirmat, ſed ſecundum ſolum *Matthæum*, quia non niſi vno die legatur. Voluiſſe ſe aliquando, vt per ſingulos annos ſecundum omnes euangeliſtas legeretur, & factum eſſe, ſed homines perturbatos eſſe, non audientes, quod conſueuerint. Tempore inter paſcha & pentecoſten interiecto actus apoſtolorum [k] ſemper legi adfirmat. CHRYSOSTOMVS nobis huius rei dabit rationem

(g) Auguſtin. expoſit. in 1 Io. in præfat. tom. IX. p. 235. (p. 575. d. edit. Baſil. MDLXIX.)

(h) Id. ſerm. CXXXIX. de temp. (tom. X. p. 902. edit. cit. Baſil.) In die ſancto paſchæ. Per hos dies, ſicut recolit caritas veſtra, ſolemniter leguntur euangelicæ lectiones ad reſurrectionem domini pertinentes. Serm. CXL. Feria ſecunda paſchæ. Heſterno die, id eſt nocte, lecta eſt ex euangelio reſurrectio ſaluatoris. Lecta eſt autem ex euangelio ſecundum Matthæum. Hodie vero, ſicut audiſtis pronuntiare lectorem, recitata eſt nobis domini reſurrectio, ſicut Lucas euangeliſta conſcribit. Serm. CXLI. eodem die. Reſurrectio domini noſtri Ieſu Chriſti ex more legitur his diebus ex omnibus libris ſancti euangelii. Serm. CXLIV. feria tertia paſchæ. Reſurrectio domini noſtri Ieſu Chriſti & hodie recitata eſt: ſed de altero libro euangelii, qui eſt ſecundum Lucam. Primo enim lecta eſt ſecundum Matthæum, heſterna autem die ſecundum Marcum, hodie ſecundum Lucam. Serm. CXLVIII. feria quarta paſchæ. Et hodie lectio recitata eſt de his, quæ facta ſunt poſt reſurrectionem domini ſecundum euangeliſtam Ioannem.

(i) Aug. ſerm. CXLIV. Paſſio, quia vno die legitur, non ſolet legi, niſi ſecundum Matthæum. Volueram aliquando, vt per ſingulos annos ſecundum omnes euangeliſtas etiam paſſio legeretur, factum eſt, non audierunt homines, quod conſueuerunt, & perturbati ſunt.

(k) Aug. tractat. VI. in Ioan. euangeliſt. tom. IX. p. 24. (p. 56. d. 57. a. edit. Baſ.) Actus apoſtolorum teſtes ſunt, ille liber canonicus omni anno in eccleſia recitandus. Anniuerſaria ſolemnitate poſt paſſionem domini noſtis illum librum recitari.
Vid. homil. CCXXVII. nou. edit. Benedictin. quæ eſt LXXXIII. de diuerſis. (tom. V. p. 973.) in die paſchæ. In actibus apoſtolorum aduertite, quando legitur. Modo incipit liber ipſe legi. Hodie cœpit liber, qui vocatur actuum apoſtolorum.

poſtea;

poſtea; Et videbimus, fuiſſe hanc vniuerſalem conſuetudinem, in vniuerſa eccleſia obtinentem, vbi hanc regulam, generali praxi eccleſiæ comprobatam [*], pluribus conſiderabimus.

Tertio, Quod ad preces, ab antiſtite in oblatione factas, attinet, AVGVSTINVS ita eas nobis deſcribit, vt ex certo ordine & formula neceſſario factæ eſſe noſcantur. Sic enim earum partem, recens baptizatos de methodo ac ſenſu earum erudiens, depingit: *Tenetis*, inquit, *ſacramentum* [*l*] *ordine ſuo. Primo poſt orationem* (videlicet pro vniuerſo ſtatu eccleſiæ, quæ præmitti ſolebat) *admonemini ſurſum habere cor*, cetera. *Ideo quum dicitur, ſurſum cor, reſpondetis, Habemus ad dominum. - - Sequitur epiſcopus vel presbyter, qui offert & dicit: Gratias agamus domino Deo noſtro, & vos atteſtamini, dignum & iuſtum eſt, dicentes. Deinde poſt ſanctificationem ſacrificii dicimus orationem dominicam. Poſt iſtam dicitur: Pax vobiscum, & oſculantur ſe chriſtiani oſculo ſancto.* Heic non modo methodum habemus celebrationis euchariſtiæ, ſed diuerſas quoque eius formas, ordine quamque ſuo ſe viciſſim excipientes. Et harum formularum apud AVGVSTINVM frequens fit mentio in aliis locis. Orationem dominicam [*m*] dicit ab omni fere eccleſia in clauſula officii conſecrationis adhiberi, & alias quotidianam orationem [*n*] eſſe fidelium, vtpote ad hos, non autem ad catechumenos, peculiariter ſpectantem,

(*) Lib. XIV. cap. III. §. III.

(*l*) Aug. homil. LXXXIII. de diuerſis tom. X. p. 556.

(*m*) Auguſtin. epiſt. LIX. ad Paulin. Multa hinc dici poſſunt, quæ improbanda non ſint, ſed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel pene omnis frequentat eccleſia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud, quod eſt in domini menſa, incipiat benedici: orationes quum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, quam totam petitionem *fere omnis eccleſia dominica oratione concludit.*

(*n*) Id. ep. CXXI. ad Probam c. XI. XII.
Enchirid. ad Laurent. c. LXXI. De quotidianis autem breuibus leuibusque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, *quotidiana oratio fidelium* ſatis facit: Eorum enim eſt dicere: Pater noſter, qui es in cælis, cetera.
Homil. XLII. inter L. (tom. X. opp. p. 131. d. edit. Baſil. MDLXIX.) Oratio (dominica) vobis quotidie dicenda eſt, quum baptizati fueritis. In eccleſia enim ad altare Dei *quotidie dicitur iſta oratio dominica*, & audiunt iſtam fideles.

quemadmodum infra [*] pluribus ostendemus. Formulam *Sursum corda*, a christianis per vniuersum terrarum orbem adhiberi dicit, qui quotidie vna voce respondeant: *Habemus corda ad dominum*, quemadmodum in libro de *vera religione* [o] & aliis locis loquitur. Et ad hæc sacerdotem aliam formulam addere ait: *Gratias agamus domino, Deo nostro*, populo respondente, *Dignum & iustum est*: Vti loquitur in epistolis suis [p] ad *Dardanum* & *Honoratum*, nec non in libro *de bono perseuerantiæ* aduersus *Pelagianos*, ac *de spiritu & littera*, & *de bono viduitatis*, quæ loca omnia, quum in eamdem sint sententiam, heic non interponimus. In aliis scriptis suis mentionem etiam facit solemnis formulæ, qua sacerdos proclamare solebat: *Pax vobis*, & osculi pacis, quod sibi mutuo dabant præsentes de populo, quod innocentiam ac pacem verarum columbarum christiana-

(*) Cap. VII. §. IX.

(o) Aug. de vera relig. c. III. (tom. I. opp. p. 703. c. edit. Bas.) Si per vrbes atque oppida, castella, vicos & agros etiam villasque priuatas in tantum aperte persuadetur & appetitur a terrenis auersio, & in vnum Deum verumque conuersio, vt quotidie per vniuersum orbem humanum genus vna pene voce respondeat, *sursum corda se habere ad dominum*, quid adhuc oscitamus crapulam hesternam, & in mortuis pecudibus diuina eloquia perscrutamur.
Serm. LIV. de tempore (tom. X. p. 699. a. edit. Basil.) Et quotiens sacerdos dixerit, *sursum corda*, secure & fideliter dicunt, *se habere ad Deum*, cet.
Epist. CLVI. ad Probum. Ideo venit saluator noster, qui mulierem illam in euangelio per decem & octo annos curuam, quæ fortasse hoc significabat, verbo salutis erexit, vt anima christiana non frustra audiat, *sursum cor*: nec frustra respondeat, *se habere ad dominum*.

(p) Id. epist. LVII. ad Dardan. (tom. II. p. 276. d. edit. cit.) Nosti autem, in quo sacrificio dicatur, gratias agamus domino, Deo nostro.
Epist. CXX. ad Honoratum. † De bono perseuerant. c. XIII. Quod ergo in sacramentis fidelium dicitur, vt sursum corda habeamus ad dominum, munus est domini: de quo munere ipsi domino Deo nostro gratias agere a sacerdote posthanc vocem, quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum & iustum esse respondent. De spiritu & litt. lib. I. c. XI. (tom. III. p. 813.) In ipso verissimo & in singulari sacrificio domino Deo nostro agere gratias admonemur. De bono viduit. c. XVI. tom. IV. p. 1023. Quia & illud, quod inter sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id valemus, quo iubente admonemur: & ideo sequitur, vt de hoc tanto bono sursum leuati cordis, non nobis gloriam, quasi nostrarum virium, tribuamus, sed domino Deo nostro gratias agamus. Hæc enim continuo commonemur, quia hoc dignum est, hoc iustum est recordari.

rum

rum[q] ſignificare dicit. Et hunc ritum non tantum inter catholicos, ſed inter ipſos quoque *Donatiſtas* [r] adfirmat obſeruari. Vt adeo harum formularum omnium vſus ex ſcriptis AVGVSTINI ſine vlla dubitatione conſtet. Et quamquam nobis integras longiorum precationum, ab epiſcopo coram altari factarum, formulas non tradit, quasdam tamen earum partes memorat, atque ad eas ita remittit & prouocat, tam in ſermonibus ad orthodoxos, quam in confutationibus hæreticorum, vt planiſſime inde appareat, fuiſſe communes & notas formulas, quibus ad animum reuocatis doctrina eccleſiæ potuerit cognoſci. Ita in libro *de bono perſeuerantiæ* [s] ait: *Prorſus in hac re* (de diuinæ gratiæ ad perſeuerandum neceſſitate loquitur) *non operoſas diſputationes exſpectet eccleſia, ſed attendat quotidianas orationes ſuas. Orat, vt increduli credant. - - Orat, vt credentes perſeuerent.* Et iterum [t]: *Vtinam tardi corde & infirmi, qui non poſſunt, vel nondum poſſunt ſcripturas, vel earum expoſitiones intelligere, ſic audirent, vel non audirent in hac quæſtione diſputationes noſtras, vt magis intuerentur orationes ſuas, quas ſemper habuit & habebit eccleſia ab exordiis ſuis, donec finiatur hoc ſæculum. - - Quando enim non oratum eſt in eccleſia pro infidelibus inimicis, vt crederent? - - Aut quis ſacerdotem ſuper fideles dominum inuocantem, ſi quando dixit: Da illis, domine, in te perſeuerare vsque in finem, non ſolum voce auſus eſt, ſed ſaltem cogitatione reprehendere, ac non potius ſuper eius talem benedictionem, & corde credente & ore confitente reſpondit, Amen: quum aliud in ipſa oratione dominica non orant fideles, dicentes maxime illud: Ne nos inferas in tentationem: niſi vt in ſancta obedientia perſeuerent?* Ex quibus omnibus apparet, longiores pariter ac breuiores precationes in celebratione ſacramenti corporis ac ſanguinis dominici in eccleſia *Africana*, tempore AVGVSTINI, iſtiusmodi verborum formulis eſſe factas, vt populus eas facile poſſet reminiſci,

(q) Aug. homil. VI. in Ioan. tom. IX. p. 21. (p. 50. d. edit. Baſil.) Sic ergo oportebat demonſtrari ſpiritum ſanctum venientem ſuper dominum, vt intelligat vnusquiſque, ſi habeat ſpiritum ſanctum, ſimplicem ſe eſſe debere, ſicut columbam: habere cum fratribus veram pacem, quam ſignificant oſcula columbarum?

(r) Contr. litteras Petilian. lib. II. c. XXIII. Illum commemorare, (Optatum Gildonianum) cui pacis oſcula inter ſacramenta copulabatis.

(s) De bono perſeuerant. c. VII. (tom. VII. opp. p. 1266. b. edit. Baſil.)

(t) Id. ibid. c. XXIII.

quando AVGVSTINVS ad illas prouocabat tamquam teſtimonia in quibusdam diſputationibus, quas decidendi hæc facilis quædam erat ratio.

QVARTO, Aliud præterea genus precum erat, quod a priore AVGVSTINVS communis orationis, voce diaconi populo indictæ, nomine diſtinguit. Iam hæc precatio, vti poſthac [*] fuſius oſtendemus, ab epiſcopi precatione in hoc differebat, quod epiſcopi precatio directa & continuata eſſet inuocatio Dei, ad quam populus in fine tantum reſpondebat, Amen; precatio autem diaconi indicta quædam eſſet precatio, ſiue admonitio populi, pro quibus ſpeciatim precari deberent; diacono petitionem quamque eis præeunte, ad quam reſpondebant: *Audi nos, domine*, vel, *Iuua nos, domine*, vel; *Miſerere noſtri, domine*, & ita porro. Et huiusmodi precatio AVGVSTINO expreſſe dicitur *communis oratio* [u], *voce diaconi indicta*. Et in epiſtola quadam ſua [x] quasdam ſpecialiores petitiones, in iſta precatione contentas, indicare videtur. Scribens enim ad non neminem, qui infectus erat dogmate illo PELAGII, quo ſtatuebatur, non orandum pro infidelibus, ſed tantum illis impertiendam doctrinam, quia fides non ſit opus diuinæ gratiæ, ſed res liberi hominis arbitrii, notis in eccleſia orationibus, quas ille ipſe frequentabat, eum ſtringit. *Exerce*, inquit, *contra orationes eccleſiæ diſputationes tuas, & quando audis ſacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei, orare pro incredulis, vt eos Deus conuertat ad fidem; & pro catechumenis, vt eis deſiderium regenerationis inſpiret, & pro fidelibus, vt in eo, quod eſſe cœperunt, eius munere perſeuerent; ſubſanna pias voces, & dic, te non facere, quod hortatur.* Et iterum: *Numquid* [y] *vbi audieris ſacerdotem Dei ad eius altare populum hortantem ad Deum orandum, vel ipſum clara voce orantem, vt incredulas gentes ad fidem ſuam venire compellat, non reſpondebis AMEN?* Hæ videntur fuiſſe vſitatæ partes precum

(*) Lib. XV. cap. I. §. II.

(u) Auguſt. epiſt. CXIX. ad Ianuar. c. XVIII. Quando autem non eſt tempus, quum in eccleſia fratres congregantur, ſancta cantandi, niſi quum legitur, aut diſputatur, aut antiſtites clara voce deprecantur, *aut communis oratio voce diaconi indicitur?*

(x) Id. epiſt. CVII. ad Vitalem p. 187. (p. 493. b. edit. Baſil.)

(y) Id. ibid. p. 191. (p. 502. d. edit. Baſ.)

pro toto orbis ſtatu, in quibus pro infidelibus æque ac aliis hominibus oratum fuit, ad quas AVGVSTINVS remittit, tamquam res, omnibus precationes eccleſiæ frequentantibus cognitas & exploratas.

PRAETEREA, Erant quædam officia, quæ oblata certa occaſione fiebant, vt officia exorciſmi, inſtitutionis catechumenorum, & baptiſmi, in quibus multæ formulæ, ritus ac cærimoniæ obſeruabantur, praxi tum in eccleſia obtinenti conſentaneæ; Sed vero de his occaſionem habuimus loquendi copioſius libris antecedentibus X & XI; adeoque eas hoc loco repetere ſuperſedemus. Quidquid adiiciendum heic ducimus, duo treſue canones ſunt ex conciliis *Africanis*, ætate AVGVSTINI celebratis, quorum nonnullis ipſe præſens interfuit. Erat ille membrum concilii *Carthaginenſis* tertii, cuius in canone quodam diuerſæ regulæ ac præceptiones de publicis dantur precibus [z]: *Vt nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et quum altari adſiſtitur, ſemper ad patrem dirigatur oratio. Et quicumque ſibi preces aliunde deſcribit, non eis vtatur, niſi prius eas cum inſtructioribus fratribus contulerit.* Hoc tam perſpicuum argumentum pro ſtatis formulis eſt, cuiusmodi dari poteſt, & ſunt tamen nihilominus, qui, neſcio qua ratione, id argumentum contra illas efficiunt. Scopus canonis manifeſto is erat, vt omni ordinis neglectui ac corruptioni, in cultum eccleſiæ ſerpenti, anteuerteret: Eamque ob cauſſam patres legem ſtatuebant, ne quis epiſcopus preces in eccleſia ſua diceret, niſi quæ ante ab ipſius collegis in ſynodo quadam eſſent comprobatæ. Vti alius canon in codice *Africano* id explicat [a], *Placuit*, inquiens, *vt preces, quæ probatæ fuerint in concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem proferantur; ſed quæcumque a prudentioribus fuerint collectæ, dicantur.* Et hoc ipſum in concilio

(z) Concil. Carth. III. c. XXIII. (tom. II. concil. p. 1170.)

(a) Cod. Afric. can. III. (ibid. p. 1117.) Ἤρεσε καὶ τοῦτο, ὥστε τὰς κεκυρωμένας ἐν τῇ συνόδῳ ἱκεσίας, εἴτε προοίμια, εἴτε παραθέσεις, εἴτε τὰς τῆς χειρὸς ἐπιθέσεις, ἀπὸ πάντων ἐπιτελεῖσθαι, καὶ παντελῶς ἄλλας κατὰ τῆς πίστεως μηδέποτε προσενεχθῆναι· ἀλλ᾽ αἵ τινες δήποτε ἀπὸ τῶν συνετωτέρων συνήχθησαν, λεχθήσονται.

Mile-

Mileuitano [*b*] iisdem pene verbis repetitur. Patres isti *Africani* probabiliter quosdam episcopos rurales, ad componendum orthodoxas formulas in ecclesiarum suarum vsum non satis idoneos esse, obseruarunt: adeoque antiquam libertatem, quam quisque habebat, componendi precationum formulas pro sua ipsius ecclesia, aliquantum circumscripserunt, eosque eiusmodi formulis vti compulerunt, quæ vel a prudentioribus compositæ, vel in synodo probatæ fuerant, ne qua hæretica opinio in cultum publicum, vel ipsorum ignorantia vel circumspectionis neglectu in compositionibus, irreperet. Ex his omnibus apparet, publica religionis exercitia in ecclesia *Africana* eo tempore ad certas diuini cultus formas peracta, neque has cuiusuis episcopi arbitrio relictas fuisse, sed eum talibus precibus vti oportuisse, quæ primum a collegis ipsius essent approbatæ, vel in synodo stabilitæ ac confirmatæ. Atque hoc primum initium istius consuetudinis videtur fuisse, quæ postea per omnem ecclesiam obtinuit, quemadmodum supra in hoc capite [*] obseruatum nobis est, vt omnes episcopi prouinciales eamdem precum formam adhibere iuberentur, quæ in ecclesiis metropolitani sui erant præscriptæ.

Necesse non fuerit, his ipsis conciliis immorari, quando de solemnibus interrogationibus [*c*] & responsionibus, in baptismo fieri solitis, loquuntur; neque quum *orationis dominicæ* mentionem faciunt, tamquam formulæ tam necessarii ac vniuersalis vsus [*d*], vt ipsi *Pelagiani*, licet nulli non petitioni eius peruersam interpretationem darent, eius vsum seponere non auderent. Nam vti formularum istarum prior cognita

(*b*) Concil. Mileuit. c. XII. (ibid. p. 1540.) Placuit etiam illud, vt preces vel orationes seu missæ, quæ probatæ fuerint in concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

(*) Vid. supra in hoc capit. §. II. pag. 113. seqq.

(*c*) Concil. Carth. III. c. XXXIV. (ibid. p. 1172.) Vt ægrotantes, si per se respondere non possunt, quum voluntatis eorum testimonium hi, qui sui sunt, periculo proprio dixerint, baptizentur.

(*d*) Concil. Mileuit. c. VIII. Item placuit, vt quicumque verba ipsa dominicæ orationis, vbi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, ita volunt a sanctis dici, vt humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sint.

praxis

praxis ecclesiæ est, ita posterior in specialiorem vocabitur disquisitionem, quando vsum orationis dominicæ peculiari capite considerabimus. Atque ita huic capiti de liturgiarum in ecclesia antiqua vsu imponimus finem.

LIBRI DECIMI TERTII
CAPVT SEXTVM
EPITOME ANTIQVAE LITVRGIAE EX GENVINIS SCRIPTIS CHRYSOSTOMI.

§. I.

Partes antiquæ liturgiæ in volumine primo.

SAEPIVS optauerunt viri docti, vt quis antiquam liturgiam pro diuersis suis partibus ac officiis sub vno adspectu poneret, vti quidem ex genuinis & indubiis CHRYSOSTOMI scriptis colligi posset: quum liturgiam, quæ sub eius nomine circumfertur, ab eo omnino profectam esse, non exploratum habeamus. Dantur autem quamplurimæ partes antiquæ liturgiæ, fidem habentes minime dubiam, quæ ex aliis ipsius sermonibus congeri possunt. HALESIVS *Etoniensis*, diligens lector CHRYSOSTOMI, istiusmodi collectionem cum animo suo deliberatam atque statutam habuisse dicitur; sed res non iuit. Quamobrem vsque dum alius quispiam propositum illius plenius persequatur, non alienum præsenti instituto fuerit, lectoris oculis specimen istiusmodi locorum subiicere, quæ ad diuersas partes antiquæ liturgiæ manifesto respiciunt, obseruato ordine operum CHRYSOSTOMI secundum editionem *Parisiensem*, quæ anno MDCIX, & *Comelinianam*, quæ ann. MDCXVI. prodiit.

IN primo volumine, *homilia prima p. 1.* perspicue significat, scripturas sacras tum lectas fuisse ex stata regula ecclesiæ, quia sermo isthoc die ab eo habitus fuit in locum apostoli, qui in cursu ministerii matutini lectus fuerat [a], 1 Tim. V,23 *Vino modico vtere propter stomachum tuum & frequentes infirmitates tuas.* *Ho-*

(a) Tom. I. p. 1. b. edit. Francof. MDCXCVIII. Ηκούσατε σήμερον περὶ πολλῶν καὶ ἀναγκαίων πραγμάτων διαλεγομένου τοῦ Τιμοθέῳ; καὶ γὰρ περὶ χειροτονιῶν πρὸς αὐτὸν ἐπέστειλεν, εἰπών· χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει κ. τ. λ. εἶτα πάλιν φησίν· οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ κ. τ. λ. καὶ περὶ τῆς τῶν οἰκετῶν ὑποταγῆς, καὶ περὶ τῆς τῶν φιλαργύρων μανίας, καὶ περὶ τῆς τῶν πλουτούντων ἀπονοίας, καὶ περὶ πολλῶν ἡμῖν ἑτέρων

milia secunda p. 32. iterum ait, dictum, in quod concionaturus sit, ex epistola isto die lecta [*b*] depromtum esse, quod erat 1 Tim. VI, 7. *Diuitibus huius saeculi praecipe, non sublime sapere. Homilia tertia p. 45.* orationem dominicam ex constitutione ecclesiae peculiare solorum baptizatorum priuilegium [*c*] esse dicit. Antequam enim sacris mysteriis quis sit initiatus, ea vtendi non habere libertatem. *Homilia septima p. 106.* obseruat, librum *Geneseos* [*d*] ad legendum tempore ieiunii quadragesimalis fuisse propositum: Et consequenter illo die lectus erat, & ipse in prima eius verba: *In principio creauit Deus caelum & terram,* sermonem recitabat. *Homilia decima quinta p. 191.* dicit, totam ciuitatem, officinis omnibus clausis, diem totum in supplicationibus egisse, & Deum *τῇ μιᾷ κοινῇ φωνῇ, vna & communi vo-*

διελέχθη σήμερον. Audistis hodie de multis & necessariis rebus Timotheo disserentem (Paulum)? Etenim de ordinationibus ad ipsum scripsit, dicens: *Manus cito nemini imposueris*, cetera. Mox rursus inquit: *Vino modico vtere* cetera, & de seruorum subiectione, & de auarorum insania, & de diuitum arrogantia, & de multis aliis nobis hodie disseruit.

(*b*) Homil. II. p. 37. b. edit. Fr. *ἡμῖν δὲ ὥρα λοιπὸν τὴν εἰωθυῖαν ὑμῖν ἀπὸ τοῦ Παύλου παραθεῖναι τράπεζαν, τὴν σήμερον ἀναγνωσθεῖσαν ῥῆσιν προχειρισαμένους καὶ εἰς μέσον καταθεμένους ἅπασι· τί ποτ᾽ οὖν ἐστι τὸ σήμερον ἀναγνωσθέν; τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν.* Nobis iam hora est, solitam vobis vt a Paulo mensam apponamus, *lectionem hodie lectam* promamus, & in medio omnibus proponamus. *Quid* igitur *est hodie lectum?* Diuitibus huius saeculi praecipe, non sublime sapere.

(*c*) Homil. III. p. 40. d. *προσθήσει τοῖς εἰρημένοις καὶ τὴν εὐχὴν ἐκείνην, ἣν μυσταγωγήσαντες αὐτὸν τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν ἐπαίδευσαν εὔχεσθαι, καὶ λέγειν· ἄφες ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν, κ. τ. λ.* Addet praedictis & *orationem* illam, *quam* qui sacris ipsum initiauere mysteriis *orantem dicere docuerunt:* Dimitte nobis debita nostra, &c.

(*d*) Homil. VII. p. 94. b. *Τὸ σήμερον ἡμῖν ἀναγνωσθὲν μεταχειριοῦμαι βιβλίον. καὶ εἰ δοκεῖ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, καὶ τὸ προοίμιον, ὃ δοκεῖ μάλιστα μηδὲ ἴχνος ἐμφαίνειν παραμυθίας, ἀλλὰ καὶ καθόλου παρακλητικῶν ἀλλοτριοῦσθαι λόγων, εἰς μέσον προθεὶς, ὃ λέγω ποιήσω φανερόν· τί ποτ᾽ οὖν ἐστι τὸ προοίμιον; ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν κ. τ. λ.* *Hodie lectum* tractabo *librum:* & si libet, ipsius principium & prooemium, quod maxime videtur neque consolationis vestigium demonstrare, sed a consolatoriis penitus verbis alienum esse, in medium proponens quod dico, manifestum faciam. Quod tandem est hoc prooemium? *In principio fecit Deus caelum & terram* &c.

ce [*e*] inuocasse. Et in eadem *homilia* indicat, partem ex *Zachariæ* vaticinio [*f*] eo die fuisse lectam, nimirum de volumine volante contra iurantes, quod argumento de vana iurandi adsuetudine, in quam tunc loquebatur, adcommodabat. *Homilia duodeuicesima p. 226.* in epistolam se verba dicit facere, eo die lectam [*g*] Phil. IV, 4. *Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete.* Et *homilia decima sexta p. 234.* idem notat, quod verba, quæ ex epistola ad *Philemonem* populo proponat, *Paulus vinctus Iesu Christi* eo die lecta sint [*h*]. *Homilia vicesima prima p. 266.* mentionem facit hymni, quem trisagion vocant: *Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Zebaoth*, in celebratione eucharistiæ adhibiti, auditoribus suis hunc in modum disserens: *Quomodo* [*i*] *non est absurdum post mysticam illam vocem e cælis delatam, a Cherubin dico, meretriciis cantibus & fractis melodiis theatri aures inquinare?* Eadem *homilia* bis meminit formulæ renuntiandi diabolo in baptismo, p. 267. *Iubemur* [*k*] *dicere: Abrenuntio tibi, Satana, ne amplius ad ipsum reuertamur.* Et iterum p. 237. *Vocis* [*l*] *illius recorderis, quam, dum sacris initiareris, emisisti: Abrenuntio tibi, Satana,*

(*e*) Homil. XV. p. 170. a. edit. Francof. ἐκκλησία γέγονεν ἡ πόλις ἅπασα τῶν ἐργαστηρίων ἀποκεκλεισμένων καὶ πάντων ἐν ταῖς πανδήμοις ταύταις διημερευόντων λιταῖς, καὶ τὸν θεὸν ἐν μιᾷ καὶ κοινῇ φωνῇ μετὰ πολλῆς καλούντων τῆς προθυμίας. Ecclesia facta nobis est ciuitas tota, officinis clausis, & omnibus in his vniversalibus supplicationibus diem totum agentibus, & Deum *vna & communi voce* cum multa inuocantibus alacritate.

(*f*) Ibid. pag. 175. b. Ἠκούσατε τοῦ προφήτου σήμερον περὶ τῶν ὅρκων διαλεγομένου; ἐπέβλεψα τοῖς ὀφθαλμοῖς μου κ. τ. λ. Audiuistis prophetam de iuramento hodie nobis loquentem? *Respexi oculis meis*, cetera.

(*g*) Homil. XVIII. p. 202. c. ἠκούσατε τοῦ Παύλου σήμερον παραινοῦντος ἡμῖν, καὶ λέγοντος, χαίρετε ἐν κυρίῳ κ. τ. λ. hodie Paulum audistis nos admonentem, & dicentem: *Gaudete in domino*, cetera.

(*h*) Homil. XVI. p. 182. c. φέρε δὲ μίαν ῥῆσιν ἐκ τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων παραθέντες ὑμῖν καταπαύσωμεν τὸν λόγον, Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ χριστοῦ. Age vero e lectis hodie vna vobis apposita sententia sermonem terminemus: *Paulus vinctus Iesu Christi.*

(*i*) Homil. XXI. p. 235. fin. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, μετὰ τὴν μυστικὴν ἐκείνην φωνὴν, καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν φερομένην (τὴν ἐκ χερουβὶμ λέγω) πορνικοῖς ᾄσμασι, καὶ κατακεκλασμένοις μέλεσι τὴν ἀκοὴν μολύνειν;

(*k*) Ibid. p. 238. d. διὰ τοῦτο καὶ κελευόμεθα λέγειν, ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, ἵνα μηκέτι πρὸς αὐτὸν ἐπανέλθωμεν.

(*l*) Ibid. p. 242. fin. ἀναμνησθῇς τῆς φωνῆς ἐκείνης, ἣν ἀφῆκας μυσταγωγούμενη, ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου.

& pom-

& pompæ tuæ & cultui tuo. *Homilia vicesima secunda* de *deponenda iniuriarum memoria* pro necessitate condonandi offensas argumentatur ex imposita omnibus hominibus necessitate dicendi orationem dominicam. *Ob hoc ipsum*, inquit p. 287, *iussi sumus dicere* [m]: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Et iterum p. 288. *Quum dixeris* [m]: *Dimitte nobis, quemadmodum & nos dimittimus: si tu non dimittas, nihil aliud a Deo postulas, quam vt te omni excusatione, omni venia denudet.* Et quum dicerent nonnulli, se non totam petitionem, sed priorem tantum partem in precatione enuntiare, quæ habet: *Dimitte nobis*, obiurgat eos hoc nomine, & ait: *Ne igitur* [n] *cautelam putes, si non totam orationem proferas, neque dimidiatam precationem facias, sed prout instituit, ita precare, vt necessitas dictionis quotidie exterrens compellat te, ad proximo veniam condonandam.* *Homilia vicesima quarta in baptisma Christi* p. 317. iterum de hymno Cherubico in celebratione eucharistiæ loquitur. *An tu*, inquit, *illa tibi hora vlla esse negotia arbitraris? An tu te omnino in terris esse meministi? An te cum hominibus versari censes? Quis hoc non saxeæ mentis esse dicat, illo se tempore in terris consistere arbitrari, non cum angelis choreas ducere, cum quibus mysticum illum hymnum* [o] *pronuntiasti; cum quibus Deo canticum illud triumphale cecinisti.* *Homilia duodetricesima* (quæ tertia est *de incomprehensibili Dei natura*) p. 363. de communi oratione, elata totius congregationis voce ad Deum facienda, loquitur. Erant, qui simul atque finis dicendi factus erat, statim discedebant, hanc frigidam adferentes excusationem, orare vel domi se posse, sed homiliam doctrinamque audire non nisi in ecclesia posse; adeoque ad audiendum sermonem non ad preces venire se velle, dicebant. Quibus ille hunc

(m) Homil. XXII. p. 256. d. edit. Francof. *διὰ τοῦτο ἐκελεύσθημεν λέγειν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.*

(n) Ibid. p. 257. *μὴ τοίνυν εὐλάβειαν εἶναι νομίσῃς, τὸ μὴ λέγειν ὁλόκληρον τὴν ῥῆσιν, μηδὲ ἐξ ἡμισείας ποιῦ τὴν εὐχὴν, ἀλλ᾽ ὡς ἔταξεν, οὕτως εὔχου, ἵνα κἂν ἡ ἀνάγκη τῆς λέξεως φοβοῦσα καθ᾽ ἡμέραν συνωθήσῃ σε πρὸς τὴν τοῦ πλησίον συγχώρησιν.*

(o) Homil. XXIV. p. 281. d. e. *ὅλως γὰρ οἶδας ὅτι πράγματα ἔχεις κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην; μέμνησαι γὰρ ὅλως, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς εἶ; νομίζεις δὲ μετὰ ἀνθρώπων εἶναι; καὶ πῶς οὐχὶ λίθινης ταῦτα διανοίας· τὸ νομίζειν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐπὶ γῆς ἑστάναι, ἀλλ᾽ οὐ μετὰ ἀγγέλων χορεύειν, μεθ᾽ ὧν τὸ μυστικὸν ἐκεῖνο μέλος ἀνέπεμψας· μεθ᾽ ὧν τὴν ἐπινίκιον ἐκείνην ἀνήνεγκας ᾠδὴν τῷ θεῷ.*

in modum respondet: *Te, homo, [p] decipis, & magno in errore versaris. Nam etsi domi quoque datur orandi facultas, tamen fieri non potest, vt domi tam bene ores, quam in ecclesia, vbi tot patres, vbi clamor felici societate excitus ad Deum immortalem refertur: non pariter exoras, quum solus dominum obsecras, atque tuis cum fratribus. Est enim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, conspiratio, copula amoris & caritatis: Sacerdotum preces: præsunt enim ob eam rem sacerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per se sunt, validiores illas complexæ simul in cælum euehantur.* Hæc luculenta est descriptio eiusmodi communium precum, in quibus sacerdotes & populus non tantum corde, sed communi etiam verborum formula se coniungebant, ad Deum simul clamantes. Paullo post p. 365. has preces iterum describit *clamorem [q] tremendum*, quem homines reddant, illas nuncupans. Et hoc discrimen inter rationem supplicandi Deo, qua vtantur energumeni, & eam, quam populus adhibeat, facit, vt illi verbum nullum enuntient, sed solo gestu corporis caput inclinantes Deo supplicent, populus autem, libertatem publice in precibus loquendi habens, pro illis, qui vocem reddere non possint, edita voce orent. *Ob eam [r] rem,* inquit, *agitatos diaconus tempore illo adducit, & iubet caput tantum inclinare atque illo corporis gestu supplicare. Quum enim eos vna cum fratribus orare non liceat, adducit eos, vt tu miserearc, & quia tam acerbe vexantur, & quia vocem reddere nequeunt, tua facultate ad eorum vtaris defensionem & auxilium.* Ex his apparet, precatio-

(p) Homil. XXVIII. p. 321. d. e. edit. Francof. *ἀπατᾷς σαυτὸν, ἄνθρωπε· εὔξασθαι μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκίας δυνατὸν, οὕτω δὲ εὔξασθαι, ὡς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἀδύνατον, ὅπου πατέρων πλῆθος τοσοῦτον, ὅπου βοὴ πρὸς τὸν θεὸν ὁμοθυμαδὸν ἀναπέμπεται· οὐχ οὕτως ἀκούῃ μετὰ σαυτὸν τὸν δεσπότην παρακαλῶν, ὡς μετὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν σῶν· ἐνταῦθα γάρ ἐστι τι πλέον, οἷον ἡ ὁμόνοια, καὶ συμφωνία, καὶ τῆς ἀγάπης ὁ σύνδεσμος, καὶ αἱ τῶν ἱερέων εὐχαί. Διὰ γὰρ τοῦτο οἱ ἱερεῖς προεστήκασιν, ἵνα καὶ αἱ τοῦ πλήθους εὐχαὶ ἀσθενέστεραι οὖσαι, τῶν δυνατωτέρων τούτων ἐπιλαβόμεναι ὁμοῦ συνανέλθωσιν αὐταῖς εἰς τὸν οὐρανόν.*

(q) Ibid. p. 323. a. *οὐκ ἄνθρωποι μόνοι βοῶσι τὴν φρικωδεστάτην ἐκείνην βοὴν, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι προσπίπτουσι τῷ δεσπότῃ κ. τ λ.* Non solum homines clamorem illum tremendum reddunt, sed etiam angeli domino genua flectunt. cetera.

(r) Ibid. b. c. *διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἐνεργουμένους κατ' ἐκεῖνον ἵστησι τὸν καιρὸν ὁ διάκονος, καὶ κελεύει κλῖναι τὴν κεφαλὴν μόνον, καὶ τῷ σχήματι ποιεῖσθαι τοῦ σώματος τὰς ἱκετηρίας· εὔχεσθαι γὰρ αὐτοὺς μετὰ τοῦ κοινοῦ συλλόγου τῶν ἀδελφῶν οὐ θέμις· διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἵστησιν, ἵνα κατελεήσας αὐτοὺς, καὶ τῆς συμφορᾶς, καὶ τῆς ἀφωνίας, τῇ οἰκείᾳ παῤῥησίᾳ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀποχρήσῃ προστασίαν.*

nem pro energumenis certa verborum formula fuisse conceptam, in qua vniuersus populus communi voce se coniungere potuerit. *Homilia vndetricesima*, quæ est de *incomprehensibili Dei natura* quarta p. 374. itidem narrat, quod diaconus energumenos adduci & caput inclinare, populum autem vniuersum pro illis supplicationes facere, & omnes ὁμοθυμαδὸν καὶ μετὰ σφοδρᾶς βοῆς, *iugi concordia* [s] *& magno clamore* orare Deum iubeat, vt eorum misereatur. Et non multo post in *eadem homilia* alius formulæ mentionem facit, adhibitæ a diacono, cuius tamquam præconis ecclesiæ fuerit, populum euocare & ad deuotionis ardorem subinde excitare hac quidem verborum formula; ὀρθοὶ στῶμεν καλῶς, *Erecti stemus honeste.* Nam, quemadmodum id heic explicat, hæc admonitio non tam ad corpus quam ad animum spectabat: *Illa diaconi exhortatio*, inquit [t], *sic omnes alloquentis: Erecti stemus honeste, non frustra & sine caussa instituta sancitaque est: sed vt nostras repentes humi cogitationes erigeremus, vt nostrum animum pressum, demissum, fatigatum rerum humanarum cura, reiecta omni eiusmodi sollicitudine, erectum, leuatum, recreatum Deo immortali repræsentaremus. Nemo igitur* (subiungit) *animo resoluto sacras illas & mysticas laudes ineat socius; nemo rerum vitæ humanæ consilia illo tempore volutet, sed omni terrena sorde animo pulsa, in cælum quisque se totum transferat, vtpote qui propinquus solio gloriæ*

(s) Homil. XXIX. p. 332. a. b. edit. Francof. ἔσαι δὲ ἡ χάρις, ἂν διδάξωμεν ὑμᾶς, τίνος ἕνεκεν ἐκείνη γίνεται πρὸ τῶν ἄλλων ἡ εὐχὴ, καὶ τί δήποτε τοὺς δαιμονῶντας, καὶ τῇ μανίᾳ πονηρᾷ κατεχομένους εἰσάγεσθαι κελεύει τότε ὁ διάκονος καὶ κλίνειν τὰς κεφαλάς· - - ἵνα τοῦ δήμου καὶ τῆς πόλεως ἁπάσης ἔνδον παρούσης κοιναὶ περὶ αὐτῶν ἱκετηρίαι γένωνται, πάντων ὁμοθυμαδὸν τὸν κοινὸν δεσπότην ὑπὲρ αὐτῶν ἐξαιτουμένων, καὶ ἐλεῆσαι παρακαλούντων μετὰ σφοδρᾶς τῆς βοῆς. Gratiam autem reddam, si docuero, quamobrem illa præ ceteris oratio solet fieri, & cur homines dæmone agitatos, & furore accitos teterrimo, adduci tempore illo & capita inclinare iubet. - - vt populo vniuersaque ciuitate præsente communes pro his fierent supplicationes, vt omnes iugi concordia dominum communem orarent pro his, & vt misereretur, magno clamore contenderent.

(t) Ibid. p. 333. c. Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο παρακελεύεσθαι τὸν διάκονον ἅπασι καὶ λέγειν, ὀρθοὶ στῶμεν καλῶς, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ νενομοθέτηται· ἀλλ' ἵνα τοὺς χαμαὶ συρομένους λογισμοὺς ἀνορθώσωμεν, ἵνα τὴν ἔκλυσιν τὴν ἐκ τῶν βιωτικῶν ἡμῖν γινομένην πραγμάτων ἐκβαλόντες, ὀρθὴν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ παραστῆσαι δυνηθῶμεν ἡμῶν τὴν ψυχήν· - - μηδεὶς τοίνυν διαλελυμένος τὴν προθυμίαν τῶν ἱερῶν κοινωνείτω, καὶ μυστικῶν ὕμνων ἐκείνων· μηδεὶς βιωτικοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐχέτω λογισμοὺς, ἀλλὰ πάντα

stet

ſtet, & cum Seraphim volitet, atque ita laudem ſanctiſſimam referat ſummo, optimo, glorioſiſſimo Deo. Idcirco ſtare honeſte tempore illo iubemur. Stare enim honeſte nihil aliud eſt, niſi ita ſtare, vt hominem conuenit, qui coram Deo immortali ſtat, cum horrore tremoreque, cum ſobrio, parato ſtudioſoque animo. *Homilia triceſima quarta,* quæ aduerſus *Iudæos* prima eſt p. 440. de alia verborum formula diacono vſitata loquitur, qua ante ſacræ cœnæ diſtributionem ſubinde exclamet ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους. *Alii alios noſcite* [u]. Quæ erat admonitio ad populum, ne quem *Iudæum*, infidelem, hæreticum, catechumenum, vel pœnitentem communicare ſecum paterentur. *Homilia quadrageſima* in *Iuuentinum* & *Maximum* martyres p. 550. eccleſiam dicit ſingulis noctibus ſacras vigilias continuis pſalmis [x] perficere, qui pſalmi nihil erant aliud, niſi formulæ precum & laudum ex ſacris ſcripturis depromtæ. *Homilia quadrageſima ſeptima*, quæ eſt laudatio ſancti martyris *Iuliani*, p. 613. iterum mentionem formulæ renunciandi Satanæ in baptiſmo iniicit. *Tu* [y], inquit, *omni huiuſmodi pompæ*, (meretriciis cantilenis, & verbis obſcenis in theatro) *nuntium remiſiſti, teque Chriſti cultui mancipaſti die illo, quo ſacris myſteriis dignus habitus es: Recordare itaque verborum illorum pacti conventi, & ne illud violes, caue.* *Homilia quinquageſima prima* p. 635. de martyribus *Bernice* & *Proſdoce* virginibus & *Domnina* earum matre, chriſtianos in mortuorum elatione hymnos & pſalmos canere dicit. *Principio quidem*, inquit [z], *ſuper mortuos planctus & lamentationes fiebant: nunc autem pſalmi & cantus hymnorum. Fleuerunt igitur Iacob quadraginta diebus, fleuerunt & Moyſem toti-*

τὰ γήινα τῆς διανοίας ἐξορίσας, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὅλον ἑαυτὸν μεταστήσας, ὡς αὐτοῦ πλησίον ἑστὼς τοῦ θρόνου τῆς δόξης, καὶ μετὰ τῶν Σεραφὶμ ἱπτάμενος, οὕτω τὸν πανάγιον ὕμνον ἀναφερέτω τῷ τῆς δόξης καὶ τῆς μεγαλοσύνης θεῷ.

(u) Homil. XXXIV. p. 389. b. edit. Francof.

(x) Homil. XL. p. 48?. c. συντρεχόντων πολλῶν ψαλμῳδίας συνεχεῖς ἐτελοῦντο παννυχίδες ἱεραί. Multi frequenter eos (martyres in carcere) viſitando ſacras apud eos vigilias continuis pſalmis perficiebant.

(y) Homil. XLVII. p. 541. σὺ δὲ ἀποτάξω πάσῃ ταύτῃ τῇ πομπῇ, καὶ τῇ τοῦ χριστοῦ λατρείᾳ συνετάξω κατὰ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν τῶν ἱερῶν κατηξιώθης μυστηρίων· ἀναμνήσθητι τοίνυν τῶν ῥημάτων ἐκείνων καὶ τῆς συνθήκης, καὶ φύγε τὴν παράβασιν.

(z) Homil. LI. p. 561. a. b. παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς κοπετοί τινες ἐγίγνοντο καὶ θρῆνοι· νῦν δὲ ψαλμοὶ καὶ ὑμνῳδίαι· ἔκλαυσαν γοῦν τὸν Ιακὼβ τεσσαράκοντα ἡ-

dem

dem aliis Iudæi & planxerunt, quoniam mors tum temporis mors erat: iam vero non ita, sed hymni sunt, preces & psalmi, quæ omnia voluptatem in ea re esse declarant, psalmi enim tranquilli & hilaris animi signum sunt: Aequo enim est animo quis in vobis, psallat: quoniam igitur lætitia adfluimus, idcirco psalmos super mortuos psallimus, qui nos cohortantur, vt mortem non timeamus. Conuertere enim, inquit, anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Vides, beneficium esse mortem ac requiem? qui enim ingressus est in requiem illam, ab operibus suis requieuit, vt a propriis Deus. *Homilia quinquagesima quinta*, quæ quinta est *de pœnitentia* p. 672. perspicue significat, quod sermonem suum in epistolam isthoc die lectam habuerit, nimirum 2 Cor. XII, 21. [a] *Ne forte veniens, multos defleam eorum, qui peccauerunt & pœnitentiam non egerunt.* *Homilia sexagesima*, quæ est *catechesis ad illuminandos*, diuersarum formularum & regularum ab ecclesia in rem præsentem factarum meminit p. 797. & primo quidem solemnium verborum, quibus homines fœdus cum *CHRISTO* ineant. Loquens enim de periculo & damnis dilationis baptismi ad extremum vitæ finem, ait: *Quando nescit adstantes, quando vocem prolatam non audit, quando illa verba [b], per quæ sponsionem communi omnium domino facere consueuerunt, proferre non potest, sed tamquam lignum aut lapis immobilis iacet is, qui baptizatus est, nihilque differt a mortuo, quid vtilitatis sacrorum traditione præstatur?* Hoc manifesto indicat, homines baptizandos fœdus cum

μέρας· ἔκλαυσαν καὶ τὸν Μωυσῆν ἑτέρας τοσαύτας οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐκόψαντο· ἐπειδὴ θάνατος τότε ὁ θάνατος ἦν· νυνὶ δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ ὑμνῳδίαι καὶ εὐχαὶ καὶ ψαλμοί· δηλούντων ἁπάντων, ὅτι ἡδονὴν ἔχει τὸ πρᾶγμα· οἱ γὰρ ψαλμοὶ εὐθυμίας σύμβολον· εὐθυμεῖ γάρ τις, φησὶν, ἐν ὑμῖν, ψαλλέτω· ἐπεὶ οὖν εὐθυμίας ἐσμὲν πεπληρωμένοι, διὰ τοῦτο ψάλλομεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς ψαλμοὺς, θαῤῥεῖν ὑπὲρ τῆς τελευτῆς παρακελευομένους· ἐπίστρεψον γάρ, φησι, ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσιν· ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν ἐκείνην, κατέπαυσεν ἀπὸ ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ θεός.

(a) Homil. LV. p. 593. d. edit. Francof. ἠκούσατε τοίνυν, ἵνα ἐκ μέρους ἅψωμαι τῶν εἰρημένων, ὡς ἀρτίως διαλεγόμενος τοῖς Κορινθίοις ἔλεγεν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος καὶ θαυμάσιος ἀνήρ· μήπως ἐλθὼν κ. τ. λ. Audistis, vt illud sigillatim tangam, quemadmodum Corinthios modo adloquens dixit mirabilis ille diuinusque vir: *Ne forte veniens*, cetera.

(b) Homilia LX. p. 705. b. ὅταν γὰρ μήτε τοὺς παρόντας ἐπιγινώσκῃ μήτε φωνῆς ἀκούῃ, μήτε ἀποκρίνασθαι δύνηται τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, δι᾽ ὧν τὴν μακαρίαν συνθήκην πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν ἁπάντων καταθήσεται δεσπότην, ἀλλ᾽ ὥσπερ ξύλον ἀργὸν ἢ λίθος, ὁ φωτίζεσθαι μέλλων, πρόκειται νεκροῦ μηδὲν διαφέρων, τί τῆς μυσταγωγίας ὄφελος ἐν ἀναισθησίᾳ τοσαύτῃ;

Deo ſolemnibus & conceptis verbis facere debuiſſe, quæ animam agentes pronuntiare non potuerint. Poſtea pergit declarando [*c*], „quod maiores, totius anni diebus præteritis, tem„pore potiſſimum quadrageſimali eccleſiæ filios myſteriis ini„tiare voluerint, & quod catechumeni, poſtquam chriſtiana „doctrina imbuti ſint, pedibus nudis, vno tantum veſtimento „conceſſo, ad voces exorcizantium transmittantur; neque ve„ro temere nec ſine ratione & hunc habitum, & hoc tempus „illos conſtituiſſe, ſed hoc vtrumque habere myſticam & ſe„cretam rationem. *Homilia ſeptuageſima quarta*, quæ eſt *laudatio martyrum* p. 900. iterum de hymno ter ſancto, ſiue Cherubico, tamquam in celebratione euchariſtiæ cani [*d*] ſolito, loquitur. *Martyres*, inquit, *participes fiunt chororum & canticis myſticis communicant. Si enim, quum eſſent in corpore, ſecundum myſteriorum communionem in illum chorum admittebantur, vt cum ipſis Cherubim pſallerent hymnum ter ſanctum, vt vos probe noſtis, qui myſteriis initiati eſtis; multo magis nunc illis coniuncti, cum quibus choros olim ducebant, multa cum fiducia benedictioni illi ac laudationi communicant.*

§. II.

Partes antiquæ liturgiæ in volumine ſecundo operum Chryſoſtomi.

Secvndvm operum chrysostomi volumen homilias continet in *Geneſin*, quas tempore ſanctæ quadrageſimæ habuit, quando iſte liber ſemper in eccleſia fuit lectitatus, vti ex *prima* eius *homilia* p. 10. [*e*] & ex iis, quæ antea [*f*] ex *homilia ſepti-*

(*c*) Ibid. d. edit. Francof. ἐβουλόμην μὲν πρῶτον ἁπάντων εἰπεῖν, τί δήποτε παραδραμόντες ἡμῶν οἱ πατέρες ἅπαντα τὸν ἐνιαυτὸν, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ μυσταγωγεῖσθαι τὰ τέκνα τῆς ἐκκλησίας ἐνομοθέτησαν, καὶ τίνος ἕνεκεν μετὰ τὴν παρ' ἡμῶν διδασκαλίαν ὑπολύσαντες ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντες, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους μετὰ τοῦ χιτωνίσκου μόνου πρὸς τὰς τῶν ἐξορκιζόντων παραπέμπουσι φωνάς· οὐ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ, καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνοι τοῦτον ἡμῖν διετύπωσαν· ἀλλ' ἔχει ταῦτα ἀμφότερα μυστικόν τινα λόγον καὶ ἀπόρρητον.

(*d*) Homil. LXXIV. p. 79?. ?. b. κοινωνοῦσι τῶν χορῶν, καὶ μετέχουσι τῶν μελῶν τῶν μυστικῶν· εἰ γὰρ ἐν σώματι ὄντες κατὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν εἰς ἐκεῖνον ἐτέλουν τὸν χορὸν, μετὰ τῶν χερουβὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον ψάλλοντες, καθάπερ ὑμεῖς ἴστε οἱ μυηθέντες, πολλῷ μᾶλλον νῦν τοὺς συγχορευτὰς ἀπολαβόντες μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας κοινωνοῦσι τῆς εὐφημίας ἐκείνης.

(*e*) Tom. II. homil. I. p. ?. c. edit. Francof. MDCXCVIII. -- ἵνα τὸν καιρὸν ἅπαντα τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τὴν πνευματικὴν ἐμπορίαν ἐμπορευσάμενοι κ. τ. λ. vt per omne tempus ſanctæ quadrageſimæ ſpirituales merces negotiati, cetera.

(*f*) §. I. ſub litt. (d) pag. 194.

ma ad populum *Antiochenum* obseruauimus, patet. *Homilia vicesima septima* in hunc librum claris verbis indicat, orationem dominicam semper fuisse celebrationis eucharistiæ partem. Nam de officio condonandi iniurias loquens, ait p. 358. *Si hoc* [g] *fecerimus, poterimus pura conscientia ad sanctam terribilemque hanc mensam accedere, & verba illa, quæ precationi inserta sunt, fideliter dicere. Sciunt initiati illi, quid dicatur.* Tecte innuit petitionem illam in oratione dominica: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* *Homilia tricesima tertia* p. 478. narrat, quod [h] licet liber *Genesis* ex regula ecclesiæ tempore quadragesimalis ieiunii legi debuerit, tamen, quando venerit feria quinta magnæ hebdomadis, id est dies, qua a *Iuda* traditus est seruator noster, lectiones habuerint congruas huic diei, ita & feriæ sextæ, qua memoria passionis dominicæ recolitur, & diei paschatis, & omni tempori, inter pascha & pentecosten interiecto, vbi actus apostolorum legi soliti sint tamquam demonstratio resurrectionis domini nostri *IESV CHRISTI.* *Ho-*

(g) Homil. XXVII. p. 300. edit. Francof. ἂν τοῦτο κατορθώσωμεν, δυνησόμεθα μετὰ καθαροῦ συνειδότος καὶ τῇ ἱερᾷ ταύτῃ καὶ φρικτῇ τραπέζῃ προσελθεῖν, καὶ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα τὰ τῇ εὐχῇ συνεζευγμένα μετὰ παῤῥησίας φθέγξασθαι· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον.

(h) Homil. XXXIII. p. 369. c. ἡ τῆς ἁγίας ἑορτῆς παρουσία τὴν ἀκολουθίαν ἡμῖν διέκοψεν· οὐδὲ γὰρ ἦν εὔλογον, τὸν σταυρὸν ἡμᾶς ἑορτάζοντας τοῦ δεσπότου περὶ ἕτερα ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν γίνεσθαι· ἀλλ᾽ ἐχρῆν καθ᾽ ἕκαστον καιρὸν τὴν ἁρμόττουσαν ὑμῖν παραθεῖναι τράπεζαν. Διά τοι τοῦτο ἡνίκα ἡ τῆς παραδόσεως ἔφθασεν ἡμέρα, τὴν ἀκολουθίαν διατεμόντες τῆς διδασκαλίας, τοῦ κατεπείγοντος γενόμενοι, ἐπὶ τὸν προδότην τὴν γλῶτταν ἐπαφήκαμεν, καὶ πάλιν τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν ὑμῖν εἰς μέσον προεθήκαμεν· εἶτα ἀναστάσεως ἡμέρας καταλαβούσης, ἀναγκαῖον ἦν τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ δεσπότου διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ πάλιν ἐν ταῖς ἐφεξῆς ἡμέραις τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν ὑμῖν παρασχεῖν διὰ τῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένων θαυμάτων, ὅτε καὶ τῶν πράξεων τῶν ἀποστολικῶν ἐπιλαβόμενοι κ. τ. λ. A dicendorum consequentia impediuit nos sanctarum feriarum aduentus. Incongruum enim erat, vt festa crucis dominicæ celebrantes, de aliis sermones adferremus. Mensa autem vobis proponenda erat suis congrua temporibus. Et idcirco quando venit dies traditionis & passionis, continua docendorum serie resecta, præsentibus quæ vrgebant nos accommodantes, primum in proditorem linguam laxauimus: deinde de cruce aliqua in medium protulimus. Postea, illucescente resurrectionis die, necessarium erat, vt de resurrectione domini caritatem vestram doceremus: & sequentibus diebus, per ea miracula, quæ tunc facta sunt, resurrectionis demonstratio iterum adferenda erat. In quibus etiam in manus accepimus apostolorum acta, cetera.

milia

milia quinquagesima p. 731. ait: *In orationis nostræ verbis* [i] *limites & regulas nobis præscripsit dominus, quatenus petenda sint temporalia. Verba illa nos iubet dicere: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* *Homilia secunda* in precationem *Hannæ* in eodem volumine p. 965. dicit: *Quum iussisset CHRISTVS* [k] *discipulis; ne more gentilium orarent, vtentes multiloquio, etiam modum precationis docuit.* Formulam intelligit, ab ipso domino præscriptam. Idem repetit *homilia tertia* de *Saule & Dauide* p. 1053. *Etiamsi*, inquiens [l], *innumera commiseris peccata, si proferas illam precationem, quæ dicit: Remittite inimicis vestris, & pater vester remittet vobis peccata vestra; multa cum fiducia commissorum omnium remissionem consequeris.*

§. III.

Partes antiquæ liturgiæ in volumine tertio operum Chrysostomi.

TERTIVM volumen commentarios & homilias in *psalmos* & *Iesaiam* prophetam complectitur, in quibus ad cognitas liturgiæ, tunc temporis in ecclesia vsitatæ, partes frequenter remittit. In *commentario in psalmum centesimum duodecimum*, necessarius orationis dominicæ vsus ter ei memoratur, p. 369. *Quemadmodum* [m] *Christus*, inquit, *nos deducens ad caritatem & concordiam, iubet, vt in precibus fiat communiter oratio, & ab vniuersa ecclesia tamquam ab vna persona dicatur, Pater noster: &, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: &, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & Ne nos inducas in tentationem; sed libera*

(i) Homil. LIV. p 596. b. c. edit. Francof. διὰ τοῦτο ἐν τοῖς τῆς εὐχῆς ῥήμασιν ὅρους ἡμῖν καὶ κανόνας τιθεὶς, μέχρι τίνος δεῖ τὴν περὶ τῶν βιωτικῶν αἴτησιν ποιεῖσθαι, τὰ ῥήματα ἐκεῖνα λέγειν ἡμᾶς ἐκέλευσε· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

(k) Homil. II. de Anna ibid. p. 801. b. ὁ χριστὸς εἰπὼν τοῖς μαθηταῖς, μὴ κατὰ τοὺς ἐθνικοὺς εὔχεσθαι, καὶ μὴ βαττολογεῖν, καὶ μέτρον εὐχῆς ἐδίδαξε.

(l) Homil. III. de Saule & Dauide ibid. p. 380. b. κἂν μυρία πεπλημμεληκὼς ᾖς, τὴν εὐχὴν ἐκείνην προφερόμενος, τὴν λέγουσαν, ἄφετε τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν, μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τὴν ἄφεσιν λήψῃ τῶν ἡμαρτημένων ἁπάντων.

(m) Tom. III. comment. in psalm. CXII. p. 370. c. d. edit. Francof. MDCXCVIII. καθάπερ ὁ χριστὸς ἐνάγων ἡμᾶς εἰς ὁμόνοιαν καὶ ἀγάπην ἐν ταῖς εὐχαῖς κοινὴν ἐπέταξε ποιεῖσθαι τὴν εὐχὴν, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας πάσης ὡς ἐξ ἑνὸς προσώπου λέγειν, πάτερ ἡμῶν, καὶ, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, καὶ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, καὶ, μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· πανταχοῦ τῷ πληθυντικῷ κε-

nos a malo: vbique vtens plurali nomine, & præcipiens vnicuique, siue solus oret, siue cum alius, pro fratribus offerre orationem: ita etiam David propheta vocat omnes communiter ad concentum orationis & dicit: Laudate nomen domini. Iterum p. 370. loquens de eo, quod laudibus Deum prosequi debeamus, ait: *Hoc ipsum nos quoque in precationibus* [*n*] *iussit Christus semper dicere precantes: Sanctificetur nomen tuum.* Et pag. 372. *In euangelio* [*o*] *iussit Christus orare, & dicere: Fiat voluntas tua sicut in cælo, ita & in terra.* Similiter in *psalmum centesimum decimum quartum* p. 394. de vita loquens futura, & quemadmodum illam desiderare, & omnes actiones nostras eo dirigere debeamus, subiungit: *Propterea iubemur* [*p*] *etiam dicere in precatione, Adueniat regnum tuum, vt ad illum diem semper respiciamus.* Eadem verba repetit in *commentario ad psalmum centesimum decimum nonum* p. 425. [*q*]. Et in *psalmum centesimum vicesimum septimum* p. 465. *De sensibilibus vnam iubemur dicere dictionem. Quænam autem ea est? Panem nostrum* [*r*] *quotidianum da nobis hodie.* Quod ipsum repetit in *psalmum centesimum quadragesimum* p. 551. *Quid?* inquiens, *Non oportet petere sensibilia? Oportet quidem; sed moderate, - quemadmodum Christus iussit* [*s*] *orare nos, dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* In *psalmum centesimum quadragesimum quartum* pag. 595. *Iubemur dicere in precatione* [*t*]: *Sanctificetur nomen tuum.* Et in *psalmum vndequinquagesimum* p. 633. vocat precationem, quæ simul offeratur ab omnibus [*u*], nomine plurali v-

χρώμενος ὀνόματι, καὶ κελεύων ἑνὶ ἑκάστῳ· κἂν καθ' ἑαυτὸν εὔχηται, κἂν κοινῇ, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν εὐχὴν ἀναφέρειν· οὕτω καὶ ὁ προφήτης κοινῇ πάντας εἰς τὴν συμφωνίαν καλεῖ τῆς εὐχῆς καὶ λέγει· αἰνεῖτε τὸ ὄνομα κυρίου.

(*n*) Tom. III. comm. in psalm. CXII. p. 321. a. edit. Francof. τοῦτο καὶ ἐν τῇ εὐχῇ ἐκέλευσεν ἡμᾶς ὁ χριστὸς ἀεὶ λέγειν εὐχομένους· ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

(*o*) Ibid. in fin. ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἐκέλευσεν ὁ χριστὸς εὔχεσθαι καὶ λέγειν· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

(*p*) In psalm. CXIV. p. 741. b. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ εὐχῇ κελευόμεθα λέγειν· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, ἵνα ἀεὶ πρὸς ἐκείνην βλέπωμεν τὴν ἡμέραν.

(*q*) In psalm. CXIX. p. 369. a.

(*r*) In psalm. CXXVII. p. 404. d. ὑπὲρ αἰσθητῶν μίαν λέξιν κελευόμεθα λέγειν· ποίαν δὲ ταύτην; τὸν ἄρτον ὑμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

(*s*) In psalm. CXL. p. 477. Τί οὖν; οὐ δεῖ, φησιν, αἰσθητὰ αἰτεῖν; δεῖ μὲν, μετὰ μέτρου δὲ -- ὡς ὁ χριστὸς ἐκέλευσεν εὔχεσθαι τὸν ἄρτον κ. τ. λ.

(*t*) In psalm. CXLIV. p. 516. c. τοῦτο καὶ ἐν τῇ εὐχῇ κελευόμεθα λέγειν· ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

(*u*) In psalm. CXLIX. p. 549. e. αὐτὴ ἡ εὐχὴ τοῦτο αἰνίττεται, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ πάντων ἀναφερομένη· πάτερ ἡμῶν· - - τῷ πληθυντικῷ ὀνόματι κεχρημένους.

bique

bique vtentibus, *Pater noster*, &c. In *psalmum quinquagesimum* p. 633. hanc precationem dicit esse peculiarem & propriam eis, qui beneficio regenerationis & adoptionis Deum vocent patrem suum. *Precationis* [x] *nostræ*, inquit, *procemium hinc capit initium. Dicere enim, Pater noster, est eorum, qui agunt gratias propter dona, quæ acceperunt, & ea omnia per hoc nomen ostendunt. Qui enim dixit patrem, confessus est filiorum adoptionem. Qui autem confessus est adoptionem, iustitiam, sanctificationem, redemtionem, peccatorum remissionem, suppeditationem sancti spiritus prædicauit. Oportet enim hæc omnia prius exstitisse, vt nos filiorum adoptione sic fruamur, & qui patrem vocemus, digni habeamur.* Ex qua CHRYSOSTOMI argumentatione apparet, tantum abesse, vt orationem dominicam existimarit esse formulam carnalem, & minime hominis spiritualis vsui aptam, ideo, quod formula esset, vt potius nullos ea recte vti posse crediderit, nisi vere regeneratos & adoptatos, donisque spiritus sancti instructos, vtpote qui soli iure Deum vocandi patrem suum gauderent. Atque hæc, vti capite proxime sequenti demonstrabimus, generalis omnium veterum scriptorum fuit sententia.

SED ad CHRYSOSTOMVM reuertimur. In *commentario in psalmum centesimum decimum septimum* p. 406. monet, quod populus dictum aliquod psalmi consueuerit concinere [y], nimirum hoc: *Hic est dies, quem fecit dominus, exsultemus & lætemur in eo.* Hoc genus concinendi ille vocat ὑπηχεῖν & ὑποψάλλειν, quia populus ad quædam eorum, quæ minister ex eodem psalmo prælegerat, respondebat. Et hoc videtur institutum fuisse ad officium festi diei paschatis, vel natalis *CHRISTI*, vel diei dominici, quia addit, solere populum hoc maxime illo spirituali & cælesti con-

(x) In psalm. CI. p. 552. a. edit. Francof. οὕτω καὶ τῆς εὐχῆς ἡμῶν τὸ προοίμιον ἐντεῦθεν ἔχει τὴν ἀρχήν· τὸ γὰρ λέγειν, πάτερ ἡμῶν, εὐχαριστούντων ἐστὶν ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις δωρεαῖς, καὶ πάσας αὐτὰς διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου δεικνύντων· ὁ γὰρ εἰπὼν πατέρα, τὴν υἱοθεσίαν ὡμολόγησεν· ὁ δὲ υἱοθεσίαν ὁμολογήσας, τὴν δικαιοσύνην, τὸν ἁγιασμὸν, τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, τοῦ πνεύματος τὴν χορηγίαν ἀνεκήρυξε· δεῖ γὰρ ταῦτα πάντα προϋπάρξαι, ὥστε τῆς υἱοθεσίας ἡμᾶς οὕτως ἀπολαῦσαι, καὶ καλέσαι πατέρα ἀξιωθῆναι.

(y) In psalm. CXVII. p. 3 2. Ἡ μὲν ῥῆσις τοῦ ψαλμοῦ, ἣν ὑποψάλλειν ὁ λαὸς εἴωθε, τοιαύτη τίς ἐστιν· αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ· καὶ πολλοὺς διανίστησι, καὶ κατὰ τὴν πανήγυριν ἐκείνην τὴν πνευματικὴν, καὶ τὴν οὐράνιον ἑορτὴν μάλιστα τοῦτο ὑπηχεῖν ὁ λαὸς εἴωθεν.

ventu decantare; manifesto respiciens ad præcipuam quamdam festiuitatem tum satis notam populo. Et hanc consuetudinem lege & præcepto ecclesiæ introductam esse, ex iis, quæ sequuntur, liquet. Ait enim: [z] *Patres nostri hunc versum, vt qui esset sonorus, & sublime aliquod dogma contineret, populum resonare sanxerunt, quando quidem totum psalmum ignorabant, vt vel hinc perfectam doctrinam acciperent.* Hæc fuit ecclesiæ sapientia secundum CHRYSOSTOMVM, docere populum religionis mysteria, vt eos partem solemnis ministerii in se recipere obligaret.

In *commentario in psalmum centesimum tricesimum septimum* p.518. rursus declarat, psalmodiam partim a sacerdotibus, partim a populo [*a*] illis sese coniungente fuisse peractum, sacerdotibus quidem inchoantibus & præeuntibus, populo illis respondente. In *psalmum centesimum quadragesimum* obseruat p.544. hunc psalmum quotidie sub vesperam [*b*] dici solitum, vocatum inde psalmum vespertinum; perinde ac sexagesimus secundus nomen psalmi matutini habuerit, eo quod tempore matutino caneretur. Qua de re quia infra [*c*] ex instituto agemus, heic plura non addimus. In *psalmum centesimum quadragesimum quartum* p.594. hunc

(*z*) In psalm. CXVII. p. 352. edit Francof. Τὸν μὲν στίχον οἱ πατέρες, ἅτε ἦχον καὶ τι ὑψηλὸν ἔχοντα δόγμα, τὸ πλῆθος ὑπηχεῖν ἐνομοθέτησαν, ἐπειδὴ τὸν ἅπαντα ἠγνόουν ψαλμόν· ἵνα κἂν ἐντεῦθεν ἀπηρτισμένην λάβωσι διδασκαλίαν.

(*a*) In psalm. CXXXVII. p. 449. ἂν τοίνυν τοῦτο ἐκλαβεῖν ᾖ, ἐκεῖνο νοεῖν δεῖ, ὅτι μετὰ τῶν ἱερέων, παρόντων αὐτῶν, μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας καταρχομένων ἐκείνων, καὶ προηγουμένων ἕψομαι καὶ ἀκολουθήσω, καὶ ᾄσω σοι κ. τ. λ. Si liceat ergo hoc ita accipere, illud oportet intelligere: Cum sacerdotibus, ipsis inchoantibus & præcedentibus, cum eo, quo par est, ordine, consequar, & canam tibi, cetera.

(*b*) In psalm. CXL. p. 472. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς οἶμαι τὸν ψαλμὸν τοῦτον τετάχθαι παρὰ τῶν πατέρων καθ' ἑκάστην ἑσπέραν λέγεσθαι, οὐδὲ διὰ τὴν μίαν λέξιν, τὴν λέγουσαν, ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· ἐπεὶ καὶ ἄλλοι ψαλμοὶ ταύτην ἔχουσι τὴν λέξιν· - - οὐ διὰ τοῦτο γοῦν τοῦτον τὸν ψαλμὸν ἐτύπωσαν οἱ πατέρες, ἀλλ' ὥς τι φάρμακον σωτήριον, καὶ ἁμαρτημάτων καθάρσιον ἐνομοθέτησαν λέγεσθαι· - - τοῦτός ἐστι καὶ ὁ ἑωθινὸς ψαλμὸς κ. τ. λ. Neque puto fuisse temere decretum a patribus, vt hic psalmus diceretur quotidie sub vesperam, nec id quidem propter id, quod in eo dicitur, Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Nam id ipsum quoque in aliis psalmis dicitur. - - Non ergo propterea hunc psalmum decreuerunt patres; sed tamquam salutare aliquod pharmacum & peccatorum piaculum, vt is diceretur, constituerunt. - - Talis est etiam psalmus matutinus, cetera.

(*c*) Lib. XIII. capp. X. & XI.

psal-

psalmum [d] dicit a sacerdotibus ac populo alternis cani vicibus in participatione sacræ eucharistiæ, præcipue ob hæc illius verba: *Oculi omnium in te sperant, & tu das cibum eorum in tempore opportuno.* De qua consuetudine loco suo [e] nobis dabitur loquendi occasio.

HOMILIA in psalmum centesimum quadragesimum quintum p. 823. adfirmat, hunc psalmum, *Lauda anima meum dominum, laudabo dominum in vita mea* &c. in magna sic dicta hebdomade [f] succini consuesse. *Homilia prima* in *Iesaiam* p. 834. ait: *In [g] supernis Seraphim ter sanctum illum hymnum resonant: in terris eumdem hominum promit multitudo, communiterque tum cælestium, tum terrestrium festiuus conuentus congregatur.* Et pag. 836. doxologiæ angelicæ [h] tamquam in ecclesia vsitatæ: *Gloria in excelsis Deo:* & formularum illarum: *κύριε ἐλέησον*, & *σῶσον*, Domine, *misereri nostri*, &, *serva nos*, tamquam solemnium precationum & responsionum po-

(d) In psalm. CXLIV. p. 516. edit. Francof. *οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τὰ ῥήματα ἔχων ταῦτα, ἅπερ οἱ μεμυημένοι συνεχῶς ὑποψάλλουσι, λέγοντες, οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ· ὁ γὰρ γενόμενος υἱός, καὶ τραπέζης ἀπολαύων πνευματικῆς, δοξάζειν δίκαιος ἂν εἴη τὸν πατέρα.* Hic psalmus est, qui habet hæc verba, quæ, qui sunt mysteriis initiati, assidue concinunt: *Oculi omnium* &c. Qui enim filius factus est, & mensa spirituali fruitur, merito patrem gloria & honore adfecerit.

(e) Lib. XV. cap. V. §. X.

(f) Homil. in psalm. CXLV. p. 713. b. *ταύτην καὶ ἡμεῖς τιμῶμεν τὴν ἑβδομάδα" - - ἐξέλθωμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀντὶ τῶν φοινίκων βαίων προαίρεσιν θάλλουσαν ἐπιδεικνύμενοι βοήσωμεν, καθάπερ σήμερον ὑπεψάλλομεν· αἴνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, αἰνέσω κύριον ἐν ζωῇ.* Hanc quoque hebdomadem & nos veneremur. - - Egrediamur nos, & pro ramis palmarum voluntatem animi florentem exhibeamus, & clamemus, quemadmodum hodie in psalmis succinuimus: *Lauda anima mea dominum* &c.

(g) Homil. in Iesaiam p. 724. *ἄνω τὰ Σεραφὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναβοᾷ· κάτω τὸν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων ἀναπέμπει πληθύς· κοινὴ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων συγκροτεῖται πανήγυρις.*

(h) Ibid. p. 72?. c. *πῶς εἰς οἶκτον ἐπισπάσῃ τὸν δεσπότην, οὕτω καταπεφρονημένως τὴν δέησιν προτεινόμενος; ἐλέησόν με ὁ θεός, λέγεις, καὶ τοῦ ἐλέους ἀλλότριον τὸ ἦθος ἐπιδείκνυσαι· σῶσόν με βοᾷς, καὶ ξένον τῆς σωτηρίας τὸ σχῆμα διατυποῖς· τί συντείνουσι πρὸς ἱκετείαν χεῖρες ἐπὶ μετεωρισμῷ συνεχῶς ἐπαιρόμεναι καὶ ἀτάκτως περιφερόμεναι, κραυγή τε σφοδρά, καὶ τῇ βιαίᾳ τοῦ πνεύματος ὠθήσει τὸ ἄσημον ἔχουσα; οὐχὶ τὰ μὲν αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς τριόδοις ἑταιριζομένων γυναικῶν, τὰ δὲ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις φωνούντων ἐστὶν ἔργα; πῶς οὖν τολμᾷς τῇ ἀγγελικῇ ταύτῃ δοξολογίᾳ τὰ τῶν δαιμόνων ἀναμιγνύειν παίγνια;* Quomodo ad misericordiam dominum

puli

puli facit mentionem. Et reprehendens populi clamores, negligentiam, & indecoras gesticulationes in ecclesia, eos in hunc modum castigat: [i] *Quomodo non reuereris hanc vocem, quam illic profers, dicens: Seruite domino in timore & cum tremore. Hoccine est cum tremore seruire, sic diffundi distendique, vt nec ipse scias, quæ loquaris incomposito vocis boatu?* Ex his facile videre est, populum in omnibus hisce doxologiis precationibus ac responsis semper, etsi nonnumquam sine iusto decoro, suam habuisse partem. In *homilia in Seraphim*, quæ est sexta in *Iesaiam* p. 890. longiorem habet narrationem de vsu hymni Seraphici, [k] *sanctus, sanctus, sanctus*, ad mensam sacram: Quam quia posthac [l] fusius recitabo, hoc loco subindicasse satis habeo.

HOMILIA secunda de prophetarum obscuritate p. 946. vulgari isti excusationi: *An non orare domi possum?* respondens, ita loquitur, vt populum communibus ecclesiæ precibus vocem suam iunxisse, ostendat. *Potes* [m] *tu quidem*, inquit, *orare domi, sed tantam virtutem non habet oratio, quam vbi cum propriis membris fit, quam quum totum corpus ecclesiæ* ὁμοθυμαδὸν μιᾷ φωνῇ *vnanimiter & vna voce preces fundit, sacerdotibus præsentibus ac verba communis cœtus offerentibus.* Loquitur etiam ibi de formula, qua diaconus preces pro omnibus hominum ordinibus per orbem terrarum indicere solebat,

inflectes, qui vsque adeo contemtim offeras precationem? Miserere mei, Deus, inquis, ac mores a misericordia alienos declaras. Clamas, serua me, & corporis speciem a salute alienam exprimis. Quid ad supplicandum conferunt manus, quæ semper in sublime iactantur, & indecore circumaguntur, quid clamor vehemens, qui cum violento spiritus impulsu strepitum habet, nihil certi declarantem? An non illa quidem partim sunt mulierum in triuiis meretriciam artem exercentium: partim vero eorum, qui in theatris vociferantur, sunt exempla? Quomodo igitur audes angelorum Deum glorificantium hymnis dæmonum admiscere ludicra?

(*i*) Ibid. Πῶς δὲ οὐκ αἰδῇ ταύτην τὴν φωνὴν, ἣν ἐκεῖ ἐκφέρεις, δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, λέγων, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ; τοῦτο ἐστιν ἐν φόβῳ δουλεύειν, τὸ διακεχύσθαί τε καὶ διατείνεσθαι, καὶ μηδὲ σεαυτὸν ἐπίστασθαι, περὶ τίνων διαλεγῇ τῇ ἀτάκτῳ τῆς φωνῆς ἐκχύσει;

(*k*) Homil. in seraphim p. 772. fin. 773. ineunt. edit. Francof.

(*l*) Lib. XV.

(*m*) Homil. II. de obscur. prophet. p. 821. edit. Francof. δύνασαι μὲν εὔξασθαι (ἐν οἰκίᾳ) οὐ τοσαύτην δὲ δύναμιν ἔχει ἡ εὐχὴ, ὡς ὅταν μετὰ τῶν μελῶν τῶν οἰκείων γίνηται, ὡς ὅταν ὁλόκληρον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ὁμοθυμαδὸν ἀναπέμπει τὴν δέησιν μιᾷ φωνῇ, ἱερέων παρόντων καὶ τὰς εὐχὰς τοῦ κοινοῦ πλήθους ἀναφερόντων.

bat, quam heic non recitabimus, quia id loco ſuo [*n*] faciemus copioſius.

§. IV.

Partes antiquæ liturgiæ in quarto volumine operum Chryſoſtomi.

QVARTVM volumen operum CHRYSOSTOMI potiſſimum quidem priuatos habet ſermones, qui non multum ad publicam eccleſiæ liturgiam reſpiciunt: ſed tamen pauca quædam loca ex illis digna ſunt, quæ notentur. In celebratiſſimo eius *ſermone in Eutropium* p. 554. inter alia argumenta, quibus populo perſuadere ſtudet, vt iratum animum in *Eutropium* deponant, & iniurias ſibi ab eo illatas condonent, hoc vrget: *Quomodo* [*o*] *hoc cœtu ſoluto ſacramenta contrectabitis & precationem illam dicetis: Remitte nobis, quemadmodum etiam nos remittimus debitoribus noſtris, ſi a debitore veſtro pœnas exigatis?* Hoc ipſum indicat, orationem dominicam eo tempore tamquam ſolemnem partem celebrationis cœnæ dominicæ, fuiſſe adhibitam. *Homilia tertia de pœnitentia* p. 562. de hymno Seraphico loquitur ſub nomine *μυςικȣ̃ μέλȣς, myſticæ modulationis* [*p*], eo quod in ſacrorum myſteriorum celebratione vſurparetur. Atque iterum in *epiſtola ſecunda ad Olympiadem* p. 715. [*q*] eius mentionem ſub eadem appellatione facit. Et in *ſermone poſt reditum ab exilio* p. 971. de formula *εἰρήνη πᾶσι, pax omnibus* [*r*], tamquam ſolemni formula, frequenter in eccleſia vſurpata, loquitur.

(*n*) Lib. XV. cap. I.

(*o*) Homil. in Eutrop. tom. IV. p. 485. fin. edit. Francof. Vid. Græca cit. infra c. VII. §. III. ſub litt. (x)

(*p*) Homil. III. de pœnit. p. 493. c. edit. Francof. παρέςω τοίνυν Ησαΐας, ὁ τῶν Σεραφὶμ θεωρὸς, ὁ τὸ μυςικὸν μέλος ἀκȣ́σας ἐκεῖνο κ. τ. λ. Prodeat in medium eximius ille ſpectator Seraphim Eſaias, auditor ille *myſticæ modulationis*, cetera.

(*q*) Epiſt. II. ad Olymp. p. 625. b. ὁ Παῦλος, ὁ τὴν σάρκα ἀποδυσάμενος καὶ τὸ σῶμα ἀποθέμενος καὶ μετὰ τῶν χερȣβὶμ ἱςὰς ἄνω, καὶ τῆς μυςικῆς ἐκείνης μελωδίας αὐτοῖς κοινωνῶν κ. τ. λ. Paulus qui carnem exuerat & corpus abiecerat - cum Cherubim ſurſum ſtabat, *myſtica*que illius *muſicæ* vna cum ipſis particeps erat.

(*r*) Sermon. poſt redit. ab exilio. In edit. Francofurtenſi, vbi pag. 849. ſeqq. hic ſermo legitur, etſi de pace eccleſiæ quædam habet, de formula tamen illa nihil inuenio.

§. V.

Partes antiquæ liturgiæ in quinto volumine operum Chrysostomi.

QVINTVM operum eius volumen multo plura nobis exempla suppeditat. Heic oratio dominica, tamquam formula ex mandato Christi adhibita, non minus octies memoratur. *Homilia sexta in Lazarum* p. 107. ait: *Dicere in oratione* [s] *iubemur, Dimitte nobis debita nostra, vt orationis consuetudine admoneamur illic, nos obnoxios esse suppliciis.* *Homilia octaua* in illud *CHRISTI, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* p. 134. *Christus* [t] *orat*, inquit, *vt & discipuli discant orare. Sed non tantum orare, verum etiam, quo pacto deberent orare, discere illos oportuit: propterea nempe tradidit & illis orationem in hæc verba conceptam: Pater noster, qui es in cælis*, cetera. *Homilia decima* p. 154. hæc habet: *Dominus* [u] *tum quæ dicenda sint orantibus, simul etiam omnem virtutem breviter & accurate docet.* *Homilia decima sexta* in illud, *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum*, p. 237. obliuionem iniuriarum hoc argumento vrget: *Propterea dicere edocti sumus: Dimitte nobis* [x], *sicut nos dimittimus, vt discamus, remissionis modum initium a nobis accipere.* *Homilia tricesima sexta de sancta pentecoste* p. 552. dicit, precari ad orationem dominicam, esse precari per spiritum. Verba illius sic habent: [y] *Si non esset spiritus sanctus, Deum orare fideles non possemus: diximus enim, Pater noster, qui es in cælis. Vt igitur Iesum dominum vocare non possumus, sic neque patrem Deum vocare possumus. Vnde id constat? Ex eodem apostolo, qui ait: Quoniam*

(s) Homil. VI. in Lazar. tom. V. p. 100. c. edit. Francof. διὰ τοῦτο κελευόμεθα εἰς τὴν εὐχὴν λέγειν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ἵνα τῇ συνηθείᾳ τῆς εὐχῆς ἀναμνησθῶμεν ἐκεῖ, ὅτι ὑπεύθυνοι ἐσμὲν κολάσεσι.

(t) Homil. VIII. in illud: *Si possibile est*, p. 124. d. διὰ τοῦτο καὶ εὔχεται, ἵνα ἐκεῖνοι μάθωσιν εὔχεσθαι· ἀλλ' οὐκ εὔχεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πῶς δεῖ εὔχεσθαι μαθεῖν αὐτοὺς ἐχρῆν, διὰ δὴ τοῦτο καὶ εὐχὴν παρέδωκεν οὕτως ἔχουσαν· Πάτερ ἡμῶν] ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κ. τ. λ.

(u) Homil. X. p. 141. c. διδάσκει δέ, τίνα χρὴ λέγειν ἐν τῇ προσευχῇ καὶ ἐν ὀλίγοις ῥήμασι πᾶσαν ἀρετὴν ἐκπαιδεύει.

(x) Homil. XVI. in illud, *Si esurierit* &c. p. 216. a. διὰ τοῦτο ἐδιδάχθημεν λέγειν, Ἄφες ἡμῖν, καθὼς ἀφίεμεν· ἵνα μάθωμεν, ὅτι τὸ μέτρον τῆς ἀφέσεως παρ' ἡμῶν πρῶτον λαμβάνει τὴν ἀρχήν.

(y) Homil. XXXIX. p. 493. c. εἰ μὴ πνεῦμα ἦν ἅγιον, τὸν θεὸν παρακαλέσαι οὐκ ἠδυνάμεθα οἱ πιστοί· λέγομεν γάρ, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὥσπερ οὖν κύριον καλέσαι οὐκ ἠδυνάμεθα, οὕτως οὐδὲ πατέρα τὸν θεὸν καλέσαι ἠδυνάμεθα· πόθεν δῆ-

autem

autem estis filii, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem, Abba, pater. *Homilia duodequadragesima* [z] *de pœnitentia & eucharistia* pro condonatione iniuriarum in hunc modum argumentatur: *Ingredientes in ecclesiam, vt decet Deum, accedamus, ne vindictæ cupiditatem in mente habentes, aduersus nos precemur. Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Terribile est hoc, quod dicitur, & ferme sic ad Deum clamat, qui hoc dicit: Dimisi, domine, dimitte: solui, solue: ignoui, ignosce: si non solui proximo, neque tu mea soluas; si non dimisi, neque tu dimittas: si inuasi, inuade: si durus fui, durus esto: in qua mensura metior proximo, eadem metiaris mihi.* *Homilia quinquagesima prima de CHRISTI precibus* p. 691. Christum non verbis [a] solum discipulos suos orare docuisse dicit, (intelligens verba orationis dominicæ) sed exemplum etiam illis præiisse. Et *homilia sexagesima secunda* p. 934. hanc orationem peculiare priuilegium fidelium esse, nec catechumenis nondum baptizatis ea vti licere, adserit: [b] *Nos Deum non prius patrem possumus appellare, quam in sacrarum aquarum lauacro peccata absterserimus. Quando igitur mala illa deposita sarcina inde adscendimus, tum dicimus: Pater noster, qui es in cælis.*

Praeter hanc narrationem de vario vsu orationis dominicæ, diuersarum aliarum partium liturgiæ mentio in hoc volumine habetur. *Homilia decima sexta* p. 229. vsus hymni Sera-

λον; ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου λέγοντος· ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον Αββᾶ ὁ πατήρ.

(z) Homilia XLI. p. 509. a. b. edit. Francof. εἰσερχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς Θεῷ πρέπει εἰσέλθωμεν, μὴ μνησικακίαν ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες, μήπως εὐχόμενοι, καθ' ἑαυτῶν εὐχώμεθα, λέγοντες· Ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· Φοβερὸν γάρ ἐστι τὸ λεγόμενον, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, τοιοῦτο πρὸς τὸν θεὸν βοᾷ ὁ τοῦτο λέγων· ἀφῆκα, δέσποτα, ἄφες· ἔλυσα, λῦσον· συνεχώρησα, συγχώρησον· εἰ ἐκράτησα, κράτησον· εἰ μὴ ἔλυσα τῷ πλησίον, μηδὲ σὺ λύσῃς τὰ ἐμὰ ἁμαρτήματα· ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησα, ἀντιμετρηθήτω μοι.

(a) Homil. LIV. p. 617. c. οὐχὶ διδάσκει αὐτοὺς (μαθητευομένους) μόνον τὴν διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς διατελεῖ τοῦτο ποιῶν, καὶ εὔχεται διανυκτερεύων ἐν ταῖς ἐρημίαις, ἡμᾶς παιδεύων καὶ νουθετῶν, κ. τ. λ. Non verbis solum eos (discipulos) orare docet, sed ipse in oratione perseuerat, & in desertis totas noctes orando transigit, vt nos erudiat & moneat, cetera.

(b) Homil. LXV. p. 836. ἡμεῖς οὐ πρότερον δυνάμεθα καλέσαι πατέρα, ἕως ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τῶν ὑδάτων τῶν ἁγίων ἀπονιψώμεθα τὰ ἁμαρτήματα· ὅταν γοῦν ἐκεῖθεν ἀνέλθωμεν τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο φορτίον ἀποθέμενοι, τότε λέγομεν, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

phici [c] in celebratione eucharistiæ meminit, *Veniat tibi in mentem*, inquit, *quibus mysteriis interesse tibi datum sit, tu qui initiatus es, cum quibus mysticum illum cantum offeras, cum quibus ter sanctum hymnum pronunties.* *Homilia tricesima sexta de sancta pentecoste* p.553. multis verbis exponit de antiqua formula salutandi populum in vnoquoque officio, *Pax vobiscum*, & de iugi populi responsione, *Et cum spiritu tuo. Nisi esset* [d] *spiritus sanctus*, inquit, *in hoc communi patre & doctore*, (episcopum intelligit,) *quum paullo ante sacrum hoc in tribunal adscendit, ac vobis omnibus pacem dedit, non ei simul omnes acclamassetis, Et cum spiritu tuo: Idcirco non quum adscendit tantum, neque quum vos affatur, neque quum pro vobis orat, hac illi voce acclamatis, sed quum huic sacræ mensæ adsistit, quum tremendum sacrificium est oblaturus, (nam quid dicam, norunt, qui sunt mysteriis initiati) non prius attingit proposita, quam vobis ipse gratiam fuerit precatus a domino, vosque illi acclamaueritis: Et cum spiritu tuo; qua responsione vobismet ipsis in memoriam reuocatis, nihil eum præstare, qui adest, neque naturæ humanæ recte facta esse proposita dona, sed præsentem spiritus gratiam, & ad omnia aduolantem, mysticum illud perficere sacrificium.* *Homilia tricesima octaua de pœnitentia & de sacra eucharistia* p.569. alius notæ formulæ in sacræ cœnæ distributione meminit, quando sacerdos dicat, *Sursum* [e] *mentem & corda*, & populus respondeat: *Habemus ad dominum.*

(c) Homil. XVI. p. 208. e. edit. Francof. ἐννόησον οἵας ἀπολαύεις μυσταγωγίας ὁ μεμυημένος σὺ, μετὰ τίνων ἀναπέμπεις τὸ μυστικὸν μέλος ἐκεῖνο, μετὰ τίνων βοᾷς τὸ τριτάγιον.

(d) Homil. XXXIX. p. 493. fin. seq. Εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ, οὐκ ἂν ὅτε πρὸ μικροῦ ἀνέβη ἐπὶ τὸ ἱερὸν βῆμα τοῦτο, καὶ πᾶσιν ὑμῖν ἔδωκε εἰρήνην, καὶ ἐπεφθέγξασθε αὐτῷ κοινῇ πάντες, καὶ τῷ πνεύματί σου. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναβαίνοντι μόνον, οὐδὲ διαλεγομένῳ πρὸς ὑμᾶς, οὐδὲ εὐχομένῳ ὑπὲρ ὑμῶν ταύτην ἐπιφθέγγεσθε τὴν ῥῆσιν, ἀλλ' ὅταν παρὰ τὴν ἱερὰν ταύτην ἑστήκῃ τράπεζαν· ὅταν τὴν φρικτὴν ἐκείνην θυσίαν ἀναφέρειν μέλλῃ· ἴσασι γὰρ οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον· οὐ πρότερον ἅπτεται τῶν προκειμένων, ἕως ἂν ὑμῖν αὐτὸς ἐπεύξηται τὴν παρὰ τοῦ κυρίου χάριν, καὶ ὑμεῖς ἐπιφθέγξησθε αὐτῷ, καὶ τῷ πνεύματί σου, διὰ τῆς ἀποκρίσεως αὐτῆς ἀναμιμνήσκοντες αὐτοὺς, ὅτι οὐδὲν αὐτὸς ὁ παρὼν πράττει, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐστὶ φύσεως κατορθώματα τὰ προκείμενα δῶρα, ἀλλ' ἡ τοῦ πνεύματος χάρις παροῦσα καὶ πᾶσιν ἐφιπταμένη τὴν μυστικὴν ἐκείνην κατασκευάζει θυσίαν.

(e) Homil. XLI. p. 509. a. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; οὐκ ὑπέσχου τῷ ἱερεῖ εἰπόντι, Ἀνασχῶμεν ἡμῶν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας. καὶ εἶπας, ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον; κ. τ. λ. Quid facis homo? Non promisisti sacerdoti, qui dixit: *Sursum mentem & corda*, & dixisti, *Habemus ad dominum?*

Hæc

Hæc eadem formula eſt, quam ſupra vidimus in CYPRIANO, *Surſum corda*, Et, *Habemus ad dominum.* *Homilia quadrageſima ſeptima* in illud, *Saulus adhuc ſpirans minas* p. 632. rurſus de hymno Seraphico, ex *Ieſaia* propheta deſumto, loquitur, eumque μυστικὸν μέλος [f] *myſticum concentum* vocat. Et *homilia quinquageſima ſecunda, in eos, qui paſcha ieiunant* p. 713. perſuaſurus hominibus pacem & concordiam, iterum argumentatur ex frequenti vſu formulæ εἰρήνη πᾶσι, *pax vobiſcum omnibus*, in quolibet eccleſiæ officio. *Nihil eſt*, inquit, *quod* [g] *cum pace valeat & concordia comparari. Propterea quoque quum ingreditur pater* (h. e. epiſcopus), *non prius ad hanc ſedem adſcendit, quam vobis omnibus pacem fuerit precatus, & quum ſurgit, non prius docere vos incipit, quam omnibus pacem dederit. Sacerdotes etiam quum fuerint benedicturi, vbi prius hoc nobis apprecati fuerint, deinceps incipiunt benedicere. Et vero diaconus dum cum aliis precari iubet, hoc quoque imperat in oratione, vt angelum pacis rogemus, & quæ propoſita ſunt, cuncta pacifica, & ab hoc conuentu vos dimittens hoc vobis precatur, dicens: In pace diſcedite: & nihil in vniuerſum poteſt vel dici, vel fieri, ſine iſta.* Vt adeo hæc formula in quolibet officio particulari recurriſſe, & ſæpe ſexies vel ſepties in vno conuentu eccleſiaſtico adhibita eſſe videatur. *Homilia triceſima quinta in adſcenſionem Ieſu Chriſti* p. 535. [h] magis ſpeciatim formulæ meminit, qua diaconus homines iubeat orare angelum pacis. In libro ad eos, *qui ſcandalizati ſunt ob aduerſitates, quæ contigerunt* c. IV. p. 863. rurſus occaſionem habet iniiciendi mentionem hymni Seraphici ſub an-

(f) Homil. L. p. 565. b. edit. Francof. Ἡσαΐας -- ὁ τοῦ μυστικοῦ μέλους ἐκείνου καταξιωθεὶς ἀκούειν κ. τ. λ.

(g) Homil. LV. p. 637. οὐδὲν εἰρήνης ἴσον καὶ συμφωνίας. Διὰ τοῦτο καὶ εἰσιὼν ὁ πατὴρ, οὐ πρότερον ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβαίνει τοῦτον, ἕως ἂν ἅπασιν ὑμῖν εἰρήνην ἐπεύξηται· καὶ ἀναστὰς οὐ πρότερον ἄρχεται τῆς πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίας, ἕως ἂν ἅπασι δῷ τὴν εἰρήνην· καὶ μέλλοντες εὐλογεῖν ἱερεῖς, πρότερον τοῦτο ὑμῖν ἐπευξάμενοι, οὕτω τῆς εὐλογίας ἄρχονται· καὶ ὁ διάκονος δὲ κελεύων εὔχεσθαι μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο ἐπιτάττει κατὰ τὴν εὐχὴν αἰτεῖν τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης, καὶ τὰ προκείμενα πάντα εἰρηνικὰ, καὶ τῆς συνόδου ταύτης ἀπολύων ὑμᾶς, τοῦτο ὑμῖν ἐπεύχεται λέγων, πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ· καὶ οὐδὲν ὅλως ἔνι οὔτε εἰπεῖν, οὔτε πρᾶξαι ταύτης χωρίς.

(h) Homil. XXXVIII. p. 477. fin. ἵνα μάθῃς, ὅτι ἄγγελοι εἰρήνης εἰσὶν, ἄκουσον ἐν ταῖς προσευχαῖς ἀεὶ λεγόντων τῶν διακόνων, τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης αἰτήσατε. Vt diſcatis, angelos pacis eſſe, audi in precationibus miniſtros ſemper dicentes: *Angelum pacis rogate.*

te memorato titulo *myſtici ſanctificationis* [i] *cantus.* *Homilia ſexageſima tertia* p. 949. oſtendit, quomodo ex regula eccleſiæ die paſſionis [k] dominicæ omnes partes ſcripturæ legantur, quæ ad crucem ſpectent, & in magno ſabbato eæ ſcripturæ, quæ hiſtoriam traditionis, crucifixionis, mortis ac ſepulturæ *CHRISTI* contineant. Et addit p. 951. [l] in die reſurrectionis, & in ſingulis feſtis legi ea, quæ in ſingulis acciderint: modo actus apoſtolorum, qui hiſtoriam miraculorum, ab apoſtolis poſt ſpiritus ſancti in illos deſcenſum patratorum, complectantur, peculiari de cauſſa ante pentecoſten ſtatim poſt paſcha legi, quia demonſtratio reſurrectionis miracula ſint apoſtolica: Hanc igitur ob cauſſam ſtatim poſt crucem & reſurrectionem ad pentecoſten vſque librum actorum apoſtolicorum legi ſtatuiſſe patres, vt manifeſtam & indubitatam reſurrectionis probationem haberent fideles. Ita ſecundum CHRYSOSTOMVM eccleſia liturgiam ſuam ad exactas regulas, in meliorem populi inſtructionem ac ædificationem, ſapientiſſime inſtituit.

§. VI.

Partes antiquæ liturgiæ in ſexto volumine operum Chryſoſtomi.

SEXTVM volumen præcipue iſtis tractatibus conſtat, qui CHRYSOSTOMVM non agnoſcunt auctorem ſuum: Quocirca in exquirendis inter illos formulis antiquæ liturgiæ non adeo curioſi erimus. Eorum nonnulli viris doctis ſcripti creduntur

(*i*) Lib. ad eos, qui ſcandalizati ſunt lib. I. c. III. p. 773. e. edit. Francof. μόνον ἐδοξολόγουν, μόνον ὕμνουν, μετὰ πολλῆς τῆς φρίκης τὸ μυστικὸν ἐκεῖνο τοῦ ἁγιασμοῦ ἀναφέρουσαι μέλος, tantum glorificabant, tantum hymnos canebant, multo cum tremore *myſticum* illum *ſanctificationis cantum* offerentes.

(*k*) Homil. LXVI. p. 849. a. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ πάντα ἀναγινώσκομεν· ἐν τῷ σαββάτῳ τῷ μεγάλῳ πάλιν, ὅτι παρεδόθη ἡμῶν ὁ κύριος, ὅτι ἐσταυρώθη, ὅτι ἀπέθανε τὸ κατὰ σάρκα, ὅτι ἐτάφη.

(*l*) Ibid. p. 852. τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ σταυροῦ ἀναγινώσκομεν, καὶ τὰ ἐν ἑκάστῃ ἑορτῇ γεγονότα τῇ αὐτῇ πάλιν ἀναγινώσκομεν· - - μετὰ τὸν σταυρὸν εὐθέως ἀνάστασιν καταγγέλλομεν τοῦ χριστοῦ, τῆς δὲ ἀναστάσεως ἀπόδειξίς ἐστι τὰ σημεῖα τὰ ἀποστολικὰ, τῶν δὲ σημείων ἀποστολικῶν διδασκαλεῖον ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον· ὃ τοίνυν μάλιστα πιστοῦται τὴν ἀνάστασιν τὴν δεσποτικὴν, τοῦτο μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν εὐθέως οἱ πατέρες ἐνομοθέτησαν ἀναγινώσκεσθαι· διὰ τοῦτο τοίνυν μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐθέως ἀναγινώσκομεν τὰ σημεῖα τῶν ἀποστόλων, ἵνα ἔχωμεν σαφῆ καὶ ἀναμφισβήτητον τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν.

a SEVERIANO episcopo *Gabalensi*, qui eadem cum CHRYSOSTOMO ætate vixit, atque his eamdem, quam ipsius CHRYSOSTOMI libris, auctoritatem tribuere licebit. Inter homilias istiusmodi refertur *tricesima septima de filio prodigo*, vbi auctor commentans in illa verba: *Et cœperunt epulari*, ita fatur: *Nostis* [m] *spirituales delicias, qui eas degustastis, & recordamini tremendorum mysteriorum ac ministrorum sacri officii, imitantium angelorum alas tenuibus suis lineis velis, quæ sinistris humeris insident: & qui in ecclesia discurrunt clamantque, Ne quis ex catechumenis, ne quis eorum, qui non edunt, nullus ex exploratoribus, ne quis eorum, qui non possunt intueri vitulum, qui comeditur, neue quis eorum, qui spectare non possunt cælestem sanguinem, qui effunditur in remissionem peccatorum, ne quis indignus hostia viuente, ne quis non initiatus, ne quis eorum, qui non possunt impollutis labiis tremenda mysteria attingere: deinde subiunguntur voces angelorum collaudantium de cælis & dicentium: Sanctus pater, qui voluit mactari vitulum saginatum, qui peccatum non nouit, vt propheta dixit Esaias; Qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: Sanctus est filius simul & vitulus, qui semper occiditur sponte, qui semper viuit: Sanctus paracletus spiritus sanctus, qui sacrificium perficit.* Hæc verba manifesto respiciunt alluduntque ad vsitatas ecclesiæ formas, nimirum ad consuetudinem istam, qua diaconi, pulchro induti amictu & fascia siue orario, omnes nondum initiatos exire iubebant; & ad hymnum ter sanctum, qui semper [o] in eucharistiæ canebatur celebratione. Idem auctor paullo post p. 377. ad orationis dominicæ vsum in eucharistia omnino alludit,

(*m*) Homil. de filio prodigo p. 313. tom. VI. opp. edit. Francof. MDCXCVIII. ἐπίστασθε τὴν πνευματικὴν εὐφροσύνην, οἱ ταύτης γευσάμενοι, καὶ μεμνημένοι τῶν φρικτῶν μυστηρίων, τῶν λειτουργῶν τῆς θείας ἱερουργίας, τῶν μιμουμένων τὰς τῶν ἀγγέλων πτέρυγας ταῖς λεπταῖς ὀθόναις ταῖς ἐπὶ τῶν ἀριστερῶν ὤμων κειμέναις, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρεχόντων καὶ βοώντων· μή τις τῶν κατηχουμένων, μή τις τῶν μὴ ἐσθιόντων, μή τις τῶν κατασκόπων, μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸν μόσχον ἐσθιόμενον, μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸ οὐράνιον αἷμα, τὸ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, μή τις ἀνάξιος τῆς ζώσης θυσίας, μή τις ἀμύητος, μή τις μὴ δυνάμενος ἀκαθάρτοις χείλεσι προσψαύσασθαι τῶν φρικτῶν μυστηρίων· εἶτα καὶ τῶν ἀγγέλων οὐρανόθεν ἐπευφημούντων καὶ λεγόντων· ἅγιος ὁ πατὴρ, ὁ θελήσας τυθῆναι τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, καθώς φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ἅγιος ὁ υἱὸς, ἅμα καὶ μόσχος, ὁ ἀεὶ θυόμενος ἑκὼν, καὶ ἀεὶ ζῶν· ἅγιος ὁ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὴν θυσίαν τελεσιουργῆσαν.

quan-

quando patrem introducit ſic loquentem filio ſeniori: *Fili* [n]! *tu ſemper mecum es: tu altari adſiſtens cum fiducia clamas: Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum.* In *prima* huius voluminis *homilia de vno legislatore* p. 10. mentio habetur cærimoniæ imponendi librum euangelii capiti epiſcopi, quando ordinatur. *Idcirco*, inquit [o], *in eccleſia, quum ordinantur ſacerdotes, euangelium Chriſti capiti imponitur, vt diſcat is, qui ordinatur, veram ſe recipere euangelii tiaram; atque vt diſcat, quamuis ſit omnium caput, ſe tamen legibus iſtis ſubiici: & eum, qui omnibus imperet, legis imperio ſubeſſe; eumque, qui omnibus dat mandatum, a legibus mandatum accipere.* Non eadem criticorum de huius ſermonis auctore eſt ſententia. DVPINIVS [p] eum, tamquam falſo adſcriptum CHRYSOSTOMO, reiicit: PHOTIVS autem ſub illius nomine eum recenſet, & PEARSONIVS [q] bene longam diſſertationem conſcripſit ad auctoritatem eius e PHOTIO & diuerſis aliis antiquis ſcriptoribus ante iſtum vindicandam, vbi iis omnibus, quæ VSSERIVS & alii quidam viri docti in contrarium protulerunt, reſpondet. Nos controuerſiam iſtam non decidimus, ad rem autem præſentem id ſufficere exiſtimamus, quod iſta homilia aut ab ipſo CHRYSOSTOMO, aut alio quopiam vetuſto ſcripto-

(n) Homil. de filio prodigo p. 316. e. tom. VI. opp. edit. Francof. MDCXCVIII. Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ᾽ ἐμοῦ εἶ· --- σὺ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεστάμενος, μετὰ παῤῥησίας βοᾷς, Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

(o) Homil. I. de vno legislatore p. 9. b. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἱερέων τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ ἐπὶ κεφαλῆς τίθεται, ἵνα μάθῃ ὁ χειροτονούμενος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν τοῦ εὐαγγελίου τιάραν λαμβάνει· καὶ ἵνα μάθῃ, εἰ καὶ πάντων ἐστὶ κεφαλή, ἀλλ᾽ ὑπὸ τούτους πράττει νόμους, πάντων κρατῶν, καὶ τῷ νόμῳ κρατούμενος, πάντα λογοτεθῶν, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου νομοτεθούμενος.

(p) Du Pin. bibliothec. centur. V. p. 22. (vol. III. p. 43. edit. Colon. MDCXCIII.) Prima homilia, cuius auctor oſtendit, vnum & eumdem eſſe veteris ac noui teſtamenti legislatorem, Chryſoſtomi non eſt; quamquam eam Photius Chryſoſtomo adſcribit. 1. Enim eius ſtilus a ſtilo Chryſoſtomi plane eſt alius. 2. Allegoriis ſcatet, quibus non ita abundat Chryſoſtomus. 3. In iſta homilia alius ordo, alia diſpoſitio obſeruatur, ab ordine ac diſpoſitione homiliarum, quas Chryſoſtomi certo eſſe conſtat. 4. Plurimæ huiuſce homiliæ cogitationes Chryſoſtomo plane indignæ ſunt. 5. Multa illi ineſt confuſio. 6. Incipit & definit longe aliter, quam Chryſoſtomus ſolet. 7. In fine huius orationis indicatur, eam eo tempore ſcriptam fuiſſe, quo imperium Romanum iam premeretur atque in anguſtiis verſaretur. 8. Virgo in ea θεοτόκος idemtidem nominatur, quod non caret affectatione.

(q) Pearſon. vindic. Ignat. part. I. cap. IX. p. 311. a fin. b. tot. & p. 312. tot.

re

re compoſita ſit; Et ſane cærimonia, de qua heic ſermo eſt, in epiſcoporum ordinatione tempore CHRYSOSTOMI obſeruata fuit, quemadmodum non tantum ex aliis locis in CHRYSOSTOMO, ſed etiam ex *conſtitutionum* & *hierarchiæ eccleſiaſticæ* auctoribus, nec non ex canone concilii quarti *Carthaginenſis* apparet, quos iam libro quodam antecedente [r] protulimus in medium, quo lectorem remittimus, & in CHRYSOSTOMO, prout nos ordo ducit, progredimur.

HOMILIA quinquageſima ſecunda in hoc volumine *de circo* p. 491. auctor mentionem iniicit antiqui moris, ex quo in lectione euangelii dici conſueuerit: Δόξα σοι κύριε: *Gloria tibi* [s], *domine. Qui in vnum conuenimus*, inquit, *diacono iam quatuor euangelii fores aperturo, omnes in ipſum intuemur, ſilentiumque præbentes, & quando lectionis curriculum ingreſſus eſt, confeſtim nos exſurgimus, acclamantes: Gloria tibi domine.*

§. VII.

Partes antiquæ liturgiæ in ſeptimo volumine operum Chryſoſtomi *in* Matthæum.

HOMILIA vndecima in *Matthæum* p. 108. conſuetudinis meminit, qua populus in pſalmodia & ſolemnibus precibus ſeſe coniunxerit. *Si duos*, inquit, *aut tres pſalmos* [t] *ex more reſonantes, & ſolemnes orationes negligenter, & omnino, prout caſus quidem attulerit, effundentes abeatis, abunde vobis ſufficere creditis ad ſalutem. Homilia triceſima tertia* p. 318. ſolemnem formulam ſalutandi populum notat, qua vtatur ſacerdos, quam primum in eccleſiam ſit ingreſſus, dicens: *Pax vobis;* Atque hanc inde format hortationem: *Quum, Pax vobis* [u], *dicimus, & vos dixeritis, Et ſpiritui tuo, non voce ſolum, ſed animo quoque reſpondeatis, non ore ma-*

(r) Lib. II. c. XI. §. VIII. volum. I. p. 168.

(s) Homil. LII. de circo p. 412. c. edit. Francof. οἱ ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν θεωρίαν εἰς τὸ αὐτὸ ἀθροιζόμενοι, τοῦ διακόνου ἀνοίγειν μέλλοντος τὸ τοῦ εὐαγγελίου τετράθυρον, πάντες αὐτῷ ἀτενίζομεν ἡσυχίαν παρέχοντες· καὶ ἡνίκα τοῦ δρόμου τῆς ἀναγνώσεως ἄρξηται, εὐθέως διανιστάμεθα ἡμεῖς, ἐπιφωνοῦντες· ἀλλὰ δόξα σοι κύριε.

(t) Homil. XI. in Matth. tom. I. in Nov. Teſt. p. 134. e. edit. Francof. ἂν δύο ψαλμοὺς ἢ τρεῖς ὑπηχήσαντες, ἢ τὰς συνήθεις εὐχὰς ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, ποιούμενοι διαλυθῆτε, νομίζετε ἀρκεῖν τοῦτο εἰς σωτηρίαν ὑμῖν.

(u) Homil. XXXIII. p. 387. b. ὅταν εἴπω εἰρήνη ὑμῖν, εἶτα εἴπητε, καὶ τῷ πνεύματί σου, μὴ τῇ φωνῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώμῃ λέγετε· μὴ στόματι, ἀλλὰ

gis quam mente id proferentes. Quod si heic quidem respondeas, Pax etiam spiritui tuo, quum vero exieris, impugnas, despicis, maledicis, mille opprobriis clam laceras, qualisnam hæc pax est? *Homilia undeseptuagesima* p. 600. *de monachis*, deque eorum ratione colendi Deum loquens, ait: *Illico* [x] *postquam e lectulo splendentes & læti surrexerint, choro constituto, integra conscientia omnes, quasi ab vno consonantes ore, diligenter hymnis Deum laudant, gratias pro vniuersis, tam propriis, quam communibus beneficiis, ei agentes.* Et inter hos hymnos, speciatim cantum illum angelicum eos canere dicit: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Homilia septuagesima secunda* p. 624. de tribus [y] loquitur precationibus. Primam dicit fieri pro dæmoniacis, secundam pro pœnitentibus, tertiam pro fidelibus siue communicantibus. Vnamquamque autem harum certa verborum formula fuisse conceptam, ex hac circumstantia apparet, quod in vltima oratione infantes quoque ad Deum clamare ipsumque ad misericordiam lacrimis inflectere dicuntur. Populus solus sine infantibus orabat, quando pro dæmoniacis & pœnitentibus depre-

---

καὶ τῇ διανοίᾳ· ἂν δὲ ἐνταῦθα μὲν λέγῃς, εἰρήνη καὶ τῷ πνεύματί σου· ἔξω δὲ καὶ πολεμῇς διαπτύων καὶ κακηγορῶν, μυρίοις λάθρα πλύνων ὀνείδεσι, ποία εἰρήνη αὕτη;

(x) Homil. LXIX. p. 740. edit. Francof. ἀναστάντες εὐθέως ἀπὸ τῆς εὐνῆς φαιδροὶ, καὶ γεγηθότες καὶ χορὸν ἕνα στησάμενοι, ἐν φαιδρῷ τῷ προσώπῳ τε καὶ συνειδότι συμφώνως ἅπαντες, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος, ὕμνους εἰς τὸν τῶν ὅλων ᾄδουσι θεὸν, γεραίροντες αὐτὸν, καὶ χάριν εἰδότες ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῷ, τῶν τε ἰδίων, τῶν τε κοινῶν εὐεργετημάτων· - - τί τῶν ἀγγέλων οὗτος διέστηκεν ὁ χορὸς τῶν ἐπὶ γῆς ᾀδόντων καὶ λεγόντων· δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία;

(y) Homil. LXXII. p. 763. c. ἡ πρώτη δέησις ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων παρακαλῶμεν· καὶ ἡ δευτέρα πάλιν, ὑπὲρ ἑτέρων, τῶν ἐν μετανοίᾳ, πολὺ τὸ ἔλεος ἐπιζητοῦσα· καὶ ἡ τρίτη δὲ πάλιν, ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ αὕτη τὰ παιδία τοῦ δήμου προβάλλεται, τὸν θεὸν ἐπὶ ἔλεον παρακαλοῦντα· ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ κατεγνώκαμεν ἑαυτῶν ἁμαρτήματα, ὑπὲρ μὲν τῶν πολλὰ ἡμαρτηκότων, καὶ ἐγκληθῆναι ὀφειλόντων αὐτοὶ βοῶμεν· ὑπὲρ δὲ ἡμῶν αὐτῶν οἱ παῖδες, ὧν τῆς ἁπλότητος τοὺς ζηλωτὰς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν μένει. Prima quæ dicitur oratio, qua pro dæmoniacis deprecamur, misericordiæ suæ commemoratione plena est. Secunda, qua pro his oramus, qui pœnitentiam agunt, misericordiam humiliter quæritat. Tertia etiam, quam pro nobis ipsis fundimus, vel infantes adducit, Deum ad misericordiam lacrimis inflectentes. Nam quoniam nostra ipsi peccata cognouimus, pro aliis qui peccarunt, quique peccare possunt, ipsi clamamus: pro nobis autem ipsis infantes, quorum imitatores cælorum regnum manet.

caba-

cabatur; quando autem pro se ipsis orabant, preces suas intendebant cum paruulorum suorum clamore ac deprecatione, quorum innocentia ac simplicitas Deum ad exaudiendum flectere posse credebatur. Ex hac narratione manifestum est, preces certis verborum formulis, populo pariter & infantibus notis, fuisse conceptas: alioquin capere nemo potest, quo pacto omnes suam quisque vocem clamori ad implorandam Dei misericordiam iungere potuerint. *Homilia vicesima*, quæ est de *oratione dominica*, non tantum vsus huius formulæ orandi mentionem facit, sed eam quoque peculiare priuilegium fidelium esse dicit. *Quod fidelibus*, inquit, *oratio* [z] *ista conueniat, & ecclesiæ regula ipsa testatur, & ipsius orationis exordium. Qui enim baptismatis sacramento nondum initiatus est, is Deum patrem vocare non potest.* Ibidem cærimoniarum, in receptione sacræ eucharistiæ vsitatarum meminit, speciatim consuetudinis dandi sibi inuicem osculum [a] pacis. *Homilia septima* p. 70. ad morem alludit, quo sacerdos in celebratione proclamare solebat, ἅγια τοῖς ἁγίοις, quando dicit: [b] *Sanctis Christus sancta distribuit.*

§. VIII.

Partes antiquæ liturgiæ in octauo volumine operum Chrysostomi *in* Ioannem *et* acta apostolorum.

Octavvm volumen operum chrysostomi homilias eius in *Ioannem* euangelistam & *acta apostolorum* continet. In *præfatione* in *Ioannem* formulæ abrenuntiandi diabolo & adscribendi se *CHRISTO* mentionem facit. *Nostis* [c], inquit, *sacris initiati, quo fœdere nobis vos adstrinxeritis, &, vt verius dicam, Chri-*

(z) Homil. XX. p 243. fin. edit. Francof. ὅτι τοῖς πιστοῖς αὕτη ἡ προσευχὴ προσήκει, καὶ οἱ νόμοι τῆς ἐκκλησίας διδάσκουσι, καὶ τὸ προοίμιον τῆς εὐχῆς· ὁ γὰρ ἀμύητος οὐκ ἂν δύναιτο πατέρα καλεῖν τὸν θεόν.

(a) Ibid. p. 250. C. πῶς ἀσπάσῃ τὸν ἀδελφόν; πῶς ἅψῃ τῆς θυσίας; πῶς ἀπογεύσῃ τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ, τοσοῦτον ἔχων ἐπὶ τῆς διανοίας τὸν ἰόν; Qui fratrem salutas? quemadmodum dominicum sanguinem gustas? qui tu sacra mysteria attingis, tam dirum mente gerens venenum?

(b) Homil. VII. p. 85. C. τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις δίδωσιν· οὐδὲ γὰρ ὕδωρ ἀπὸ ταύτης ἡμῖν παρέχει τῆς πηγῆς, ἀλλ' αἷμα ζῶν. Sanctis Christus sancta distribuit. Non enim aquam de hoc nobis fonte largitur, sed sanguinem viuum.

(c) Præfat. in Ioan. tom. II. p. 7. b. ed. Fr. ἴστε οἱ μεμυημένοι, ποίας ἡμῖν ἔθεσθε συνθήκας· μᾶλλον δὲ, ποίας ἔθεσθε τῷ χριστῷ, ὅτε ὑμᾶς αὐτὸς ἐμυσταγώγει; τί πρὸς αὐ-

stio: quum vos ipse edoceret, quid ei dixistis? quæ super Satanæ pompa cum eo verba habuistis? quo pacto ei & angelis eius tunc abrenuntiastis, promisistisque, nulla ei in re adsensum præstare. *Homilia quadragesima secunda* de oratione dominica [*d*] loquitur, tamquam formula precis spiritualis, quam Christus discipulos suos docuerit, & omnes christianos. *Homilia quadragesima quarta* dicit, omnes veros christianos quotidie [*e*] precari, sanctam illam vocem proferentes: *Adueniat regnum tuum;* eoque ipso declarare, se credere resurrectionem. *Homilia sexagesima prima* hymnorum ac psalmorum [*f*] mentionem facit, vt qui honor sint vita defunctis christianis. *Homilia septuagesima septima* osculi pacis & communium precum, pro vniuersi orbis statu in eucharistiæ celebratione fieri solitarum, meminit. *Ideo*, inquit, *in mysteriis inuicem salutamus* [*g*], *vt multi vnum efficiamur, & communes pro non initiatis preces fundimus, & pro infirmis & terræ & maris, & vniuersi orbis fructibus sacrificamus.* Quæ verba manifesto ad notas respiciunt formulas, quæ tunc in ecclesia in vsu fuerunt. *Homilia vndecimesima in acta apostolorum* de diuersis solemnibus formulis in lectione scripturarum loquitur, quando ait: *Stat minister, communis minister, alta voce clamat, ac dicit:* [*h*] *Attendamus*,

---

τὶν εἶπατε; τί περὶ τῆς πόμπης Σατανικῆς αὐτῷ διελέχθητε; πῶς μετὰ τῦ Σατανᾶ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτῦ καὶ ταύτῃ τότε ἀπεισάττεσθε, καὶ ὑπισχνεῖσθε μηδὲ παρακύψειν ἐκεῖ;

(*d*) Homil. XLII. p. 276. c. edit. Francof. διὸ χρὴ περὶ τύτων ἀεὶ θεὸν παρακαλεῖν, καὶ ταῦτα αἰτεῖν· τοιαῦτα γὰρ καὶ ὁ χριστὸς ἡμᾶς εὔχεσθαι ἐδίδαξεν· καὶ ἀναπτύξωμεν τὴν εὐχὴν ἐκείνην, ὐδὲν εὑρήσομεν ἐν αὐτῇ σαρκικὸν, ἀλλὰ πάντα πνευματικά. Spiritalia nobis a Deo petenda & optanda sunt. Hæc postulanda nos docuit Christus: & si explicemus in ea oratione, quam nobis instituit, nihil ad carnem, omnia ad spiritum pertinentia inueniemus.

(*e*) Homil. XLIV. p. 288. ὐδεὶς τῶν ὀρθῶς βεβιωκότων τῇ ἀναστάσει διαπιστεῖ, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην εὔχονται τὴν ἡμέραν, τὴν ῥῆσιν ἐκείνην τὴν ἁγίαν λέγοντες· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σῦ. Nemo recte viuentium resurrectioni diffidit, sed quotidie precantur, sanctum illam vocem proferentes: Adueniat regnum tuum.

(*f*) Homil. LXI. p. 401. ἡ τιμὴ τῷ τετελευτηκότι, ὐ θρῆνοι καὶ οἰμωγαί. ἀλλ' ὕμνοι καὶ ψαλμῳδίαι, καὶ βίος ἄριστος. Honor mortuo non fletus est, non eiulatus, sed *hymni* & *psalmi* & vita optima.

(*g*) Homil. LXXVII. p. 500. fin. διὰ τῦτο καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις ἀσπαζόμεθα ἀλλήλους, ἵνα οἱ πολλοὶ γενώμεθα ἕν· καὶ ἐπὶ τῶν ἀμυήτων κοινὰς ποιύμεθα τὰς εὐχὰς, λιτανεύοντες ὑπὲρ νοσύντων, καὶ τῶν καρπῶν τῆς οἰκυμένης καὶ γῆς καὶ θαλάττης.

(*h*) Homil. XIX. in acta apostolor. tom. III. p. 185. b. c. κοινὸς διάκονος ἔστηκεν, ὁ

& *sa-*

& sæpius illam vocem clamat, hæc communis ecclesiæ est, quam ille emittit. - - Post illum incipit lector prophetiam Iesaiæ (vel alius diuini scriptoris librum). *Deinde auditorio pronuntiat, dicens: Hæc dicit dominus.* *Homilia vicesima prima* respicit ad morem indicendi preces per diaconum, quando hic populum admonens inter alia his verbis vti solebat: [i] *Oremus pro his, qui defuncti sunt in Christo, & pro his, qui illorum memoriam faciunt, pro ecclesia, pro sacerdotibus, pro populo, pro martyribus,* ceteris. *Homilia vicesima quarta* hymnorum meminit, qui ab omnibus in vniuersum dici solebant, stantibus ad mensam sacram in eucharistiæ celebratione. *Nescis*, inquit [k], *quod cum angelis stas? cum illis cantas, cum illis hymnum dicis?* Cantum trisagion siue *Cherubicum* intelligit, *Sanctus, sanctus, sanctus dominus Zebaoth* &c. quæ modulatio nota officii missæ pars erat.

§. IX.

Partes antiquæ liturgiæ in nono volumine operum Chrysostomi *in epistolam ad* Romanos *&* *vtramque ad* Corinthios.

NONVM volumen operum CHRYSOSTOMI homilias continet in epistolam ad *Romanos* & in vtramque *ad Corinthios*. *Homilia septima in epistolam ad Romanos* p. 68. de precibus loquitur pro energumenis coniunctim, [l] vna eademque omnium voce fundendis. Quod fieri oportuit ad certam formulam, quemadmodum antea *homilia septuagesima prima in Matthæum* vidimus, & ex ipsa loquendi ratione, quam heic adhibet, liquet. Populus enim vna eademque voce precari non potuit, nisi certa verborum formula hoc vel illo modo illis fuerit dictata. Hæc precum ab vniuerso cœtu adhibendarum dictatio officii plerumque

διάκονος μέγα βοῶν καὶ λέγων, προσχῶμεν· καὶ τοῦτο πολλάκις· ἐκείνη ἡ φωνὴ κοινὴ τῆς ἐκκλησίας ἐστὶν, ἣν οὕτως ἀφίησι· - - μετ᾽ ἐκεῖνον ἄρχεται ὁ ἀναγνώστης τῆς προφητείας Ἡσαίου -- εἶτα εἰς ἐπήκοον ἐκφωνεῖ λέγων, τάδε λέγει κύριος.

(i) Homil. XXI. p. 204. e. edit. Francof. οὐχ ἁπλῶς ὁ διάκονος βοᾷ, ὑπὲρ τῶν ἐν χριστῷ κεκοιμημένων καὶ τῶν τὰς μνείας ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιτελουμένων, κ. τ. λ.

(k) Homil. XXIV. p. 229. fin. οὐκ οἶδας, ὅτι μετὰ ἀγγέλων ἕστηκας; μετ᾽ ἐκείνων ᾄδεις· μετ᾽ ἐκείνων ὑμνεῖς.

(l) Homil. VII. ad Roman. tom. IV. p. 84. c. edit. Francof. κοινῇ πάντες εὐξώμεθα, καὶ μίαν ὑπὲρ αὐτῶν ἀνενέγκωμεν φωνὴν, ὡς ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων. Coniunctim omnes preces fundamus, vnam eamdemque pro ipsis vocem, tamquam pro energumenis, edentes.

erat diaconi, quemadmodum CHRYSOSTOMVS *homilia decima quarta* in hanc ipsam epistolam p. 165. docet; vbi statum ecclesiæ tempore apostolorum diuersum a statu ecclesiæ sui temporis ostendit. Nam explicans verba illa: *Ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, ita fatur: *Obscurum est* [m] *hoc dictum, propterea quod multa ex iis miracula, quæ tum fierent, fieri nunc desierint: eapropter necesse nobis est, rerum illarum statum vos docere, atque ita demum apertior erit sermo. Quis igitur tum rerum status erat? diuersa iis omnibus dona Deus largiebatur, qui baptismum susciperent, quæ quidem & spiritus vocabantur. Prophetarum enim spiritus, ait, prophetis subiecti sunt. Et hic quidem obtinebat prophetiæ donum, ac futura prædicebat: ille autem sapientiæ, ac plebem docebat: ille autem sanitatum, & ægrotantes curabat: ille autem potestatum, ac mortuos excitabat: ille autem linguarum, & variis loquebatur vocibus. Porro autem vna cum his omnibus erat & PRECVM DONVM, quod & ipsum spiritus dicebatur: quo qui præditus erat, pro plebe vniuersa preces fundebat: quandoquidem enim, permulta quum ignoremus eorum, quæ nobis conducunt, quæ minime conducunt, postulamus; accessit donum precum ad vnum aliquem eorum, qui tum viuerent, qui quod communiter vniuersitati ecclesiæ conducebat, id tum ipse pro omnibus postulans staret, tum autem alios edoceret. Spiritum igitur heic vocat tum donum tale, tum animam eam, quæ donum id susciperet, quæque apud Deum intercederet ac gemeret. Qui enim huiusmodi gratia dignus est habitus, is magna cum animi compunctione stans, multis item cum gemitibus, iis dico, qui ipsa quidem mente,*

(m) Homil. XIV. p. 201. b. c. d. e. edit. Francof. Ἀσαφὲς τὸ εἰρημένον διὰ τὸ πολλὰ τῶν τότε γινομένων θαυμάτων πεπαῦσθαι νῦν· διόπερ ἀναγκαῖον διδάξαι ὑμᾶς τὴν τότε κατάστασιν, καὶ οὕτω σαφέστερος λοιπὸν ἔσται ὁ λόγος· τίς οὖν ἡ τότε κατάστασις ἦν; διάφορα πᾶσι τοῖς τότε βαπτιζομένοις ἐδίδου χαρίσματα ὁ θεὸς, ἃ δὴ καὶ πνεύματα ἐκαλεῖτο· πνεύματα γὰρ προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, φησί· καὶ ὁ μὲν, εἶχε προφητείας χάρισμα, καὶ προέλεγε τὰ μέλλοντα, ὁ δὲ σοφίας, καὶ ἐδίδασκε τοὺς πολλούς· ὁ δὲ ἰαμάτων, καὶ ἐθεράπευε τοὺς νοσοῦντας· ὁ δὲ δυνάμεων, καὶ ἤγειρε τοὺς νεκρούς· ὁ δὲ γλωσσῶν, καὶ διαφόροις ἐλάλει φωναῖς· μετὰ δὲ τούτων ἁπάντων ἦν καὶ εὐχῆς χάρισμα, ὃ καὶ αὐτὸ πνεῦμα ἐλέγετο· καὶ ὁ τοῦτο ἔχων, ὑπὲρ τοῦ πλήθους παντὸς ηὔχετο· ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ τῶν συμφερόντων ἡμῖν ἀγνοοῦντες, τὰ μὴ συμφέροντα αἰτοῦμεν, ἤρχετο χάρισμα εὐχῆς εἴς ἕνα τινὰ τῶν τότε, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης αὐτός τε ὑπὲρ ἁπάντων ἵστατο αἰτῶν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπαίδευε· πνεῦμα τοίνυν ἐνταῦθα καλεῖ τότε χάρισμα τὸ τοιοῦτον, καὶ τὴν ψυχὴν τὴν δεχομένην τὸ χάρισμα, καὶ ἐντυγχάνουσαν τῷ Θεῷ καὶ στενάζουσαν· ὁ γὰρ τοιαύτης καταξιωθεὶς χάριτος, ἑστὼς μετὰ πολλῆς τῆς κατανύξεως, μετὰ πολλῶν τῶν στεναγ-

Deo

Deo ſe proſternunt, quæ omnibus vſui ſunt, poſtulat: CVIVS ET NVNC SIGNVM DIACONVS EST PRO POPVLO PRECES DEO OFFERENS. Heic ſecundum CHRYSOSTOMVM ſpiritus precationis extraordinarium donum fuit, perinde ac donum linguarum; & differentia inter ætatem apoſtolicam & ætatem ipſius hæc erat, quod initio & res, & verba precum ratione quadam extraordinaria inſpirarentur, poſtea autem diaconi ex formulis ordinariis ſine vlla iſtiusmodi immediata inſpiratione orarent.

IN commentario in *priorem epiſtolam ad Corinthios, homilia viceſima quarta* p. 532. capita ſolemnis gratiarum actionis in conſecratione euchariſtiæ recenſet. *Nos ad calicem*, inquit, *recenſentes* [n] *ineffabilia Dei beneficia, & quæcumque ſumus adepti, ita ipſum offerimus & communicamus, gratias agentes, quod ab errore liberarit hominum genus: quod quum longe eſſemus, prope fecerit: quod quum ſpem non haberemus, & ſine Deo eſſemus, ſuos fratres eſſe effecerit & coheredes. Pro his ergo, & quæcumque ſunt huiusmodi, gratias agentes, ita accedimus. Homilia triceſima quinta* p. 640. notat, verba *εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, in ſæcula ſæculorum* eſſe communem clauſulam gratiarum actionis, [o] in ſacræ cœnæ celebratione fieri ſolitæ, ad quæ, ſi ignota lingua proferantur, laicus non poſſit reſpondere *Amen. Homilia triceſima ſexta* p. 652. formulæ mentionem facit [p] *Pax vobis*, ad quam populus reſpondebat: *Et ſpiritui tuo*; Quam ex apoſtolica praxi deriuat, quum ſacerdos & popu-

μῶν τῶν κατὰ διάνοιαν, τῷ θεῷ προσπίπτων, τὰ συμφέροντα πᾶσιν αἰτεῖ· ὗ καὶ νῦν σύμβολόν ἐστιν ὁ διάκονος, τὰς ὑπὲρ τῦ δήμυ ἀναφέρων εὐχάς.

(n) Homil. XXIV. in 1 Cor. p. 156. edit. Francof. MDCXCVIII. καὶ ἡμεῖς ἐπιλέγοντες ποτηρίῳ τὰς ἀφάτυς εὐεργεσίας τῦ Θεῦ, καὶ ὅσων ἀπολελαύκαμεν· ὕτως αὐτὸ προσάγομεν καὶ κοινωνῦμεν, εὐχαριστῦντες, ὅτι τῆς πλάνης ἀπήλλαξε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ὅτι μακρὰν ὄντας ἐγγὺς ἐποίησεν· ὅτι ἐλπίδα μὴ ἔχοντας καὶ ἀθέυς ἐν τῷ κόσμῳ, ἀδελφὺς ἑαυτῦ κατεσκεύασε καὶ συγκληρονόμυς· ὑπὲρ τύτων καὶ τῶν τοιύτων ἁπάντων εὐχαριστῦντες, ὕτω πρόσιμεν.

(o) Homil. XXXV. p. 389. ἂν εὐλογήσῃς τῇ τῶν βαρβάρων φωνῇ, ὐκ εἰδὼς τί λέγεις, ὐδὲ ἑρμηνεῦσαι δυνάμενος, ὐ δύναται ὑποφωνῆσαι τὸ Ἀμὴν ὁ λαϊκός· ὐ γὰρ ἀκύων τό, εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὅπερ ἐστὶ τέλος, ὐ λέγει τὸ Ἀμήν. Si barbarorum voce benedicas, neſciens quid dicas, neque valens interpretari, non poteſt laicus reſpondere, *Amen.* Non audiens enim illud, *In ſæcula ſæculorum*, quod eſt finis, non dicit *Amen.*

(p) Homil. XXXVI. p. 405. ἐπειδὰν ἀρξώμεθα λέγειν, ὁ λαὸς ἀντιφθέγγεται, τῷ πνεύματί συ, δεικνὺς, ὅτι τὸ παλαιὸν ὕτως ἔλεγον, ὐκ οἰκείᾳ σοφίᾳ, ἀλλὰ τῷ πνεύ-

populus loquerentur ex immediata ſpiritus ſancti inſpiratione. Porro obſeruat p. 652, quod omnes [*q*] communiter cantauerint apoſtolorum & ſuo ipſius tempore: & quod epiſcopus ſub introitum in eccleſiam pacem precetur omnibus, vt qui in domum ingrediatur paternam: quamquam id eum excruciet, quod quidem pacis nomen ſit frequens, res autem nuſquam. Rurſus p. 655. monet, quod, quum vnus quidam lector pſallat, omnes reſpondendo ſic reſonent [*r*], quaſi vox feratur ex vno corpore: quod factum, dum vel verſus alternis vicibus cecinerunt, vel in clauſula cuiuslibet verſus vtrique ſe coniunxerunt; qua de re libri proxime ſequentis capite primo plura. *Homilia quadrageſima* p. 688. obſeruat, quod quilibet in baptiſmo ſuo ex regula eccleſiæ profeſſionem fidei [*s*] ſolemnibus ſymboli verbis edere, & inter alios articulos & hunc dicere debeat: *Credo reſurrectionem mortuorum:* Qua profeſſionis formula CHRYSOSTOMVS locum illum *Paulinum* explicat: *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis?* Hoc eſt, ſi mortui non reſurgunt, cur profitentur in baptiſmo, ſe credere reſurrectionem mortuorum? *Homilia quadrageſima prima* p. 702. partem ſolemnis formulæ orandi pro mortuis, quæ tunc in vſu erat in eccleſia, memorat. *Non abs re*, inquit [*t*], *is, qui adſtat altari, dum vene-*

ματι κινόμενοι. Quando inceperimus dicere, populus reſpondet: *Spiritui tuo:* oſtendens, quod olim ſic dicebant, non ſua moti ſapientia, ſed ſpiritu.

(*q*) Homil. XXXVI. p. 405. edit. Francof. *συνήεσαν τὸ παλαιὸν ἅπαντες, καὶ ὑπέψαλλον κοινῇ· τοῦτο ποιοῦμεν καὶ νῦν· - - εἰρήνην καὶ νῦν πᾶσιν ὁ τῆς ἐκκλησίας προεςὼς ἐπεύχεται, ὡς εἰς πατρῴαν οἰκίαν εἰσιών· ἀλλὰ τῆς εἰρήνης ταύτης τὸ μὲν ὄνομα πολὺ, τὸ δὲ πρᾶγμα οὐδαμοῦ.*

(*r*) Ibid. p. 408. fin. & p. 409. init. *καὶ ὁ ψάλλων, ψάλλει μόνος, κἂν πάντες ὑπηχῶσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς ςόματος ἡ φωνὴ φέρεται.*

(*s*) Homil. XL. p. 452. fin. *πρότερον εἰπὼν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, τότε ὁμολογεῖς καὶ νεκρῶν ἀνάςασιν - - τούτων τοίνυν τῶν ῥημάτων ἀναμιμνήσκων ὁ Παῦλος φησί· τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; εἰ γὰρ μὴ ἔςιν ἀνάςασις, φησὶ, σκηνὴ τὰ ῥήματα ταῦτα· εἰ μὴ ἔςιν ἀνάςασις, πῶς αὐτοὺς πείθομεν πιςεύειν, ἅπερ οὐ δίδομεν.* Cum prius dixiſſes remiſſionem peccatorum, tunc confiteris etiam mortuorum reſurrectionem. - - Hæc ergo verba in memoriam reuocans Paulus dicit: Quid facient, qui baptizantur pro mortuis? Nam ſi non eſt, inquit, reſurrectio, hæc verba plane ludus ſcenicus. Si non eſt reſurrectio, quomodo eis ſuademus, vt credant, quæ non damus?

(*t*) Homil. XLI. p. 468. *οὐδὲ μάτην ὁ παρεςὼς τῷ θυσιαςηρίῳ τῶν φρικτῶν μυςηρίων τε-*

randa

randa peraguntur mysteria, *clamat: Pro omnibus*, *qui in Christo dormierunt*, *& iis*, *qui pro ipsis celebrant memorias.* Et paullo post: *Fidenter pro orbe terræ tunc rogamus*, *& cum martyribus eos vocamus*, *cum confessoribus*, *cum sacerdotibus*, *etenim vnum corpus omnes sumus*, *etiamsi sint membra membris splendidiora.*

HOMILIA secunda in posteriorem *ad Corinthios* epistolam p. 740. orationem dominicam vocat [u] εὐχὴν νενομισμένην, *orationem* a Christo inuectam & *lege* ecclesiæ *sancitam*, dicitque peculiare priuilegium esse fidelium; catechumenos enim ab ista gratia ante baptismum adhuc esse alienos. Illic etiam diuersarum formularum meminit, quibus diaconi populum ad orandum excitent; Exempli caussa: ϛῶμεν καλῶς, δεηθῶμεν, *Recte stemus*, *oremus*: quod non ad sacerdotes tantum, sed etiam ad populum spectare dicit. Iterum, ὑπὲρ τῶν κατηχυμένων ἐκτενῶς δεηθῶμεν, *Pro catechumenis intente oremus.* Postquam admonitionem diaconum ipsas preces, pro illis faciendas, dictare narrat, easque ibi recitat CHRYSOSTOMVS, quas heic præterimus, quia post hac [w], vbi de missa catechumenorum agitur, integre recitatas lector inueniet. Paullo post in *eadem homilia* p. 743. solitæ formulæ abrenuntiationis in baptismo mentionem iniicit: *Vos hæc* [x] *nostis*, inquit, *qui sacris initiati estis. Facile enim illa verba vobis in memoriam redeant*, *per quæ tyrannidi diaboli nuntium remisistis*, *quum flexo genu ad regem transfugistis*, *ac tremenda illa verba protulistis*, *quibus tyranno nullo omnino modo obsequi docemur.* Et pag. 745. addit, quod in missa fidelium, hoc est, in sacræ eucharistiæ celebratione [y], diaconus eos pro episcopis, pro presbyteris, pro regibus, pro imperatoribus, pro terra & mari, pro aëris tempe-

λυμένων βοᾷ ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν χριϛῷ κεκοιμημένων, καὶ τῶν τὰς μνείας ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιτελούντων — — διὰ τοῦτο θαῤῥοῦντες ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης δεόμεθα τότε, καὶ μετὰ μαρτύρων αὐτοὺς καλοῦμεν, μετὰ ὁμολογητῶν, μετὰ ἱερέων· καὶ γὰρ ἓν σῶμά ἐσμεν ἅπαντες, κἂν λαμπρότερα μέλη μελῶν.

(u) Homil. II. in 2 Cor. p. 510. b. edit. Francof. οὐδέπω εὐχὴν ἴσχουσι τὴν νενομισμένην καὶ εἰσενεχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ χριϛοῦ, οὐδέπω παῤῥησίαν κεκλήρωνται.

(w) Lib. XIV. cap. V.

(x) Homil. cit. p. 520. c. ἴστε ταῦτα οἱ μεμυημένοι· ἀναμνήσθητε γοῦν τῶν ῥημάτων ἐκείνων, δι᾽ ὧν ἀπετάξασθε αὐτοῦ τῇ τυραννίδι, γόνυ κλίναντες, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα αὐτομολήσαντες, καὶ τὰ φρικώδη ἐκεῖνα φθεγξάμενοι ῥήματα, δι᾽ ὧν παιδευόμεθα μηδὲν αὐτῷ καθόλου πείθεσθαι.

(y) Ibid. p. 531. fin. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν πιστῶν, ὑπὲρ ἐπισκόπων, ὑπὲρ πρεσβυτέρων, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ τῶν κρατούντων, ὑπὲρ γῆς καὶ θαλάσσης,

re, denique pro vniuerso terrarum orbe Deum adire iubeat. Quæ non nisi tot indicia sunt indictionis precum, per diaconum in missa fidelium tactæ, qua de re libro XV. c. I. fusius sumus loquuturi. *Homilia quinta* p. 775. de officio hominum dicendi orationem dominicam [z] loquitur. *Homilia duodeuicesima* p. 872 formulam precum subindicat, quam populus in ordinatione ministrorum recitet [a]: *Suffragium populi*, inquit, *eos, qui ad spirituales dignitates veniunt, haud leuiter exornat. Ac propterea is, qui ordinandi munus obiturus est, illorum preces tum poscit, atque ipsi calculum suum addunt, acclamantque ea, quæ norunt, qui mysteriis initiati sunt. Neque enim fas est, coram profanis cuncta detegere.* Paullo post p. 873. populum non mediocrem partem in precibus ecclesiæ habuisse significat, quando ait: *In [b] precationibus quoque illud quispiam conspexerit, populum permultum erogare. Etenim pro energumenis & pro iis, qui in pœnitentia sunt, communia, & a sacerdote, & ab ipsis vota fiunt: atque omnes vnam eamdemque precem concipiunt, precem, inquam, illam misericordia plenam. Rursus quum eos, qui sacrosanctæ mensæ participes esse nequeunt, a sacris septis arcemus, ineunda est altera oratio, in qua omnes peræque humi iacemus, omnes peræque consurgimus.* (Intelligit preces pro vniuerso ecclesiæ statu, quæ a sacerdote & populo coniunctim fundebantur.) *Adhæc, quum pax danda, vicissimque accipienda est, omnes æque inter nos exosculamur.* (Vel osculum pacis intelligit, vel formulam salutationis inter sacerdotem & populum vsitatam. *Pax vobiscum, Et cum spiritu tuo.* Vero autem similius est, prius illud eum intelligere, quia

ὑπὲρ ἀέρων, ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης κελευόμεθα προσιέναι τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ.

(z) Homil. V. p. 557. fin. edit. Francof. τοῦτο καὶ ἐπιτάγης λέγειν, ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Hoc etiam dicere præciperis, Libera nos a malo.

(a) Homil. XVIII. p. 673. d. ἡ τούτων ψῆφος, ἐχ, ὡς ἔτυχε, καὶ τοὺς ἐπὶ τὰς πνευματικὰς ἀρχὰς ἐρχομένους κατακοσμεῖ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ μέλλων χειροτονεῖν, καὶ τὰς ἐκείνων εὐχὰς καλεῖ τότε, καὶ αὐτοὶ ἐπιψηφίζονται, καὶ ἐπιβοῶσιν ἅπερ ἴσασιν οἱ μεμυημένοι· οὐ γὰρ δὴ θέμις ἐπὶ τῶν ἀμυήτων ἐκκαλύπτειν ἅπαντα.

(b) Ibid. paullo post: Καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς δὲ πολὺ τὸν λαὸν ἴδοι τις ἂν συνεισφέροντα· καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων, ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ, κοιναὶ καὶ παρὰ τοῦ ἱερέως, καὶ παρ' αὐτῶν γίνονται αἱ εὐχαί, καὶ πάντες μίαν λέγουσιν εὐχήν, εὐχὴν τὴν ἐλέου γέμουσαν· πάλιν ἐπειδὰν εἴρξωμεν τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς οὐ δυναμένους τῆς ἱερᾶς μετασχεῖν τραπέζης, ἑτέραν δεῖ γενέσθαι εὐχήν, καὶ πάντες ὁμοίως ἐπ' ἐδάφους κείμεθα, καὶ πάντες ὁμοίως ἀνιστάμεθα· ὅταν εἰρήνης πάλιν μεταλαμβάνειν καὶ μεταδιδόναι δέῃ, πάντες ὁμοίως ἀσπαζόμεθα· ἐπ' αὐτῶν πάλιν τῶν φρικωδεστάτων μυστηρίων ἐπεύχεται

dc

de hac posteriore statim subiicit:) *In tremendis quoque mysteriis, vt sacerdos pro plebe, ita plebs pro sacerdote vota facit. Hæc enim verba: Et cum spiritu tuo, nihil aliud, quam hoc significant. Rursus ea oratio, qua Deo gratiæ aguntur, vtrisque communis est; neque enim ipse solus gratias agit, sed etiam plebs vniuersa. Nam, quum primus illorum vocem sumsit, atque illi adsenserunt, id digne ac iuste fieri, tum demum gratiarum actionem auspicatur. Quid autem est, quamobrem tibi mirum videatur, si cum sacerdote plebs interdum loquatur, quum etiam cum ipsis Cherubim ac supernis virtutibus sacrosanctos illos hymnos communiter in cælum mittat?* Intelligit duos illos hymnos: *Sanctus, sanctus, sanctus dominus Zebaoth*, &, *Gloria in excelsis Deo*, qui ab vniuersa pleqe in celebratione eucharistiæ cantabantur. CHRYSOSTOMVS scitam habet obseruationem in omnes istas formulas, & populi officium partem in illis sustinendi, quam heic prætermittere nolumus, quod rationem nobis monstrat, ob quam vetus ecclesia cultum publicum ita instituerit. *Hæc* [c] *cuncta*, inquit, *eo a me dicuntur, vt vnusquisque, etiam ex his, qui subsunt, aduigilet: illudque intelligamus, nos omnes vnum corpus esse, tantumque duntaxat inter nos differre, quantum membra a membris differunt: ac proinde committendum non esse, vt omnia ad sacerdotes reiiciamus: quin potius nos quoque ecclesiæ totius, perinde ac communis corporis cura adficiamur.*

§. X.

Partes antiquæ liturgiæ in volumine decimo operum Chrysostomi *in reliquas* Pauli *epistolas.*

DECIMVM atque vltimum operum CHRYSOSTOMI volumen homilias in reliquas *Pauli* epistolas continet. *Homilia prima in epistolam ad Ephesios* p. 1037. de professione in baptismo fieri

ὁ ἱερεὺς τῷ λαῷ, ἐπεύχεται καὶ ὁ λαὸς τῷ ἱερεῖ· τὸ γὰρ μετὰ τοῦ πνεύματός σου, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τοῦτο· τὰ τῆς εὐχαριστίας πάλιν κοινά· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος εὐχαριστεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς ἅπας· πρότερον γὰρ αὐτῶν λαβὼν φωνὴν, εἶτα συντιθεμένων, ὅτι ἀξίως καὶ δικαίως τοῦτο γίνεται, τότε ἄρχεται τῆς εὐχαριστίας. καὶ τί θαυμάζεις, εἴ που μετὰ τοῦ ἱερέως ὁ λαὸς φθέγγεται, ὅπουγε καὶ μετ' αὐτῶν τῶν χερουβὶμ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων κοινῇ τοὺς ἱεροὺς ἐκείνους ὕμνους ἀναπέμπει.

(c) Homil. XVIII. p. 673. ed. t. Francof. ταῦτα δέ μοι πάντα ἐκεῖνα εἴρηται, ἵνα ἕκαστος καὶ τῶν ἀρχομένων νήφῃ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι σῶμά ἐσμεν ἅπαντες ἕν, τοσαύτην ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν, ὅσην μέλη πρὸς μέλη, καὶ μὴ τὸ πᾶν ἐπὶ τοὺς ἱερέας ῥίπτωμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ, ὥσπερ κοινοῦ σώματος, τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης οὕτω φροντίζωμεν.

ſolita loquitur. *Quid verbis* [*d*] *illis*, inquit, *gratioſius*, *per quæ diabolo abrenuntiamus? Per quæ in Chriſti militum numerum adſcribimur? confeſſione illa, quæ fit ante lauacrum, & illa, quæ poſt lauacrum?* *Homilia tertia* p.1051. narrat, diaconos erga omnes, ſub eccleſiæ cenſura conſtitutos, ante celebrationem euchariſtiæ hac verborum formula vti conſueſſe: [*e*] *Quicumque eſtis in pœnitentia, abite.* Et pag. 1052. iſtis ſemotis diaconum denuo proclamare dicit [*f*], *Oremus omnes communiter.* Loquitur etiam heic de hymnis [*g*], qui ad ſacram menſam canantur. *Homilia decima quarta* p. 1127. ex vſu orationis dominicæ argumentatur, quod homines non debeant contumelia adficere, quos fratres ſuos eſſe in ea profiteantur. *Si non eſt frater*, inquit [*h*], *quomodo dicis Pater noſter? Illud enim NOSTER multas ſignificat perſonas.* Et porro ad oſtendendam iſtiusmodi contumelioſæ linguæ turpitudinem, ad animum illis reuocat notam ipſorum conſuetudinem cantandi ſacros hymnos cum Cherubim ac Seraphim in ſacræ cœnæ participatione: *Cogita* [*i*], *cum quibus ſtes tempore illorum myſteriorum; cum Cherubim ac Seraphim. Seraphim enim contumelia non adficiunt: ſed os eorum vnum ſolum implet munus, nempe Deum laudandi & glorificandi. Quomodo ergo poteris cum illis dicere: Sanctus, ſanctus, ſanctus; qui ore vſus es ad contumeliam?* Addit. ... [*k*] *Pater noſter, Et quid? Eſtne hoc ſolum? Audi etiam,*

(*d*) Homil. I. in epiſt. ad Epheſ. tom. V. p. 869. a. edit. Francof. MDCXCVII. Τί χαριέστερον τῶν ῥημάτων, δι' ὧν ἀποτασσόμεθα τῷ διαβόλῳ; δι' ὧν συντασσόμεθα τῷ χριστῷ; τῆς ὁμολογίας ἐκείνης τῆς πρὸ τοῦ λουτροῦ; τῆς μετὰ τὸ λουτρόν;

(*e*) Homil. III. p. 883. d. ἀκούεις ἑστῶτος τοῦ κήρυκος καὶ λέγοντος, ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε πάντες.

(*f*) Ibid. b. ὅταν ἀκούσῃς, δεηθῶμεν πάντες κοινῇ.

(*g*) Ibid. c. οὕτω δὲ καὶ σὺ παραγέγονας· τὸν ὕμνον ᾖσας μετὰ πάντων κ. τ. λ. Tu quoque adfuiſti, hymnum cantaſti cum omnibus. - - οὐ διὰ τῶν προκειμένων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ᾠδῶν ἐκείνων τὸ πνεῦμα πάντοθεν κάτεισιν. Non ſolum per propoſita ſed etiam per *cantica* vndique deſcendit ſpiritus.

(*h*) Homil. XIV. p. 981. fin. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀδελφὸς, πῶς λέγεις πάτερ ἡμῶν; τὸ γὰρ ἡμῶν, πολλῶν ἐστι προσώπων σημαντικόν.

(*i*) Ibid. ἐννόησον μετὰ τίνων ἕστηκας κατὰ τὸν καιρὸν τῶν μυστηρίων, μετὰ τῶν Χερουβὶμ, μετὰ τῶν Σεραφίμ· τὰ Σεραφὶμ οὐχ ὑβρίζει, ἀλλὰ μίαν αὐτοῖς χρείαν μόνον τὸ στόμα πληροῖ, τὸ δοξολογεῖν, τὸ δοξάζειν τὸν θεόν· πῶς οὖν δυνήσῃ σὺ μετ' ἐκείνων λέγειν, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, εἰς ὕβριν τῷ στόματι κεχρημένος;

(*k*) Ibid. p. 984. a. b. c. Πάτερ ἡμῶν· καὶ τί; τοῦτο μόνον; ἄκουε καὶ τῶν ἑξῆς· ὁ ἐν

quæ

quae sequuntur. Qui es in caelis. Statim dixisti, Pater noster, qui es in caelis, & verbum te erexit, & menti tuae alas addidit, & ostendit, te patrem habere in caelis. Nihil agas, nihil dicas ex iis, quae sunt in terra. In supernum illum ordinem te retulit: in choro illo te inseruit. Cur te deorsum detrahis? Apud thronum stas regium & contumelia adficis? Stas in caelis & contumelia adficis? Cum angelis versaris, & contumelia adficis? Dominico osculo dignatus es, & contumelia adficis? Deus os tuum ornauit tam multis hymnis angelicis, alimento non vtique angelico, sed superangelico, seu osculo & suis amplexibus, & contumelia adficis? Homilia vicesima tertia p. 1190. ait: *IESVS, filius patris misericordiarum, filius eius, qui est vere Deus, omnem tulit virtutem, omnes, qui inde sunt fructus,* [l] *hymnos ad nos detulit caelestes. Nam, quae apud supernos dicunt Cherubim, ea nobis quoque praecepit dicere: Sanctus, sanctus, sanctus.*

HOMILIA decima quinta in epistolam *ad Philippenses* p. 1311. disertis verbis adfirmat, seruatorem nostrum nobis orationem dominicam dedisse, vt formulam precis, quando, *CHRISTVS,* inquit, *formulam nobis precandi,* ὅρον εὐχῆς [m], *tradens, hoc precationi adiecit, docens ita dicere: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

HOMILIA tertia in Colossenses p. 1337. *Oramus,* [n] *dicentes: Fiat voluntas tua sicut in caelo, & in terra:* Et paullo post: *Gratias agentes dicimus, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas.*

τοῖς οὐρανοῖς· εὐθέως εἶπες, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἀνέστησέ σε τὸ ῥῆμα, ἐπτέρωσέ σου τὴν διάνοιαν, ἔδειξεν, ὅτι πατέρα ἔχεις ἐν τοῖς οὐρανοῖς· μηδὲν πράττε, μηδὲν λέγε τῶν ἐπὶ γῆς· εἰς ἐκείνην σε τὴν τάξιν ἔστησε τὴν ἄνω, ἐκείνῳ σε ἐνέκρινε τῷ χορῷ· τί σαυτὸν κάτω καθέλκεις; παρὰ τὸν θρόνον ἕστηκας βασιλικόν, καὶ ὑβρίζεις; -- ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἕστηκας, καὶ ὑβρίζεις; μετὰ ἀγγέλων πολιτεύῃ, καὶ ὑβρίζεις; φιλήματος ἠξίωσαι δεσποτικοῦ, καὶ ὑβρίζεις; τοσούτοις σου τὸ στόμα ἐκόσμησεν ὁ θεός, ὕμνοις ἀγγελικοῖς, τροφῇ οὐκέτι ἀγγελικῇ, ἀλλ' ὑπὲρ ἀγγελικήν, φιλήματι τῷ αὐτοῦ, περιπλοκαῖς ταῖς πρὸς αὐτόν, καὶ ὑβρίζεις;

(l) Homil. XXIII. p. 1061. e. a. edit. Francof. ὁ Ἰησοῦς, ὁ τοῦ πατρὸς τῶν οἰκτιρμῶν, ὁ τοῦ ὄντως θεοῦ υἱός, ἤνεγκε πᾶσαν τὴν ἀρετήν, πάντας τοὺς ἐκεῖθεν καρποὺς ἡμῖν κατήνεγκεν, τοὺς ὕμνους λέγω τοὺς ἐπουρανίους· ἃ γὰρ τὰ χερουβὶμ ἄνω λέγει, ταῦτα καὶ ἡμῖν προσέταξε λέγειν, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος.

(m) Homil. XV. in ep. ad Philipp. tom. VI. p. 141. edit. Francof. ὁ χριστὸς ὅρον εὐχῆς ἡμῖν διδούς, τοῦτο τῇ εὐχῇ ἐνέθηκε, διδάσκων ἡμᾶς, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, λέγειν, δὸς ἡμῖν σήμερον.

(n) Homil. III. in ep. ad Coloss. p. 173. circa fin. εὐχόμεθα λέγοντες, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Pag. 176. εὐχαριστοῦντες λέγομεν, Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. - - εὐχόμεθα,

luntas. --- Oramus, & dicimus petentes angelum pacis, & semper pacem petimus. Nihil enim potest ei æquiparari. In ecclesiis pacem, in supplicationibus, in salutationibus, & semel, & bis, & ter, & sæpe eam dat is, qui præest ecclesiæ, dicens: Pax vobis. Rursus p. 1338. *Quum ingressus fuerit* [o] *is, qui præest ecclesiæ, statim dicit: Pax omnibus. Quando sermonem facit ac concionatur: Pax omnibus. Quando benedicit: Pax omnibus: Quando iubet salutare: Pax omnibus. Quando peractum fuerit sacrificium: Pax omnibus. Et rursus intermedio: Gratia vobis & pax. Quomodo ergo non absurdum, si toties audientes, habere pacem, inter nos bellum gerimus? Accipientes & reddentes, cum eo, qui dat pacem, bellum gerimus? Dicis, Et cum spiritu tuo, & eum foris calumniaris.* Subiungit p. 1339. non episcopum proprie loqui, sed *CHRISTVM: Num ego* [p] *do pacem? Christus est, per nos loqui dignans.* *Homilia sexta in Coloss.* p. 1358. formulam renuntiandi diabolo in baptismo, & adscribendi se *CHRISTO* cum chirographo comparat, & pacto conuento: *Videte*, inquiens [q], *ne ex eo arguamur & conuincamur, postquam diximus Abrenuntiamus tibi, Satana, & tibi nomen damus, & in tuorum militum numerum adscribimur, CHRISTE.* Item pag. 1359. [r] *Doceris dicere: Abrenuntio tibi, & pompæ tuæ, & cultui tuo, & angelis tuis.* Et addit: *Quam primum adscenderit* (ex aqua, iam baptizatus) *hæc verba loquitur: Pater noster, qui es in cælis, fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra. Homilia nona*

καὶ λέγομεν αἰτοῦντες τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης· καὶ πανταχοῦ εἰρήνην αἰτοῦμεν· οὐδὲν γὰρ ταύτης ἴσον· ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνη, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν ταῖς προσρήσεσι· καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις αὐτὴν δίδωσιν ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εἰρήνη ὑμῖν, ἐπιλέγων.

(o) Homil. III. in ep. ad Coloss. p. 173. sub fin. edit. Francof. ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εὐθέως λέγει· εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ὁμιλῇ, εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν εὐλογῇ, εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ἀσπάζεσθαι κελεύῃ, εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ἡ θυσία τελεσθῇ, εἰρήνη πᾶσιν· καὶ μεταξὺ πάλιν, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη· πῶς οὖν ἄτοπον, εἰ τοσαυτάκις ἀκούοντες εἰρήνην ἔχειν, ἐκπεπολεμώμεθα πρὸς ἀλλήλους, καὶ λαμβάνοντες, καὶ ἀντιδιδόντες, τῷ διδόντι τὴν εἰρήνην πολεμοῦμεν; λέγεις, καὶ τῷ πνεύματί σου, καὶ διαβάλλεις αὐτὸν ἔξω.

(p) Ibid. μὴ γὰρ ἐγὼ δίδωμι τὴν εἰρήνην; ὁ χριστὸς δι' ἡμῶν φθέγγεσθαι καταξιῶν.

(q) Homil. VI. in Coloss. p. 200. c. γέγονεν ἕτερον χειρόγραφον πάλιν, οὐ πίστιν, οἷον τὸ πρότερον· ὁρᾶτε οὖν, μὴ τούτῳ ἁλῶμεν, μετὰ τὸ εἰπεῖν ἀποτάσσομαί σοι σατανᾶ, καὶ συντάσσομαί σοι χριστέ· μᾶλλον δὲ οὐκ ἂν κληθῇ τοῦτο χειρόγραφον, ἀλλὰ συνθήκη. κ. τ. λ.

(r) Ibid. p. 201. εὐθέως διδάσκῃ λέγειν, ἀποτάσσομαί σοι, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου, καὶ τοῖς ἀγγέλοις σου· --- εὐθέως ἀνελθὼν ταῦτα φθέγγεται τὰ ῥήματα· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

in

in Colossenses p. 1380. in verba illa apostoli: *Docentes & commonentes vosmet ipsos in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus*, ait [s]: *Quis sit hymnus supernorum, sciunt fideles. Quid superne dicunt Cherubim? Quid dicebant angeli infra? Gloria in excelsis Deo.* Dicere vult, duos illos hymnos a fidelibus cani in celebratione sacræ eucharistiæ. *Homilia decima* p. 1385. orationem dominicam vocat [t] *orationem fidelium*, eo, quod peculiare eorum priuilegium sit ea vti.

HOMILIA tertia in posteriorem ad Thessalonicenses p. 1502. duas solemnes formulas exhibet, ad lectionem scripturarum in ecclesia spectantes: *Quando lector, quum resurrexerit, ait* [u]: *Hæc dicit dominus, & stans diaconus silentio indicto omnibus os obstruit, non lectori honorem habens hoc facit, sed ei, qui per illum cum omnibus loquitur.*

HOMILIA sexta in priorem epistolam ad Timotheum p. 1553. pro infidelibus æque ac aliis orandum esse, ex vsu orationis dominicæ probat, ita argumentans: *Forte* [x] *dicturus est aliquis, pro infidelibus orandum non est. Quia orationis vim omnino nescitis, ideo nec altitudinem thesaurumque ipsius agnoscitis. Nam si quis diligenter eam euoluat, inueniet & hoc in ipsa orationis formula, nobis diuinitus tradita, positum. Nam quum quispiam orans dicit: Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: nihil aliud omnino significat. Quippe in cælo infidelium nullus est, nullus, qui offendat: Si igitur de fidelibus tantum diceretur, rationi profecto consentaneum non esset. Nam si fideles voluntatem ipsius facerent, infideles autem non: iam non, vt in cælo, ita in terra vo-*

(s) Homil. IX. in Coloss. p. 228. d. edit. Francof. τίς ὁ ὕμνος τῶν ἄνω, τί λέγει τὰ χερουβίμ, ἴσασιν οἱ πιστοί· τί ἔλεγον οἱ ἄγγελοι κάτω; Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ.

(t) Homil. X. in Coloss. p. 233. c. εἶτα ἐπιθεὶς τὴν εὐχὴν τῶν πιστῶν, κ. τ. λ.

(u) Homil. III. in 2 Thess. p. 381. ὅταν ἀναστὰς ὁ ἀναγινώσκων λέγῃ, τάδε λέγει κύριος· καὶ ὁ διάκονος ἑστὼς ἐπιστομίζῃ πάντας, οὐ τῷ ἀναγινώσκοντι τιμὴν ποιῶν τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τῷ δι' ἐκείνου πᾶσι διαλεγομένῳ.

(x) Homil. VI. in 1 Timoth. p. 444. Ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν, φησιν, ὑπὲρ τῶν ἀπίστων εὔχεσθαι ἐκεῖ· ἐπειδὴ μὴ ἴστε τῆς εὐχῆς τὴν δύναμιν, μηδὲ τὸ βάθος καὶ τὸν θησαυρὸν αὐτῆς ἐπιγινώσκετε· εἰ γάρ τις αὐτὴν ἀναπτύξειε, εὑρίσει καὶ τοῦτο κείμενον ἐν αὐτῇ· ὅταν γὰρ λέγῃ ὁ εὐχόμενος, Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο αἰνίττεται, πῶς; ὅτι ἐν οὐρανῷ οὐδεὶς ἄπιστος, οὐδεὶς προσκρούων· εἰ τοίνυν περὶ τῶν πιστῶν μόνον ἦν, οὐκ εἶχε λόγον τὸ λεγόμενον· εἰ γὰρ οἱ πιστοὶ ἔμελλον τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, οἱ δὲ ἄπιστοι οὐχί, οὐκέτι ὡς ἐν οὐρανῷ, τὸ θέλη-

luntas

luntas ipsius fieret. Nam quemadmodum in cælo nemo malus, ita & in terra, vt nemo sit malus, optandum est.

HOMILIA secunda in posteriorem ad Timotheum p. 1638. dicit, verba [y] quæ sacerdotes in consecratione eucharistiæ pronuntient, eadem esse, quæ loquutus sit *CHRISTVS.*

HOMILIA quarta in epistolam ad Hebræos p. 1785. innuit, habuisse tunc temporis christianos status psalmos in exsequiis, quando ait [z]: *Cogita, quid psallas illo tempore: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Et rursus: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et rursus: Tu es mihi refugium a tribulatione, quæ me circumdat. Cogita, quid sibi velint hi psalmi: Sed non attendis; verum es a luctu ebrius. Vel in aliorum exsequiis diligenter considera, vt in tuis inuenias medicamentum. Conuertere anima mea in requiem tuam, quoniam dominus benefecit tibi, dicis & lacrimaris. Annon hæc sunt ludus & histrionica simulatio? Nam si reuera credis iis, quæ dicis, superuacanee luges & lamentaris. Homilia decima quarta* p. 1852. loquens de hymnis, qui in sacra eucharistia canebantur, ait [a]: *Quid? Non sunt hymni cælestes? Nonne, quæ apud superos canunt chori virtutum incorporearum, ea nos quoque, qui infra sumus, loquimur illis consonantia? Homilia decima septima* p. 1870. partem precis, in oblatione fundi solitæ, exhibet. *In oblatione,* inquiens [b], *tollimus peccata & dicimus: Siue volentes, siue inuiti pec-*

μα αὐτῦ ἦν, ἀλλὰ τί; ὥσπερ ἐν ὀυρανῷ φησιν, ὀυδεὶς πονηρὸς, ὅυτω μηδὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἔςω.

(y) Homil. II. in 2 Timoth. p. 572. edit. Francof. ὥσπερ τὰ ῥήματα, ἅπερ ὁ θεὸς ἐφθέγξατο, τὰ ἀυτά ἐςι, ἅπερ ὁ ἱερεὺς καὶ νῦν λέγει, ὅυτω καὶ ἡ προσφορὰ ἡ ἀυτή ἐςι. Quemadmodum verba, quæ loquutus est *CHRISTVS*, eadem sunt, quæ sacerdotes nunc quoque pronuntiant, ita oblatio eadem est.

(z) Homil. IV. in Ebræos p. 736. b. ἐννόησον τί ψάλλεις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον· ἐπίςρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος ἐυηργέτησέ σε· καὶ πάλιν, Οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ· καὶ πάλιν, Σύ μου εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με· ἐννόησον τί βούλονται οἱ ψαλμοί· ἀλλ' οὐ προσέχεις, ἀλλὰ μεθύεις ὑπὸ τοῦ πένθους· κᾂν ἐν τοῖς ἑτέρων κηδεύμασι κατανόησον ἀκριβῶς, ἵνα ἔχῃς φάρμακον ἐν τοῖς σοῖς· ἐπίςρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος ἐυηργέτησέ σε, λέγεις καὶ δακρύεις; οὐχὶ σκηνὴ ταῦτά ἐςιν, οὐχ ὑπόκρισις; εἰ μὲν ὄντως πιςεύεις οἷς λέγεις, περιττῶς πενθεῖς.

(a) Homil. XIV. p. 821. b. ἀλλὰ τί; οἱ ὕμνοι οὐκ ἐπουράνιοι; οὐχ ἅπερ ἄνω ᾄδουσιν οἱ θεῖοι χοροὶ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, ταῦτα καὶ ἡμεῖς οἱ κάτω σύνῳδα ἐκείνοις φθεγγόμεθα;

(b) Homil. XVII. p. 844. ἐπὶ τῆς προσφορᾶς, ἧς ἀναφέρομεν, προφέρομεν καὶ ἁμαρ-

caui-

cauimus, condona. Hoc est, primum ipsorum meminimus, & tunc petimus, vt condonentur. Ibidem p. 1872. meminit etiam formulæ verborum, qua diaconus homines admonebat, vt sancte ad sancta mysteria accederent. *Propterea*, inquit [c], *acclamat etiam diaconus, tunc sanctos vocans, & per hanc vocem omnes admonens, ne quis imparatus accedat. Homilia vicesima secunda* p. 1898. tacite remittit ad formulam: *Sursum corda.* Nam recitatis verbis illis psalmistæ: *Eleuatio manuum mearum sacrificium verspertinum*, subiungit: *Cum manibus* [d] *mentem quoque sustollamus. Scitis, quæ dico, vos, qui mysteriis estis initiati, fortasse agnoscitis, quod dictum est, conspicitis, quod tacite innui. Sursum tollamus nostram cogitationem.*

PRAETER hæc loca, collecta ex operibus CHRYSOSTOMI, a FRONTONE DVCAEO in lucem editis, diuersa alia in illis homiliis sunt, quas *Græce* publicauit HENRICVS SAVILIVS, & alia in *Latinis* duntaxat editionibus. Neutras harum accurate examinandi habuimus opportunitatem, adeoque diligentiori disquisitioni curiosi lectoris eas relinquimus: hoc solum notantes, quod in *homilia sexta de pœnitentia* [e] differentiam obseruet inter psalmos *Dauidis* & reliquas scripturas, quod hæ bis tantum per singulas hebdomades legantur publice, psalmi autem ab omnibus hominibus vbique & semper recitentur. *In ecclesiis pernoctantibus primus & medius & nouissimus est Dauid.* Idem seruatum fuisse dicit in vespertinis eorum precibus, in exsequiis, a virginibus ad acum, ab illitteratis & indoctis, qui ne litteram quidem de libro legere potuerint, *Dauidicos* tamen psalmos memoriter recitare potuisse. *Dauidem* semper in ore fuisse eorum,

τήματος λέγοντες, εἴτε ἑκόντες εἴτε ἄκοντες ἡμάρτομεν, συγχώρησον, τουτέστι, μεμνήμεθα αὐτῶν πρῶτον, καὶ τότε τὴν συγχώρησιν αἰτοῦμεν.

(c) Homil. XVII. p. 844. edit. Francof. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς ἐπιφωνεῖ τότε τοὺς ἁγίους καλῶν, καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης μωμοσκοπῶν ἅπαντας, ὥστε μὴ προσελθεῖν τινα ἀπαράσκευον.

(d) Homil. XXII. p. 880. fin. ἔπαρσις, φησι, τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή, ἐὰν μετὰ τῶν χειρῶν καὶ τὸν νοῦν ἀναλάβωμεν· ἴσε οἱ μεμυημένοι τί λέγω· τάχα δὲ καὶ ἐπιγινώσκετε τὸ λεχθὲν, καὶ συνορᾶτε ὅπερ ἠνιξάμην· ἐπάρωμεν εἰς ὕψος τὴν διάνοιαν.

(e) De pœnit. homil. VI. tom. VII. p. 146. Basil. MDXXV. (Not. Quando mihi non contigit illam editionem consulere, locum inde citatum transscribere non potui, sed de Anglicano vertere necesse habui.

non tantum in ciuitatibus & ecclesiis, sed in aulis etiam, in monasteriis, in desertis & solitudinibus. Ipsum terram conuertisse in cælum, & homines in angelos, accommodum omnibus ordinibus, ingeniis, infantibus, adolescentibus, virginibus, senibus & peccatoribus. Ineunte eadem hac homilia dicit, librum *Genesis* ex constitutione ecclesiæ semel tantum per annum certa quadam tempestate legi: Quod tempus fuit quadragesimale, vti antea in diuersis huius auctoris locis audiuimus, & vti libro proxime sequenti plenius demonstratum videbimus.

INTER *homilias*, ab HENRICO SAVILIO publicatas, *homilia centesima vicesima tertia* tom. V. p. 809. de eo loquitur, quod sacerdotes hac formula admonitionis ad omnes fideles, tempore celebrationis sacrorum mysteriorum, vsi sint, *ἅγια τοῖς ἁγίοις*, *sancta sanctis* [f]. Et quisquis in reliquis homiliis huius editionis perlustrandis tempus & studium ponere voluerit, is multa alia istiusmodi antiquæ liturgiæ fragmenta, quæ, vti ex hac collectione apparet, in hoc celeberrimo scriptore adeo copiosa sunt, sine vlla dubitatione deprehendet.

LIBRI DECIMI TERTII

CAPVT SEPTIMVM

DE VSV ORATIONIS DOMINICAE IN LITVRGIA VETERIS ECCLESIAE.

§. I.

Oratio dominica *ab omnibus veteribus formula*, *a* Christo *discipulis suis præscripta, existimata.*

SI nullum aliud nobis argumentum esset, quo formulas precum a veteribus legitimas credenas esse, probare possemus, certe opinio, quam de *oratione dominica* habuerant, & praxis

(f) Homil. CXXIII. tom. V. p. 809. edit. Savil. lin. 29. seqq. Περιιὼν πανταχοῦ διὰ τῆς φωνῆς ἐκείνης τῆς φρικωδεστάτης ὁ ἱερεὺς, καὶ τοὺς ἀξίους καλῶν καὶ ἕλκων πρὸς μετάληψιν τῶν θείων καὶ φρικτῶν μυστηρίων λέγει, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Et paullo post sub fin. ὑψηλὸς ἑστὼς ὁ ἱερεὺς, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ, καθάπερ τις κήρυξ, τὴν χεῖρα ἔχων εἰς ὕψος, πᾶσι κατάδηλος γενόμενος, καὶ μέγα ἐπ' ἐκείνῃ τῇ φρικτῇ ἡσυχίᾳ ἀνακράζων τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει.

eorum isti opinioni consentanea, ad hoc sufficeret. Quare etsi non pauca hac de re, data nobis occasione, iam attigimus, non inutile tamen fuerit, eam hoc capite paullo distinctius tractare. Ante omnia obseruamus, quod veteres eam spectauerint non solum vt regulam & exemplum, ad quod preces nostræ conformandæ sint, sed etiam vt peculiarem formulam, quam *CHRISTVS* omnes discipulos suos, in ipsa verborum serie, qua eam tradidit, adhibere iusserit. TERTVLLIANVS [*a*] *Dominus noster*, inquit, *nouis discipulis noui testamenti nouam orationis formam determinauit.* Et paullo post: *Docuerat & Ioannes discipulos suos orare. Sed omnia Ioannis CHRISTO præstruebantur, donec ipso aucto (sicut ipse Ioannes prænuntiabat, illum augeri oportere, se vero diminui) totum præministri opus cum ipso spiritu transiret ad dominum. Ideo nec exstat, in quæ verba docuerit Ioannes adorare, quod terrena cælestibus cesserint.* Sic iterum [*b*]: *Ab ipso ordinata est religio orationis, & de spiritu ipsius iam tunc, quum ex ore diuino ferretur, animata suo priuilegio adscendit in cælum, commendans patri, quæ filius docuit. Quoniam tamen dominus prospector humanarum necessitatum, seorsum post traditam orandi disciplinam, Petite, inquit, & accipietis, & sunt, quæ petantur pro circumstantia cuiusque præmissa legitima & ordinaria oratione quasi fundamento, accidentium ius est desideriorum, ius est superstruendi extrinsecus petitiones.* Vt adeo secundum TERTVLLIANVM hæc oratio non tantum regula sit, methodum præscribens & materiam precum, sed formula quoque, illis ipsis verbis, quibus a *CHRISTO* tradita est, recitanda, & reliquis precibus omnibus, tamquam fundamentum, quo superstruantur, addenda. In eumdem modum CYPRIANVS [*c*], *Dominus*, inquit, *inter cetera salutaria sua monita & præcepta diuina, quibus populo suo consuluit, ad salutem etiam orandi ipse formam dedit; ipse quid precaremur, monuit & instruxit.* Et paullo post [*d*]: *Cognoscamus, docente domino, & quid oremus. Sic, inquit, orate: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum*, cetera. AVGVSTINVS nobis narrat, quod vti ecclesia hac precatione semper

(*a*) Tertull. de orat. c. I.

(*b*) Ibid. c. IX.

(*c*) Cyprian. de orat. dominic. p. 139. (p. 99. edit. Fell. Amstelod.)

(*d*) Ibid. p. 141. (p. 100. cit. edit.)

vsa sit, ita vsa sit ea ex mandato [*e*] *CHRISTI*. *Ecclesiæ oratio est*, inquit, *vox est de magisterio domini veniens. Ipse dixit, Sic orate: Discipulis dixit, apostolis dixit & nobis, qualescumque agniculi sumus, dixit, arietibus gregis dixit, Sic orate.* Et alio loco [*f*]: *Omnibus necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est, apostolis suis dominus dedit, & vnusquisque Deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cui enim hæc in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato viuere pronunciandus est. Quales si aliquos futuros dominus præuideret, meliores vtique, quam exstiterunt eius apostoli, aliam illos orationem doceret, qua non peterent dimitti sibi peccata, quibus in baptismo fuerant omnia iam dimissa.* Iterum ait [*g*]: *Quam orationem quisquis cuilibet etiam homini sancto & Dei voluntatem scienti ac facienti, præter vnum sanctum sanctorum, dicit in hac vita necessariam non fuisse, multum errat, nec potest illi ipsi placere, quem laudat.* Et alibi [*h*]: *Ipsi apostoli didicerunt orare, quod oramus, ipsis data est regula postulandi a iurisperito cælesti. Sic orate, inquit. Et quum quædam præmisisset, posuit & hoc, vt docerent arietes nostri, duces ouium, & præcipua membra pastoris & congregatoris vnius gregis: ipsi didicerunt dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In retractationibus* [*i*] hæc omnia confirmat. *In eisdem mandatis est*, inquit, *quod iubemur dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quam orationem vsque ad finem sæculi tota dicit ecclesia.* CHRYSOSTOMVS in duobus operum suorum voluminibus, quarto & quinto, pene vicies hoc repetit, quod oratio dominica communis formula apud christianos in vsu sit, idque ex diserto *CHRISTI* mandato. Et præterea multa alia loca, in scriptis eius dispersa, reperiuntur, quæ quia capite antecedente iam satis copiose protulimus in medium, heic repetere nihil attinet.

(*e*) August. hom. XXIX. de verbis apostol. tom. X. p. 150. (p. 394. d. edit. Basil. MDLXIX.)

(*f*) Aug. epist. CXXXIX. ad Hilarium sub initium.

(*g*) Aug. de peccator. merit. lib. III. c. XIII.

(*h*) Augustin. CXLII. p. 675. (tom VII. opp. p. 146. b. ed. Basil.)

(*i*) Aug. retract. lib. I. c. XIX. (tom. I. opp. p. 27. edit. Basil.)

§. II.

§. II.

Adeoque ab ecclesia prisca in omnibus officiis suis, præcipue autem in administratione baptismi, vsurpata.

Res sine vlla controuersia euidens est & perspicua, quod vetus ecclesia hanc orationem in omnibus sanctis officiis suis ex lege conscientiæ, & mandati seruatoris nostri intuitu, constanter vsurpauerit. Hæc, vt ex TERTVLLIANO percepimus, pro fundamento [k] reliquorum desideriorum & petitionum omnium habita. Hæc oratio erat ecclesiæ: Tota ecclesia sic orabat: *Dimitte nobis debita nostra*; vti ex testimonio audiuimus [l] AVGVSTINI. Et hæc ecclesiæ praxis ita vniuersalis erat & nota ab initio, vt LVCIANVS, scriptor gentilis, ad eam respicere existimetur in quodam *dialogo* [m], vbi personam suscipiens christiani, de oratione loquitur incipiente ἀπὸ τῦ πατρὸς, hoc est, *Pater noster*. Sed vero certiora testimonia ex monumentis & officiis ecclesiæ nobis suppetunt. Neque enim vllum alicuius momenti officium erat, cuius in celebratione hæc precatio non semper solemnem partem efficeret. Cumprimis in baptismo, simul homo baptizatus de aquis egressus erat, dicere iubebatur *Pater noster, qui es in cælis*. *Post hoc*, inquit auctor *constitutionum* [n], *stans dicat orationem, quam docuit nos dominus*. Ita quoque CHRYSOSTOMVS [o]: *Quum primum ex aqua adscendit, hæc verba loquitur: Pater noster, qui es in cælis*, cetera.

(k) Tertull. c. IX. Vid. sub litt. (b) p. 235.

(l) Augustin. de verbis apostol. p. 150. (394.) Vid. litt. (e) p. 236.

(m) Lucian. philopatr. p. 1128. Vid. supra c. V. §. V. litt. (g) p. 130.

(n) Constitut. apostol. lib. VII. c. XLIV. μετὰ τῦτο, ἑςὼς προσευχέσθω τὴν εὐχὴν, ἣν ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ κύριος.

(o) Chrysostom. homil. VI. in Coloss. p. 1359. (p. 201. c. ed. Francof. MDCXCVII.) εὐθέως γὰρ ἀνελθὼν, ταῦτα φθέγγεται τὰ ῥήματα· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς κ. τ. λ.

Item homil. LXII in paralytic. tom. V. p. 934. (homil. LXV. p. 836. edit. cit. Francof.) ἡμεῖς ὐ πρότερον δυνάμεθα καλέσαι πατέρα, ἕως ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τῶν ὑδάτων τῶν ἁγίων ἀπονιψώμεθα τὰ ἁμαρτήματα· ὅταν γῦν ἐκεῖθεν ἀνέλθωμεν τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο φορτίον ἀποθέμενοι, τότε λέγομεν, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς κ. τ. λ. Non prius patrem possumus appellare, quam in sacrarum aquarum lavacro peccata abstulerimus. Quando igitur mala illa deposita sarcina inde adscendimus, tum dicimus: Pater noster, cetera.

§. III.

Et in celebratione euchariſtiæ.

SIMILITER in alterius ſacramenti, corporis ac ſanguinis *CHRISTI* celebratione, communiter in clauſula precum conſecrationis adhibebatur oratio iſta dominica. Ita plus vice ſimplici ab AVGVSTINO expreſſis verbis notatur: *Poſt ſanctificationem ſacrificii* [p] *dicimus orationem dominicam.* Et iterum [q]: *Precationes facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud, quod eſt in domini menſa, incipiat benedici: orationes, quum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, quam totam petitionem fere omnis eccleſia DOMINICA ORATIONE CONCLVDIT.* Et rurſus alio loco [r]: *In eccleſia ad altare quotidie dicitur iſta oratio dominica, & audiunt illam fideles.* Diſerte etiam hanc differentiam inter orationem dominicam & ſymbolum ſtatuit, vt homines illam audiendo quotidie ad altare tenere poſſint; hoc autem in eccleſia quotidie non audiant, nondum enim publici vſus erat, ſed tantum recitabatur, ſi qua eſſet baptiſmi celebratio; quum contra oratio dominica conſtantis vſus eſſet, vtpote quotidiana pars celebrationis euchariſtiæ. CYRILLVS in *catecheſi myſtagogica ad illuminandos* [s] eadem de hac oratione habet. *Poſtea*, inquit, (dictis videlicet precibus, in conſecratione vſitatis) *dicimus illam orationem, quam ſaluator ſuis diſcipulis tradidit, cum pura conſcientia patrem nuncupantes Deum, atque dicentes: Pater noſter, qui es in cælis* Et HIERONYMVS, licet non ita accurate ſignificet, in qua parte celebrationis euchariſtiæ vſurpata fuerit, de eius tamen vſu generatim ſic loquitur: [t] *Docuit apoſtolos ſuos, vt quotidie in corporis illius ſacrificio credentes audeant loqui: Pater noſter, qui es in cælis* &c. Et CHRYSOSTOMVS [u] tecta quadam ratione idem illud indicat, quando auditoribus

(p) Auguſtin. hom. LXXXIII. de diuerſis p. 556.

(q) Auguſtin. epiſt. LIX. ad Paulin. quæſt. V. (tom. II. opp. p. 299. fin. ed. Baſil.)

(r) Aug. homil. XLII. inter L. tom. X. p. 197. (p. 531. d. edit. Baſil.)

(s) Cyrill. catech. myſtagog. V. p. 298. εἶτα μετὰ ταῦτα τὴν εὐχὴν λέγομεν ἐκείνην, ἣν ὁ σωτὴρ παρέδωκε τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ μαθηταῖς, μετὰ καθαρᾶς συνειδήσεως πατέρα ἐπιγραφόμενοι τὸν θεὸν, καὶ λέγοντες· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κ. τ. λ.

(t) Hieronym. lib. III. contr. Pelag. c. III.

(u) Chryſoſt. homil. XXVII. in Geneſ. p. 358. (p. 300. edit. Francof.) Vid. Græca ſupra c. VI. §. II. litt. (g) pag. 202.

ſuis

ſuis dicit: *Si inimicis noſtris condonauerimus, poterimus pura conſcientia ad ſanctam terribilemque menſam accedere, & verba illa, quæ precationi inſerta ſunt, fideliter dicere. Sciunt initiati, quid dicatur.* Intelligit petitionem illam in oratione dominica: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Quæ ita tecte pronuntiat propter nondum initiatos, catechumenos videlicet vel infideles, quibus populari ſermoni in generali conuentu eſſe licebat præſentibus. Apertius loquitur in ſermone in *Eutropium* eunuchum, vbi populum cohortans, vt iniurias, quas hic magnus imperatoris miniſter eccleſiæ intulerat, condonet, hoc argumento vtitur: *Quomodo hoc cœtu ſoluto ſacramenta contrectabitis, & precationem illam* [x] *dicetis, qua rogare iubemur: Remitte nobis, quemadmodum etiam nos remittimus debitoribus noſtris. Si a debitore veſtro pœnas exigatis?* Hæc manifeſto indicant, quod oratio dominica eo tempore tamquam ordinaria ac conſtans pars celebrationis euchariſtiæ adhibita fuerit. Tantum hoc cum diſcrimine, vt in *Græca* & *Gallicana* eccleſiis a ſacerdote & omni populo ſimul diceretur, quemadmodum MABILLONIVS [y] e GREGORIO TVRONENSI, LEONTIO in vita *Ioannis Eleemoſynarii*, epiſcopi *Alexandrini*, & ex epiſtolis GREGORII MAGNI demonſtrat, quorum hic vltimus differentiam inter *Græcam* & *Latinam* eccleſiam in hoc præcipue notat, quando ait: *Dominica oratio* [z] *apud Græcos ab omni populo dicitur: apud nos vero a ſolo ſacerdote.* Atque in hoc eccleſia *Gallicana* rationem eccleſiæ *Græcæ* ſequi maluit, vti nos hodie eccleſiam *Gallicanam*, non *Romanam*, ſequimur. Ratio liturgiæ *Moſarabicæ* in *Hiſpania* in hoc etiam ab vtraque iſta differre MABILLONIO obſeruatur. Ibi enim ſacerdos vnamquamque petitionem per ſe ipſe recitabat, & populus ad ſingulas petitiones ſeparatim reſpondebat: *Amen.* Verum iſta differentia in methodo adhibendi orationem dominicam, tantum facit ad confirmandum eius vſum in genere,

(x) Chryſoſt. homil. in Eutrop. tom. IV. p. 554. (p. 485. fin. edit. Francof.) πῶς τοῦ θεάτρου τούτου λυθέντος, ὑμεῖς μυστηρίων ἅψεσθε, καὶ τὴν εὐχὴν ἐρεῖτε ἐκείνην, δι' ἧς κελευόμεθα λέγειν, ἄφες ἡμῖν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, τὸν ὑμῶν ὀφειλέτην ἀπαιτοῦντες δίκην;

(y) Mabillon. de liturg. Gallic. lib. I. c. V. n. XXII. ex Gregor. Turon. de mirac. Martini lib. II. c. XXX.

(z) Gregor. lib. VII. epiſt. LXIV.

nobis-

nobisque ostendit, a nulla vmquam ecclesia in publico officio eucharistico fuisse prætermissam, saltem ab ineunte sæculo quarto, quando vixit CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS, cuius *catecheses mystagogicæ* perspicuum huius rei testimonium habent.

§. IV.

Et in matutinis ac vespertinis precibus.

PARS quoque matutinarum & vespertinarum precum, quotidie extra eucharistiæ celebrationem fieri solitarum, facta est. Cuius rei exempla habemus in canonibus conciliorum *Gerundensis* [*a*] & *Toletani* [*b*], qui posthac recitabuntur, vbi ad diuersas matutini ac vespertini officii partes curatius considerandas deuenerimus.

§. V.

Et in priuatis eorum precibus.

VSI quoque hac precationis formula sunt in priuato ac domestico cultu suo. Quemadmodum patet ex loco illo CHRYSOSTOMI *in psalmum centesimum duodecimum*, vbi, *CHRISTVS* [*c*], inquit, *nos deducens ad caritatem & concordiam, iubet, vt in precibus fiat communiter oratio, & ab vniuersa ecclesia tamquam ab vna persona dicatur; Pater noster: Et, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; Et, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo: vbique vtens plurali nomine, & præcipiens vnicuique, siue solus oret, siue cum aliis, pro fratribus offerre orationem.* Quæ verba indicant, quod in priuatis æque ac publicis precibus, ad vsurpandam orationem dominicam, ex mandato *CHRISTI* se obligari, crediderint. Alio loco exemplum nobis dat in sancto quodam viro, qui post formulam precum priuatarum, quam ibidem exhibet, semper recitauerit orationem dominicam, [*d*] (orationem fidelium ex peculiari ratione vocat, de qua mox plura;) qua

(*a*) Concil. Gerund. c. X. (tom. IV. concil. p. 1569.) Ita nobis placuit, vt omnibus diebus, post matutinas & vespertinas oratio dominica a sacerdote proferatur.

(*b*) Concil. Tolet. IV. c. IX. vid. sub litt. (h) seq.

(*c*) Chrysostom. comm. in psalm. CXII. p. 369. (p. 320. c. d. edit. Francofurt. MDCXCVIII.) Vid. Græca supra c. VI. §. III. sub litt. (m) p. 203.

(*d*) Chrysostom. homil. X. in Coloss. p. 1385. (p. 233. e. edit. Francof.) ἐπιθεὶς τὴν εὐχὴν τῶν πιστῶν, ὡς κορωνίδα τινὰ καὶ σύνδεσμον ὑπὲρ πάντων εὐχὴν ποιησάμενος.

adic-

adiecta veluti quadam coronide & pro omnibus colligatione heic cessauerit. Ad quam generalem praxin sese accommodans auctor *constitutionum* [*e*] vnumquemque ter quotidie orationem dominicam dicere iubet. Et hoc COTELERIVS in honorem sanctae *TRINITATIS* [*f*] factum esse putat, citans THEODORETVM & ISIDORVM in hanc suam sententiam. AMBROSIVS, virginibus [*g*] praescribens regulas, in ipso cubili psalmos canere, & orationem dominicam inter singulos psalmos recitare eas iubet. Et concilium *Toletanum* quartum muneris abdicationem minatur clericis [*h*], qui orationem dominicam quotidie aut in publico, aut priuato officio praeterierint, superbos mandati *CHRISTI* comtemtores eos iudicans.

§. VI.

Vnde dicta oratio quotidiana.

QVANDO igitur in constantem abiit consuetudinem, vt oratio dominica diceretur quotidie, inde *oratio quotidiana* vocari coepit, vt in ante memorato istius concilii canone obseruatur. Atque ita in CYPRIANO [*i*] eam vocari legimus, qui petitionem illam in *oratione dominica*, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, sensu spirituali aeque ac litterali accipi, & ad eucharistiam referri posse existimat; *CHRISTVS*, inquiens, *noster panis est. Hunc panem dari nobis quotidie postulamus, ne, qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus - - a Christi corpore separemur.* Et concilium *Toletanum* quartum HILARIVM in eamdem sententiam [*k*] citat: *Sanctus Hilarius dicit: Panem*

(*e*) Constit. lib. VII. c. XXIV. οὕτω προσεύχεσθε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κ. τ. λ. Τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε. Ita orate, Pater noster, qui es in caelis, &c. Ter in die sic orate.

(*f*) Cotel. in loc. In honorem sanctissimae trinitatis: vt colligo ex Theodoreto epist. CXLV. & Isidoro originum lib. VI. c. vlt. Euthymium consule ad psalm. LIV, 18. *Dicendum illis*, fidelibus, *vt singulis diebus, qui amplius non potest, saltem duabus vicibus oret, mane scilicet & vespere, dicens symbolum, vel orationem dominicam.*

(*g*) Ambros de virgin. lib. III. p. 115. edit. Basil. MDLXVII. In ipso cubili volo psalmos cum oratione dominica frequenti contextos vice.

(*h*) Concil. Tolet. IV. c. IX. (al. X.) Quisquis sacerdotum vel subiacentium clericorum hanc orationem dominicam quotidie aut in publico aut in priuato officio praeterierit, propter superbiam iudicatus, ordinis sui honore priuetur.

(*i*) Cypr. de orat. domin. p. 147. (p. 104. edit. Amstelod.)

(*k*) Concil. Tolet. IV. c. IX.

nostrum quotidianum da nobis hodie. Quid enim tam vult Deus, quam vt quotidie Christus habitet in nobis, qui est panis vitæ & panis e cælo? Et quia QVOTIDIANA ORATIO est, quotidie quoque vt detur, oratur. AVGVSTINVS quoque orationem dominicam intelligit, quando ait [*l*]: *De quotidianis breuibus leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, QVOTIDIANA ORATIO fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere, Pater noster, qui es in cælis.* Quo intuitu alibi [*m*] dicit: *Remissio peccatorum non est in sola ablutione baptismatis sacri; sed etiam in ORATIONE dominica & QVOTIDIANA. In illa inuenietis quasi quotidianum baptismum.* POSSIDIVS [*n*] quoque hanc obseruationem in vita eius habet, quando *Sciens*, inquit, *examen æquitatis diuinæ, de bono domino se dicit magis, quam de meritis suis confidere. Cui etiam in ORATIONE QVOTIDIANA dominica dicebat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris* Ex quibus omnibus, & multo pluribus, quæ in rem præsentem adlegari poterant, apparet, hanc precationem iis ipsis verbis, quibus *CHRISTVS* eam tradidit, conceptam, non tantum licitam formulam, sed etiam precationem quotidiani vsus fuisse in eorum tam publicis, quam priuatis diuini cultus exercitiis.

§. VII.

Nec minus ab omnibus hæreticis ac schismaticis quam catholicis vsurpata.

NEQVE vlla secta vel hæresis exstitit, quæ hisce temporibus vel minimum contra eius vsum opponere ausa esset. *Donatistæ*, secessione facta ab ecclesia, seorsim constituebant conventicula, modum autem cultus publici non mutabant. Ad altare conuersi, vt OPTATVS loquitur [*o*], dominicam orationem prætermittere non poterant. *Pelagianis* quidem non probabatur vna petitio in illa: *Dimitte nobis debita nostra.* Sanctos enim sine peccato esse, nec necessum habere remissionem peccatorum a Deo petere, superbe & arroganter statuebant. Sed

(*l*) Augustin. enchirid. c. LXXI.

(*m*) Augustin. homil. CXIX. de tempore p. 306. (tom. X. p. 859. ed. Basil. MDLXIX.)

(*n*) Possid. vit. Augustin. c. XXVII.

(*o*) Optat. lib. II. p. 57. Paris. MDCXXXI. Ad altare conuersi dominicam orationem prætermittere non potestis. It. lib. III. p. 72. edit. cit. Oratio dominica apud nos & apud vos vna est.

tamen

tamen eadem vti, & pro praxi ſua habere pergebant, ſanctos hoc non pro ſuis ipſorum, ſed pro aliorum peccatis orare dictitantes. Sæpius hoc illis obiectum videmus in conciliis *Africanis* [*p*], numquam autem eos accuſari legimus, quod vel dominicam orationem in vniuerſum, vel hanc ſingularem petitionem in ea, prætermiſerint. AVGVSTINVS quidem ſæpius dicit, quod impiis diſputationibus ſuis orationem dominicam fidelibus aufferre conentur; Ipſe autem ſe explicat, quod non vſum eius abiiciant, ſed quod dicant [*q*], *poſſe hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iuſtitiæ ſine adiutorio gratiæ ſaluatoris per ſolum liberum voluntatis arbitrium peruenire, vt ei non ſit iam neceſſarium dicere, Dimitte nobis debita noſtra.* Alio loco [*r*] ait: *Quidam contra orationem dominicam argumentantur: Quia etſi orabant eam, inquiunt, ſancti & perfecti iam apoſtoli, nullum omnino habentes peccatum, non tamen pro ſe ipſis, ſed pro im-*

(*p*) Concil. Mileuit. II. c. VIII. (ap. Labb. c. VII. tom. VII. conc. p. 1539.) Quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere ſanctos, dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſe ipſis hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis, qui ſunt in populo peccatores: Et ideo non dicere vnumquemque ſanctorum, Dimitte mihi debita mea, ſed, Dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro aliis potius, quam pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit. Can. IX. (can. VIII.) Placuit, vt quicumque verba ipſa dominicæ orationis, vbi dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra*, ita volunt a ſanctis dici, vt humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema ſit.

Cod. African. can. CXV. ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε εἴποι, ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ διὰ τοῦτο λέγειν τοὺς ἁγίους· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· οὐχ ὅτι ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσι, ἐπειδὴ αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἔστιν ἀναγκαία αὕτη ἡ αἴτησις, ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ ἄλλων τῶν ὄντων ἐν τῷ λαῷ αὐτῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ μὴ λέγειν ἕνα ἕκαστον τῶν ἁγίων, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματά μου, ἀλλ' ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· ὡς ὑπὲρ ἄλλων τοῦτο μᾶλλον ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸν δίκαιον αἰτοῦντα νοεῖσθαι, ἀνάθεμα εἴη. Can. CXVI. Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἵτινες δήποτε αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς δεσποτικῆς εὐχῆς, ὅπου λέγομεν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· οὕτως βούλονται, ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεσθαι, ὡς ταπεινοφρόνως καὶ οὐκ ἀληθῶς ταῦτα λεχθῆναι, ἀνάθεμα εἴη.

(*q*) Auguſtin. epiſt. XCII. ad Innocentium. Nobis etiam dominicam orationem impiis diſputationibus conantur auferre. - - Dicunt, poſſe hominem, cetera.

(*r*) Id. de peccator. meritis lib. II. c. X.
Id. epiſt. XCIV. ad Hilarium. Omnes, qui ſpem habemus in Chriſto, huic peſtiferæ impietati reſiſtere, eamque concorditer damnare & anathematizare debemus, quæ contradicit etiam orationibus noſtris, concedens quidem, vt dicamus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito-

per-

perfectis adhuc peccatoribus dicebant: Dimitte nobis debita nostra. CHRYSOSTOMVS de aliis hominibus loquitur, qui itidem hac petitione offensi fuerint propter adiectam ei conditionem, *Dimitte nobis, ficut nos dimittimus debitoribus*; vnde iftam orationem hac petitione mutilatam recitarint. Reprehendit autem eos hoc nomine, his vtens verbis: *Ne cautelam [s] putes, fi non totam orationem proferas, neque dimidiatam precationem facias, fed prout inftituit, ita precare, vt neceffitas dictionis quotidie exterrens compellat te ad proximo veniam condonandam.* Vt adeo, etiamfi fuerint quidam hæretici & alii improbi homines, qui hanc vnam petitionem ex diuerfis rationibus non approbarint, omnes tamen hanc orationem, fiue ex toto, fiue ex parte adhibere perrexerint, nec vllum exemplum detur eorum, qui eam in vniuerfum repudiarint.

§. VIII.

Quod pro diuina & fpirituali precum forma habita fuerit.

NEQVE vlla obiectio his diebus contra eam facta eft, quod effet forma, vel quod non effet fpiritualis precatio, ideo, quod illis ipfis verbis adhiberetur, quibus eam tradidiffet *CHRISTVS*: Sed e contrario commendabatur tamquam maxime fpiritualis & efficaciffima precatio, quæ adhiberi poffet, propter dignitatem auctoris eius. CYPRIANVS [t] pro eius vfu ita argumentatur: *Chriftus prædixerat, horam venire, quando veri adoratores adorarent patrem in fpiritu & veritate, & impleuit, quod ante promifit, vt, qui fpiritum & veritatem de eius fatisfactione percepimus, de traditione quoque eius vere & fpiritualiter adoremus. Quæ enim poteft effe magis fpiritualis oratio, quam quæ a Chrifto nobis data eft, a quo nobis & fpiritus fanctus miffus eft? Quæ vera magis apud patrem precatio, quam quæ a filio, quæ eft veritas, de eius ore prolata eft? vt aliter orare quam docuit, non ignorantia fola fit, fed & culpa; quando ipfe pofuerit & dixerit: Reiicitis mandatum Dei, vt traditionem veftram ftatuatis. Oremus*

bus noftris: & hoc ita concedens, vt afferat hominem in hoc corruptibili corpore, quod aggrauat animam, poffe fuis viribus ad tantam iuftitiam peruenire, vt neque hoc illi fit dicere neceffarium: Dimitte nobis debita noftra.

(s) Chryfoftom. hom. XXII. tom. I. p. 288. (p. 257. ed. Francof.) Vid. Græc. c. VI. §. I. litt. (n) pag. 196.

(t) Cypr. de orat. domin. p. 139. (p. 99. edit. Fell. Amftelod.)

itaque

itaque, fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit. Amica & familiaris oratio est Deum de suo rogare, ad aures eius adscendere Christi oratione. Agnoscat pater filii sui verba. Quum precem facimus, qui habitat intus in pectore, ipse sit & in voce. Et quum ipsum habeamus apud patrem aduocatum pro peccatis nostris; quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri verba promamus. Nam quum dicat; quia quodcumque petierimus a patre in nomine eius, dabit nobis: quanto efficacius impetramus, quod petimus in Christi nomine, si petamus ipsius oratione? Hunc sermonem omnem his verbis exorditur: *Qui fecit viuere, docuit & orare; benignitate ea, scilicet qua & cetera dare & conferre dignatus est: vt dum prece & oratione, qua filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur.* Tantum abest, vt hic vir sanctus orationem dominicam mortuam formulam esse existimarit, quæ in spiritu & veritate dici nequeat, vt potius omnibus viribus contenderit hominibus persuadere, quod nulla precatio maiori iure adoratio Dei in spiritu & veritate vocari, vel maiori cum efficacia ac vtilitate patri offerri possit. CHRYSOSTOMVS idem sensit, quod precari orationem dominicam recte dici possit precari in spiritu. Nam hoc ipsum tamquam argumentum pro spiritus sancti operatione in nobis vrget. *Si non esset spiritus sanctus* [u], inquit, *Deum orare fideles non possemus: dicimus enim, Pater noster, qui es in cælis. Vti igitur Iesum dominum vocare non possemus, sic neque patrem Deum vocare possemus. Vnde id constat? Ex eodem apostolo, qui ait: Quoniam autem estis filii, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem Abba pater.* Et AVGVSTINVS [w] verba apostoli interpretans Rom. VIII, 26. *Quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, concludit, quod interpellatio spiritus & instructio ad orandum sicut oporteat, intelligi nequeat de suggestione nouorum verborum & phrasium, neque enim vllo modo credendum esse dicit, vel ipsum *Paulum*, vel quibus ista scripserit, dominicam nescisse orationem, adeoque spiritus sancti ope non indiguisse hoc intuitu; indigentiam autem fuisse hanc; homines communiter nescire, quid molestiæ & calamitates tempo-

(*u*) Chrysostom. homil. XXXVI. in pentecost. tom. V. p. 552. (homil. XXXIX. p. 493. edit. Francof. MDCXCVIII.) Vid. Græc. supra c. VI. §. V. sub litt. (*y*) pag. 210.

(*w*) Augustin. epist. CXXI. ad Probam c. XIV. tot.

rales plerumque prosint, vel ad sanandum tumorem superbiæ, vel ad probandam exercendamue patientiam, cui probatæ & exercitatæ clarior merces vberiorque seruetur, vel ad quæcumque flagellanda & abolenda peccata: homines nescientes, quid ista prosint, ab omni tribulatione optare liberari: Spiritum autem hanc ignorantiam corrigere & adiuuare hanc infirmitatem, ac admonere potius homines, vt patientiam a Deo petant, eiusque se submittant voluntati, nec ideo se a Deo negligi existiment, si dura illa ac molesta non abstulerit, sed potius pia patientia malorum bona sperent ampliora. Hæc AVGVSTINI est expositio peruulgati illius loci apostoli de spiritu fideles subleuante in precibus, qua tantum abest, vt orationi dominicæ deroget tamquam spiritu vacuæ, vt ipsam eius cognitionem præcursorium spiritus opus esse credat. Et porro [x] dicit, quod fides & spes & caritas ad Deum perducant orantem, hoc est, credentem, sperantem, desiderantem, & quæ petat a domino in dominica oratione, considerantem. Quisquis hæc de dominica oratione pronuntiat, ille non potest de ea quidquam cogitare, quod spiritui deroget; sed venerabiles, & quas sibi quis mente concipere potest, celsissimas notiones de ea habere existimandus est.

§. IX.

Et illius vsus peculiare priuilegium, solis communicantibus & perfectis christianis concessum.

Hoc autem eos sic fecisse, ex alia quoque re apparet, quæ in antiqua ecclesiæ disciplina & praxi obseruari meretur. Quod videlicet tunc temporis vsus orationis dominicæ non infamiæ nota, sed honorificum priuilegium fuerit, nullis nisi communicantibus, siue consummatis & perfectis christianis, indultum. Nam, vti semel atque iterum in prioribus huius operis partibus [y] obseruatum nobis est, omnes catechumeni, siue homines nondum baptizati, ab vsu huius orationis simpliciter & absolute arcebantur; Non licebat illis Deum patrem vocare, donec regenerati & filii facti essent per aquas baptismatis. Aliquot loca ex AVGVSTINO, CHRYSOSTOMO & THE-

(x) Augustin. ibid. c. XIII.

(y) Lib. I. c. IV. §. VII. vol. I. p. 39. & lib. X. c. V. §. IX. vol. IV. p. 132. seq.

ODORE-

ODORETO hanc in rem produximus in medium, quæ heic repetere nihil attinet. Vnum solum locum illis subiungemus ex CHRYSOSTOMO [z] in homilia sua *de paralytico*, vbi de baptismo loquens, ait: *Nos non prius Deum patrem possumus appellare, quam in sacrarum aquarum lauacro peccata absterserimus. Quando igitur, mala illa deposita sarcina, inde adscendimus, tum dicimus: Pater noster, qui es in cælis.* Et hanc ob caussam, vti antea itidem notatum est, hæc oratio peculiariter dicta fuit ἐυχὴ πιστῶν, *oratio fidelium*, quod nullus hominum ea vtendi ius haberet, nisi qui ad altare communicandi gauderet priuilegio, ibique eam quotidie recitari audiret.

LIBRI DECIMI TERTII
CAPVT OCTAVVM
DE HABITV ET GESTV, ALIISQVE RITIBVS AC CAERIMONIIS, IN PVBLICO CVLTV ANTIQVAE ECCLESIAE OBSERVATIS.

§. I.

Nulla certa documenta de vsu peculiaris alicuius & distincti habitus ex æuo apostolico vel duobus sequentibus sæculis.

RES, de quibus nunc loquendum est, ad indumentorum, gestuum & temporum, diuino cultui peculiariter constitutorum, circumstantias spectant atque cærimonias. De his omnibus generatim dici potest, quod, vt natura sua res indifferentis vsus sunt, ita ecclesia in illis constituendis ac obseruandis sua vsa sit libertate. Ecclesiæ *Romanensis* scriptores BARONIVS, SAVSSAYVS & BONA, qui cærimoniam quamcumque esse volunt apostolicam, ipsos apostolos peculiari habitu in omnibus ministerii sui actibus vsos esse, dictitant. BONA [a] penulam, a *Paulo* apostolo *Troade* relictam, vestem fuisse sacerdotalem, satis audacter adfirmat. Et alii de *S. Petri planeta* loquuntur, ab *Antiochia Lutetiam Parisiorum* missa, ibique in templo

(z) Chrysost. homil. LXII. tom. V. p. 934. (hom. LXV. p. 836. ed. Fr. MDCXCVIII.) Vid. Græc. supra c. VI. §. V. sub litt. (b) pag. 311.

(a) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XXIV. n. I. Huc pertinet penula a Paulo Troade relicta, quam fuisse vestem sacerdotalem suo loco indicabo.

S. Ge-

S. Genoueuæ inter ſacras reliquias collocata. Alii ſacram veſtem ſancti *Ioannis* euangeliſtæ *Gregorio Magno* transmiſſam referunt. Verum ipſe BONA propter omnium veterum ſcriptorum ſilentium [*b*] hanc hiſtoriam defendere non audet. Valde autem ſtomachatur, quod NICOLAVS ALEMANNIVS ſacrarum veſtium vſum [*c*] non ſolum apoſtolis, ſed etiam apoſtolicis viris abneget, idque dicat explodendum eſſe tamquam ridiculum, & ab omnibus viris doctis improbari. VICECOMES diligentiſſimus inueſtigator antiquitatis fuit, neque tamen vllum huius adſerti fundamentum inuenire potuit, ſed argumenta quædam in contrarium propoſuit, quibus reſpondere BONA ſatagit. Et vſque dum meliora argumenta ad tuendum illud in medium proferri poſſunt, ſatius eſſe exiſtimo, vt incertam traditionem ſibi ipſi conſulere ſinamus, & ad ætatem progrediamur, in qua plus lucis ac certi in hac materia habemus.

§. II.

Quænam peculiarium veſtium documenta ſæculo quarto inueniantur.

INEVNTE igitur ſæculo quarto, quando in eccleſia per CONSTANTINVM imperatorem pacata erant omnia, ratione veſtium in diuino miniſterio diſtinctionem quamdam interceſſiſſe, habemus exploratum. Ipſe enim *Conſtantinus* [*d*] ſacram ſtolam

(*b*) Bon. lib. I. c. V. n. II. Planetæ S. Petri ab Antiochia Pariſios delatæ & in templo S. Genoueuæ collocatæ meminit in vita S. Hugonis Cluniacenſis alter Hugo eiusdem monaſterii monachus apud Surium die XXIX. Aprilis. Sacram item veſtem ſancti Ioannis euangeliſtæ Gregorio magno transmiſſam refert Ioannes diaconus in eius vita lib. III. c. LIX. Sunt & aliæ quædam hiſtoriæ de veſtibus apoſtolorum, quibus in oblatione diuini ſacrificii vſi fuiſſe dicuntur, quorum dubia eſt fides, tum propter antiquitatem, tum propter veterum de illis ſilentium.

(*c*) Alemann. de parietinis Lateran. c. IX. apud Bonam ibid. qui hæc de eo habet: Audacius quam par eſſet, Nicolaus Alemannius in diſſertatione *de parietinis Lateranenſibus* c. IX. ſacrarum veſtium vſum non ſolum apoſtolis, ſed etiam apoſtolicis viris abnegat; idque ait explodendum eſſe tamquam ridiculum & ab omnibus viris doctis improbari. Nimia prorſus audacia. Nemo enim negabit viros doctos fuiſſe Valdenſem, Democharem, Baronium, Stapletonium, Sauſſayum, & alios contrariæ ſententiæ adſertores, cetera.

(*d*) Theodoret. lib. II. c. XXVII. τὴν ἱερὰν στολὴν ἣν ὁ πανεύφημος Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς τὴν Ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν γεραίρων, δεδώκει τῷ Μακαρίῳ τῷ τῆς πόλεως

ſtolam, aureis filis contextam, ad exornandam *Hieroſolymorum* eccleſiam, *Macario*, eius loci epiſcopo, donaſſe dicitur, vt ea indutus diuini baptiſmi miniſterium perageret. Et inter alia crimina, quorum poſtea *Ariani* incuſabant *Cyrillum*, hoc quoque erat, quod illum hanc veſtem vendidiſſe dicerent. VALESIVS [*] hanc ſtolam non ordinariam epiſcopi veſtem eſſe debuiſſe putat, quandocumque baptiſmum adminiſtraret, ſed tantum, quum hoc officium feſto *epiphaniorum* die perficeret, quo *CHRISTVS* in *Iordane* baptizatus ſit, quem diem præcipuo honore coluerint *Hieroſolymitani*. Hoc mihi non adeo probabile videtur. Vtcumque autem eſt, rei ipſi non obeſt. Nihilo enim ſecius ſacra veſtis manet, in celebratione liturgiæ ſiue diuini cultus adhibenda; quod ad præſens inſtitutum ſufficit. Non multo poſt ATHANASIO ab inimicis ſuis inter alia crimina & hoc intendebatur, quod *Aegyptiis* linearum tunicarum tributum impoſuiſſet. Res ipſimet ATHANASIO [*e*] & SOZOMENO [*f*] memoratur; ille *linea ſticharia*, hic *tunicas lineas*, vocat, quod vnum idemque eſt. Vbi obſeruandum nobis eſt, non hoc ei vitio datum fuiſſe, quod iſtiusmodi veſtibus in eccleſia vſus eſſet, ſed tantum, quod populo tributum irrogaſſet, vt ſibi illas proſpiceret; quod eas tum in vſu fuiſſe indicat, alias iſtiusmodi incuſatio colorem vel fundamentum nullum habuiſſet. HIE-

---

ἐκείνης ἀρχιερεῖ, ἵνα ταύτην περιβαλλόμενος, τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος ἐπιτελῇ λειτουργίαν· ἐκ χρυσῶν δὲ αὕτη κατεσκεύαστο νημάτων.

(*) Valeſ. in loc. Hunc locum de baptiſmi ſacramento intellexerunt interpretes. Ego vero de feſto epiphaniorum die malim intelligere, quo Chriſtus in Iordane eſt baptizatus. Hunc enim diem præcipuo honore colebant Hieroſolymitani, eo quod apud ipſos Chriſtus tinctus fuiſſet: Eoque die infantes baptizari apud illos ſolebant, vt legere memini in typico monaſterii ſancti Sabæ, vbi etiam officium illius diei refertur.

(*e*) Athanaſ. apol. II. p. 778. (p. 178. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) πλάττοντες πρώτην - κατηγορίαν - περὶ στιχαρίων λινῶν, ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβαλόντος, καὶ πρώτους αὐτοὺς ἀπαιτήσαντος. Hanc priorem - confingunt criminationem, de *lineis* nempe *ſticharíis*, quaſi ego legem dediſſem (tributum impoſuiſſem) Aegyptiis, ac ea primus exegiſſem.

(*f*) Sozom. lib. II. c. XXII. ἐντεῦθεν δὲ πρώτην ὑπομένει γραφὴν ὡς χιτωνίων λινῶν φόρον ἐπιθεὶς Αἰγυπτίοις, καὶ παρὰ τῶν κατηγόρων πρῶτον δασμὸν εἰσπραξάμενος. Hinc primum Athanaſio crimen intenditur, quod *linearum tunicarum tributum* Aegyptiis impoſuiſſet, & huiusmodi collationem ab ipſis accuſatoribus exegiſſet.

RONYMVS frequenter huius distinctionis vestium, tamquam ætate sua generatim obseruatæ, meminit. Non vrgeo ea verba, quæ habet in commentario in *Ezechielem* prophetam: *Religio alterum habitum habet in ministerio* [g], *alterum in vsu vitaque communi:* quia heic eum de sacerdotibus *Iudaicis*, in oppositione flaminum *Isidis* & *Serapidis*, loqui existimo. Quæ autem in libro aduersus *Pelagium* habet, ea manifesto ad sacerdotes christianos respiciunt: *Quæ sunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, si tunicam habuero mundiorem? Si episcopus, presbyter, diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacramentorum* [h] *candida veste processerit?* In epistola ad *Heliodorum* de morte *Nepotiani* quoque dicit, quod *Nepotianus* priuatim pallio, quod commune christianorum philosophorum vestimentum erat, in publico autem ministerio tunica [i] vsus sit, quam *Heliodoro* auunculo suo tradiderit, *Hieronymo* dono mittendam. CHRYSOSTOMVS quoque significat, quod diaconi peculiarem vestem gestauerint, ministerium suum peragentes, quando hanc eorum dignitatem & gloriam esse dicit, non vt tunicam induti candidissimam [k] per ecclesiam ambulent, sed vt indignos a sacra cœna prohibeant. Quo ipso clare indicat, peculiari eos visos fuisse habitu, in diuino cultu ministrantes. Idem illud obseruauit SOZOMENVS [l], quando loquens de impetu, in ecclesiam facto ab inimicis *Ioannis Chrysostomi*, sacerdotes ac diaconos in eo, quo fuerint cultu atque ornatu, violenter fugatos esse dicit. Est & in operibus CHRYSOSTOMI homilia de *filio prodigo*, a SEVERIANO episcopo *Gabalæ*, qui eadem cum CHRYSOSTOMO ætate vixit, scripta, vbi loquens de diaconis, sacra officia sua obeuntibus, ait:

(g) Hieron. comment. in Ezech. c. XLIV. p. [illegible]8. edit. Basil. MDLXV.

(h) Id. lib. I. contr. Pelag.

(i) Id. epist. III. ad Heliodor. p. 23. d. edit. Par. MDCXLIII. Apprehensa auunculi manu, Hanc, inquit, *tunicam, qua vtebar in ministerio Christi*, mitte dilectissimo mihi, ætate patri, fratri collegio.
It. epist. ad Præsid. diacon. Difficile est locum Stephani implere, & populos subiacentes *candenti* desuper *veste* despicere.

(k) Chrysost. homil. LXXXIII. al. LXXXIII. in Matth. p. 705. (p. 872. edit. Francof. MDXCVII.) τῦτο ὑμῶν ἀξία, τῦτο ἡ ἀσφάλεια, τῦτο ὁ στέφανος, ὐχ ἵνα λευκὸν χιτωνίσκον καὶ ἀποστίλβοντα περιβαλλόμενοι περίητε.

(l) Sozom. lib. VIII. c. XXI. ἱερέων καὶ διακόνων τυπτομένων τε καὶ πρὸς βίαν ὧν εἶχον σχήματος ἐλαυνομένων.

Recor-

Recordamini ministrorum sacri officii, imitantium angelorum alas tenuibus suis lineis velis [m], *quæ sinistris humeris insident: & qui in ecclesia discurrunt clamantque: Ne quis ex catechumenis*, cetera. Similem in modum NAZIANZENVS in visione sua de ecclesia *Anastasiæ*, repræsentat diaconos stantes [n] ἐν εἵμασι παμφανόωσιν, *in splendentibus vestibus*. Et in testamento suo EVTROPO diacono reliquit κάμασον & στιχάριον, quæ tunc communia harum albarum vestium, in diuino cultu [o] adhibitarum, nomina erant. Concilium *Laodicenum* duos habet canones de sic dicto *orario*, quod erat fascia [p] in humeris portari solita ab episcopis, presbyteris & diaconis, non autem ab hypodiaconis, cantoribus & lectoribus, qui diserte ab eius vsu in isto concilio prohibentur. Concilium *Carthaginense* quartum [q] de *alba*, (siue amiculo lineo, quod vulgo *superpelliceum* vocant) loquitur, eaque diaconum tempore oblationis & lectionis indui iubet. Concilium *Narbonense* [r] idem inculcat. Concilium *Bracarense* primum de *tunica* & *orario* [s] loquitur, tamquam indumentis ad diaco-

(m) Chrysost. homil. XXXVII. de filio prodigo tom. VI. p. 371. (p. 313. tom. VI. edit. Francof.) citat. supra c. VI. §. VI. litt. (m) pag. 215.

(n) Naz. somn. Athanas. tom. II. p. 78.

Οἱ δ' ἄρ' ὑποδρηστῆρες ἐν εἵμασι παμφανόωσιν
Ἕστασαν, ἀγγελικῆς εἰκόνες ἀγλαΐης.
Vestibus in niueis at stabat turba ministra
Splendorem referens agminis angelici.

(o) Id. in testamento ap. Brisson. de formulis lib. VII. plagula RRRR column. 1. p. 671. (verius p. 681.) l n. 30. 31. (edit. Francof. MDXCII.) Εὐτρόπῳ -- βούλομαι, δοθῆναι κάμασον ἕνα καὶ στιχάρια β' πάλλια γ' κ. τ. λ.

(p) Concil. Laodic. c. XXII. Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν, οὐδὲ τὰς θύρας ἐγκαταλιμπάνειν. Non oportet ministrum ferre orarium, neque fores relinquere. c. XXIII. Ὅτι οὐ δεῖ ἀναγνώστας ἢ ψάλτας ὠράριον φορεῖν, καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν. Quod non oportet lectores vel cantores ferre orarium, & sic legere vel canere.

(q) Concil. Carth. IV. can. XLI. Vt diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis alba induatur.

(r) Conc. Narbon. an. DLXXXIX. can. XII. (tom. V. concil. p. 1020.) - - Nec diaconus, aut subdiaconus certe, vel lector, antequam missa consummetur, *alba* se præsumat exuere.

(s) Concil. Bracar. I. c. XXVII. (ap. Labb. concil. II. can. IX. tom. V. p. 841.) Placuit, vt quia in aliquantis huius prouinciæ ecclesiis diacones absconsis infra *tunicam* vtantur *orariis*, ita vt nihil differre a subdiacono videantur, de cetero superposito scapulæ, sicut decet, vtantur *orario*.

num ſpectantibus. Et concilium *Bracarenſe* tertium [*t*] ſacerdotibus præcipit, vt quum ſacris operentur ad altare, non aliter id faciant, quam orarium in vtroque humero portantes. Ex quibus diſcimus, quod tunica omnibus clericis communis; orarium in ſiniſtro humero diaconis, in vtroque autem humero ſacerdotibus, inſtar notæ cuiusdam characteriſticæ, proprium fuerit.

CONCILIVM quartum *Toletanum* in obſeruando tali ornamentorum diſcrimine adhuc curatius agit. Nam in vno quodam canone hunc in modum præcipit: *Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, ſi a gradu ſuo iniuſte deiectus, in ſancta ſynodo innocens reperiatur, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altario de manu epiſcoporum. Si epiſcopus eſt, orarium* [*u*], *annulum & baculum: Si presbyter, orarium & planetam: Si diaconus orarium & albam.* Et in alio quodam canone [*x*]: *Orariis duobus nec epiſcopo quidem liceat, nec presbytero vti, quanto minus diacono, qui miniſter eorum eſt. Vnum igitur orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt, prædicat.* Vnde etiam rationem nominis *orarii*, ſenſu eccleſiaſtico ſumti, obſeruare poſſumus, nimirum ab *orando;* etſi communi acceptione nihil amplius ſignificet, quam ſudarium, ſiue linteum ori tergendo paratum, atque ita a vocabulo *os, oris* deſcendit, qua in ſignificatione nonnumquam ab AMBROSIO [*y*], AVGVSTINO [*z*] æque ac vetuſtis ſcriptoribus *Romanis* adhibetur. Heic autem ſenſu accipimus eccleſiaſtico pro veſte ſacra, epiſcopis, ſacerdotibus

(*t*) Concil. Bracar. III. can. III. (ap. Labb. conc. IV. c. IV. tom. VI. p. 564.) Quum ſacerdos ad ſolemnia miſſarum accedit, aut pro ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti ſumturus, non aliter accedat, quam *orario* vtroque humero circumſeptus.

(*u*) Concil. IV. Toletan. c. XXVIII. (tom. V. concil. p. 1714.)

(*x*) Ibid. c. XL.

(*y*) Ambroſ. de fide reſurrectionis in Satyri fratris ſui obitu (tom. IV. opp. p. 333. c. edit. Par. MDCXLII.) Audiuit defunctus (Lazarus) & exiuit foras de monumento, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies eius *orario* colligata erat. Id. epiſt. LIV. ad Marcell. ſoror. (tom. V. p. 316. m.) Quanta *oraria* iactantur? Quanta indumenta ſuper reliquias ſacratiſſimas & tactu ipſo medicabilia repoſcuntur?

(*z*) Auguſtin. de ciuit. Dei lib. XXII. c. VIII. tom. V. opp. p. 1347. b. Tunc, ſicut poterit, oculum lapſum atque pendentem loco ſuo reuocatum ligauit *orario*.

et di-

et diaconis, solemnia diuini cultus ministeria obeuntibus, propria, quo sensu habitum ab habitu ciuilis & communis vsus distinctum fuisse, ex omnibus memoratis testimoniis apparet. Auctor *quæstionum ex veteri & nouo testamento*, qui sub nomine AVGVSTINI scripsit, etiam de *dalmaticis* [a] loquitur, quibus episcopi & diaconi induantur: an vero vestis sacri vsus fuerit, nec ab illo, nec ab alio quopiam vetusto scriptore, quod sciam, condocemur, adeoque satis superque habeo, quod ex iam adlegatis documentis ostenderim, sæculo quarto manifestam vestimentorum in sacro ecclesiæ ministerio factam esse distinctionem.

§. III.

Quadruplex gestus in precationibus a veteribus admissus. Primo, *Statio, speciatim die dominica & omni tempore inter pascha & pentecosten iniuncta.*

PROXIMA consideratu digna circumstantia in cultu veterum *gestus* erat in adoratione Dei, cuius quidem quatuor genera vniuersim obseruata & admissa deprehendimus, nimirum *stationem*, *inflexionem genuum*, *inclinationem capitis*, & *prostrationem.* Sessio enim, quam quinto loco nonnulli addunt, numquam a veteribus, tamquam ordinarius precantium gestus, permissa fuit. Statio vniuersaliter per totam ecclesiam die dominica & quinquaginta diebus inter pascha & pentecosten, in memoriam resurrectionis domini nostri *IESV CHRISTI*, in vsu erat. Hæc consuetudo vltra IRENAEI tempora referri potest, qui ex apostolica eam deriuat auctoritate. Auctor enim sub nomine IVSTINI MARTYRIS [b] de isto gestu in precibus hæc habet: *Quia vtriusque nos oportuit iugem tenere memoriam, & ipsius per peccata lapsus nostri, & gratiæ Christi nostri, per quam a lapsu resurreximus: ea propter genuum per sex dies inclinatio, symbolum & nota est lapsus per peccata nostri. Quod vero die dominico genua non inflecti-*

(a) Aug. quæst. vet. & nou. testam. quæst. IV. tom. IV. Quasi non hodie diaconi *dalmaticis* induantur sicut episcopi.

(b) Iustin. quæst. & respons. ad orthodox. quæst. CXV. p. 468. ἐπειδὴ ἀμφοτέρων ἐχρῆν ἡμᾶς ἀεὶ μεμνῆσθαι, καὶ τῆς ἐν ταῖς ἁμαρτίαις πτώσεως ἡμῶν, καὶ τῆς χάριτος τοῦ χριστοῦ ἡμῶν, δι' ἧς ἐκ τῆς πλάσεως ἀνέστημεν· διὰ τοῦτο ἡ ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις ἡμῶν γονυκλισία σύμβολόν ἐστι τῆς ἐν ταῖς ἁμαρτίαις πλάσεως ἡμῶν· τὸ δὲ ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ, σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τῇ τοῦ χριστοῦ χάριτι,

 mus,

mus, signum est & designatio resurrectionis, per quam gratia CHRISTI, & a peccatis, & a mortificata in eis morte liberati sumus. A temporibus autem apostolorum consuetudo talis accepit initium: prout ait beatus Ireneus, martyr & episcopus Lugdunensis, in libro de paschate, vbi quoque mentionem fecit pentecostes; in qua genua non inflectimus: quoniam pari est cum die dominico potestate, iuxta eam, quæ de illa est dicta, caussam. Non multo post TERTVLLIANVS [c] hac de re loquitur, tamquam consuetudine inter multas alias ex apostolica traditione accepta. Et CYPRIANVM [d] eo respicere existimes, quando christianos stare ad orationem dicit.

MEMORATVR quoque hic mos CLEMENTI ALEXANDRINO [e], & PETRO episcopo *Alexandriæ* [f], quorum hic paucis annis ante concilium *Nicænum* diem suum obiit. *Diem dominicum,* inquit, *lætitiæ diem agimus, quod in eo resurrexerit dominus: in quo nec genua quidem flectere accipimus.* Tempore concilii *Nicæni* quædam discrepantia ratione huius consuetudinis in ecclesia erat, eamque ob caussam illud concilium, vt omnes ecclesias ad eamdem for-

---

τῶν τε ἁμαρτημάτων, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῶν τεθανατωμένου θανάτου ἠλευθερώθημεν· ἐκ τῶν ἀποστολικῶν δὲ χρόνων ἡ τοιαύτη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, καθώς φησιν ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου, ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ, ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὰν ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς, κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν περὶ αὐτῆς αἰτίαν.

(c) Tertull. de coron. mil. c. III. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die paschæ in pentecosten vsque gaudemus.

(d) Cypr. de orat. p. 152. (p. 107. edit. Fell. Amstelod.) Quando *stamus ad orationem*, fratres dilectissimi, vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus.

(e) Clem. Stromat. VII. p. 854. ταύτῃ καὶ προσανατείνομεν τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν αἴρομεν, τούς τε πόδας ἐπεγείρομεν κατὰ τὴν τελευταίαν τῆς εὐχῆς συνεκφώνησιν, ἐπακολουθοῦντες τῇ προθυμίᾳ τοῦ πνεύματος εἰς τὴν νοητὴν οὐσίαν· καὶ συναφιστάνειν τῷ λόγῳ τὸ σῶμα τῆς γῆς πειρώμενοι, μετάρσιον ποιησάμενοι τὴν ψυχὴν ἐπτερωμένην τῷ πόθῳ τῶν κρειττόνων, ἐπὶ τὰ ἅγια χωρεῖν βιαζόμεθα, τοῦ δεσμοῦ καταμεγαλοφρονοῦντες τοῦ σαρκικοῦ. Hinc & caput & manus in cælum extendimus, & pedes excitamus in vltima acclamatione, orationis promtitudine & alacritate spiritus adsequentes essentiam, quæ apprehenditur intelligentia: & vna cum sermone corpus a terra abducere conantes, erigentes animam desiderio meliorum alatam cogimus in sancta progredi, magno animo carnis vinculum despicientes.

(f) Petr. Alex. c. XV. ap. Beuereg. tom. II. p. 23. κυριακὴν δὲ χαρμοσύνης ἡμέραν ἄγομεν, διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ, ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρειλήφαμεν·

mam

mam hac in re reduceret, canonem faciebat in hunc modum[*g*]: *Quoniam ſunt quidam, qui in die dominico genu flectunt, & ipſis diebus pentecoſtes, vt omnia ſimiliter in omni parochia ſeruentur, viſum eſt ſanctæ ſynodo, vt ſtantes Deo orationes effundant.* Poſtea HILARIVS[*h*] idem confirmat, quando ait: *Hæc quidem ſabbata ſabbatorum ea ab apoſtolis religione celebrata ſunt, vt his quinquageſimæ diebus nullus neque in terram ſtrato corpore adoraret, neque ieiunio feſtiuitatem ſpiritualis huius beatitudinis impediret: Quid, id ipſum etiam extrinſecus in diebus dominicis eſt conſtitutum.* EPIPHANIVS[*i*], *Quinquaginta pentecoſtes diebus*, inquit, *neque genua flectuntur, neque ieiunium indicitur.* HIERONYMVS [*k*] inter multa alia, quæ per traditionem in eccleſiis obſeruari, & auctoritatem ſcriptæ legis vſurpauiſſe dicit, hoc quoque refert, quod *die dominico & per omnem pentecoſten, nec de geniculis adorare, & ieiunium ſoluere ſoleant.* AVGVSTINVS addubitat [*l*], num hæc praxis per vniuerſam eccleſiam obtineat, adfirmat tamen, in omnibus eccleſiis *Africanis*, quod ſciat, ſingulis diebus dominicis & pentecoſtalibus ieiunia relaxari, preces a ſtantibus fundi, & Halleluia ad altare cani, idque ſignum eſſe reſurrectionis. Idem illud in BASILIO [*m*] offendimus, qui id

(*g*) Concil. Nicæn. c. XX. ἐπειδή τινές εἰσι ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ θεῷ.

(*h*) Hilar. prolog. in pſalm. p. 189.

(*i*) Epiphan. expoſit. fid. n. XXII. - - δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προστέτακται.

(*k*) Hier. dialog. contr. Luciter. c. IV.

(*l*) Auguſtin. epiſt. CXIX. ad Ianuar. c. XVII. Vt autem ſtantes in illis diebus & omnibus dominicis oremus, vtrum vbique ſeruetur, ignoro. Ibid. c. XV. Propter hoc & ieiunia relaxantur, & ſtantes oramus; quod eſt ſignum reſurrectionis. Vnde etiam omnibus diebus dominicis id ad altare obſeruatur & Halleluia canitur.

(*m*) Baſil. de ſpirit. S. c. XXVII. ὀρθοὶ μὲν πληροῦμεν τὰς εὐχὰς, ἐν τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου· τὸν δὲ λόγον οὐ πάντες οἴδαμεν· οὐ γὰρ μόνον ὡς συναναστάντες Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλοντες, ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς δεδομένης ἡμῖν χάριτος διὰ τῆς κατὰ τὴν προσευχὴν στάσεως ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκομεν· ἀλλ᾽ ὅτι δοκεῖ πως τοῦ προσδοκωμένου αἰῶνος εἶναι εἰκών. *In prima ſabbati, erecti perficimus deprecationes*, ſed rationem non omnes nouimus. Non ſolum enim, quod veluti ſimul cum Chriſto reſuſcitati, quæ ſurſum ſunt, quærere debeamus, in die reſurrectionis datæ nobis gratiæ *ſtando precantes* noſ-

ex apostolica praxi deriuat. Et CASSIANVS [n] de monachis *Aegyptiis* narrat, quod a vespera sabbati vsque ad vesperam diei dominicæ, & per omnes dies pentecostes nec genua flectant, nec ieiunent. Et alio loco [o] huius rei dat rationem, quia inflexio genuum pœnitentiæ ac luctus indicium sit, ideo maiores nec ieiunium agendum, nec genu esse flectendum, ob reuerentiam resurrectionis seruatoris ac domini nostri, tradidisse. Hinc est, quod auctor *constitutionum* [p] inter præceptiones apostolicas refert, quod christiani in die dominica tres precationes stando peragere debeant, ad memoriam illius, qui in triduo de mortuis resurrexit. Atque inde solemnis illa formula oriunda est, toties CHRYSOSTOMO [q] aliisque memorata, qua diaconus populum in precibus excitare solebat, ὀρθοὶ στῶμεν καλῶς, *erecti stemus honeste*, adludens ad hunc gestum, communiter in precibus, die dominica fundi solitis, vsitatum. Quamdiu durauerit in ecclesia hæc consuetudo, non facile est ad definiendum. Obseruare autem licebit, fieri eius mentionem a MARTINO BRACARENSI [r] sæculo sexto, in concilio

---

met ipsos commonefacimus, sed quod is dies videatur aliquo modo imago venturi sæculi.

(n) Cassian. institut. lib. II. c. XVIII. Hoc quoque nosse debemus, a vespera sabbati, quæ lucescit in diem dominicam, vsque in vesperam sequentem apud Aegyptios genua non curuari, sed nec totis quidem quinquagesimæ diebus, nec custodiri in eis ieiuniorum regulam.

(o) Cassian. collat. lib. XXI. c. XX. Ideo in ipsis diebus (a paschate ad pentecosten) nec genua in oratione curuantur, quia inflexio genuum, velut pœnitentiæ ac luctus indicium est. Vnde etiam per omnia eamdem in illis solemnitatem, quam die dominica custodimus, in qua maiores nostri, nec ieiunium agendum, nec genu esse flectendum, ob reuerentiam resurrectionis dominicæ tradiderunt.

(p) Constit. lib. II. c. LIX. ἐν ᾗ καὶ τρὶς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν, μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν.

(q) Chrysostom. homil. XXIX. de incomprehensibili Dei natura tom. I. p. 375. (p. 333. edit. Francof.) Vid. cit. supra cap. VI. §. I. litt. (t) pag. 198. It. homil. II. in 2 Cor. p. 740. (p. 516. c.) στῶμεν καλῶς, δεηθῶμεν, Recte stemus, oremus.

(r) Martin. Bracar. collect. can. c. LVII. apud Iustell. in append. tom. I. fol. XXVI. Si quis presbyter publica pœnitentia a sacerdote accepta, aut aliqua necessitate, die dominica pro quadam religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit. Similiter quia quod ab apostolis traditum (est) canon tenet antiquus, placuit vt per omnes dominicas & per omnes dies paschæ, vsque

Trulla-

Trullano [s] sæculo septimo, & in concilio tertio *Turonensi* [t] tempore *Caroli magni* imperatoris. Neque vllam huius regulæ exceptionem per omnia illa tempora inuenimus, nisi respectu tantum pœnitentium, siue eorum, qui disciplinæ ecclesiasticæ subiacebant; qui quum propter lapsum in peccata, publicam offensionem habentia, ad statum pœnitentiæ reducti essent, hoc priuilegium preces stando fundendi die dominica non habebant, sed in signum humiliationis sui in genua se semper prouoluere debebant, ipsis diebus remissionis (vti concilium *Carthaginense* quartum [u], canone hanc in rem facto, loquitur) non exceptis. Atque ita concordans omnium scriptorum testimonium pro antiquitate, & vniuersali obseruantia huius praxis vidimus.

§. IV.

Secundo, *Inflexio genuum omnibus temporibus reliquis, speciatim diebus stationariis & aliis precum temporibus.*

Aliis temporibus genuum inflexio frequentissimus & vsitatissimus precantium ritus erat. Id quod ex ante memorata diei

ad quinquagesimam, non prosternant se in oratione humilitatis, sed recto vultu ad dominum fungantur orationis officio, quia in his diebus gaudium resurrectionis domini celebramus.

(s) Concil. Trullan. c. XC. (tom. VI. concil. p. 1170.) Ταῖς κυριακαῖς μὴ γόνυ κλίνειν ἐκ τῶν θεοφόρων ἡμῶν πατέρων κανονικῶς παρελάβομεν, τὴν τοῦ χριστοῦ τιμῶντες ἀνάστασιν· ὡς ἂν οὖν μὴ ἀγνοῶμεν τὸ σαφὲς τῆς ἐπὶ τοῦτο παρατηρήσεως, δῆλον τοῖς πιστοῖς καθιστῶμεν, ὥστε μετὰ τὴν ἐν τῷ σαββάτῳ ἑσπερινὴν τῶν ἱερωμένων πρὸς τὸ θυσιαστήριον εἴσοδον, κατὰ τὸ κρατοῦν ἔθος, μηδένα γόνυ κλίνειν μέχρι τῆς ἐφεξῆς κατὰ τὴν κυριακὴν ἑσπέρας, καθ' ἣν μετὰ τὴν ἐν τῷ λυχνικῷ εἴσοδον αὖθις τὰ γόνατα κάμπτοντες, οὕτω τὰς εὐχὰς τῷ κυρίῳ προσάγομεν. Dominicis genu non flectere, a diuinis nostris patribus, Christi resurrectionem honorantibus, canonice, accepimus. Ne ergo huius obseruationis euidentiam ignoremus, fidelibus manifestum facimus, quod post vespertinum sacerdotium ad altare sabbato ingressum, ex consuetudine, quæ seruatur, nemo genu flectat, vsque ad sequentem vesperam in die dominico; in qua post ingressum in completorio, genua rursus flectentes, domino preces sic offerimus.

(t) Concil. Turon. III. c. XXXVII. (tom. VII. concil. p. 1267.) Sciendum est, quod exceptis diebus dominicis & illis solemnitatibus, quibus & vniuersalis ecclesia, ob recordationem dominicæ resurrectionis solet stando orare, fixis in terra genibus, suppliciter Dei clementiam nobis profuturam, nostrorumque criminum indulgentiam deposcendum est.

(u) Conc. Carth. IV. can. LXXXII. Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

dominicæ & pentecoſtes ab hoc ritu exceptione colligere poſſumus. Hæc enim indicat, quod aliis temporibus alium geſtum in precibus ſuis ad Deum adhibuerint. Hic vſitatus erat ritus in matutino & veſpertino miniſterio diebus profeſtis & ſtationariis, ſiue ieiunio conſtitutis, qui ſtationarii vocabantur, non eo, quod ſtando preces facerent, ſed quod exercitium illud continuarent & producerent in imitationem ſtationum militarium. Vna ſola differentia inter hoſce dies & diem dominicam erat, quod die dominica omnes preces ſtando, reliquis autem diebus alias ſtando, alias genua flectendo funderent. Hoc ſenſu CHRYSOSTOMVS [x] intelligendus eſt, quando de oratione prototo eccleſiæ ſtatu loquitur, in qua omnes peræque iaceant, omnes peræque conſurgant. Atque ita *conſtitutionum* auctor [y] eos repræſentat in prima precatione genua flectentes, & ad ſecundam conſurgentes. Similiter CASSIANVS [z] populum dicit preces ſuas priuatas flexis genibus facere, quum autem miniſter eccleſiæ orationem collecturus e terra ſurrexerit, omnes pariter ſurgere. Hoc de precibus eorum intelligendum eſt, quas diebus profeſtis offerebant, non die dominico, vbi (quemadmodum antea vidimus) preces ſuas quaſcumque fundebant erecti ſtantes. Quod ad ritum flectendi genua, reliquis occaſionibus obſeruatum, attinet, infinitum foret, omnia teſtimonia, quæ de eo adlegari poſſent, producere. Adeo commu-

(x) Chryſoſtom. homil. XVIII. in 2 Cor. p. 573. (p. 673. a. edit. Fr. MDCXCVII.) *ἑτέραν δεῖ γενέσθαι εὐχὴν, καὶ πάντες ὁμοίως ἐπ' ἐδάφους κείμεθα, καὶ πάντες ὁμοίως ἀνιστάμεθα.*

(y) Conſtitut. lib. VIII. c. IX. *ὅσοι πιστοὶ, κλίνωμεν γόνυ, δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ.* Qui fideles ſumus, *flectamus genua*, precemur Deum per Chriſtum eius. Ibid. c. X. *ἐγειρώμεθα· δεηθέντες ἐκτενῶς, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι θεῷ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα.* *Surgamus*, *Orantes* intente, nos ipſos atque mutuo viuenti Deo, per Chriſtum eius commendemus.

(z) Caſſian. inſtit. lib. II. c. VII. Poſt hæc puncto breuiſſimo procidentes humi, velut adorantes tantam diuinam clementiam, ſumma velocitate conſurgunt, ac rurſus erecti expanſis manibus eodem modo, quo prius ſtantes orauerant, ſuis precibus intentius immorantur. Humi namque diutius procumbentes, non ſolum cogitationibus aiunt, verum etiam ſomno grauius impugnari. - - Quum autem is, qui orationem collecturus eſt, e terra ſurrexerit, omnes pariter ſurgunt, ita vt nullus, nec antequam inclinetur, ille genu flectere, nec tum e terra ſurrexerit, remorari præſumat &c.

nis

nis inter illos erat, vt auctor actorum *Theclæ* [a] orationem *κλίσιν γονάτων*, *inflexionem genuum*, appellet. Et ARNOBIVS [b] gentibus rationem, qua Deum colant christiani, descripturus, huic illos omnes ex more prosterni, hunc collatis precibus adorare dicit. EVSEBIVS [c] loquens de *S. Iacobi*, episcopi *Hierosolymitani*, magno ardore precandi, *In templum*, inquit, *solus intrare*, *atque ibi genibus flexis pro peccatis populi supplex Deum orare consueuerat. Adeo, vt genua ipsius instar cameli occaluerint, dum assidue Deum venerans & pro salute populi vota faciens humi sterneretur.* Item de legionis fulminatricis militibus (qui tempore *Marci Aurelii* imperatoris precibus suis pluuiam, qua exercitus *Romanorum* recreatus, & fulminum iactus, quibus hostium copiæ in fugam versæ ac exstinctæ sint, diuinitus obtinuerint) loquens, ait: *Dum acies aduersus hostes ordinatur, flexis in terram genibus, vt nostris orantibus* [d] *mos est, preces ad Deum fudisse perhibentur.* TERTVLLIANVS hanc ipsam historiam adlegat, quando ad *Scapulam* [e] scribens, *Marcus Aurelius*, inquit, *in Germanica expeditione christianorum militum orationibus ad Deum factis imbres in siti illa impetrauit.* Et addit statim: *Quando non geniculationibus & ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsæ?*

FACILE foret, sexcenta alia exempla [f] eiusdem consuetudinis e vetustis scriptoribus addere; at vero in re tam perspicua & incontrouersa alienum esse ab re existimo, lectorem

(a) Acta Theclæ ap. Grabe spicileg. tom. I. p. 96. *εἰσελθέντος τοῦ Παύλου εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ὀνησιφόρου, ἐγένετο χαρὰ μεγάλη, καὶ κλίσις γονάτων, καὶ κλάσις ἄρτου κ. τ. λ.* Vt Paulus introiuit domum Onesiphori, factum est illic gaudium magnum, & *oratio flexis genibus fusa*, panisque fractus, cetera.

(b) Arnob. lib. I. p. 25. (p. 9. lin. 13. seq. ed. Hamburg. MDCX. fol.) Hæc totius summa est actionis, hic propositus terminus diuinorum officiorum, hic finis, huic omnes ex more prosternimur, hunc collatis precibus adoramus.

(c) Euseb. lib. II. c. XXIII. *μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν· ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν· ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ προσκυνοῦντα τῷ θεῷ καὶ αἰτεῖσθαι ἄφεσιν τῷ λαῷ.*

(d) Euseb. lib. V. c. V. *ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας, ἐπὶ τὴν γῆν κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν τῶν εὐχῶν ἔθος, ἐπὶ τὰς πρὸς θεὸν ἱκεσίας τραπέσθαι.*

(e) Tertull. ad scapul. c. IV.

(f) Vid. Herm. past. part. I. vis. I. n. I. (apud Coteler. tom. I. p. 75.) *Genibus positis* cœpi orare dominum.

illis meum demorari. Illud tantum noto, quod etsi hi duo precantium gestus natura sua prorsus indifferentes essent, semper tamen negligentissimi vel peruersissimi animi indicium habitum fuerit, si quis alterum cum altero permutaret; hoc est, si quis die dominica oraret in genua prouolutus, quando ecclesia stando id fieri volebat; vel stando aliis diebus, vbi regula ac consuetudo ecclesiæ homines genibus flexis precari iusserat. Quocirca vt canones *Nicæni* & *Trullani* eos reprehendunt, qui genuum inflexioni die dominica superstitiosius studebant; ita alii non minus seuere de eorum conqueruntur remissione ac negligentia, qui aliis temporibus, vbi ecclesia id requirebat, genua flectere recusabant. *Diacono clamante: Flectamus genua*, inquit CAESARIVS ARELATENSIS [*g*], *maximam partem populi, velut columnas erectas stare conspicio, quod christianis, dum in ecclesia oratur, omnino nec licet, nec expedit.* Erant quidem hæ consuetudi-

Clem. Roman. epist. I. ad Corinth. n. XLVIII. ibid. p. 174. προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, *Domino accidamus* & plangamus, orantes eum, vt propitius factus, reconcilietur nobis.

Passio Ignat. ap. Coteler. tom. II. p. 176. cum *genuflexione* omnium fratrum - subductus est cum festinatione in amphitheatrum, &c.

Passio Cypr. p. 13. (p. 14. 15. edit. Fell. Amstelod.) *Genu* in terra flexit & in orationem se domino prostrauit.

Euseb. vit. Constant. lib. IV. c. LXI. γόνυ κλίνας ἐπ' ἐδάφους, ἱκέτης ἐγίγνετο τοῦ θεοῦ, *genu flexo* humi procumbens, veniam a Deo supplex poposcit.

Augustin. de ciuit. Dei lib. XXII. c. VIII. (tom. V. opp. p. 1342. a. edit. Basil. MDLXIX.) Vbi nobis *ex more genua figentibus* atque incumbentibus terræ, ille se ita proiecit, tamquam fuisset aliquo impellente grauiter prostratus, & cœpit orare.

Chrys. hom. XXII. de ira tom. I. p. 278. (248. c. ed. Francof.) τῶν γονάτων σου χαμαὶ κειμένων, πολλαχοῦ τῆς ἀγορᾶς καὶ τῆς οἰκίας πλανᾶσθαί σου τὴν διάνοιαν ἐᾷς. *Genibus humi positis*, sæpe per forum, sæpe per ædes mentem tuam diuagari sinis.

Prudent. Cathemerin. hymn. II.

Te mente pura & simplici,
Te voce & cantu pio,
Rogare *curuato genu*
Flendo & canendo discimus.

(*g*) Cæsar. Arelatens. hom. XXXIV. (bibl. max. patr. tom. VIII. p. 853. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

nes

nes in ſe leues, ſed magni ponderis, vti videmus, ſi peruerſe cum offenſione ac perturbatione eccleſiæ fierent, cuius magna regula in omnibus iſtiusmodi caſibus, illa *Pauli* apoſtoli eſt: *Omnia decenter & ordine fiant.*

§. V.

Tertio, *Inclinatio capitis.*

TERTIVS quidam precantium geſtus erat capitis, vel corporis inclinatio, inter ſtationem & genuum inflexionem media. Hæc præcipue in vſu erat in recipienda epiſcoporum vel ſacerdotum benedictione, & in omnibus directis ac formalibus precibus ad Deum de obtinenda populo, ſiue catechumenis, ſiue pœnitentibus, ſiue aliis quibuscumque, ipſius miſericordia ac gratia. Ita in *conſtitutionibus* [h] catechumenos iuberi legimus capita inclinare, vt accipiant benedictionem epiſcopi per precationem, quæ ibi ſuper eos recitanda præſcribitur. Idem energumeni [i] iubentur facere: *Inclinate energumeni, atque benedictionem accipite.* Similiter candidati baptiſmatis, ſiue competentes [k] & pœnitentes [l] ſurgere iubentur finita precatione diaconi, & capita inclinare ad recipiendam benedictionem. Atque hoc ipſum ex CHRYSOSTOMO [m] confirmari poteſt, qui *Agitatos*, inquit, *diaconus tempore illo* (oblationis) *adducit, & iubet caput tantum inclinare, atque illo corporis geſtu ſupplicare.* Et hoc aliis in locis [n] repetit, vbi ſpeciatim de illis loquitur, qui ab impuris ſpiritibus obſeſſi erant.

(h) Conſtit. lib. VIII. c. VI. Κλίνατε, καὶ εὐλογεῖσθε· - κλινόντων δὲ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, εὐλογείτω αὐτοὺς ὁ χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος εὐλογίαν τοιάνδε· ὁ θεὸς παντοκράτωρ κ. τ. λ. Inclinate, & accipite benedictionem. - Catechumenis autem capite inclinantibus, epiſcopus ordinatus benedicat eis benedictione huiusmodi: Deus omnipotens, &c.

(i) Ibid. Κλίνατε οἱ ἐνεργούμενοι· καὶ εὐλογεῖσθε.

(k) Ibid. cap. VII. κατασφραγισάμενοι τῷ θεῷ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, κλίναντες εὐλογείσθωσαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, Conſignati Deo per Chriſtum eius, inclinantes ſe benedicantur ab epiſcopo.

(l) Ibid. c. VIII. ἀναστάντες κλίνατε καὶ εὐλογεῖσθε.

(m) Chryſoſtom. homil. XXVIII. ſiue III. de incomprehenſibili Dei natura. tom. I. p. 3́5. (p. 324. b. edit. Francof. MDCXCVIII.) διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἐνεργουμένους κατ' ἐκεῖνον ἵστησι τὸν καιρὸν ὁ διάκονος, καὶ κελεύει κλῖναι τὴν κεφαλὴν μόνον, καὶ τῷ σχήματι ποιεῖσθαι τοῦ σώματος τὰς ἱκετηρίας.

(n) Id. homil. XXIX. tom. I. p. 374. (p. 332. a. edit. cit.) ἴσαι δὲ ἡ χάρις, ἂν διδάξωμεν ὑμᾶς, τίνος ἕνεκεν ἐκείνη γίνεται πρὸ τῶν ἄλλων ἡ εὐχὴ, καὶ τί δήποτε τοὺς

§. VI.

Quarto, *Humiproſtratio.*

VLTIMVS precantium geſtus erat, quando pronos ſe in terram abiiciebant. Hic geſtus extraordinariæ humiliationi peculiaris videtur fuiſſe & proprius, ſi quis haberet, quod ſingulari ſtudio a Deo contenderet. Sæpius in ſcripturis *Moſem* aliosque ſanctos in faciem procidiſſe legimus, pro populi delictis modo quodam extraordinario deprecaturos. Quorum in imitationem idem geſtus corporis in eccleſia chriſtiana nonnumquam adhibebatur. Nonnulli ex ſic dictis lapſis, quando ad ſtatum pœnitentiæ admitti orabant, non tantum in genua, ſed toto corpore in terram, ante pedes fidelium ſe proſternebant, preces ingredientium in eccleſiam expetituri. Hoc ſpeciatim de *Ecebolio*, ſophiſta vrbis *Conſtantinopolitanæ*, obſeruauit SOCRATES [o], quod quum *Iuliani* temporibus ad gentilem ſuperſtitionem rediiſſet, poſt obitum *Iuliani* rurſus chriſtianam religionem profiteri volens, pro foribus eccleſiæ ſe pronum abiecerit, his vocibus vſus: *Calcate me, vt ſal inſipidum.* Neque vero hic vnus ſolus caſus fuit, in quo hoc luctuoſo corporis geſtu vſi ſunt, ſed & aliis occaſionibus eum adhibuerunt, ſi qua magna neceſſitas ad preces, maiori cum ardore Deo commendandas, eos impelleret. Ita SOCRATES de *Alexandro*, eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* epiſcopo [p], narrat, quod quum in maximas anguſtias de admittendo in eccleſiam *Ario* eſſet redactus, ingreſſus ad altare ſub ſacra menſa pronum ſe humi proſtrauerit, multis diebus ac noctibus Deum cum lacrimis obſecrans, vt ſi quidem recta eſſet *Arii* ſententia, ipſe diem diſceptationi præſtitutum nequaquam videret. Sin vera eſſet fides, quam ipſe profiteretur, vt *Arius* impietatis pœnas lueret. Quam *Alexandri* petitionem Deum ita audiiſſe, dicit SOCRATES, vt quum *Arius* per mediam ci-

---

δαιμονῶντας, καὶ τῇ μανίᾳ πονηρᾷ κατεχομένους εἰσάγεσθαι κελεύει τότε ὁ διάκονος, καὶ κλίνειν τὰς κεφαλάς. Gratiam reddam, ſi vos docuero, quamobrem illa præ ceteris oratio ſolet fieri, & cur homines dæmone agitatos, & furore acutos teterrimo, adduci tempore illo & capita inclinare iubet diaconus.

(o) Socrat. lib. III. c. XIII. ῥίψας ἑαυτὸν πρηνῆ πρὸ τῆς πύλης τοῦ ἐκκλησίου οἴκου, πατήσατέ με, ἐβόα, τὸ ἅλας τὸ ἀναίσθητον.

(p) Id. lib. I. c. XXXVII. εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν, ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα ἐκτείνας, εὔχεται δακρύων κ. τ. λ.

vitatem

vitatem ad ecclesiam magnifice incedens, aluo relaxata, ad latrinas pergere necesse haberet, vna cum excrementis anus ipsi delapsus, & tanta copia sanguinis subsequuta sit, vt ille continuo animam efflarit. Similem obseruationem de *Theodosio magno* habet THEODORETVS [q], quod quum primum ecclesiam intrarit, posteaquam aliquamdiu ab *Ambrosio* exclusus fuisset, non stans, nec genibus flexis supplicarit Deo: sed pronus humi iacens *Dauidicam* hanc vocem emiserit: *Adhaesit pauimento anima mea; viuifica me secundum verbum tuum.* Ex quibus discimus, hunc gestum ad profundam humiliationem, pudorem ac aegritudinem certis quibusdam occasionibus declarandam, fuisse adhibitum, vix autem vmquam tamquam generalem ecclesiae praxin obtinuisse.

§. VII.

Sessio, non licitus corporis situs in precibus.

SVPEREST vnus corporis habitus, quem nonnulli tamquam gestum in adoratione obseruatum venditant; qui vero in veteris ecclesiae praxi numquam obtinuit: Is est sessio, quo ritu PERRONIVS cardinalis & alii quidam ex scriptoribus *Romanensibus* apostolos sacram eucharistiam in prima eius institutione recepisse, & gentiles deos suos adorasse dictitant. Verum DALLAEVS [r], vir doctus, hanc opinationem satis abunde profligauit, eiusque falsitatem per singula detexit. Neque enim pagani sedentes adorauerunt, vti quidem PERRONIVS, falsa PLVTARCHI & TERTVLLIANI interpretatione delusus, sibi persuasit; nec apostoli eucharistiam a domino acceperunt sedentes, sed in lectis de saeculi illius more semisupini recumbentes, quem corporis habitum a sessione diuersum esse, nemo ignorat; nec vllo corporis situ eucharistiam adorarunt; nec vmquam prisci christiani sedentes orare soliti sunt. TERTVLLIANVS [s] quidem, fuisse aetate sua dicit homines quosdam su-

(q) Theodoret. lib. V. c. XVIII. al. XIX. οὕτως ὁ πιστότατος βασιλεὺς εἴσω γενέσθαι θαῤῥήσας τοῦ θείου νεὼ, οὐχ ἑστὼς τὸν δεσπότην ἱκέτευεν, οὐδὲ τὰ γόνατα κλίνας· ἀλλὰ πρηνὴς ἐπὶ τοῦ δαπέδου κείμενος, τὴν Δαυιδικὴν ἀφῆκε φωνήν· ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

(r) Dall. de obiecto cult. relig. lib. II. c. II. p. 225-229. edit. Geneu. MDCLXIV.

(s) Tertull. de orat. c. XII. Item, quod adsignata oratione adsidendi mos est quibusdam, non perspicio rationem, nisi si Hermas ille, cuius scriptura

per-

perstitiosos admiratores libri sic vocati *Hermæ Pastoris*, quibus mos fuerit adsidendi *adsignata oratione*, hoc est, non quum orarent, vt quidam falso interpretantur, sed postquam oratio esset finita, quia *Pastor* in isto libro legatur sic fecisse. Nam quemadmodum ille transacta oratione super lectum adsedit, ita se idem illud ad imitationem eius facere debere existimarunt. Verum hoc non probat, eos sedisse, dum precati sint, sed tantum postquam precationem absoluerint: idque eos fecisse, nixos infirma ac superstitiosa opinione, quod singulæ circumstantiæ alicuius actionis vel narrationis, vtcumque in se indifferentes, imitatione exprimi, & res necessarii officii fieri deberent. Secundum quem ratiocinandi modum, vti TERTVLLIANVS obseruat, nusquam adorandum eis erat, nisi vbi esset lectus, immo contra illius exemplum foret, si quis in cathedra aut subsellio sederit. Subiungit, nationes solum idola sua adorare residendo, & propterea in christianis reprehendi [t] debere, si eorum ritum velint imitari. Quæ omnia docent, tantum abesse, vt prisci christiani precari sint sedentes, vt etiam post preces in conspectu Dei viui, angelo adhuc adstante, (vti auctor noster loquitur) sedere irreuerens ac irreligiosum, atque paganæ magis quam christianæ praxi consentaneum esse, crediderint.

§. VIII.

Superstitiosi aliquot ritus in orando a Tertulliano *notati.*

TERTVLLIANVS in eodem libro aliorum quorumdam superstitiosos admiratores

fere Pastor inscribitur, transacta oratione non super lectum adsedisset, verum aliud quid fecisset, id quoque ad obseruationem vindicaremus. Vtique non. Simpliciter enim & nunc positum, quum adorassem & adsedissem super lectum, ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinæ. Alioquin nusquam erit adorandum, nisi vbi fuerit lectus. Immo contra scripturam fecerint, si quis in cathedra aut subsellio sederit.

(t) Tertull. de orat. c. XII. Porro quum perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebrantur. Eo apponitur & irreuerentiæ crimen, etiam ipsis nationibus, si quid saperent, intelligendum. Siquidem irreuerens est adsidere sub conspectu contraque conspectum eius, quem quam maxime reuerereris ac venereris: quanto magis sub conspectu Dei viui angelo adhuc orationis adstante factum istud irreligiosissimum est, nisi exprobramus Deo, quod nos oratio fatigauerit.

per-

perstitiosorum rituum, quos nonnulli in precibus suis in imitationem gentilium obseruauerint, facit mentionem. Quorumdam morem esse dicit, positis penulis orationem facere, quod ille damnat, vtpote in quo cum idolorum cultoribus conspirent, sic enim adire [u] ad idola nationes. Hæc non religioni, sed superstitioni deputari, coacta & adfectata, & curiosi potius quam rationalis esse officii. Alios orationem non obire narrat ante, quam totum corpus aqua lauerint, se hoc ipso gratiosiores apud Deum futuros existimantes; quum tamen veræ munditiæ sint spirituales, vt manus a falso, a cæde, a sæuitia, a veneficiis, ab idololatria, ceterisque maculis, quæ spiritu conceptæ manuum opera transigantur [w], puræ adleuentur. Satis mundas esse hominis ab istis rebus liberi manus, quas cum toto corpore in *CHRISTI* sanguine semel lauerit: cuius autem spiritus sordeat, eum esse immundum, omnibus licet membris lauetur quotidie. Superstitio huius consuetudinis est, de qua conqueritur TERTVLLIANVS: Nam & ipsi christiani fontes siue cisternas suas ante templum multis in locis habebant collocatas, vt manus inde lauarent, decori caussa, antequam ad adorandum Deum in templum ingrederentur, quemadmodum alio loco [x] ostendimus. Neque vero istiusmodi rituum malignitas in nudo istarum rerum vsu, sed in eo consistebat, quod

(*u*) Tertull. de orat. c. XII. Huiusmodi non religioni, sed superstitioni deputantur, adfectata & coacta, & curiosi potius quam rationalis officii, certe vel eo coërcenda, quod gentilibus adæquent. Vt est quorumdam *positis penulis orationem facere:* Sic enim adeunt idola nationes.

(*w*) Tertull. ibid. c. XI. Quæ ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente orationem obire? quando & ipsis manibus spirituales munditiæ sunt necessariæ, vt a falso, a cæde, a sæuitia, a veneficiis, ab idololatria, ceterisque maculis quæ spiritu conceptæ manuum opera transiguntur, puræ adleuentur. Hæ sunt veræ munditiæ, non quas plerique superstitiose curant, ad omnem orationem etiam cum lauacro totius corporis aquam sumentes. Id quum scrupulose percontarer, & rationem requirerem, comperi, commemorationem esse in domini deditionem. Nos dominum adoramus, non dedimus, immo & aduersari debemus deditoris exemplo, nec propterea manus abluere, nisi quod conuersationis humanæ inquinamentum, conscientiæ caussa lauemus. Ceterum satis mundæ sunt manus, quas cum toto corpore in Christo semel lauimus. Omnibus licet membris lauet quotidie Israël, numquam tamen mundus est.

(*x*) Lib. VIII. c. III. §. VI. volum. III. p. 179. 180.

ſub opinione neceſſitatis vrgerentur, & vſui eorum ſanctitudinem adfingerent, eosque eſſentiales diuini cultus partes eſſe iuberent.

§. IX.

Veteres inoperto capite precati.

TALES igitur conſuetudines, quibus adhærebat ſuperſtitio, non agnoſcebant in ſuis: alios autem iſtiusmodi ritus ac cærimonias retinebant, quæ vel decentiam in ipſa natura ſua exprimebant, vel emphaſi ſua & ſymbolico vſu ad ſpiritualem vtilitatem conferre aliquid poterant. Orabant inoperto capite, ex mandato apoſtoli, maximam indecentiam exiſtimantes, ſecus facere. Ita CHRYSOSTOMVS in commentario ſuo in hunc locum [*]. TERTVLLIANVS aliam rationem addit in *apologetico aduerſus gentes*, quando ait [y]: *Capite nudo, quia non erubeſcimus, precantes ſumus ſemper pro omnibus imperatoribus* &c. faciens id teſtimonium quoddam & ſymbolum innocentiæ, Deum adire non velato, ſed nudo capite. Ab altera parte, vti natura & conſuetudo decorum fecit mulieribus, operto eſſe capite, ita hoc ipſum exacte obſeruari præcipiebant, cumprimis in religioſis conuentibus. Quidam virgines ab hac diſciplina velaminis exemtas eſſe volebant, quæ res occaſionem dabat TERTVLLIANO ſcribendi librum de *velandis virginibus*, in quo [z], tam virgines quam maritatas diuini miniſterii tempore caput velare oportere, docet; easque ſeuere caſtigat, quæ in oratione fimbriam, aut villam, aut quodlibet filum cerebro ſuperponebant, & tectas ſe opinabantur. Verum viri quidam docti [a] in hac cenſura eum putant fuiſſe iuſto ſeueriorem, & prorſus ſingularem in applicatione illius ad virgines, quæ tum

(*) Chryſoſt. 1 Cor. homil. XXVI. p. 230. edit. Francof. MD. XCVII. a. Τὸν μὲν ἄνδρα οὐκ ἀεὶ ἀναγκάζει ἀκατακάλυπτον εἶναι, ἀλλ' ὅταν εὔχηται μόνον. Virum quidem non ſemper cogit eſſe aperto capite, ſed ſolum quando orat.

(y) Tertull. apol. c. XXX.

(z) Tertull de veland. virgin. c. XVII. Quantam caſtigationem merebuntur etiam illæ, quæ inter pſalmos, vel in quacumque Dei mentione retectæ perſeuerant? Merito ne etiam in oratione ipſa facillime fimbriam, aut villam, aut quodlibet filum cerebro ſuperponunt & tectas ſe opinantur? Tanti caput ſuum metiuntur.

(a) Du Pin. biblioth. tom. I. p. 95. (p. 163. edit. Pariſ. MDCXCII. 4to.) Libri de velandis virginibus titulo notum eſt argumentum; at id de virginibus Deo

maiore

maiore libertate, quam nuptæ, ex generali ecclesiæ *Africanæ* disciplina, hac in re gauisæ sint.

§. X.

Et manibus in cælum sublatis, interdum in forma crucis.

EXPLORATIORA sunt, quæ de alia quadam cærimonia obseruat TERTVLLIANVS, quod expansis brachiis & manibus in cælum [*b*] sublatis, idque nonnumquam in forma crucis, ad repræsentandam seruatoris nostri passionem, orauerint. Nam hoc quoque a MINVCIO FELICE [*c*] notatum est, quando dicit: *Crucis signum est, quum homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur.* Et ab ASTERIO, episcopo *Amaseæ*, in fragmento homiliæ de precatione apud PHOTIVM [*d*], quando ait: *Precatio vitæ nostræ auxilium est, colloquium cum Deo, obliuio terrenorum, via ad cælum, & rectas tendere in cælum manus, formam est exhibere Christi cruci adfixi.* In hunc modum *Ambrosium* [*e*], iam animam efflaturum, ad Deum preces fudisse, auctor est PAVLINVS, *Ab hora circiter vndecima diei*, inquiens, *vsque ad illam horam, qua emisit spiritum, expansis manibus in modum crucis orabat.* Et PRVDENTIVS *Fructuosi*, episcopi *Hispanici*, supplicium, quod imperante *Gallieno* pro religione *CHRISTI* passus est, enarrans, ita canit:

Nexus denique, qui manus retrorsus
In tergum reuocauerant reuinctas,
Intacta cute decidunt adusti.
Non ausa est cohibere pœna PALMAS

consecratis non modo venit intelligendum, in eo enim opere Tertulliano animus est probare, velandas esse virgines, h. e. vultu velato esse in ecclesia, quod contra patriæ suæ morem demonstrandum suscepit, in qua solæ nuptæ velabantur. Id circo contra morem loquitur, & eum contra veritatem præscribere non posse contendit; quod verum est, quum agitur de dogmate, non vero quum de disciplina parui momenti.

(*b*) Tertull. de apologet. c. XXX. Manibus expansis, quia innocuis &c. Id. de orat. c. XI. Nos vero, non attulimus tantum, sed etiam expandimus, & dominica passione modulantes, & orantes Christo confitemur.

(*c*) Minuc. dialog. p. 90.

(*d*) Aster. ap. Phot. cod. CCLXXI. *εὐχὴ τῆς ζωῆς ἡμῶν βοήθεια, ὁμιλία πρὸς θεὸν, λήθη τῶν γηίνων, ἄνοδος πρὸς οὐρανόν· καὶ τὸ ὄρθιον δὲ τῆς προσευχῆς, ἐκπεταμένας προβαλλόμενον τὰς χεῖρας, τὸ τοῦ σταυροῦ πάθος ἐν τῷ σχήματι ἐξεικονίζει.*

(*e*) Paulin. vit. Ambros. p. 12. (p. 89. c. edit. Paris. MDCXLII.)

IN MOREM CRVCIS [f] AD PATREM LEVANDAS,
Soluit brachia, quæ Deum precentur.

Et hæc probabiliter CHRYSOSTOMI est sententia, quando ait: *In purpuris crux, in diadematis crux, IN PRECIBVS CRVX [g], in armis crux, & in mensa sacra crux.* Et ad hunc gestum referendum est, quod dicit EVSEBIVS [h], quod *Constantinus* in aureis nummis exprimi se iusserit vultu in cælum sublato, & *manibus expansis instar precantis.* ORIGENES [i] hunc gestum spectare dicit ad repræsentandam eleuationem cordium ad Deum in cælo. Et CHRYSOSTOMVS [k] vsum eius pluribus proponit, explicans verba illa psalmistæ: *Sit eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Ait enim: *Quid tibi vult manuum in oratione eleuatio? Quoniam enim multis sceleribus inseruiunt, vt percussionibus, cædibus, rapinis, auaritiæ & bonorum alterius cupiditati, propter hoc ipsum ergo eas iubemur extendere, vt orationis ministerium sit eis vitii vinculum & ab improbitate liberatio: vt quando es rapturus, vel in bona aliorum inuasurus, aut alium verberaturus, in memoriam reuocans, fore, vt eas ad Deum mittas te defensuras, & illud spirituale sacrificium per eas offeras, ne eas ignominia & pudore adficias, & malæ operationis ministerio eis fiduciam auferas. Purga ergo eas eleemosyna, clementia subueniendo iis, qui indigent, & ita eas Deo expandito ad o-*

(f) Prudent. peristephanon. hymn. VI. in Fructuos. v. 103. seqq.

(g) Chrysostom. demonstrat. quod Christus sit Deus c. VIII. tom. V. p. 838. (p. 749. e. edit. Francof. MDCXCVIII.) ἐν πορφυρίσι σαυρὸς, ἐν διαδήμασι σαυρὸς, ἐπὶ εὐχῶν σαυρὸς, ἐπὶ ὅπλων σαυρὸς, ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς ἱερᾶς σαυρὸς, κ. τ. λ.

(h) Euseb. vit. Constant. lib. IV. c. XV. ὡς ἐν τοῖς χρυσοῖς νομίσμασι τὴν αὐτῦ αὐτὸς εἰκόνα ὧδε γράφεσθαι διετύπε· ὡς ἄνω βλέπειν δοκεῖν, ἀνατεταμένῳ πρὸς θεὸν, τρόπον εὐχομένε.

(i) Orig. περὶ εὐχῆς. n. XX.

(k) Chrysostom. in psalm. CXL. p. 550. (p. 477. b. c. edit. Francof. MDCXCVIII.) τί βέλεται καὶ τῶν χειρῶν ἡ ἔκτασις ἐν τῇ εὐχῇ; ἐπειδὴ πολλαῖς πονηρίαις διακονῦνται αὐται, οἷον πληγαῖς, φόνοις, ἁρπαγαῖς, πλεονεξίαις, δι' αὐτὸ μὲν ἂν τῦτο κελευόμεθα αὐτὰς ἀνατείνειν, ἵνα ἡ τῆς εὐχῆς διακονία δεσμὸς αὐταῖς γίνηται τῆς κακίας, καὶ ἀπαλλαγὴ τῆς πονηρίας, ἵν' ὅταν μέλλῃς ἁρπάζειν, ἢ πλεονεκτεῖν, ἢ τύπτειν ἕτερον, ἀναμνησθεὶς ὅτι ταύτας μέλλεις ἀντὶ συνηγόρων πρὸς τὸν θεὸν πέμπειν, καὶ διὰ τέτων τὴν θυσίαν ἀναπέμπειν ἐκείνην τὴν πνευματικὴν, μὴ καταισχύνῃς αὐτὰς, καὶ ἀπαῤῥησιάστες ἐργάσῃ τῇ διακονίᾳ τῆς πονηρᾶς ἐργασίας· κάθαιρε τοίνυν αὐτὰς ἐλεημοσύνῃ, φιλανθρωπίᾳ, προστασίᾳ δεομένων, καὶ ὕτως αὐτὰς ἐκ ἐπιτεί-

ratio-

rationem. Si enim non permittis, vt eæ tollantur illotæ ad orationem: multo magis non æquum est, vt eas peccatis inquines. Ex quibus omnibus apparet, hasce cærimonias lauandi manus easque elevandi in oratione spiritualis fuisse vsus, & pium habuisse scopum, vt nempe hominibus per externa symbola interna puritas ad animum reuocaretur, & hanc significationem rem fuisse præcipuam, quæ vsum eorum, tamquam cærimoniarum in diuino cultu, defendere poterat.

§. XI.

Erant tamen ab omnibus theatralibus gesticulationibus alienissimi.

QVEMADMODVM autem tales decentes & significantes cærimonias, quales memorauimus, admittebant, ita ab omnibus ludicris & theatralibus gesticulationibus magnopere abhorrebant. Modestos, graues ac bene compositos mores in omni externa agendi ratione requirebant, existimantes, haud alios maiestati Dei, vel hunc ipsum adeuntibus, congruere. TERTVLLIANVS [l] *Cum modestia*, inquit, *& humilitate adorantes magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperate ac probe elatis. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Nam ille publicanus, qui non tantum prece, sed & vultu humiliatus atque deiectus orabat, iustificatior pharisæo procacissimo discessit. Sonos etiam vocis subiectos esse oportet, aut quantis arteriis opus est, si pro sono audiamur? Deus autem non vocis, sed cordis auditor est, sicut conspector. - - Quid amplius referent isti, qui clarius ad-*

πεις εἰς εὐχὴν ἐπαίρεσθαι, πολλῷ μᾶλλον ἁμαρτήμασιν οὐκ ἂν εἴης δίκαιος αὐτὰς μιαίνειν.

Vid. Clem. Alexandr. strom. VII. p. 854. vbi hæc habet: ταύτῃ καὶ προσανατείνομεν τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν αἴρομεν, τούς τε πόδας ἐπεγείρομεν κατὰ τὴν τελευταίαν τῆς εὐχῆς συνεκφώνησιν, ἐπακολουθοῦντες τῇ προθυμίᾳ τοῦ πνεύματος εἰς τὴν νοητὴν οὐσίαν· καὶ συναφιστάνειν τῷ λόγῳ σῶμα τῆς γῆς πειρώμενοι, μετάρσιον ποιησάμενοι τὴν ψυχὴν ἐπτερωμένην τῷ πόθῳ τῶν κρειττόνων, ἐπὶ τὰ ἅγια χωρεῖν βιαζόμεθα, τοῦ δεσμοῦ καταμεγαλοφρονοῦντες τοῦ σαρκικοῦ. Hinc & caput & manus in cælum extendimus, & pedes excitamus in vltima acclamatione orationis, promtitudine & alacritate spiritus adsequentes essentiam, quæ apprehenditur intelligentia: & vna cum sermone corpus a terra abducere conantes, erigentes animam desiderio meliorum alatam cogimus in sancta progredi, magno animo carnis vinculum despicientes.

(l) Tertull. de orat. c. XIII.

orant, nisi quod proximis obstrepunt? CYPRIANVS mentem suam in præceptionibus suis de ratione precandi eodem modo declarat, *Sit orantibus* [*m*], inquiens, *sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus, nos sub conspectu Dei stare: placendum est diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis: Nam vt impudentis est clamoribus strepere, ita contra congruit verecundo modestis precibus orare. - - Quando in vnum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus, verecundiæ & disciplinæ memores esse debemus: Non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus: nec petitionem, commendandam modeste Deo, tumultuosa loquacitate iactare. Quia Deus non vocis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes hominum videt.* Ex hisce admonitionibus liquet, fieri facile posse, vt homines in exprimendi externam religionis suæ partem ratione aberrent, adeoque in ipsis purissimis sæculis istiusmodi regulis ac præceptionibus opus illis fuisse. Atque hoc e CHRYSOSTOMO adhuc clarius patet, qui seuere & acriter in nonnullos inuehitur, qui ludos ac spectacula *Romanorum* frequentantes mores mimorum inducebant in ecclesiam, & precandi exercitia theatralibus gesticulationibus corrumpebant. Satis fuerit, si pauca quædam verba ex homilia quadam [*n*] hanc in rem attulero. *Miser, inquit; & infelix! oportebat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorificationem resonare, cumque terrore confessionem reddere conditori, ac per hanc delictorum veniam postulare: tu vero mimorum & saltatorum mores huc inducis, dum indecenter manus iactas, pedibus subsultas, totoque circumageris corpore. Et qui fit, vt non metuas, neque horrescas hæc audens aduersus talia eloquia? Non cogitas, ipsum heic inuisibiliter adesse dominum, qui vniuscuiusque motum metitur & conscientiæ rationem habet? Non cogitas, quod angeli stupendæ adsistunt*

(*m*) Cyprian. de orat. domin. p. 140. (p. 99. edit. Fell. Amstelod.)

(*n*) Chrysostom. homil. I. de verbis Iesa. tom. II. p. 836. (p. 725. c. ed. Francof.) *ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, δέον σε δεδοικότα καὶ τρέμοντα τὴν ἀγγελικὴν δοξολογίαν ἀναπέμπειν, φόβῳ τε τὴν ἐξομολόγησιν τῷ κτίστῃ ποιεῖσθαι, καὶ διὰ ταύτης συγγνώμην τῶν ἐπταισμένων αἰτεῖσθαι. σὺ δὲ τὰ μίμων καὶ ὀρχηστῶν ἐνταῦθα παράγεις, ἀτάκτως μὲν τὰς χεῖρας ἐπανατείνων, καὶ τοῖς ποσὶν ἐφαλλόμενος, καὶ ὅλῳ περικυκλώμενος τῷ σώματι· καὶ πῶς οὐ δέδοικας, οὐδὲ φρίττεις τοιούτων κατατολμῶν λογίων; οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι αὐτὸς ἀοράτως ἐνταῦθα πάρεστιν ὁ δεσπότης, καὶ ἑκάστου τὴν κίνησιν ἀναμετρεῖ, καὶ τὸ συνειδὸς ἐξετάζει; οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ἄγγελοι ταύτῃ τῇ φρικτῇ παρίστανται τρα-*

mensæ

mensæ, cumque reuerentia hanc circumuallant? Verum tu ista non cogitas, quoniam ea, quæ in theatris audiuntur, quæque spectantur, mentem tuam obscurarunt! Et ideo quæ illic geruntur, in ecclesiæ ritus inducis: ideo clamoribus nihil certi significantibus animum incompositum euulgas. Quomodo ergo veniam postulabis tuorum delictorum? Quomodo ad misericordiam dominum inflectes, qui vsque adeo contemtim offeras precationem! Miserere mei Deus, inquis, ac mores a misericordia alienos declaras. Clamas, serua me, & corporis speciem a salute alienam exprimis: Quid ad supplicandum conferunt manus, quæ semper in sublime iactantur & indecore circumaguntur? Quid clamor vehemens, qui cum violento spiritus impulsu strepitum habet nihil certi declarantem? Annon ista quidem partim sunt mulierum in triuiis meretriciam artem exercentium: partim vero eorum, qui in theatris vociferantur, sunt exempla? Quomodo igitur audes angelorum, Deum glorificantium, hymnis dæmonum admiscere ludicra? Hactenus CHRYSOSTOMVS in ardo-

πίζῃ, καὶ φόβῳ ταύτην περιέπουσιν; ἀλλὰ σὺ ταῦτα οὐ κατανοεῖς, ἐπειδὴ ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις ἀκουσμάτων τε καὶ θεαμάτων τὸν νοῦν συνεσκοτίσθης, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐκεῖσε πραττόμενα τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀναφέρεις τύποις. Διὰ τοῦτο ταῖς ἀσήμοις κραυγαῖς τὸ τῆς ψυχῆς ἄτακτον δημοσιεύεις· πῶς οὖν συγγνώμην ἐξαιτήσῃ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων; πῶς εἰς οἶκτον ἐπισπάσῃ τὸν δεσπότην, οὕτω καταπεφρονημένως τὴν δέησιν προτεινόμενος; ἐλέησόν με ὁ θεὸς, λέγεις, καὶ τοῦ ἐλέους ἀλλότριον τὸ ἦθος ἐπιδείκνυσαι· σῶσόν με βοᾷς, καὶ ξένον τῆς σωτηρίας τὸ σχῆμα διατυποῖς· τί συντείνουσι πρὸς ἱκεσίαν χεῖρες ἐπὶ μετεωρισμῷ συνεχῶς ἐπαιρόμεναι, καὶ ἀτάκτως περιφερόμεναι, κραυγή τε σφοδρὰ καὶ τῇ βιαίᾳ τοῦ πνεύματος ὠθήσει τὸ ἄσημον ἔχουσα, οὐχὶ τὰ μὲν αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς τριόδοις ἑταιριζομένων γυναικῶν, τὰ δὲ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις φωνούντων ἐστὶν ἔργα; πῶς οὖν τολμᾷς τῇ ἀγγελικῇ ταύτῃ δοξολογίᾳ τὰ τῶν δαιμόνων ἀναμιγνύειν παίγνια;

Conf. homil. XIX. in Matth. p. 195. (p. 239. edit. Francof.) εἰσί τινες, οἳ μετὰ τοιαῦτα παραγγέλματα οὕτως ἀσχημονοῦντες ἐν τῇ εὐχῇ, ὡς καὶ τοῦ σώματος κρυπτομένου διὰ τῆς φωνῆς πᾶσι καταδήλους ἑαυτοὺς ποιεῖν, συρφετωδῶς βοῶντες, καὶ τῷ σχήματι καὶ τῇ φωνῇ καταγελάστους ποιοῦντες ἑαυτούς. - - μὴ τοίνυν τῷ σχήματι τοῦ σώματος, μηδὲ τῇ κραυγῇ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς γνώμης τὰς εὐχὰς ποιώμεθα μήτε μετὰ ψόφου καὶ ἠχῆς, καὶ πρὸς ἐπίδειξιν, ὡς καὶ τοὺς πλησίον ἐγκρούειν, ἀλλὰ μετὰ ἐπιεικείας πάσης καὶ τῆς κατὰ διάνοιαν συντριβῆς, καὶ δακρύων τῶν ἔνδοθεν. Sunt quidam, qui post tot tantasque denuntiationes Dei, tam sunt in orationibus impudentes, vt etiam latentes corpore, omnibus se faciant voce manifestos, tumultuose omnino clamantes, seseque ridiculos habitu ac voce facientes. - - Non igitur gestibus corporis neque clamoribus vocis, sed intentione optimæ voluntatis orationum vota reddamus: non cum sonitu oris ac strepitu: non ad tam importunam ostentationem nostri, atque iactantiam proximos nobis clamore expellamus: sed cum omni modestia & contritione mentis, lacrimisque secretis.

re ac zelo suo aduersus corruptiones, quæ in precationes per absurdos & ridiculos gestus irrepebant. Et hoc satis abunde docet, quod sicut veteres nulla ratione auersati sint ritus, ac cærimonias & gestus, qui natura sua decori essent ac significantes, atque ad pietatem vere tenderent: ita ab illis summopere abhorruerint, qui nihil certi declararent, essentque triuiales, leues ac theatrales, eosque repudiarint tamquam effectus superstitionis ac vanitatis, oriundos ex male intellecta religione, vel prauis mundi consuetudinibus, quas exstirpare adlaborabant, sed non semper id perficere poterant; quod homines prauis inclinationibus suis impellerentur ad res grauiores religionis cum rebus comparate leuioribus, & nonnumquam ei adeo noxiis & inutilibus, commutandas; vti in casibus præsentibus factum esse videmus.

§. XII.

De cærimoniis sub ingressum in ecclesiam obseruatis.

Sed mittimus res a recta legum norma deflectentes, & pergimus in faciendis de ecclesia obseruationibus. Opportunus & commodus heic locus esset diuersos alios ritus ac consuetudines memorandi, quibus reuerentiam suam in Deum, sub primum ingressum in ecclesiam, declararunt. Quoniam vero earum nonnullæ iam libro quodam superiore [o] consideratæ a nobis sunt, vbi de honore ac veneratione, quam ecclesiis suis exhibuerunt prisci christiani, edisseruimus, hoc loco eas duntaxat nominabimus. Huiusmodi erat cærimonia reuerentiæ a regibus ac imperatoribus adhibitæ, qui diadema deponebant, armaque & custodias relinquebant foris, domum regis regum ingressuri. Qua de re illud tantum hoc loco adhuc obseruare habeo, quod hoc probabiliter in imitationem factum sit veterum magistratuum *Romanorum*, qui, vti auctores nonnulli [p] prodiderunt memoriæ, fascias suas aliaque honoris insignia deponere solebant, vbi scholas philosophicas *Athenis* ingrediebantur. Huiusmodi erat alia ista cærimonia reuerentiæ, a mona-

(o) Lib. VIII. c. X. vol. III. p. 335. seqq.

(p) Pol. synops. criticor. in 2 Reg. V, 9. Principes Romani, dum essent cum imperio Athenis, fasces deposuerunt, quum scholas ingrederentur, vt philosophos audirent: quanto æquius submittunt se principes ad verbum Dei honore adficiendum?

chis

chis *Aegyptiis* obseruata, qui calceos deponebant, quando domum Dei ingrediebantur: sed hæc consuetudo, vti ostendimus, isti nationi peculiaris fuit & propria, nec vniuersaliter ab ecclesia recepta. Obseruatum quoque nobis est, esse rationes quasdam, vt credamus, veteres sub primum ingressum ritu ad altare sese incuruandi fuisse vsos, quamquam argumenta rem illam tantum probabilem reddant, non autem demonstrent.

§. XIII.

Episcopus sub introitum in ecclesiam populum salutabat, dicens: Pax vobis.

De hoc magis certum nobis est, quod episcopus sub primum ingressum in ecclesiam populum solemni formula *Pax vobis* salutarit. Huius enim consuetudinis frequens apud CHRYSOSTOMVM [q] occurrit mentio, qui ex apostolica eam praxi deriuat.

§. XIV.

Et populus eleemosynas dabat pauperibus, ante fores ecclesiæ hunc in finem consistentibus.

CHRYSOSTOMVS alius quoque laudabilis consuetudinis meminit, omnemque adhibet dicendi vim, vt ei conciliet adsiduitatem. Erat hæc consuetudo dandi pauperibus eleemosynas sub primum introitum in ecclesiam. *Hac de caussa*, inquit [r], *maiores nostri pro foribus ecclesiarum pauperes constituerunt, vt vel inhumanissimum & segnissimum quemque adspectus ipse egenorum ad commiserationem excitet. Vbi enim stat chorus seniculorum incuruorum, pannosorum, squalidorum, sordidatorum, baculos tenentium atque his ægre se sustentantium, nonnumquam oculis orbatorum, totoque corpore male mulctatorum, quis tam saxeus est, quis tam adamantinus, qui ad*

(q) Chrysostom. homil. XXXVI. in 1 Cor. p. 652. (pag. 405. edit. Francof.) Vid. cit. supra c. VI. §. IX. sub litt. (p) pag. 323. Homil. III. in Coloss. p. 1338. (pag. 173. edit. Francof.) citat. supr. c. VI. §. X. sub litt. (o) pag. 330.

(r) Chrysostom. hom. XXV. al. XXVI. de verbis apostol. tom. V. p. 319. (p. 332. edit. Francof.) Διὰ τοῦτο πρὸ τῶν θυρῶν τῶν οἴκων τῶν ἐκκλησιῶν ἔστησαν τοὺς πένητας οἱ πατέρες οἱ ἡμέτεροι, ἵνα καὶ τὸν νωθρότατον καὶ ἀπανθρωπότατον αὐτὴ τῶν πενήτων ἡ ὄψις πρὸς ὑπόμνησιν ἐγείρῃ τῆς ἐλεημοσύνης· ὅταν γὰρ ἑστήκῃ χορὸς γερόντων, συγκεκυφότων, ῥακία περιβεβλημένων, αὐχμώντων, ῥυπώντων, βακτηρίας ἐχόντων, μόλις στηρίζεσθαι δυναμένων, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκομμένων, καὶ τὸ σῶμα ὅλον ἀνάπηρον, τίς οὕτω λίθινος, τίς οὕτως ἀδάμας, ὡς καὶ τῆς ἡλικίας,

eorum grandæuitatem, imbecillitatem, cæcitatem, egestatem, habitus vilitatem, totque alia ad commiserandum mouentia, obturare se & inflexibilis queat permanere? Hac de caussa pro foribus nostris stant, & ipso adspectu magis, quam verbis possunt, ad beneficentiam prouocant eos, qui introgrediuntur. Quemadmodum enim solemne est, vt fontes præsto sint ante oratoria, vt adoraturi Deum manus prius lotas inter precandum attollant: ita pauperes fontium vice ante fores collocauerunt maiores nostri: vt, non aliter quam manus abluimus aqua, prius per beneficentiam absterfa anima, tum demum preces nostras offeramus. Non enim tam apta est aqua ad abluendas corporis maculas, quam eleemosyna ad abolendas sordes animæ. Quemadmodum igitur non audes illotis manibus ad precandum intrare, quamuis leuius sit hoc crimen, ita nec absque eleemosyna ad precandum vmquam accedas. Atqui non raro etiam quum puras manus habeamus, non tendimus ad Deum, nisi prius lotas: tantum valet consuetudo: quanto magis idem in eleemosyna est faciendum, & licet nullius magni peccati nobis simus conscii, tamen eleemosyna data conscientiam nostram abstergere oportet. Ita rursus alio loco [s] explicans illa verba, *Non apparebis coram Domino vacuus,* ait: *Iudæis ista dicebantur, quanto magis nobis? Idcirco nempe ante fores adstant, vt nemo vacuus ingrediatur, vt misericordia comite securus introëat. Intras vt misericordiam consequaris, prior ipse misere-*

καὶ τῆς ἀσθενείας, καὶ τῆς πηρώσεως, καὶ τῆς πενίας, καὶ τῆς εὐτελοῦς στολῆς, καὶ πάντων ἁπλῶς πρὸς συμπάθειαν ἐπικλώντων αὐτὸν, ἀποστῆναι καὶ μεῖναι στερὲς ἀπαντα ταῦτα ἀνένδοτος; διὰ ταῦτα πρὸ τῶν θυρῶν ἡμῶν ἑστήκασι παντὸς λόγου δυνατώτεροι, διὰ τῆς ὄψεως ἐπισπώμενοι, πρὸς φιλανθρωπίαν τοὺς εἰσιόντας ἐκκαλούμενοι. καθάπερ γὰρ κρήνας εἶναι ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν εὐκτηρίων οἴκων νενόμισται, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ θεῷ, πρότερον ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, οὕτως αὐτὰς εἰς εὐχὴν ἀνατείνωσιν· οὕτω καὶ τοὺς πένητας ἀντὶ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἔστησαν οἱ πατέρες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵν᾽ ὥσπερ ὕδατι τὰς χεῖρας [illegible], οὕτω φιλανθρωπίᾳ τὴν ψυχὴν ἀποσμήχοντες πρότερον, οὕτως εὐχώμεθα· [illegible] σωματικὰς κηλῖδας [illegible], ὡς ἐλεημοσύνης δύναμις ἀποσμήχει ῥύπον ψυχῆς· ὥσπερ οὖν οὐ τολμῇς ἀνίπτοις χερσὶν εἰσελθὼν εὔξασθαι, καίτοι ἔλαττον τὸ ἔγκλημα ἐκεῖνο, οὕτω μήτε χωρὶς ἐλεημοσύνης ἐπ᾽ εὐχὴν ἔλθῃς ποτε. καίτοι καὶ καθαρὰς πολλάκις ἔχοντες τὰς χεῖρας, ἂν μὴ πρότερον αὐτὰς ἀποπλύνωμεν ὕδατι, οὐκ ἀνατείναμεν εἰς εὐχήν· τοσοῦτόν ἐστιν ἡ συνήθεια· τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιῶμεν· κἂν μηδὲν ἑαυτοῖς ὦμεν συνειδότες μέγα ἁμάρτημα, ὅμως ἀποσμήχωμεν τὸ συνειδὸς διὰ τῆς ἐλεημοσύνης.

(s) Chrysostom. homil. I. in 2 Tim. p. 1 31. (p. 540. edit. Francof.) Ἰουδαίοις ταῦτα ἐλέγετο, πόσῳ μᾶλλον ἡμῖν; διὰ τοῦτο ἑστήκασιν οἱ πένητες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵνα μηδεὶς εἰσίῃ κενὸς, ἵνα μετὰ ἐλεημοσύνης εἰσίῃ· εἰσέρχῃ ἐλεηθῆναι· ἐλέησον πρότερον·

re:

re: qui autem posterior venit, amplius debet. Nam quum cœpimus nos, secundus amplius ponit. Fac tibi debitorem Deum, & ita Deum illum exige. Fœnerare primo, tunc repete, vt cum vsura recipias. Vult sane ita Deus, nec fœnus soluere renuet. Si cum eleemosyna repetas, fœneraris vsurasque accipis. Ita obsecro faciamus. Non sola ac simplici extensione manuum exaudimur. Expande manus tuas, non in cælum modo; verum ad pauperum manus: si ad pauperum manus extendas manum, ipsum cæli cardinem attigisti. Nam qui illic sedet, eleemosynam accipit: quod si steriles manus extendas, nihil penitus proficis. Idem aliis in locis [t] repetit, quod ostendit, fuisse hanc excellentem consuetudinem, quæ inter ipsos obtinuerit & studiose commendata sit, tamquam apta ad precandum præparatio, inter multa alia moralia ad hoc officium requisita, quæ quum trita sint & in vulgus nota, eis hoc loco nolumus immorari.

§. XV.

Adorabant vultu in orientem *verso. Rationes huius ritus.*

Restat adhuc alia obseruatio, heic non prætermittenda, quia cærimonia erat vniuersalis propemodum vsus & praxeos: Atque hæc erat consuetudo vultum vertendi orientem versus in solemnibus suis adorationibus. Cuius consuetudinis origo deriuanda videtur e cærimoniis baptismi, vbi, quemadmodum supra [u] ostendimus, moris erat, vt homines iam baptizandi diabolo renuntiarent in occidentem versi, & tum in orientem se conuerterent *CHRISTO*que se addicerent; vnde,

ὁ δὲ ὕστερον ἐρχόμενος πλέον ὀφείλει· ὅταν γὰρ ἀρξώμεθα ἡμεῖς, ὁ δεύτερος πλέον καταθήσει· ποίησόν σοι ὀφειλέτην τὸν Θεόν, καὶ τότε αὐτὸν αἴτησαι· δάνεισον, καὶ τότε ἀπαίτει, ἵνα μετὰ τόκου λάβῃς· βούλεται τοῦτο ὁ Θεός, οὐκ ἀποφεύγει· ἂν μετὰ ἐλεημοσύνης αἰτῇς, χάριν ἔχει· ἂν μετὰ ἐλεημοσύνης ἀπαιτῇς, δανείζεις καὶ τόκους λαμβάνεις· ναὶ, παρακαλῶ· οὐκ ἐν τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν τὸ ἀκούεσθαί ἐστιν· ἔκτεινόν σου τὰς χεῖρας μὴ εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' εἰς τὰς τῶν πενήτων χεῖρας, ἂν εἰς τὰς τῶν πενήτων χεῖρας ἐκτείνῃς τὴν χεῖρα, αὐτῆς ἥψω τῆς κορυφῆς τοῦ οὐρανοῦ· ὁ γὰρ ἐκεῖ καθήμενος λαμβάνει τὴν ἐλεημοσύνην· ἂν δὲ ἀκάρπους ἀνατείνῃς, οὐδὲν ὤνησας.

(t) Chrysost. homil. IX. de pœnit. tom. I. p. 704. (p. 624. c.) ὥσπερ οἱ λουτῆρες ὕδατος πεπληρωμένοι εἰσὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας· ἵνα νίψῃ τὰς χεῖρας· οὕτως οἱ πένητες καθέζονται, ἵνα πλύνῃς τὰς χεῖρας ψυχῆς· ἔπλυνας τὰς χεῖρας τὰς αἰσθητὰς τῷ ὕδατι, πλῦνον τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς τῇ ἐλεημοσύνῃ. Quemadmodum pelues & lauacra cum aqua sunt, quo manus laues, sic & pauperes pro foribus ecclesiæ sedent, vt anima manus abluas. Aqua manus corporeas lauisti: eleemosyna manus animæ laua.

(u) Lib. XI. c. VII. §. IV. vol. IV. pag. 267.

reor, communis eorum consuetudo euasit, vt Deum eodem modo adorarent, quo primum fœdus cum ipso pepigerant. Varias huius consuetudinis rationes reddunt veteres, sed omnes ad hanc vnam videntur redire. Sunt, qui orientem symbolum *CHRISTI* esse dicunt, qui *ortus*, & *lux*, & *sol iustitiæ* in sacris litteris vocitetur: adeoque, quia versus aliquam mundi plagam adorare eos oportebat, eam potius eligebant, qua sub symbolica repræsentatione ad *CHRISTVM* ducerentur. Ita TERTVLLIANVS alicubi [w] narrat, christianos gentilibus venisse in suspicionem, quod solem orientem adorent, eo quod gentilibus innotuerit, christianos ad orientis regionem precari. Alio loco [x] dicit, orientem esse *CHRISTI* figuram, adeoque tam ecclesias quam preces christianorum eo dirigi. CLEMENS ALEXANDRINVS [y] hac de re ita fatur: *Quoniam diei natalis imago est oriens, atque illinc quoque lux augetur, quæ primum illuxit ex tenebris, iisque, qui volutantur in ignoratione, exortus est dies cognitionis veritatis, quemadmodum sol oritur, ideo ad ortum matutinum habentur preces.* Et AVGVSTINVS [z]: *Quum ad orationes stamus, ad orientem conuertimur, vnde cælum surgit: non tamquam ibi sit Deus, & quasi ceteras mundi partes deseruerit, qui vbique præsens non locorum spatiis, sed maiestate potentiæ: sed vt admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad Dominum.* Hæc ratio exacte conuenit ei, quæ redditur, quamobrem ad orientem conuertantur, quum in baptismo fœdus cum *CHRISTO* faciant.

II. ALIA huius rei ratio, a nonnullis data, est, quod in oriente fuerit paradisus, antiqua nostra habitatio ac patria, ex qua culpa primi *Adam* eiecti sumus, & in quam, vtpote natiuum mansionis & commorationis nostræ locum, in secundo

(w) Tertull. apol. c. XVI. Inde suspicio, quod innotuerit, nos ad orientis regionem precari.

(x) Id. contr. Valent. c. III. Nostræ columbæ domus simplex, etiam in editis semper & apertis & ad lucem: amat figuram spiritus sancti, orientem Christi figuram.

(y) Clem. Alex. Stromat. VII. p. 856. ἐπεὶ δὲ γενεθλίου ἡμέρας εἰκὼν ἡ ἀνατολή, κἀκεῖθεν τὸ φῶς αὔξεται ἐκ σκότους λάμψαν τὸ πρῶτον· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ καλινδουμένοις ἀνέτειλε γνώσεως ἀληθείας ἡμέρα κατὰ λόγον τοῦ ἡλίου· πρὸς τὴν ἑωθινὴν ἀνατολὴν αἱ εὐχαί.

(z) Augustin. de sermon. dom. in monte lib. II. c. V.

Adam

Adam, *CHRISTO* seruatore nostro, restaurari speramus. Hæc ratio adfertur a GREGORIO NYSSENO [*a*], BASILIO [*b*], auctore *constitutionum* [*c*], auctore *quæstionum & responsionum* ad *Antiochum* inter opera ATHANASII [*d*], vna cum CHRYSOSTOMO (vti a COTELERIO [*e*] citatur) & GREGENTIO [*f*] aliisque plu-

(*a*) Nyssen. homil. V. de orat. dom. tom. I. p. 755. ἐπειδὰν πρὸς ἀνατολὴν ἑαυτοὺς τρεψώμεθα· οὐχ ὡς μόνον ἐκεῖ τοῦ θεοῦ θεωρουμένου· ὁ γὰρ πανταχοῦ ὢν κατ' οὐδὲν μέρος ἰδιαζόντως καταλαμβάνεται· ἐπίσης γὰρ περιέχει τὸ πᾶν· ἀλλ' ὡς ἐν ἀνατολαῖς τῆς πρώτης ἡμῖν πατρίδος οὔσης· λέγω δὲ τῆς ἐν παραδείσῳ διαγωγῆς, ἧς ἐξεπέσαμεν. Quando ad orientem nos conuerterimus, (non quod Deus illic duntaxat videatur: qui enim vbique est, in nulla parte peculiariter ac separatim comprehenditur: nam ex æquo continet res vniuersas:) sed quod in orientalibus partibus prima nobis patria sit: dico autem de ea, quam in paradiso habuimus, habitatione, ex qua eiecti sumus.

(*b*) Basil. de spir. S. c. XXVII. πάντες μὲν ὁρῶμεν κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν προσευχῶν· ὀλίγοι δὲ ἴσμεν, ὅτι τὴν ἀρχαίαν ἐπιζητοῦμεν πατρίδα, τὸν παράδεισον, ὃν ἐφύτευσεν ὁ θεὸς ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. Omnes spectamus ad orientem, quum precamur. Pauci tamen nouimus, quod facientes antiquam requirimus patriam, videlicet paradisum, quem conseruit Deus in Eden ad orientem.

(*c*) Constit. lib. II. c. LVII. μετὰ τοῦτο συμφώνως ἅπαντες ἐξαναστάντες, καὶ ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες, μετὰ τὴν τῶν κατηχουμένων καὶ τὴν τῶν μετανοούντων ἔξοδον, προσευξάσθωσαν τῷ θεῷ, τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ ἀνατολάς, ὑπομιμνησκόμενοι καὶ τῆς ἀρχαίας νομῆς τοῦ κατὰ ἀνατολὰς παραδείσου, ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας τὴν ἐντολήν, ὄφεως συμβουλίᾳ πεισθείς, ἀπεβλήθη. Deinde cuncti pariter consurgentes, & in orientem contemplantes, egressis catechumenis & pœnitentibus, orent Deum, qui adscendit super cælum cæli, ad orientem, ac recordantes antiquam possessionem paradisi, ad orientem siti; vnde primus homo, Dei mandato neglecto, persuasus consilio serpentis, eiectus fuit.

(*d*) Athan. quæst. ad Antioch. quæst. XXXVII. οἱ πιστοὶ ἀκουέτωσαν καὶ μανθανέτωσαν, ὅτι τούτου χάριν οἱ μακαριώτατοι ἀπόστολοι κατὰ ἀνατολὰς τὰς τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίας προσέχειν ἐποίησαν, ἵνα πρὸς τὸν παράδεισον ἀφορῶμεν, ὅθεν καὶ ἐξεπέσαμεν, πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἡμῶν πατρίδα καὶ χώραν, αἰτούμενοι τὸν θεὸν καὶ δεσπότην ἀποκαταστῆσαι ἡμᾶς, ὅθεν ἐξωρίσθημεν. Audiant & discant fideles, eius rei caussa beatissimos apostolos iussisse, vt ecclesiæ christianorum orientem spectarent, vt ad paradisum, vnde excidimus, antiquam patriam & regionem nostram respiciamus: oremusque Deum & dominum, vt ad locum, vnde exsules eiecti sumus, nos velit restituere.

(*e*) Cotel. not. in constit. lib. II. c. LVII. ex Chrysost. ad Dan. VI, 10. p. 264. n. 44.

(*f*) Gregent. disput. cum Herbano Iudæo bibl. patr. græc. lat. tom. I. p. 217. κατὰ ἀνατολὰς ἐδιδάχθημεν προσεύχεσθαι, διότι ἐκεῖ εὑρίσκομεν τὸν θεὸν πλάσαντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν παράδεισον ποιήσαντα. Ad solis ortum orare edocti sumus, quoniam illic Deum inuenimus, qui hominem formauit, & qui paradisum condidit.

ribus. Iam hæc ipſa ratio eſt, a CYRILLO data, cur ad orientem conuertantur, quum fœdus cum *CHRISTO* ineant celebrentque baptiſmatis myſteria. Vt adeo huc vſque mutuam harum cærimoniarum relationem & perfectam inter illas conuenientiam clare perſpiciamus.

III. ALIA ratio, huic conſuetudini adſignata, eſt, quod præſtabilior ſit oriens aliis creaturæ partibus, vtpote ſedes lucis ac claritatis. Auctor *quæſtionum & reſponſionum* ad *orthodoxos* [g] iſtam huius conſuetudinis dat rationem: *Apud nos*, inquit, *præſtantiſſima quæque ad honorem & venerationem Dei deſtinamus: opinione autem hominum præſtabilior eſt oriens aliis creaturæ partibus: eam ob rem precationis tempore vultu ad orientem omnes conuertimur: perinde atque dextra manu in nomine CHRISTI eos conſignamus, qui ſigillo tali indigent; eo quod præſtare ſiniſtræ putetur, quamuis poſitura, non natura, ab illa differat. Haud aliter & oriens, vt præſtantior creaturæ pars, ad Deum adorandum eſt deſignata.* Et LACTANTIVS, ſine ſpecialiore huius conſuetudinis mentione, generalem hanc habet obſeruationem: *Oriens [h] Deo accenſetur, quia ipſe luminis fons & illuſtrator eſt rerum, & quod oriri nos faciat ad vitam æternam. Occidens autem conturbatæ illi prauæque menti adſcribitur, quod lumen abſcondat, quod tenebras ſemper inducat, & quod homines faciat occidere ac interire peccatis.* Iam vero hæc ratio eſt, quæ æque valet pro more vertendi ſe ad orientem in baptiſmo atque in quotidianis precibus.

IV. VNA adhuc ratio huic rei adſignatur, quæ eſt, quod *CHRISTVS* in oriente apparuerit & adſcenderit in cælum, ibique iterum appariturus ſit die nouiſſimo. Hæc vna eſt ex tribus reſponſionibus, quas auctor *quæſtionum ad Antiochum* ſub nomine ATHANASII [i] ad hanc quæſtionem dari iubet. Si quis

(g) Iuſtin. quæſt. ad orthodox. qu. CXVIII. ἐπειδὴ τῶν παρ' ἡμῖν τὰ τιμιώτερα εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ ἀφορίζομεν· κατὰ δὲ τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπόληψιν τιμιωτέρα ἐστὶν ἡ ἀνατολὴ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς κτίσεως· διὰ τοῦτο ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς νεύομεν πρὸς ἀνατολὴν πάντες· καθάπερ τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ κατασφραγίζομεν τοὺς τῆς σφραγῖδος ταύτης δεομένους, ἐπειδὰν τιμιωτέρα νενόμισται τῆς ἀριστερᾶς, καίτοι θέσει, καὶ οὐ φύσει διαφέρουσα ταύτης ὑπάρχει· οὕτω καὶ ἡ ἀνατολὴ ὡς τιμιώτερον μέρος τῆς κτίσεως, εἰς προσκύνησιν θεοῦ ἀφώρισται.

(h) Lactant. lib. II. c. X.

(i) Athanaſ. quæſt. ad Antioch. q. XXXVII. Ἰουδαίοις μὲν εἴπομεν, ὅτι τούτου χάριν οἱ

chri-

christianus hanc quæstionem proponat, respondendum ei esse dicit, ideo ad orientem spectare precantes, vt ad paradisum, vnde exciderint, antiquam patriam & regionem suam respiciant, orentque Deum & dominum, vt ad locum, vnde exsules eiecti sint, se velit restituere. Ad gentiles autem illud esse dicendum, christianos orientem versus adorare, non quasi plaga orientali circumscribatur Deus, sed quia Deus sit & nominetur lux vera. Idcirco ad lucem creatam respicientes, non ipsam, sed creatorem eius adorare ex splendidissimo elemento, Deum omnium elementorum & sæculorum splendidissimum venerantes. *Iudæis* autem, huius ritus caussam sciscitantibus, responderi oportere, fideles idcirco orientem versus adorare, quod ita illis præceperit spiritus sanctus per *Dauidem* prophetam, *Adoremus in loco, vbi steterunt pedes Domini*, Psalm. CXXXII, 7. intelligens locum, vbi *CHRISTVS* natus sit, vixerit, cruci adfixus, atque e mortuis resuscitatus sit, & adscenderit in cælum. Id quod ab HILARIO etiam significari videtur in hæc verba Psalmi LXVII, secundum translationem LXX. interpretum, *Psallite Deo, qui adscendit super cælum cæli ad orientem. Competenter*, inquit [k], *nunc adscendentis super cælum cæli ad orientem. Dei honor poscitur. Ad orientem vero idcirco, quia ipse, secundum prophetam, oriens ex alto sit: vt regressus eo, vnde descenderat, oriens nosceretur, ipseque sit hominibus in hunc cælestis sedis adscensum rursus auctor oriundi.*

DIVERSAE istæ rationes omnes peculiariter ad *CHRISTVM* respiciunt: Et idcirco vt christiani initio vsi sunt ritu spectandi ad orientem, quando foedus cum *CHRISTO* in baptismate inierunt; ita probabile est, quod inde hanc consuetudinem vertendi se ad plagam mundi orientalem in omnibus so-

πιστοὶ προσκυνοῦμεν κατὰ ἀνατολὰς τοῦ ἁγίου πνεύματος νομοθετήσαντος ἡμῖν διὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ εἰπόντος· προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες κυρίου· - - πρὸς δὲ ἕλληνας ἐκεῖνο φαμὲν, ὅτι οὐχ ὡς ἐν ἀνατολαῖς περιγραφομένου τοῦ θεοῦ κατὰ ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ θεὸς φῶς ἀληθινόν ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται· τούτου χάριν πρὸς τὸ φῶς τὸ κτιστὸν ἀφορῶντες, οὐκ αὐτὸ, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν αὐτοῦ προσκυνοῦμεν, ἐκ τοῦ λαμπροτέρου στοιχείου, τὸν πρὸ πάντων στοιχείων καὶ τῶν αἰώνων ὑπέρλαμπρον θεὸν γεραίροντες· οἱ δὲ πιστοὶ ἀντέτασαν, κ. τ. λ. Vid. sub litt. anteced. (d) p. 277.

(k) Hilar. in psalm. LXVII. p. 242. (p. 211. c. d. edit. Paris. MDCXCIII.)

lemni-

lemnibus precibus deriuauerint. Vtcumque autem res se habet, id certo scimus, generalem istiusmodi consuetudinem inter eos obtinuisse, eamque aliquibus vel omnibus rationibus memoratis fuisse fundatam: id quod ad eius illustrationem hoc loco dici oportuit.

LIBRI DECIMI TERTII

CAPVT NONVM

DE TEMPORIBVS RELIGIOSORVM CONVENTVVM, ET DE DIVERSIS DIVINI MINISTERII INIBI PERACTIS PARTIBVS.

§. I.

Nulla certa regula de coëundo in publicum, nisi die dominica, tempore persecutionis per duo priora sæcula, præscripta.

Reliqva adhuc est vna diuini cultus circumstantia, quam de industria ad hunc locum nobis reseruauimus, quia consideratio illius ad diuersas partes cultus ipsius nos deducet: hæc est temporis circumstantia. Huius intuitu quæri potest, quoties per singulas hebdomadas, & quoties per singulos dies ad diuinum cultum conuenerint? Iam vero nulla generalis responsio ad hanc quæstionem dari potest, quia tempora conventuum ipsorum, pro diuersa status ac ætatum ecclesiæ ratione variarunt. Initio viri docti existimant quotidie ipsos conventus egisse tempore apostolorum, stante adhuc templo *iudaico.* Apostolos enim dici in templum adscendisse sub horam nonam, quæ fuerit hora precationis; Act. III, 1. & quotidie perdurasse concorditer in templo, & panem fregisse domatim, vel in domo sua, hoc est, in ecclesia, siue domo precationis, vti alii reddunt Act. II, 46. tametsi solemniores eorum conuentus prima hebdomadis feria siue die dominica facti sint. Act. XX, 7. 1 Cor. XVI, 2. Postea, summe sæuientibus christiani nominis hostibus, ad diem dominicam se adstrinxisse existimantur. Confessio enim, quam ex ore quorumdam apostatarum accepit plinivs [a], nullam alius diei mentionem facit. *Adfirmabant*, inquit ille,

(a) Plin. lib. X. ep. XCVII.

hanc

hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſoliti STATO DIE ante lucem conuenire: carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere inuicem; ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent. - quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſuſque coëundi ad capiendum cibum. Quæ plana eſt & perſpicua deſcriptio cultus eorum & celebrationis euchariſtiæ atque ſic dictarum agaparum, die dominica non autem alia inſtitutarum. Atque ita IVSTINVS MARTYR [*b*] rationem colendi Deum, chriſtianis vſitatam, deſcribens, ait: *SOLIS, qui dicitur, DIE omnium, qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eumdem locum conuentus fit: & commentaria apoſtolorum aut ſcripta prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde, lectore quieſcente, præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus: & ſicuti retulimus, precibus peractis panis offertur & vinum & aqua: & præpoſitus itidem, quantum pro virili ſua poteſt, preces & gratiarum actiones fundit; & populus fauſte acclamat, dicens, Amen. Et diſtributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti: abſentibus autem per diaconos mittitur. - - SOLIS autem DIE communiter omnes conuentum agimus: quandoquidem is primus dies eſt, quo Deus tenebris & materia verſa mundum effecit: & IESVS CHRISTVS ſeruator noſter eo die a mortuis reſurrexit.* Nullum conuentum ad publicum Dei cultum, alio quodam die coactum, memorat. Vnde viri docti [*c*] colligunt, illius ætate eccleſiam præter diem dominicum

(*b*) Iuſtin. apol. II. p. 98. τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ, πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ· εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως, ποιεῖται· ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ ἀμήν· καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται· τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες συνέλευσιν ποιούμεθα. ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας, κόσμον ἐποίησε· καὶ ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη.

(*c*) Cotel. in conſtit. apoſt. lib. II. c. LIX. Celebrabantur conuentus ſieri tempore apoſtolorum ſingulis diebus: Act. II, 46. ſed ſolemniores die dominica

haud alios solemnioribus conuentibus habuisse præstitutos. Silentium illius de reliquis diebus omnibus negatiuum argumentum contra eos est, nisi fortassis distinctio quædam facienda fuerit inter generalem conuentum tam in ciuitate & ruri degentium die dominica, & inter particulares conuentus christianorum oppidanorum, (quibus maior erat coëundi opportunitas) aliis diebus institutos: Quam distinctionem in sequentibus ætatibus, vbi res christiana maturitatem suam & perfectionem adsequuta erat, sæpius offendimus.

§. II.

Origo dierum stationum, siue conuentuum ecclesiasticorum, feria quarta & sexta hebdomadis, & quid diuini ministerii his diebus peractum sit.

QVOMODOCVMQVE autem res se habet, certe non multo post ætatem IVSTINI MARTYRIS ecclesia morem tenuit solemniter coëundi ad diuinum cultum feria quarta & sexta hebdomadis, qui dies communiter vocabantur dies stationarii, quod conuentus sacros hisce diebus longius, ad horam videlicet tertiam pomeridianam, ducebant; vnde etiam dicebantur *semiieiunia*, in oppositione ieiunii quadragesimalis, quod ad vesperam vsque semper durabat; & *ieiunia quartæ* ac *sextæ feriæ*. Horum prima mentio in TERTVLLIANO, CLEMENTE ALEXANDRINO & ORIGENE habetur, & post hosce in plerisque aliis scriptoribus, tamquam ieiuniorum generatim ab ecclesia obseruatorum. Verum heic illos dies non consideramus vt dies ieiuniorum, (quod sub alio capite fiet opportunius, vbi de ieiuniis & diebus festis ecclesiæ dicturi sumus) sed heic eos tantum spectamus tamquam dies sacrorum conuentuum, vt indicemus, quisnam publicus Dei cultus in illis peractus fuerit. Quam ob caussam præcipue TERTVLLIANVM contemplabimur, qui hisce diebus semper sacram eucharistiam celebratam esse adfirmat; ex quo inferre nobis licebit, idem ministerium, quod die dominica, hisce diebus fuisse peractum, nisi forte sermo defuerit. Esse quosdam, dicit, qui sa-

Act. XX, 7. & 1 Cor. XV, 2. Postea effecerunt persecutiones, quum summe sæuirent hostes veritatis, vt rarius conueniretur, tantumque in dominicis diebus: quod colligitur ex apologetico Iustini Martyris & ex Plinii epistola.

ciam

cram euchariſtiam his diebus recuſent recipere, quia ſcrupuloſius vereantur, ne edendo & bibendo panem ac vinum in ſacra euchariſtia ieiunium ſoluant; adeoque precationibus in celebratione euchariſtiæ fundi ſolitis malle ſeſe ſubducere [*d*], quam ſoluere ieiunium, quemadmodum euchariſtia fieri opinentur. Quos ita ſentientes errore expedit TERTVLLIANVS, dicens, ipſos euchariſtiam iſtiusmodi diebus recipiendo deuotum Deo obſequium non reſoluere, ſed magis Deo obligare: ſolemniorem fore eorum ſtationem, ſi & ad aram Dei ſteterint; poſſe eos recipere corpus domini & ieiunium ſeruare, atque ita vtrumque ſaluum futurum, dum participent ſacrificium & exſequantur ſuum officium. Quando igitur his diebus euchariſtiam ſumſerunt, fas eſt inde colligere, habuiſſe eos omnes precationes, in adminiſtratione euchariſtiæ adhiberi ſolitas, omniaque officia, quæ ei præmitti conſueuerunt, videlicet pſalmodiam, ſcripturarum lectionem, preces pro catechumenis ac pœnitentibus, quibus vna cum ſermonibus totum officium die dominica abſoluebatur. At vero quum his rebus omnibus tantum temporis teri non poſſet, quantum his ſtationibus impendi neceſſario oportebat, maxime probabile videtur, quod in duabus rebus ſpecialioribus officium ſuum hiſce diebus diutius duxerint, nimirum in pſalmodia ſua ac priuatis precibus & peccatorum ſuorum confeſſione. Pſalmi, vti poſthac videbimus, interdum ad indefinitum numerum augebantur, ad viginti, triginta, quadraginta vel plures etiam, prout vigiliæ cuiusdam vel ieiunii poſcebat ratio, & inter vnumquemque pſalmum meditandi & ad priuatas preces ſuas ſe conferendi habebant libertatem. Atque ex his duabus exercitationibus, ita productis ac repetitis, facile ad colligendum eſt, quomodo vel longiſſima ſtatio impendi potuerit. SOCRATES [*e*]

(*d*) Tertull. de orat. c. XIV. Similiter de ſtationum diebus non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum, quod ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore domini. Ergo deuotum Deo obſequium euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat? Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore domini, & reſeruata, (al. legunt reſeruato) vtrumque ſaluum eſt, & participatio ſacrificii & executio officii.

(*e*) Socrat. lib. V. c. XXII. p. 287. edit. Amſtelod. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ τετράδι καὶ τῇ λεγομένῃ παρασκευῇ γραφαί τε ἀναγινώσκονται, καὶ οἱ διδάσκαλοι ταῦτα ἑρμηνεύουσι, πάντα τε τὰ συνάξεως γίνεται, δίχα τῆς τῶν μυστηρίων τελετῆς.

Alexandriæ hisce diebus legi dicit sacras scripturas, easque doctores interpretari, & cuncta fieri, quæ ad collectam pertineant, præter mysteriorum celebrationem. Fac autem, eos totum ministerium, perinde ac die dominica, integrum habuisse, tempori tamen stationum suarum id non respondit, nisi psalmodiam & priuatas precationes eorum in ecclesia longius, quam quidem in ordinario officio fieri consueuit, productas esse statuas.

Cvm tertvlliano concordat basilivs [*f*], dum his diebus non solum ieiunium, sed sacram quoque eucharistiam, celebrari adfirmat. Computans enim, quoties singulis hebdomadibus sacram cœnam recipiant, feria quarta & in parasceue id quoque fieri dicit. Sed vero adhuc difficile ad capiendum est, quid negotii illis esse potuerit, in quo tamdiu animum haberent occupatum in ecclesia: siquidem collectæ eorum & preces publicæ non nisi paucæ, comparate loquendo, erant; adeoque admodum probabile videtur, iustum huius temporis interuallum psalmodia fuisse consumtum, &, quo viri cuiusdam docti [*g*] sententiam inclinare obseruo, priuatis precibus, quæ semper aliquam partem in cultu eorum habebant, & generatim psalmis intermiscebantur, vti locis suis [*] ostendemus.

§. III.

Dies sabbati, siue feria septima, olim magna cum solemnitate, tamquam publici cultus dies, celebrata.

Freqventem etiam mentionem sacrorum conuentuum die sabbati, siue vltima hebdomadis die, quod erat sabbatum iudaicum, institutorum in antiquis scriptoribus inuenimus. Non facile est, huius consuetudinis originem vel rationes exponere, eo quod priorum sæculorum scriptores vniuersi hac de re

(*f*) Basil. epist. CCLXXXIX. p. [illegible]. *ἡμεῖς μέντοιγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν· ἐν τῇ κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη μάρτυρός τινος.* Quater nos singulis septimanis communicamus. Dominico die, feria quarta, in parasceue, & sabbato, sed & per dies etiam alios, si martyris alicuius memoria celebretur.

(*g*) Stillingfleet Orig. Britann. p. 224.

(*) Vid. lib. XIV. c. I. lib. XV. c. I. §. I.

sileant.

ſileant. In eccleſiis *Latinis* (ſi a *Mediolanenſi* diſceſſeris) tamquam dies ieiunii, in omnibus autem *Graecis* eccleſiis vt dies feſtus, agebatur. Nos eum heic conſideramus tantum vt diem publici diuini cultus, in quo, vti auctores, qui eius meminerunt, narrant, omnia iſta officia peracta ſunt, quae die dominica fieri conſueuerunt. ATHANASIVS [*h*] enim, qui in primis eſt, qui eius mentionem fecerunt, in die ſabbati chriſtianos *Alexandriae* congregari dicit, non quod *iudaiſmo* infecti ſint, ſed vt dominum ſabbati, *IESVM*, adorent. Et TIMOTHEVS, vnus ex ſucceſſoribus eius in ſede *Alexandrina*, ſacram coenam hoc die [*i*], aeque ac die dominico, diſtribui adfirmat. Qui quidem dies ſoli fuerunt per hebdomadem, in quibus euchariſtia eius aetate celebrata fuit *Alexandriae*. SOCRATES [*k*] de huius diei officio paullo curatius loquitur: Dicit enim omnes vbique terrarum eccleſias hoc die ſacra myſteria celebrare, ſed *Aegyptios* & eos, qui *Thebaidem* incolant, a ceteris & ipſis *Alexandrinis*, quibus vicini ſint, hac in re differre, vt ſub veſperam oblatione facta communicent. Alio loco de eccleſiis loquens *Conſtantinopolitanis*, tempore CHRYSOSTOMI, ſabbatum [*l*] ac

(*h*) Athanaſ. homil. de ſemente tom. I. p. 1050. (tom. II. p. 60. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) *ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου συνήχθημεν, οὐ νοσοῦντες ἰουδαϊσμόν· οὐ γὰρ ἐφαπτόμεθα σαββάτων ψευδῶν· παραγεγόναμεν δὲ ἐν σαββάτῳ, τὸν κύριον τοῦ σαββάτου Ἰησοῦν προσκυνήσοντες.* In die ſabbati congregati ſumus, non quod iudaiſmi morbo laboremus: numquam enim falſa ſabbata vel adtigerimus; ſed ad ſabbatum acceſſimus, dominum ſabbati Ieſum adoraturi.

(*i*) Timoth. epiſt. canon. can. XIII. ap. Beuereg. pand. tom. II. pag. 168. *ἐξ ἀνάγκης τὸ σάββατον καὶ τὴν κυριακὴν ἀπέχεσθαι δεῖ, διὸ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ κυρίῳ,* Neceſſario ſabbato & die dominico abſtinere oportet, quod ſpirituale ſacrificium in eis domino offeratur.

(*k*) Socrat. lib. V. c. XXII. *Αἰγύπτιοι γείτονες ὄντες Ἀλεξανδρέων, καὶ οἱ τὴν Θηβαΐδα οἰκοῦντες, ἐν σαββάτῳ μὲν ποιοῦνται συνάξεις· οὐχ ὡς ἔθος δὲ χριστιανοῖς, τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσι· μετὰ δὲ τὸ εὐωχηθῆναι, καὶ παντοίων ἐδεσμάτων ἐμφορηθῆναι, περὶ ἑσπέραν προσφέροντες, τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσιν.* Aegyptii, qui Alexandrinis vicini ſunt, & ii, qui Thebaidem incolunt, ſabbato quidem collectas celebrant: non tamen, ſicut mos eſt chriſtianorum, ſacra myſteria percipiunt. Poſtquam enim epulati ſunt, & omni ciborum genere ſaturati, ſub veſpera oblatione facta communicant.

(*l*) Socrat. lib. VI. c. VIII. *ἡνίκα οὖν ἑκάστης ἑβδομάδος ἑορταὶ κατελάμβανον, φημὶ δὴ τό τε σάββατον καὶ ἡ κυριακὴ, ἐν αἷς αἱ συνάξεις κατὰ τὰς ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι, αὐτοὶ (οἱ Ἀρειανίζοντες) ἐντὸς τῶν τῆς πόλεως πυλῶν περὶ τὰς στοὰς ἀθροϊζόμενοι, καὶ ᾠδὰς ἀντιφώνους πρὸς τὴν Ἀρειανὴν δόξαν συντιθέντες, ᾖδον.* Singulis heb-

diem dominicum dies festos esse dicit, quibus per singulas hebdomades conuentus ecclesiastici agantur. Et CASSIANVS [m] de ecclesiis per *Aegyptum* narrat, quod apud illas officium diei dominici & sabbati vnum idemque semper fuerit: Nam lectiones tum de nouo solum testamento recitatas esse dicit, vnam videlicet de euangeliis, & alteram de epistolis vel actibus apostolorum; quum aliis diebus partim de veteri, partim de nouo testamento factæ sint. Alio loco [n] obseruat, quod in monasteriis *Aegypti* & *Thebaidis* præter vespertinas & nocturnas congregationes nulla per diem solemnitas fuerit, excepta die sabbati vel dominica, in quibus hora tertia, hoc est nona antemeridiana, ad celebrandam sacram communionem conuenerint. In concilio *Laodiceno* tres canones in eamdem sententiam reperiuntur. Vnus [o] præcipit: *Vt euangelium cum aliis scripturis sabbato legatur:* Alius [p], *Quod non oporteat in quadragesima panem offerre, nisi sabbato & solis dominicis.* Quod hosce dies celebrationi eucharistiæ sacros, & ipsius quadragesimalis ieiunii tempore festos, fuisse indicat. Et ex eadem ratione tertius quidam canon [q] decernit: *Quod non oporteat in quadragesima martyrum natales peragere, sed sanctorum martyrum facere commemorationem in sabbatis & dominicis.* Vna sola differentia, inter sabbatum & diem dominicam tum facta, erat, quod christiani in sabbato non iuberentur otiari, sed operandi (quoad diuini cultus id ferret ratio) haberent licentiam, diem dominicum hoc mo-

domadis, quoties festi dies occurrebant, sabbatum intelligo ac diem dominicum, quibus collecta in ecclesiis agi solent, ipsi intra ciuitatis portas circa porticus publicas congregati, hymnos apte ad Arianam hæresin compositos, alternatim sibi respondentes canebant.

(m) Cassian. institut. lib. II. c. VI. In die vero sabbati vel dominico vtrasque lectiones de nouo recitant testamento, id est, vnam de apostolo vel actibus apostolorum, & aliam de euangelio.

(n) Cassian. lib. III. c. II. Exceptis vespertinis horis ac nocturnis congregationibus, nulla apud eos per diem solemnitas, absque die sabbati vel dominica, in quibus hora tertia sacræ communionis obtentu communicant.

(o) Concil. Laod c. c. XVI. (tom. I. concil. p. 1500.) Περὶ τοῦ, ἐν σαββάτῳ εὐαγγέλια μετὰ ἑτέρων γραφῶν ἀναγινώσκεσθαι.

(p) Ibid. can. XLIX. Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.

(q) Ibid. c. LI. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλια ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς.

do

do præferentes, in quo feriari debebant vt chriſtiani. Quod ſi qui hanc regulam migraſſe deprehenſi eſſent, tamquam iudaizantes anathemate, ſecundum alium eiusdem concilii canonem [r], feriebantur. Vnde apparet, feriam ſeptimam per ſingulas hebdomades publico Dei cultui ſacram, non autem vt ſabbatum *iudaicum*, celebratam fuiſſe. EPIPHANIVS [s] ſimiliter eius tamquam diei publicorum conuentuum in quibusdam, non autem omnibus, locis meminit. BASILIVS [t] diem ſabbati e quatuor diebus eſſe dicit, in quibus ætate ſua ſacram euchariſtiam celebrarint. Ex quibus omnibus percipere poſſumus, auctorem *conſtitutionum* ad hanc orientalis eccleſiæ conſuetudinem manifeſto reſpicere, quando in omni ſabbato [u], præter vnum, (hoc eſt, ſabbatum ante diem paſchatis proximum) atque in omni dominica iubet lætos conuentus celebrari, hoc eſt, non tantum pſalmos cani, lectionem ſcripturarum & communes preces recitari, quod erat ordinarium miniſterium mane & veſperi ſingulis diebus; ſed ſermonem etiam fieri, ſiue euangelii prædicationem, ſacrificii oblationem & ſacri cibi donum; vti miniſterium ſabbati & diei dominicæ alio loco [x] deſcribit.

(r) Concil. Laodic. c. XXIX. Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς χριστιανοί. Quod non oportet chriſtianos iudaizare & in ſabbato otiari; ſed ipſos eo die operari: diem autem dominicum præferentes otiari, ſi modo poſſint, vt chriſtianos. Quod ſi inuenti fuerint iudaizantes, ſint anathema apud Chriſtum.

(s) Epiphan. epitom. tom. I. p. 1107. Ἐν τισι δὲ τόποις καὶ ἐν τοῖς σάββασι συνάξεις ἐπιτελοῦσιν, quibusdam in locis ſacri conuentus & ſynaxes etiam ſabbatis indicuntur.

(t) Baſil. epiſt. CCLXXXIX. ad Cæſaream Patriciam. cit. ſub litt. anteced. (f). Auguſtin. epiſt. CXVIII. Alibi nullus dies omittitur, quo non offeratur, alibi *ſabbato* tantum & dominico.

(u) Conſtitut. lib. V. c. XX. πᾶν μέν τοι σάββατον ἄνευ τοῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν κυριακὴν ἐπιτελοῦντες συνόδους εὐφραίνεσθε. Ibid. lib. VIII. c. XXIII. σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν.

(x) Conſtit. lib. II. c. LIX. p. 268. Τί ἀπολογήσεται τῷ θεῷ ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇ δε τῇ ἡμέρᾳ ἀκούειν τοῦ σωτηρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου; ἐν ᾗ καὶ τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν, μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ εὐαγγελίου κηρυκία, καὶ θυσίας ἀναφορὰ καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά. Qua expurgatione apud Deum vtetur, qui ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem non conuenit in die dominico? in quo & tres precationes ſtando peragimus, ad memoriam illius, qui in triduo reſurrexit; & in quo habentur euangelii prædicatio, ſacrificii oblatio & ſacri cibi donum.

§. IV.

§. IV.

Quomodo vigilias ſabbati & diei dominici aliorumque, in memoriam martyrum celebrari ſolitorum, obſeruarint.

QVEMADMODVM igitur hi duo dies ſingulis hebdomadibus feſti & læti agitabantur: ita plerumque miniſterio introducebantur antecedentium vigiliarum, quæ metatorum inſtar ſolemnitates dierum ſequentium præparandi cauſſa præcurrebant. Iſtæ vigiliæ eiusdem plane indolis erant cum communibus nocturnis ſiue matutinis precibus, quæ mane ante lucem fiebant. Et a conſueto officio antelucano in hoc tantum differebant, quod, quum ordinarium officium antelucanum numquam inciperet, niſi poſt mediam noctem circa gallicinium tempore matutino, hæ vigiliæ longius eſſent officium, quod cœtum in eccleſia per maximam noctis partem detinebat. Hoc officium *Græci* παννυχίδας, *Latini* vero *pernoctationes* & *peruigilia* appellitant. CHRYSOSTOMVS [y] de hoc ipſo frequenter loquitur. *Eccleſiam*, inquit, *ingredere, vide pauperes a medio noctis vſque ad lucem perſeuerantes, vide ſacra peruigilia diem cum nocte copulantia: vide populum CHRISTI amantem, neque noctu neque interdiu, vel ſomni tyrannidem ac violentiam metuentes, vel inopiæ neceſſitatem formidantes.* Alio loco [z] vocat παννύχους καὶ διηνεκεῖς στάσεις, *pernoctes & perpetuas ſtationes*, in oppoſitione ſtationum dierum, quæ interruptæ erant & imperfectæ. *In his*, inquit, *angelicorum ordinum ſtationem imitantes, ſine ceſſatione laudes & hymnos offertis conditori. O mira Chriſti dona! In ſupernis exercitus angelorum canit gloriam: in terris homines in eccleſiis choros agentes, ad illorum exemplum eamdem canunt gloriam. In ſupernis Seraphim ter ſanctum illum hymnum reſonant: in ter-*

(y) Chryſoſtom. hom. IV. de verbis Eſaiæ tom. III. p. 865. (p. 752. ed. Francof.) εἴσελθε εἰς ἐκκλησίαν - ἴδε πένητας ἐκ μεσονυκτίων μέχρι τῆς ἡμέρας παραμένοντας, βλέπε παννυχίδας ἱερὰς ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ συναφθείσας, οὔτε ἐν ἡμέρᾳ, οὔτε ἐν νυκτὶ τὴν τυραννίδα τοῦ ὕπνου, οὔτε τὴν ἀνάγκην τῆς πενίας φοβουμένους.

(z) Id. homil. I. de verb. Eſaiæ p. 834. (p. 724. edit. Francof.) ἐκ τῆς παννύχου ταύτης καὶ διηνεκοῦς στάσεως, ἐκ τοῦ τὴν ἀγγελικὴν χοροστασίαν μιμουμένους, ἀκατάπαυστον τῷ κτίσῃ τὴν ὑμνολογίαν προσφέρειν· ὢ τῶν τοῦ χριστοῦ δωρημάτων· ἄνω στρατιαὶ δοξολογοῦσι ἀγγέλων· κάτω ἐν ἐκκλησίαις χοροστατοῦντες ἄνθρωποι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐκμιμοῦνται δοξολογίαν· ἄνω τὰ σεραφὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναβοᾷ· κάτω

ris

ris eumdem hominum promit multitudo, communiterque tum cæleſtium, tum terreſtrium feſtiuus conuentus congregatur: vna gratiarum actio, vna exſultatio, vna gaudentis choreæ ſtatio. Quibus verbis perſpicue docet, hymnum angelicum *Gloria in excelſis Deo*, & hymnum Cherubicum *Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sebaoth*, partem ſacri ipſorum officii in nocturnis ſtationibus fuiſſe: Quæ ſtationes, vti antea obſeruauimus, erant tantum matutina quædam oblatio in ordinario officio matutino, in quo hunc angelicum hymnum inter alias diuini cultus partes ſemper adhiberi iuſſum fuiſſe deprehendimus.

Facile eſſet, de diuerſis harum nocturnarum ſtationum, ſiue perfectiorum vigiliarum, per totam noctem actarum, generibus heic diſſerere copioſius: Agebantur enim interdum in extraordinariis ſupplicationibus, magna quadam eccleſiam premente neceſſitate fieri ſolitis; quarum exempla varia lector huius rei ſtudioſus in CHRYSOSTOMO [*a*], AVGVSTINO [*b*], RVFFINO [*c*], SOCRATE [*d*], SOZOME-

τὸν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων ἀναπέμπει πλῆθος· κοινὴ τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων συγκροτεῖται πανήγυρις· μία εὐχαριστία, ἓν ἀγαλλίαμα, μία εὔφροσυνος χοροστασία.

(*a*) Chryſoſtom. hom. XX. de ſtatuis tom. I. p. 212. (p. 121. edit. Francof.) οὐκ ἔστι τῆς τυχούσης ψυχῆς ἐν τῇ πειρασμῶν ἐπαγωγῇ νήφειν καὶ πρὸς θεὸν βλέπειν, non eſt cuiuslibet animæ in tentationum incurſu vigilare & ad Deum reſpicere. Homil. XL. ad Iuuentin. tom. I. p. 550. (p. 485. edit. Francof., συντρεχόντων πολλῶν ψαλμῳδίας συνεχεῖς ἐτέλουν, παννυχίδες ἱεραί. Multi frequenter eos viſitando ſacras apud eos *vigilias continuis pſalmis perficiebant.*

(*b*) Auguſtin. confeſſ. lib. IX. c. VII. Excubabat pia plebs in eccleſia, mori parata cum epiſcopo ſuo, ſeruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. cetera. Epiſt. CXIX. ad Ianuar.

(*c*) Ruffin. lib. I. c. XII. Ad vltimum certam ei diem ſtatuentes denuntiant, vt aut ipſe Arium ſuſciperet, aut ſi reniteretur, ſe eccleſia pulſo & in exilium truſo, ab alio eum ſuſcipiendum ſciret. Tum ille nocte, quæ ad conſtitutam intererat diem, ſub altari iacens, atque in oratione & lacrimis *totam peruigilem ducens*, eccleſiæ cauſſam domino commendabat. Lib. II. c. XVI. Ambroſius aduerſum reginæ furorem, non ſe manu defenſabat, aut telo, ſed ieiuniis *continuatisque vigiliis* ſub altare poſitus.

(*d*) Socrat. lib. I. c. XXXVII. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἣ ἐπώνυμον Εἰρήνη, μόνον ἑαυτὸν κατακλειστὸν ποιήσας, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα ἐκτείνας, εὔχεται δακρύων· νύκτας τε πολλὰς ἐφεξῆς καὶ ἡμέρας τοῦτο ποιῶν διετέλει. κ. τ. λ. In eccleſia, quæ cognominatur Irene, ſe ſolum incluſit (Alexander epiſcopus) & ingreſſus ad altare, ſub ſacra menſa pronum ſe humi

NO [e] & THEODORETO [f] inuenire potest. Interdum obseruabantur tamquam vigiliæ anniuersariæ, ad intromittendos dies festos solemniores, recolendæ memoriæ *natiuitatis*, *epiphaniæ*, *resurrectionis* & *adscensionis* CHRISTI, ac descensus spiritus sancti in *pentecoste* sacros; de cuiusmodi vigiliis mentio habetur in TERTVLLIANO [g], LACTANTIO [h], CHRYSOSTOMO [i], SOCRATE [k] & pluribus aliis. Verum vigiliæ, de quibus heic

prostrauit, Deo cum lacrimis supplicans. Atque hoc multis diebus ac noctibus continuatis gessit.

(e) Sozom. lib. II. c. XXIX. τῇ δὲ πρὸ τῆς προθεσμίας ἡμέρᾳ, εἰσδὺς ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον, παννύχιος ἔκειτο πρηνὴς, τοῦ Θεοῦ δεόμενος κ. τ. λ. Pridie eius diei, qui condictus fuerat, irrepens sub altare (Alexander episcopus), tota nocte iacuit pronus, Deum rogans &c. Lib. III. c. VI. τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης ἐκκλησίαζεν. Nocte aduenı ınte collectam in ecclesia celebrauit (Athanasius).

(f) Theod. lib. I. c. XIV. ὁ τοίνυν ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος ἀκούσας ταῦτα καὶ πάνυ λυπηθεὶς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἄρας πρὸς τὸν θεὸν, ἀπωδύρετο, καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐν τῷ ἱερατείῳ, κείμενος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ηὔχετο. Quibus auditis (Arium videlicet conuentum in ecclesia acturum) vehementer dolens episcopus Alexander ecclesiam ingreditur, sublatisque ad Deum manibus lamentatur, & in faciem procidens in sanctuario, humi prostratus preces fundit.

(g) Tertull. ad vxor. lib. II. c. IV. Quis solemnibus paschæ abnoctantem securus sustinebit?

(h) Lactant. lib. VII. c. XIX. Hæc nox est, quæ a nobis propter aduentum regis ac Dei nostri peruigilio celebratur.

(i) Chrysost. homil. XXX. in Genes. p. 424. (tom. II. p. 329. edit. Francof.) διὰ τοῦτο πολλοὶ καὶ τὴν νηστείαν ἐπιτείνουσι, καὶ ἀγρυπνίας καὶ παννυχίδας ἱερὰς, καὶ ἐλεημοσύνας ἐπιδείκνυνται, δεικνύντες δι' ὧν πράττουσι τὴν τιμὴν, ἣν περὶ τὴν ἑβδομάδα ἔχουσι. Id circo multi & ieiunium intendunt & vigilias & pernoctationes sacras & eleemosynas faciunt, vt hebdomadæ huic (magnæ scilicet pascha proxime antecedenti) honorem habeant.

(k) Socrat. lib. VII. c. V. μετ' οὐ πολὺ τὴν ἐκ προλήψεως ἑορτὴν ἐπετέλει· καὶ συνέρρεον πρὸς αὐτὸν ἐκ ἔθους πολλοί· καὶ τὴν ἐξ ἔθους παννυχίδα ποιούντων, θόρυβός τις δαιμόνιος ἐνέπεσεν εἰς αὐτοὺς, ὡς ἄρα Σισίννιος ὁ αὐτῶν ἐπίσκοπος σὺν πολλῷ πλήθει ἐρχεῖται κατ' αὐτῶν. Paullo post cum Sabbatius festum diem (paschatis) ex anticipata opinione celebraret, multique ad eum concurrerent, & *solemni peruigilio in ecclesia pernoctarent*, tumultus quidam ac terror dæmoniacus repente eos corripuit; quasi Sisinnius ipsorum episcopus cum ingenti hominum multitudine in ipsos impetum faceret. Conf. lib. II. c. XI. citat. sub seq. litt. (l).

Euseb. de vit. Constant. lib. IV. c. LVII. ἤδη ἡ μεγάλη τοῦ πάσχα ἑορτὴ παρῆν ἐν ᾗ ὁ βασιλεὺς τῷ θεῷ τὰς εὐχὰς ἀποδιδοὺς συνδιενυκτέρευσε τοῖς ἄλλοις.

Hieronym. com. in Matth. XXV. Traditio iudæorum est, Christum media

dice-

dicere habemus, iſtiusmodi tantum ſunt, quæ ad cultum Dei hebdomadalem referri quodammodo poſſunt, quibus has vigilias ſabbati ac diei dominici præcipue adnumerare licebit, quia vertentibus ſingulis hebdomadibus recurrebant. De quibus non tantum antememoratum CHRYSOSTOMI teſtimonium, ſed multa etiam alia, habemus. Nam SOCRATES [l] narrans, quemadmodum *Athanaſius* manus militum, ad comprehendendum eum miſſorum, effugerit, *Iam dies*, inquit, *vergebat in veſperam, & populus in eccleſia pernoctabat, eo quod collecta exſpectaretur. Venit repente dux, & instructa militum acie eccleſiam obſidet. Quam quum vidiſſet Athanaſius, operam dedit, ne populus ipſius cauſſa damnum vllum pateretur. Mandat igitur diacono, vt orationem populo indiceret; ſtatimque præcepit, vt pſalmus recitaretur. Quum autem in pſalmi recitatione ſuauis concentus totius multitudinis exſtitiſſet, per vnam ex eccleſiæ ianuis omnes egreſſi ſunt. Quod quum fieret, milites quidem quieti ſtetere; Athanaſius vero in media pſallentium turba euaſit incolumis. Atque ita imminente periculo liberatus Romam ſe contulit.* Ipſemet ATHANASIVS [m] eamdem hiſtoriam in *apologia de ſuga* recitans, *Nox iam erat*, inquit, *& quidam e populo peruigilium agebant ſequentis ſynaxis.* Et SOCRATES alio loco loquens de hiſce nocturnis vigiliis, ab *Arianis* pariter & *catholicis* obſervatis dicit, ſingulis hebdomadibus, quoties feſti dies occurrerint, ſabbatum videlicet & dies dominicus [n], quibus conuen-

nocte venturum in ſimilitudinem Aegyptii temporis, quando paſcha celebratum eſt, & exterminator venit & dominus ſuper tabernacula tranſiit, & ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt: Vnde reor & traditionem apoſtolicam permanſiſſe, *vt in die vigiliarum paſchæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat*, exſpectantes aduentum Chriſti.

(l) Socrat. lib. II. c. XI. ἑσπέρα μὲν ἦν· ὁ δὲ λαὸς ἐπαννύχιζε, προσδοκωμένης συνάξεως· ἧκει δὲ ὁ στρατηγὸς, κατὰ φάλαγγα τοὺς στρατιώτας τάξας πανταχόθεν τῆς ἐκκλησίας· Ἀθανάσιος δὲ ἑωρακὼς τὰ γινόμενα, φροντίδα ἔθετο, ὅπως ἂν τῷ λαῷ μηδαμῶς βλάβη γένηται δι' αὐτόν· καὶ προστάξας διακόνῳ κηρύξαι εὐχὴν, αὖθις ψαλμὸν λέγεσθαι παρεσκεύαζε· συμφωνίας δὲ ἐκ τῆς ψαλμῳδίας γινομένης, διὰ μιᾶς τῶν πυλῶν τῆς ἐκκλησίας πάντες ἐξῄεσαν· τούτου γινομένου, οἱ στρατιῶται ἀπόμαχοι ἔμενον· ὁ δὲ Ἀθανάσιος ἐν μέσοις τοῖς ψαλμῳδοῦσιν ἀβλαβὴς διεσώζετο· τοῦτον δὲ τὸν τρόπον διεκφυγὼν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμε.

(m) Athan. apol. de fuga tom. I. p. 716. (p. 334. c. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) νὺξ μὲν γὰρ ἤδη ἦν, καὶ τοῦ λαοῦ τινες ἐπαννύχιζον προσδοκωμένης συνάξεως.

(n) Socrat. lib. VI. c. VIII. Οἱ Ἀρειανίζοντες ἔξω τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦν-

tus in ecclesiis agi soliti sint, hasce eos vigilias egisse. Et *Arianos* quidem, intra ciuitatis mœnia ecclesias non habentes, circa porticus publicas & in plateis congregatos, hymnos suos ad lucem vsque cecinisse; diluculo autem extra portas egressos ad locum, in quo conuentus celebrarint, abiisse. Et historicus obseruat, CHRYSOSTOMVM veritum, ne quis ex simplicioribus de populo huiusmodi canticis ab ecclesia abstraheretur, quosdam de catholica plebe, quæ sub ipso esset, eis opposuisse, qui nocturnos perinde hymnos decantando & *Arianorum* circa hæc studium obscurarent, & suos in professione rectæ fidei confirmarent: & vt hoc maiore apparatu fieret, *Eudoxiam*, augustam, cruces argenteas, cereas faces accensas gestantes, donasse, & *Brisonem* quemdam eunuchum hymnorum cantoribus erudiendis præposuisse. Quod quum *Ariani* vidissent, æmulatione tantopere succensos esse, dicit, vt facto in catholicos impetu *Brisonem* & alios quosdam lapide percussos occiderint. Quibus rebus permotum imperatorem interdixisse *Arianis*, ne deinceps hymnos publice canerent, catholicis vigilias suas in ecclesiis, vti antea fecerant, celebrandi concessa libertate. Ex quibus facile ad colligendum est, & istiusmodi vigilias a religiosioribus de plebe in omnibus Orientis partibus frequentatas, & hymnos ac psalmos exercitia fuisse, quibus ad primam vsque lucem occupati fuerint. Possem heic plura alia testimonia adferre ex NAZIANZENO [o] & aliis *Græcis* scriptori-

το· ἡνίκα οὖν ἑκάστης ἑβδομάδος ἑορταὶ κατελάμβανον, φημὶ δὲ τό τε σάββατον καὶ ἡ κυριακὴ, ἐν αἷς αἱ συνάξεις κατὰ τὰς ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι, αὐτοὶ ἐντὸς τῶν τῆς πόλεως πυλῶν περὶ τὰς στοὰς ἀθροιζόμενοι, καὶ ᾠδὰς ἀντιφώνους πρὸς τὴν Ἀρειανὴν δόξαν συντιθέντες ᾖδον· καὶ τοῦτο ἐποίουν κατὰ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς νυκτός· ὑπὸ δὲ ὄρθρον, τὰ τοιαῦτα ἀντίφωνα λέγοντες, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐξῄεσαν τῶν πυλῶν, καὶ τοὺς τόπους ἔνθα συνῆγον κατελάμβανον· - - τότε δὴ καὶ Ἰωάννης εὐλαβηθεὶς μή τις τῶν ἁπλουστέρων ὑπὸ τῶν τοιούτων ᾠδῶν ἀφελκυσθῇ τῆς ἐκκλησίας, ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τοὺς τοῦ ἰδίου λαοῦ, ὅπως ἂν καὶ αὐτοὶ ταῖς νυκτεριναῖς ὑμνολογίαις σχολάζοντες, ἀμαυρώσωσι μὲν τὴν ἐκείνων περὶ τούτου σπουδὴν, βεβαίους δὲ τοὺς οἰκείους πρὸς τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἐργάσωνται. κ. τ. λ.

(o) Naz. carm. Iambic. XVIII. tom. II. p. 218.

Ὁρᾷς ἀγρύπνους πρὸς θεὸν ψαλμῳδίας
Ἀνδρῶν, γυναικῶν, φύσεως λελησμένων.
Noctune cernis vt canat laudes Deo
Naturæ vterque sexus oblitus suæ?

bus,

bus, ſed hæc ad eccleſiæ orientalis conſuetudinem nobis commonſtrandam ſufficiunt.

Ad *Latinam* quod attinet eccleſiam, teſtimonium habemus HIERONYMI, qui vocabulum *vigil* interpretans in *Daniele* propheta, ſignificare id dicit angelos, quod ſemper vigilent & ad Dei imperium ſint parati. Et ſubiungit [p]: *Vnde & nos crebris pernoctationibus imitamur angelorum officia.* Et porro ex ipſo apparet, quod vxores & virgines æque ac viri hunc cultum nocturnum frequentarint. Nam ad *Lætam* [q] ſcribens de eius filia, ita illam admonet: *Vigiliarum dies & ſolemnes pernoctationes ſic virguncula noſtra celebret, vt ne transuerſo quidem vngue a matre diſcedat*; ex eadem, credo, ratione hæc monet, quæ concilium *Illiberitanum* [r] induxit, vt feminis iſtarum vigiliarum obſeruationem interdiceret, eo quod multæ ſub obtentu orationis ſcelera commiſiſſe deprehenſæ eſſent. Exſtant plura alia loca in AVGVSTINO, HILARIO aliiſque *Latinis* ſcriptoribus, qui de vigiliis loquuntur; quia vero vel de priuatis pernoctationibus in precibus domi, vel de communibus vigiliis ordinariæ orationis matutinæ ante lucem intelligi poſſunt, hoc loco ea præterimus: illud AMBROSII [s] teſtimonium tantum adlegantes, vbi hanc conſuetudinem imitatione exempli *CHRISTI* fundare videtur: *Pernoctabat*, inquit, *in oratione dominus IESVS, non indigens precationis auxilio, ſed ſtatuens tibi imitationis exemplum. Ille pro te rogans pernoctabat, vt tu diſceres, quomodo pro te rogares.*

At vero præter haſce ſtatas duarum hebdomadalium ſolemnitatum vigilias, aliud genus vigiliarum erat, quæ fere ſingulis hebdomadibus per annum incidebant, aut certe frequentes in quibusdam illius partibus erant. Hæ erant vigiliæ ſolemnitatum anniuerſariarum martyrum. Hæc ſacra anniuerſaria, vti mox audiemus, ſemper in magno fuerunt pretio, iis-

Id. orat. XI. de Gorgonia tom. I. p. 185. ἑτέρων παννυχιζόντων ἐν ὀρθῷ σώματι, dum alii corpore recto inſomnem noctem ducunt.

(p) Hieron. com. in Daniel. IV, 13.

(q) Id. epiſt. VII. ad Lætam.

(r) Concil. Illiberrit. c XXXV. Placuit prohiberi, ne feminæ in cœmiterio peruigilent; eo quod ſæpe ſub obtentu orationis latentes ſcelera committant.

(s) Ambroſ. ſerm. XIX. in pſalm. CXVIII. v. 147. p. 740. (tom. II. opp. p. 1056. g. edit. Pariſ. MDCXLII.)

demque diuini cultus ſolemnitatibus, quibus ſabbatum vel dies dominicus, celebrabantur; adeoque & vigiliæ eorum eadem obſeruabantur cærimonia, qua vigiliæ ſiue ſtationes nocturnæ vtriuſque hebdomadalis feſtiuitatis. CHRYSOSTOMVS locuples huius rei teſtis eſt. Nam in homilia, in iſtiusmodi aliquam ſolemnitatem habita, vigiliæ, per omnem noctem continuatæ, facit mentionem. *Noctem*, inquit [*t*], *conuertiſtis in diem per ſacras iſtas vigilias: nolite rurſus diem in noctem per ebrietatem & crapulam ac meretricios cantus conuertere.* Et SIDONIVS APOLLINARIS idem teſtatur, ad minimum de aliqua parte eccleſiæ occidentalis. Scribens enim de feſto die *Iuſti*, epiſcopi *Lugdunenſis*, celebrationem iſtius diei ac antegreſſæ vigiliæ hunc in modum deſcribit [*u*]: *Conueneramus ad ſancti Iuſti ſepulchrum. - - Proceſſio fuerat antelucana, ſolemnitas anniuerſaria, populus ingens ſexu ex vtroque, quem capaciſſima baſilica non caperet, & quamlibet cincta diffuſis cryptoporticibus. Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique pſalmicines concelebrauerant, quiſque in diuerſa ſeceſſimus, non procul tamen, vtpote ad tertiam* (hoc eſt, nonam antemeridianam) *præſto futuri, quum ſacerdotibus res diuina facienda.*

§. V.

De feſtis diebus martyrum. Eorum origo, & quænam diuini cultus officia in illis peracta.

QVANDO itaque feſtorum dierum martyrum, tamquam dierum publici cultus religioſi meminimus, in eorum originem inquirendum eſt, vt perſpiciamus, quam mature dies ſolemnes adorationis Dei euaſerint, & quibus diuini cultus officiis conſtiterint. Iſtæ ſolemnitates tempore CHRYSOSTOMI ac THEODORETI tantopere multiplicatæ erant, vt non ſemel, bis aut quinquies quotannis martyrum memorias ſe celebrare, ſed ſæpe etiam ſemel vel bis in eadem hebdomade [*x*] huius rei gra-

(*t*) Chryſoſtom. homil. LIX. in martyres tom. V. p. 779. (homil. LXII. p. 697. edit. Francof.) *ἐποιήσατε τὴν νύκτα ἡμέραν διὰ τῶν παννυχίδων τῶν ἱερῶν· μὴ ποιήσατε πάλιν τὴν ἡμέραν νύκτα διὰ τῆς μέθης καὶ τῆς κραιπάλης, καὶ τῶν ᾀσμάτων τῶν πορνικῶν.*

(*u*) Sidon. lib. V. epiſt. XVII.

(*x*) Chryſoſtom. hom. XL. in Iuuentin. tom. I. p. 546. (p. 484. edit. Francof.) *Ὁ μακάριος Βαβύλας πρώην ἡμᾶς ἐνταῦθα μετὰ παίδων τριῶν συνήγαγε, σήμερον στρατιωτῶν ξυνωρὶς ἁγίων, τὸ τοῦ Χριστοῦ στρατόπεδον ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἔστησε· τότε*

tia coire adfirment; quæ res frequentes ferias peperit. Origo earum ad minimum ad ætatem referenda eſt *Polycarpi*, qui circa annum CXLVIII. religionis chriſtianæ cauſſa interfectus eſt. Nam eccleſia *Smyrnenſis*, cuius ille fuerat epiſcopus, in epiſtola ad eccleſiam apud *Philomelium*, EVSEBIO [y] memorata, narrat, velle ſe, ſi Deus concesſerit, ad monumentum eius conuenientes natalem eius martyrii diem cum hilaritate & gaudio celebrare, tum in memoriam eorum, qui glorioſo certamine perfuncti ſint, tum ad poſteros huiusmodi exemplo erudiendos & confirmandos. TERTVLLIANVS de his anniuerſariis ſacris, vt tempore ſuo obſeruatis, loquitur, quando ait: *Oblationes pro defunctis* [z] *pro natalitiis annua die facimus.* Et CYPRIANVS [a] in epiſtola ad clericos ſuos, *Dies eorum*, inquit, *quibus excedunt, adnotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus.* Et alio loco [b]: *Sacrificia pro eis* (de *Laurentio* & *Ignatio* martyribus loquitur) *ſemper, vt meminiſtis, offerimus, quoties martyrum paſſiones & dies anniuerſaria commemoratione celebramus.* Hæc ſacrificia precum & laudum erant, quæ Deo offerebantur pro exemplis martyrum, & celebratio euchariſtiæ, item collationes eleemoſynarum ac oblationes pro pauperibus, vna cum oratione panegyrica & recitatione actorum paſſionis iſtius martyris, ſi qua huiusmodi monumenta haberent, exercitia erant, quibus hoſce dies pie ac deuote tranſigebant. Hi enim dies habebantur ſolemniſſimi, adeoque eodem cærimoniarum genere, quo ſabbatum ac dies dominicus,

---

ἅρμα μαρτύρων, νῦν ξυνωρὶς μαρτύρων. Heri beatus Babylas cum tribus pueris nos heic congregabat: hodie vero par ſanctorum militum in acie exercitum Chriſti oſtendit. Heri quadriga martyrum, hodie biga ſe oſtendit. Theodoret. ſerm. VIII. de martyrib. tom. IV. p. 605. εἰς δὲ τούτους (σηκοὺς μαρτύρων) οὐχ ἅπαξ ἢ δίς γε τοῦ ἔτους ἢ πεντάκις φοιτῶμεν· ἀλλὰ πολλάκις μὲν πανηγύρεις ἐπιτελοῦμεν. Neque ad hæc (martyrum templa) nos ſemel bisue aut quinquies quotannis accedimus, ſed frequentes conuentus celebramus.

(y) Euſeb. lib. IV. c. XV. p. 109. c. ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τὴν τῶν προηθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

(z) Tertull. de coron. milit. c. III.

(a) Cyprian. epiſt. XII. al. XXXVII. (pag. 188. edit. Fell. Amſtelod.) Denique & dies eorum, quibus accedunt, adnotate, vt &c.

(b) Id. epiſt. XXXIX. al. XXXIV. p. 77. (p. 224. edit. Fell. Amſtelod.)

ſemper

ſemper agebantur. Numquam ſine frequenti conuentu, nec ſine ſermone vel euchariſtiæ perceptione abire ſinebantur, quemadmodum ex quibusdam CHRYSOSTOMI homiliis, crebra iſtiusmodi occaſione habitis, apparet. Ad diſſuadendum populo intemperantiam, *Perpende*, inquit [c], *quam ridiculum ſit, poſt eiusmodi conuentum, poſt vigilias, poſt ſacrarum auditionem ſcripturarum, poſt diuinorum participationem myſteriorum & poſt ſpiritualem largitionem, virum aut mulierem totos dies in popinis tranſigentes videri.* Fundamentum argumenti illius hoc ſuppoſito nititur, quod euchariſtiam antea in eccleſia, memoriam martyris cuiusdam celebrantes, receperint. Atque ita SIDONIVS APOLLINARIS loco modo citato [d] rem repræſentat, quod, vigiliis *Iuſti* præcedente nocte peractis, interdiu hora nona matutina iterum conuenerint, quum ſacerdotes rem diuinam facerent, id eſt, SAVARONE [e] recte interpretante, miſſarum ſolemnia celebrarent.

PRAETER vſitatas autem aliorum dierum feſtorum ſolemnitates, res quædam erat peculiaris hiſce ſolemnitatibus martyrum, nimirum, quod paſſiones eorum, vti ab notariis, ab eccleſia hanc in rem conſtitutis, conſignatæ fuerant, plerumque coram concione, tali occaſione coacta, legerentur. Hæc certe *Africanarum* eccleſiarum conſuetudo fuit. AVGVSTINVS [f] enim de ea tamquam re fieri ſolita loquitur, populo ſedendi indulgens libertatem, dum illas legi audirent, eo quod ſæpius longiores eſſent. Et concilium *Carthaginenſe* tertium [g] canonem habet ad earum lectionem promouen-

(c) Chryſoſtom. homil. LIX. de martyribus tom. V. p. 779. (homil. LXII. p. 697. c. edit. Francof.) *ἐννόησον, ἡλίκος γέλως, μετὰ τοιαύτην σύνοδον, μετὰ παννυχίδας, μετὰ γραφῶν ἁγίων ἀκρόασιν, μετὰ μυστηρίων θείων κοινωνίαν, καὶ μετὰ πνευματικὴν χορηγίαν, ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἐν καπηλείῳ φαίνεσθαι διημερεύοντας.*

(d) Sidon. Apoll. lib. V. epiſt. XV. Vid. litt. (u) antec. in textu pag. 294.

(e) Sauar. commentar. in Sidon. *Res diuina facienda*] id eſt, miſſarum ſolemnia celebranda, miſſa facienda, ſacrificia offerenda, vt ipſe loquitur epiſt. XV. lib. IV.

(f) Auguſtin. homil. XXVI. ex L. tom. X. p. 174. (p. 476. edit. Baſil. MDLIX.) Quando aut paſſiones prolixæ, aut certe aliquæ lectiones longiores, qui ſtare non poſſunt, humiliter & cum ſilentio ſedentes, attentis auribus audiant, quæ leguntur.

(g) Concil. Carth. III. c. XLVII. Liceat etiam legi paſſiones martyrum, quum anniuerſarii dies eorum celebrantur.

dam.

dam. MABILLONIVS [h] diuerſa alia exempla ſuggerit ex ALCIMO AVITO, CAESARIO ARELATENSI & FERREOLO, quibus eas quoque in eccleſiis *Gallicanis* lectas eſſe oſtendit. Tantummodo in eccleſia *Romana*, decreto GELASII [i] pontificis, in ſynodo ſeptuaginta epiſcoporum interdictæ fuerunt, hac quidem huic rei prætexta cauſſa, quod eorum, qui eas conſcripſerint, nomina ignorentur, & nonnumquam ab infidelibus idiotis vel hæreticis etiam compoſitæ eſſe perhibeantur, ſicut cuiusdam *Cyrici*, & *Iulitæ* ac *Georgii*. Ex qua cauſſa ſecundum antiquam conſuetudinem in eccleſia *Romana* eæ non legi dicuntur. Verum huic regulæ aliæ eccleſiæ tunc non videntur fuiſſe adſtrictæ.

§. VI.

Solemnes conuentus ad verbi Dei prædicationem aliosque diuini cultus actus quotidie inſtituti, tempore quadrageſimalis ieiunii & quinquaginta diebus inter paſcha & pentecoſten durantibus.

PORRO obſeruari meretur, quod durante quadrageſimali ieiunio continuos conuentus, non ad preces tantum fundendas, ſed verbum etiam Dei prædicandum, agitauerint: Vti ex CHRYSOSTOMI ſermonibus apparet, quorum multi ab ipſo diebus, continuata ſerie ſibi ſuccedentibus, per maximam iſtius tempeſtatis partem habiti fuerunt; exempli cauſſa *homiliæ* in *Geneſin*, & celebres illi ſermones, dicti ἀνδριάντες, *Antiochiæ* tempore quadrageſimalis ieiunii, occaſione tumultus, in quo ſtatuæ imperatoris deiectæ erant, recitati. Plura alia exempla eiusdem conſuetudinis dari poſſunt, de quibus poſtea libro proxime ſequenti [*], vbi de officio prædicandi agendum erit, dicturi ſumus verboſius. Neque tamen ſemper euchariſtiam ſacri iſtius ieiunii tempore conſecrarunt, niſi ſolo ſabbato & die domini-

(h) Mabillon. de curſu Gallicano p. 403. &c.

(i) Gelaſ. decret. ap. Crab. tom. I. p. 992. Singulari cautela, ſecundum antiquam conſuetudinem, in ſancta Romana eccleſia non leguntur, quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur; & ab infidelibus idiotis ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur, ſicut cuiusdam Cyrici & Iulitæ, ſicut Gregorii aliorumque huiusmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur compoſitæ.

(*) Lib. XIV. c. IV.

ca, quemadmodum ex concilio *Laodiceno* [*k*] discimus, cuius quidam canon sic habet: *Non oportet in quadragesima panem offerre, nisi sabbato & solis dominicis.* Cuius rei ratio erat, quod hi duo dies ipso dicti ieiunii tempore festi habebantur; neque huius concilii tempore eucharistia in solemnibus ieiuniis consecrari consueuit: verum loco officii consecrationis probabiliter obtinuit sequentibus ætatibus sic dicta *προηγιασμένων λειτουργία*, *sacrum præsanctificatorum ministerium*, quod breuius erat ministerium ad percipienda diebus ieiunii elementa, quæ die dominica antea consecrata erant, qua de re specialem canonem in concilio *Trullano* [†] deprehendimus. Vt adeo & eucharistiam & sermonem singulis ieiunii quadragesimalis diebus hac vel illa ratione habuisse videantur.

SIMILITER quinquaginta dies pascha inter & pentecosten omnes festi erant, & solemniter obseruabantur, tamquam dies gaudii, a tempore inde TERTVLLIANI, qui huius rei meminit, deque gentilibus ex hoc capite triumphat, quod præter diem solis, singulis hebdomadibus recurrentem, hæc vna continuata solemnitas [*l*] pentecostalis plures dies festos efficiat, quam omnes nationum solemnitates per integrum annum. Hoc quidem loco non significat, quibus cærimoniis ac ritibus hoc tempus obseruarint christiani; alibi [*m*] autem dicit, per singulos istos dies publico Dei cultui ipsos vacare, eademque eos reuerentia celebrare, qua diem dominicum, dum nec ieiunent, nec genua flectant vllo die per integrum illud temporis inter-

(*k*) Concil. Laodic. c. XLIX. ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.

(†) Concil. Trull. c. LII. (tom. VI. concil. p. 1166.) Ἐν πάσαις τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία. In omnibus sanctæ quadragesimæ ieiunii diebus, præterquam sabbato & dominica, & sancto adnuntiationis die, fiat *sacrum præsanctificatorum ministerium.*

(*l*) Tertull. de idololatr. c. XIV. Ethnicis semel annuus dies quisque festus est: Tibi octauo quoque die. Excerpe singulas solemnitates nationum & in ordinem texe, pentecosten implere non poterunt.

(*m*) Tertull. de coron. milit. c. III. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die paschæ in pentecosten vsque gaudemus.

vallum,

vallum, quo seruatoris nostri resurrectio ac adscensio commemoretur. Vnde non improbabilis coniectura est, quod durante hoc temporis interuallo eumdem completum Dei cultum habuerint, quem die dominico habuerunt.

§. VII.

Publicæ preces mane & vespere quotidie factæ in sæculo tertio.

Haec consideratio eo nobis quoque profutura est, vt cognoscamus, quo tempore preces matutinæ ac vespertinæ in ecclesia quotidie fieri cœperint. Si enim christianis per persecutiones tempore TERTVLLIANI quinquaginta dies continuos solemniter celebrare licuit; non datur ratio dubitandi, quin singulis diebus æque ad ordinarias suas preces conuenire potuerint. Et si feria quarta & sexta, vt stationum dies, fuerunt obseruatæ, quemadmodum illum antea audiuimus adfirmantem; vix dubium esse potest, vnumquemque diem habuisse vigiliam suam, siue conuentum antelucanum. Neque multum temporis ab ætate TERTVLLIANI effluxerat, quando CYPRIANVS [n] eucharistiam quotidie accipi adfirmabat, putabatque petitionem illam in oratione dominica hunc sensum admittere posse, quando oramus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* Quæ TERTVLLIANI [o] etiam sententia ante ipsum erat. Iam vero hoc ipsum demonstrat, conuentus ad cultum Dei publicum quotidie fuisse ab eis celebratos, siquidem singulis diebus eucharistia vsi sunt, quam non nisi in publicis ecclesiæ conuentibus consecrare consueuerunt. Itaque ab hoc tempore non est, quod de ecclesiæ quotidiano sacrificio precum disputemus in matutinis conuentibus: Qui posterioribus ætatibus plerumque *cœtus antelucani*, & *vigiliæ*, & *horæ nocturnæ* vocantur, quod essent ordinariæ quædam vigiliæ, siue nocturnæ congregationes, an-

(n) Cypr. de orat. domin. p. 147. (p. 104. edit. Fell. Amstelod.) Hunc panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & quotidie eucharistiam ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti & non communicantes a cælesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur.

(o) Tertull. de orat. c. VI. Corpus eius in pane censetur: Hoc est corpus meum: Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo & indiuiduitatem a corpore eius.

te lucem celebratæ, etsi non ita mature, quemadmodum aliæ istæ vigiliæ ante sabbatum & diem dominicum, quæ longius durabant, vti de illis suo loco iam obseruauimus.

QVOD ad preces vespertinas, publice in ecclesia factas, attinet, MEDVS [p] earum nullam vel in CYPRIANO, vel TERTVLLIANO, vel aliis scriptoribus ante auctorem *constitutionum* & concilium *Laodicenum* mentionem haberi putat. Nonam horam precationis, CYPRIANO [q] memoratam, existimat ad priuatas tantum preces respicere; id quod omnino probabile est: Et per TERTVLLIANI *conuocationes nocturnas* non vespertinas, sed matutinas preces ante lucem intelligendas esse; quod sine vlla dubitatione ita est. Sed vero sic non videtur considerasse vir doctus, quod tempore CYPRIANI nonnullis mos fuerit post cœnam sacra eucharistia vti. Hic enim disertam eius mentionem facit [r], etsi consuetudinem non comprobet. Atque hæc consuetudo inter *Aegyptios* durauit ad ætatem vsque SOCRATIS [s], qui de ea loquitur tamquam istis ecclesiis quadamtenus peculiari. Iam vero si tempore CYPRIANI consuetudo obtinuit post cœnam sumendi sacramentum eucharisticum, dubium non est, quin eodem tempore preces vespertinæ in vsu fuerint. RIGALTIVS [t] & post eum FELLVS [u] &

(*p*) Mede epist. LXVI. p. 840.

(*q*) Cypr. de orat. domin. p. 154. (p. 108. edit. Amstelod.) In orationibus celebrandis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores, horam tertiam, sextam, *nonam*, sacramento scilicet trinitatis, quæ in nouissimis temporibus manifestari habebat. - - quando a septima *nona* completur, per ternas horas trinitas perfecta numeratur: quæ horarum spatia iam pridem spiritualiter determinantes adoratores Dei, statutis & legitimis ad precem temporibus seruiebant; & manifesta postmodum res est, sacramenta olim fuisse; quod ante sic iusti precabantur. cetera.

(*r*) Cypr. epist. LXIII. ad Cæcilium p. 156. (p. 277. ed. Amstelod.) An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, quod etsi mane aqua sola offerri videtur, tamen quum ad cœnandum venimus, mixtum calicem offerimus?

(*s*) Socrat. lib. V. c. XXII. Vid. supra §. III. ad litt. (k) pag. 285.

(*t*) Rigalt. in Cyprian. epist. LXIII. Aeuo iam Tertulliani mutatum aliquid, circa hoc sacramentum fuisse colligitur, & non solum *vespere in tempore victus*, sed etiam horis antelucanis sacramentum corporis Christi celebratum fuisse arguunt hæc verba, lib. de *corona*: *Eucharistiæ sacramentum in tempore victus mandatum a domino, etiam antelucanis horis sumimus.*

(*u*) Fell. indict. loc. Constat eucharistiam, licet horis antelucanis sumtam, ve-

CAVEVS

CAVEVS [x] hanc conſuetudinem communicandi poſt cœnam ad æuum vſque TERTVLLIANI extendunt: ſed perperam illius verba accipere eos exiſtimo. Non enim dicit, poſt cœnam illos euchariſtiam ſumſiſſe [y], ſed *CHRISTVM* in tempore victus mandatum de euchariſtia omnibus dediſſe, tametſi tunc quidem temporis in antelucanis cœtibus, nec de aliorum quam præſidentium ſiue antiſtitum ſuorum manibus, illam ſumerent. Quare huic teſtimonio non inſiſtimus, ſed probationem precum veſpertinarum ex iſto loco CYPRIANI cum ratione deduci arbitramur. Poſt quem auctor *conſtitutionum* non tantum de illis loquitur [z], ſed matutini quoque ac veſpertini officii ordinem nobis exhibet, quem capitibus duobus ſequentibus lectori repræſentabimus. Concilium *Laodicenum* [a] de precibus veſpertinis, deque illis, quæ ad horam nonam, ſiue tertiam poſtmeridianam, fiant, loquitur, & idem miniſterium in vtriſque fieri iubet. *Græcis* communiter dicitur λυχναψία, *Latinis lucernarium*, quia communiter declinante in noctem die, vbi candelæ incendebantur, initium capiebat. Similiter ſæpe vocatur *ſacrificium veſpertinum*, & *miſſa veſpertina*, vti hæc nomina ad ſignificandum in genere miniſterium precum eccleſiæ adhibentur. Atque hæc duo tempora, matutinum ac veſpertinum,

ſpere etiam diſtribui ſolitam; cuius rei locuples teſtis Tertullianus lib. de corona c. III. *Euchariſtiæ ſacramentum tempore victus de præſidentium manu ſumimus.* Et alibi monet, vt finitis ſtationibus ſumatur.

(x) Caue prim. chriſt. part. I. c. XI. p. 338. In edit. German. Lipſ. MDCCXXIII. 8. p. 274. verba ſic habent: *Tertullianus verſichert uns, daſs es zu ſeiner zeit um tiſch-zeit, das iſt, (wie es alle erklären)* beym abend-eſſen, *auch ſehr oft des morgens vor tage, da ſie ihre heilige zuſammenkünfte gehabt, ſey gehalten worden.*

(y) Tertull. de coron. milit. c. III. Euchariſtiæ ſacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum a domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præſidentium ſumimus.

(z) Conſtit. lib. VIII. c. XXXV. ἑσπέρας γενομένης, συναθροίσεις τὴν ἐκκλησίαν, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν προσφωνήσει ὁ διάκονος ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων, καὶ χειμαζομένων, καὶ τῶν φωτιζομένων, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ κ. τ. λ. Quum fuerit veſpera, congregabis eccleſiam, o epiſcope, & poſtquam dictus fuerit pſalmus lucernalis, recitabit diaconus orationes pro catechumenis, hiemantibus competentibus, & pœnitentibus, &c.

(a) Concil. Laodic. c. XIIX. περὶ τοῦ, τὴν αὐτὴν λειτουργίαν τῶν εὐχῶν πάντοτε καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις, καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις ὀφείλειν γίνεσθαι.

celebratiſſima antiqui quotidiani miniſterii tempora ſunt, quæ in omnibus fere eccleſiaſticis ſcriptoribus reperiuntur; vt omnino ſuperuacaneum ſit, vlli eorum longius heic immorari.

§. VIII.

Origo canonicarum horarum precandi. Nulla earum notitia pro publicis, ſed tantum pro priuatis precibus per tria priora ſæcula.

RELIQVA eſt vna adhuc quæſtio de iſtis temporibus precandi, quæ communiter dicuntur *horæ canonicæ*, hoc eſt, præter ante memoratas preces matutinas ac veſpertinas, ſic dictæ horæ prima, tertia, ſexta & nona, vna cum *completorio*. Qui in harum, tamquam publicis precibus conſtitutarum, horarum originem omnium ſtudioſiſſime inquiſiuerunt, nulla earum veſtigia in tribus prioribus ſæculis inuenire potuerunt, ſed in eccleſiam cum vita demum monaſtica introductas eſſe colligunt. Ita MEDVS [*b*] ac PEARSONIVS [*c*], qui TERTVLLIANO tertiam, ſextam & nonam horam precationis memorari obſeruant. Notandum autem eſt, quod TERTVLLIANVS nunc quidem vt *Montaniſta* [*d*] contra catholicos diſputet, regulas *Montaniſtarum* per omnes auſteritatis, arroganterque præ eccleſia venditatæ

(*b*) Med. epiſt. LXVI.

(*c*) Pearſ. prælect. II. in act. apoſtol. num. III. IV.

(*d*) Tertull. de ieiun. c. X. Aeque ſtationes noſtras vt indignas, quasdam vero & in ſerum conſtitutas, nouitatis nomine incuſant, hoc quoque munus, & ex arbitrio obeundum eſſe dicentes, & non vltra nonam detinendum, de ſuo ſcilicet more. Sed quod pertineat ad interdictionis quæſtionem, ſemel pro omnibus cauſſis reſpondebo. Nunc ad proprium huius ſpeciei articulum de modo temporis dico, de ipſis prius expoſtulandum, vnde hanc formam nouam dirimendis ſtationibus præſcribant. Si, quia Petrus & qui cum eo, ad horam nonam orationis templum introgreſſi leguntur, quis mihi probabit, illos ea die ſtatione functos, vt *horam nonam* ad clauſulam & expunctionem ſtationis interpretetur. Atqui facilius inuenias Petrum *hora ſexta* capiendi cibi cauſſa prius in ſuperiora ad orandum adſcendiſſe, quo magis *ſexta* diei finiri officio huic poſſit, quæ illud abſolutura poſt orationem videbatur. Porro quum in eodem commentario Lucæ & *tertia hora* orationis demonſtretur, ſub qua ſpiritu ſancto initiati pro ebriis habebantur; & *ſexta* qua Petrus adſcendit in ſuperiora: & *nona*, qua templum ſunt ingreſſi; cur non intelligamus, ſalua plane indifferentia ſemper & vbique & omni tempore orandum: tamen *tres iſtas horas*, vt inſigniores in rebus humanis, quæ diem diſtribuunt, quæ negotia diſtinguunt, quæ

morti-

mortificationis ac deuotionis eorum gradus, obseruandi vrgens necessitatem. Neque vero indicat, quod vel *Montanistæ* vel *catholici* has horas publicis conuentibus fixas esse iusserint. CYPRIANVS [*e*] quidem has horas precum exemplo *Danielis* aliisque argumentis in priuatis diuini cultus exercitiis christianis commendat: verum ne semel quidem monet, ecclesiam tunc temporis facta vlla regula has horas publicis precibus constituisse. Quam opinionem euidenter confirmat obseruatio ex CASSIANO, qui harum canonicarum horarum pia exercitia sigillatim describit, &, quomodo gradatim ortæ sint, commemorat. Non enim omnes vno eodemque tempore coortæ sunt. Primos ex monachis *Aegypti*, vitæ monasticæ auctores, præter vespertinas & antelucanas congregationes [*f*] nullas canonicas precum publicarum horas habuisse, auctor est: reliquum diei spatium operationi manuum impendisse adfirmat, priuatam scripturarum meditationem, psalmos, preces ac orationes labori per singula momenta miscentes. Non multo post monasteria *Mesopotamiæ* ac *Palæstinæ* consuetudinem publice conueniendi hora tertia, sexta ac nona, ad cantandos psalmos [*g*] & preces facien-

publice resonant, ita & solemniores fuisse in orationibus diuinis: quod etiam suadet Danielis quoque argumentum, ter die orantis; vbique per aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem, quam insigniorum exinde apostolicarum, *tertiæ*, *sextæ*, *nonæ*, cetera.

(*e*) Cyprian. de orat. domin. p. 154. (p. 108. edit. Fell. Amstelod.) cit. supra sub litt. (q) pag. 300.

(*f*) Cassian. institut. lib. III. c. II. Apud illos hæc officia, quæ domino soluere, per distinctiones horarum & temporis interualla cum admonitione compulsoris adigimur, per totum diei spatium iugiter cum operis adiectione spontanea celebrantur. Ita namque ab eis incessanter operatio manuum priuatim per cellulas exercetur, vt psalmorum quoque vel ceterarum scripturarum meditatio numquam penitus omittatur. Cui preces & orationes per singula momenta miscentes, in his officiis, quæ nos statuto tempore celebramus, totum diei tempus absumunt. Quamobrem exceptis vespertinis horis ac nocturnis congregationibus nulla apud eos per diem publica solemnitas absque die sabbati vel dominica celebratur.

(*g*) Cassian. lib. III. c. III. In Palæstinæ vel Mesopotamiæ monasteriis ac totius orientis supradictarum horarum solemnitates trinis psalmis quotidie finiuntur, vt & orationum adsiduitas statutis temporibus Deo offeratur, & necessaria operationis officia, consummatis iusto moderamine spiritualibus obsequiis, nullatenus valeant impediri. His enim tribus temporibus etiam Danielem prophetam quotidie fenestris apertis in cœnaculo preces domino fudas,

das, introduxerunt. Nondum vero nouum aliquod matutinum ministerium fuit, a vetere matutino ministerio ante lucem distinctum. Hoc primum in monasterio cœpit *Bethlehemitico* [h], atque inde ad alia propagatum, non vero in omnibus receptum fuit. *Completorium*, quod vocatur, vt distinctum a ministerio vespertino seu lucernali, veteribus prorsus incognitum fuit, quemadmodum ipse BONA [i] contra BELLARMINVM probat. Vt adeo hæ canonicæ horæ gradatim in ecclesiam inuectæ sint, omnesque originem suam monasteriorum orientalium regulis debeant. Quocirca id, quod vir quidam doctus e nostratibus [k] dicit, adhibita quadam temperatione intelligendum est, alioquin haud verum esse noscetur: „Quod videlicet ecclesia vniuersalis olim statas precum ac orationum horas obseruauerit, vt omnes christiani per orbem terrarum eodem tempore ad collaudandum Deum se coniungerent: Et „quod eorum quidam [l] in ea fuerint opinione, quod exercitus angelorum, istarum horarum gnari, hoc tempus ad preces ac laudes suas cum precibus ac laudibus ecclesiæ coniungendas acceptarint.„ Si hoc intelligatur de regula quadam vel consuetudine ecclesiæ vniuersalis, pro horis publicarum precum, præter matutinas ac vespertinas, in tribus prioribus sæculis minus recte dictum fuerit: Sin autem sensus duntaxat is sit, quod monita data fuerint ad priuatas preces, his statis temporibus faciendas, & quod christiani generatim istas horas ob-

disse cognoscimus. Nec immerito hæc specialius tempora religiosis sunt officiis deputata. &c.

(h) Cassian. lib. III. c. IV. Sciendum, hanc matutinam (solemnitatem) quæ nunc obseruatur in occiduis vel maxime regionibus, canonicam functionem nostro tempore in nostro quoque ministerio primitus institutam, vbi dominus noster Iesus Christus natus ex virgine humanæ infantiæ suscipere incrementa dignatus, nostram quoque in religione teneram & lactentem infantiam sua gratia confirmauit. Vsque ad illud enim tempus hac solemnitate matutina, quæ expletis nocturnis psalmis & orationibus post modicum temporis interuallum solet in Galliæ monasteriis celebrari, cum quotidianis vigiliis pariter consummata, reliquas horas refectioni corporum deputatas a maioribus nostris inuenimus.

(i) Bona de psalmod. c. XI. §. I. n. 2. p. 463. a. b. 464. a. in opp. edit. Antuerp. MDCCXXIII.

(k) Patrick *of Prayer*, Part. II. chap. XI. p. 109.

(l) Origen. περὶ εὐχῆς n. XXXIII. XXXV.

serua-

ſeruarint, tum concedi poteſt. Siquidem non ORIGENES tantum, ſed CYPRIANVS etiam, vti antea audiuimus, in gratiam earum ſcripſerunt, & CLEMENS ALEXANDRINVS [m] nonnullos certas ac definitas horas precationi conſtituere dicit, tertiam, ſextam, nonam. Adeo neceſſum eſt diſtinguere inter publica & priuata deuotionis exercitia, & inter priora ac ſequentia ſæcula, quando de horis precum canonicis, vt ab eccleſia vniuerſali ſtatutis, loquimur. Neque enim, vbi iam in monaſteriis inſtitutæ erant, illico in omnibus eccleſiis obſeruari cœperunt. Nam EPIPHANIVS [n] de conſuetudinibus eccleſiæ catholicæ loquens, matutinas laudes, matutinaſque preces, lucernales item pſalmos ac orationes, in ea celebrari dicit, aliarum nulla facta mentione. Ita CHRYSOSTOMVS ſæpius quotidiani cultus, mane ac veſpere in eccleſia [o] fieri ſoliti, crebram mentionem facit. Et ad ſummum nuſquam de pluribus quam tribus horis dici, ad publicos conuentus conſtitutis, lo-

(m) Clem. Alex. ſtromat. VII. p. 854. edit. Oxon. εἰ δέ τινες καὶ ὥρας τακτὰς ἀπονέμουσιν εὐχῇ, ὡς τρίτην φέρε καὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην, ἀλλ' οὖν ὁ γνωστικὸς παρὰ ὅλον εὔχεται τὸν βίον, δι' εὐχῆς συνεῖναι μετὰ σπεύδων θεῷ. Quod ſi nonnulli certas ac definitas horas conſtituant precationi, vt, verbi cauſa, tertiam, ſextam, nonam: at Gnoſticus, per totam orat vitam; dum per preces ſuas cum Deo ſtudet verſari.

(n) Epiphan. expoſit. fid. n. XXIII. tom. I. p. 1106. ἑωθινοί τε ὕμνοι ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ διηνεκεῖς γίνονται, καὶ προσευχαὶ ἑωθιναὶ, λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοὶ καὶ προσευχαί.

(o) Chryſoſtom. homil. XVIII. in act. p. 174. (ibid. in ed. Francof.) οἷόν ἐστι ἀπελθεῖν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ εἰδέναι ὅτι αὐτὸς αὐτὸν ᾠκοδόμησε, καὶ ῥίψαι ἑαυτὸν ὕπνον, καὶ μετὰ τὴν αἰώραν τὴν σωματικὴν, καὶ λυχνικοῖς καὶ ἑωθινοῖς ὕμνοις παραγενέσθαι, ὁμοτράπεζον ἔχειν τὸν ἱερέα, συνομιλοῦντα· εὐλογίας ἀπολαύειν, ἑτέρους ὁρᾷν ἐρχομένους ἐκεῖ. Quanta res eſt abire & ingredi in domum Dei, & videre, quod ipſe illam extruxerit, & quieſcere in villa ſecurum, & habere deambulationem ſeruientem corpori & *matutinis veſpertiniſque hymnis eſſe præſentem*, ac ſimul prandentem ſacerdotem ſimul conuerſantem, benedictione frui, & alios videre illuc venientes?
Homil. VI. in 1 Timoth. p. 1550. (p. 440. edit. Francof.) καὶ τοῦτο ἴσασιν οἱ μύσται, πῶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν γίνεται καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ ἐν πρωΐᾳ· πῶς ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων ποιούμεθα τὴν δέησιν. Id nouerunt fideles, quomodo *diebus ſingulis mane & veſpere orationes fundantur* ad dominum, quomodo pro omni mundo & regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt politi, obſecrationes ab eccleſia fiant.

quitur. Ita enim hominem sæcularem introducit, conquerentem ac dicentem, Qui fieri possit, vt homo sæcularis, forensibus negotiis adfixus, tribus horis diei precetur & ad ecclesiam currat? Cui respondens CHRYSOSTOMVS non dicit, ecclesiam hasce tres horas orationis pro laicis, plures autem pro aliis habuisse; sed narrat homini isti sæculari, „licet ad ecclesiam currere non sit commodum, posse inibi in foro curiæque vestibulo hærentem nihilominus precari: ad hoc enim mente magis „opus esse, quam voce, animi contentione magis, quam manuum extensione: nec tam referre, quo corporis habitu id „faciat, quam quo animæ adfectu: nam & ipsam *Annam* non „ob intensam vociferationem, sed ob internum cordis clamorem, exauditam esse.„ Quæ verba videntur innuere, quod ecclesia eo tempore tres tantum horas precationum obseruaverit, nimirum vespertinam ac matutinam, &, vti ego quidem existimo, *nonam*, siue tertiam postmeridianam. Ab hoc enim tempore in quibusdam locis ecclesia hanc horam, tamquam statam horam precum, adsumsit, qua de re mox plura. Sed aliquantum temporis postea effluxit, antequam istæ horæ in ecclesias *Gallicanas* ac *Hispanicas* admitterentur. MABILLONIVS [q] enim ex GREGORIO TVRONENSI demonstrat, sextam & nonam horas in ecclesiam *Turonensem* non fuisse inuectas, nisi *Iniuriosi* episcopi demum ætate, quod fuit anno circiter DXXX. Atque ex canone quodam MARTINI BRACARENSIS apparet, ætate illius in ecclesias *Hispanicas* nondum fuisse admissas. Nam solum [r] matutinis ac vespertinis horis quotidia-

(p) Chrysostom. homil. IV. de Anna tom. II. p. 995. (p. 828. edit. Francof.) καὶ πῶς δυνατὸν; φησιν, ἄνθρωπον βιωτικὸν, δικαστηρίῳ προσηλωμένον, κατὰ τρεῖς ὥρας εὔχεσθαι τῆς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐκκλησίαν ἐκτρέχειν; δυνατὸν καὶ σφόδρα εὔκολον· κἂν γὰρ εἰς ἐκκλησίαν ἀπελθεῖν μὴ ῥᾴδιον, ἑστῶτα ἐκεῖ πρὸ τῶν θυρῶν, καὶ τῷ δικαστηρίῳ προσηλωμένον εὔξασθαι δυνατόν· οὐδὲ γὰρ οὕτω φωνῆς χρεία, ὡς διανοίας, οὐδὲ ἐκτάσεως χειρῶν, ὡς συντεταμένης ψυχῆς, οὐδὲ σχήματος, ἀλλὰ φρονήματος· ἐπεὶ γὰρ ἡ Ἄννα αὕτη, οὐκ ἐπειδὴ λαμπρὰν καὶ μεγάλην ἀφῆκε φωνὴν, διὰ τοῦτο ἠκούετο, ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλα ἔνδον κατὰ τὴν καρδίαν ἐβόα.

(q) Mabil. de curs. Gall. p. 409. De ecclesia Turonensi id memoriæ prodidit Gregorius sub finem hist. suæ, Iniuriosum episcopum ibidem instituisse tertiam & sextam in illa ecclesia.

(r) Martin. Bracar. capit. synod. c. LXIV. (ap. Iustell. in append. tom. I. biblioth. iuris can. fol. XXVII.) Si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus, si intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo ecclesia est, & ad *quotidianum psallendi sacrificium, matutinis vel*

num

num psallendi sacrificium fieri dicit, ad quod omnes clericos conuenire oporteat, sub pœna abdicationis muneris ecclesiastici, si quidem castigatus non emendetur. Hoc arguit, nondum reliquas horas in ecclesiis (sed tantum in monasteriis) tamquam partes canonicas quotidiani cultus fuisse stabilitas. Et obseruandum porro est, quod plerique sæculi quarti scriptores, qui de sex vel septem horis precationis loquuntur, de solorum monachorum, non de vniuersi corporis ecclesiastici, consuetudine loquantur. Ita HIERONYMVS [s], vbi monasteriorum, a nobili femina *Paula* erectorum, instituta describit, dicit: *Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantabant.* Et alio loco [t] *Lætam* docens, quemadmodum filiam suam in vita monastica educare debeat, easdem horas precibus ac psalmis transmittendas præscribit: *Adsuescat* [t], inquit, *exemplo ad orationes & psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie, quasi bellatricem Christi; accensaque lucerna reddere sacrificium vespertinum.* Idem videri potest in BASILIO, GREGORIO NYSSENO, CASSIANO, CASSIODORO & plerisque aliis scriptoribus, immo in ipso CHRYSOSTOMO, qui de tribus tantum solemnibus precum horis in ecclesia loquitur, quando tamen occasionem habet loquendi de monachis eorumque institutis, totidem horas canonicas recenset, quot alii. Dicit ille [u], ipsos media nocte hymnos canere,

vespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit: deponatur a clero; si tamen castigatus, veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

(s) Hieron. epitaph. Paulæ epist. XXVII. c. X.

(t) Hieron. epist. VII. ad Lætam.

(u) Chrysostom. homil. XIV. in 1 Timoth. p. 1599. (p. 501. edit. Francof.) - ἀλεκτρυὼν ἐφώνησε, καὶ εὐθέως ἐλθὼν ὁ προεστὼς, καὶ τῷ ποδὶ τὸν κείμενον ἁπλῶς ὑπονύξας, πάντας ἀνέστησεν· οὐδὲ γὰρ γυμνὰς ἐκεῖ καθεύδειν θέμις· εἶτα διαναστάντες εὐθέως ἑστήκασιν, ὕμνους ᾄδοντες προφητικοὺς μετὰ πολλῆς συμφωνίας, μετ᾽ εὐρύθμων μελῶν. -- εὐχὰς ἑωθινὰς ἐπιτελέσαντες καὶ ὕμνους, πρὸς τὴν τῶν γραφῶν ἀνάγνωσιν τρέπονται· --- εἶτα τρίτην, ἕκτην, ἐννάτην, καὶ τὰς ἑσπερινὰς εὐχὰς ἐπιτελοῦσι. *Ad Galli cantum* continuo præpositus adsistit, pulsatque modice pede iacentem, sicque omnes vna protinus excitat; neque vero nudos ibi dormire fas est. Inde vbi surrexere, *statim laudibus instant, hymnosque propheticos canunt*, magno simulque concentu & canticis numerosis. -- *Matutinis precibus hymnisque peractis ad* [illegible]

fundere preces mane, hora tertia, sexta, nona & tandem vespere. Non autem negauerim, ab hoc tempore has precum horas in quibusdam orientis partibus in ecclesias forte admissas fuisse. Nam *constitutionum* auctor diuersas regulas in hanc rem præscriptas habet. In quibusdam locis [*x*] de matutinis tantum & vespertinis precibus in ecclesia loquitur; alibi autem hanc regulam ab episcopis in ecclesia iubet obseruari: *Precationes facite* [*y*] *mane, & tertia hora, ac sexta & nona, & vespere, atque in gallicinio. Mane: gratias agentes, quod dominus, abducta nocte & inducto die, illuminarit nos. Tertia hora: quoniam in ea dominus sententiam damnationis excepit a Pilato. Sexta: quod in ea crucifixus est. Nona: quia cuncta, crucifixo domino, commota sunt, dum horrent impiorum Iudæorum temeritatem, nec ferre possunt contumeliam domino illatam. Vespere: gratias agentes, quod nobis noctem dederit, laborum diurnorum requietem. In gallorum cantu: eo quod illa hora nuntiet aduentum diei, ad facienda opera lucis. Si propter infideles impossibile est ad ecclesiam procedere; in domo aliqua congregationem facies, episcope; Si neque in domo, neque in ecclesia congrega-*

---

ctarum scripturarum studia se conuertunt. -- Deinde *tertiam, sextam, nonam vespertinamque* consummant synaxin.

(*x*) Constit. lib. II. c. LIX. Διδάσκων, ὦ ἐπίσκοπε, κέλευε καὶ παραίνει τῷ λαῷ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας κ. τ. λ. Quum doces, episcope, iube & persuade populo, vt *singulis diebus mane & vespere* ecclesiam frequentent &c.

Lib. VIII. c. XXXV. ἑσπέρας γενομένης συναθροίσεις τὴν ἐκκλησίαν, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν, προσφωνήσει ὁ διάκονος ὑπὲρ κατηχουμένων, καὶ χειμαζομένων, καὶ τῶν φωτιζομένων, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ. Quum fuerit *vespera*, congregabis ecclesiam, o episcope, & postquam dictus fuerit psalmus lucernalis, recitabit diaconus orationes pro catechumenis, energumenis, competentibus & poenitentibus.

(*y*) Constit. lib. VIII. c. XXXIV. Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτροφωνίᾳ· ὄρθρου μὲν, εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ἡμῖν ὁ κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα, καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν· τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ Κύριος· ἕκτῃ δὲ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα κεκίνητο τοῦ δεσπότου σταυρωμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ κυρίου τὴν ὕβριν· ἑσπέρᾳ δὲ, εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἡμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων, τὴν νύκτα· ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ, διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας, εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων· εἰ μὴ δυνατὸν ἐν ἐκκλησίᾳ προϊέναι διὰ τοὺς ἀπίστους, κατ' οἶκον συνάξεις, ὦ ἐπίσκοπε· -- εἰ μήτε ἐν οἴκῳ, μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροισθῆναι δυνατὸν, ἕκαστος

tio

tio poteſt agitari; vnusquiſque apud ſe pſallat, legat, precetur; vel duo aut tres ſimul: Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Coniectaueris ex hoc loco, quod hic auctor viuens eo tempore, quo hæ horæ canonicæ inualeſcere cœperunt, ſæculo quarto ineunte, eas in quasdam eccleſias admiſſas viderit, adeoque hoc ſuum præceptionum exemplar ad praxin earum conformarit.

§. IX.

Quænam diuini cultus partes hiſce canonicis horis ab eccleſia conſtitutæ fuerint.

CONCESSO igitur, quod circa hoc tempus gradatim in eccleſia locum habere cœperint, non præter rem nos facturos credimus, ſi eas paucis diſtincte conſiderauerimus, atque examinauerimus, quænam diuini cultus partes in earum qualibet peractæ ſint. CASSIANVS, loquens de prima earum inſtitutione in monaſteriis *Meſopotamiæ* ac *Palæſtinæ*, in quibus primos natales ſuos habuerunt, earum ſolemnitates trinis [z] pſalmis quotidie finiri; atque hos cum precationibus quibusdam permixtos vniuerſum cultum efficere dicit. Vt adeo hæc non niſi breuia eſſent officia, ſi cum antiquo matutino ac veſpertino miniſterio comparentur. Ratio quoque ſuppetit credendi, eccleſiam has regulas monaſticas non exacte ſequutam eſſe, ſed officia conſtituiſſe ſibi propria, hiſce occaſionibus adhibenda, vel ideo, quod officia monaſtica alia ab aliis admodum eſſent diuerſa, nec ſemper ſatis conſiderate electa. Cuius rei non niſi vnum exemplum heic dari neceſſe fuerit ex concilio *Bracarenſi*, quod canonem fecit in hanc ſententiam [a]: *Placuit omnibus communi conſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis vel veſpertinis officiis teneatur, & non diuerſæ ac priuatæ monaſteriorum conſuetudines contra eccleſiaſticas regulas ſint permixtæ, vel cum eccleſiaſticis regulis ſint permixtæ.*

παρ' ἑαυτῷ ψαλλέτω, ἀναγινωσκέτω, προσευχέσθω, ἢ κὰν ἅμα δύο, ἢ τρεῖς· ὅπȣ γὰρ εἰσι δύο, ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματι μȣ, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.

(z) Caſſian. inſtitut. lib. III. c. III. Itaque in Palaſtinæ vel Meſopotamiæ monaſteriis ac totius orientis ſupradictarum horarum ſolemnitates trinis pſalmis quotidie finiuntur.

(a) Concil. Bracar. I. can. XIX.

Ecclesiam *Gallicanam* concilii *Turonensis* secundi tempore, certum est, regulam habuisse a regula monasteriorum orientalium de numero psalmorum, hymnorum & antiphonarum, quæ diuersis horis ac temporibus orationis debuerint recitari, prorsus diuersam. Nam in vno quodam huius concilii [*b*], ad annum DLXVII. celebrati, canone plane peculiaris ordo præscriptus legitur, vt methodus psallendi ac numerus hymnorum accommodetur numero horarum vel mensium, in quibus adhibeantur: vt in diebus æstiuis matutinum officium sex antiphonis & duobus psalmis celebretur; Mense *Septembri* septem antiphonis ac duobus psalmis; Mense *Octobri* octo antiphonis ac tribus psalmis; Mense *Nouembri* nouem cum tribus psalmis; Mense *Decembri* decem cum tribus psalmis; *Ianuario* & *Februario* totidem vsque ad pascha. Ita quoque ad horam sextam sex psalmi cum Alleluia dici iubentur, & ad duodecimam duodecim cum Alleluia. Et toto *Augusto* mense manicationes fieri præcipit, hoc est, vt mabillonivs [*c*] ex aimonio [*d*] explicat, preces antelucanas siue matutinas sine vllis psalmis, quod sit tempus messis, & homines ad labores suos festinent, solemnitatibus dierum festorum (qui hoc mense præ ceteris frequentiores erant) peractis. Hoc ostendit, quod nulla certe regula initio circa has horas canonicas obseruata fuerit, sed quod tum ratione numeri tum officii in primo ortu suo variarint.

§. X.

De hora matutina *siue* prima.

Primvm horum officiorum peragebatur hora *matutina* si-

(*b*) Concil. Turon. II. can. XIX. Iste ordo psallendi seruetur, vt in diebus festiuis ad matutinum sex antiphonæ binis psalmis explicentur. Toto Augusto manicationes fiant, quia festiuitates sunt & missæ. Septembri septem antiphonæ explicenter binis psalmis; Octobri octo ternis psalmis; Nouembri nouem ternis psalmis: Decembri decem ternis psalmis: Ianuario & Februario, ibidem vsque ad pascha. - - Superest, vt vel duodecim psalmi expediantur ad matutinum, quia patrum statuta præceperunt, vt ad sextam sex psalmi dicantur cum Alleluia; & ad duodecimam duodecim, itemque cum Alleluia.

(*c*) Mabill. de curs. Gallic. p. 422. Quid consequentiæ est, vt quia toto Augusto mane surgebatur, ob frequentes festiuitates, nulli psalmi ad hunc mensem præscribantur? Fortasse quod missæ sanctorum tunc summo mane dicerentur ob messis necessitatem.

(*d*) Aimoin. histor. Francor. lib. III. c. LXXXI. Porro toto Augusto, propter crebras festiuitates, manicationes fiebant. Manicare autem mane surgere dicitur.

ve *prima*, dicebaturque officium matutinum nouum, a matutino officio veteri distinguendi caussa, quod semper tempore antelucano celebrabatur; quum contra hoc nouum exorta iam luce initium caperet. Hæc functio matutina, CASSIANO [*e*] perhibente, primum in monasterio *Bethlehemitico* instituta fuit, nam ad illud vsque tempus officium matutinum cum antiquis psalmis & orationibus nocturnis atque quotidianis vigiliis finitum fuit, atque tum ad quietem se dederunt ad horam vsque tertiam, quæ prima hora precum diurnarum erat, vsque dum hoc nouum precum matutinarum officium, CASSIANI memoria, ad anteuertenda quædam incommoda, quæ ille ibi recenset, institueretur. Vnde frequenter illi vocatur *nouella solemnitas*, vtpote recens inuenta. Atque hæc vera caussa est, quamobrem in plerisque vetustis scriptoribus ante *Cassianum*, vt in HIERONYMO, auctore *constitutionum*, BASILIO & aliis, qui de canonicis horis speciatim loquuntur, nulla huius primæ horæ mentio habeatur; verum illi hasce horas semper hoc modo recensent, matutinam, intelligentes vigilias matutinas ante lucem, tertiam, sextam, nonam, sine mentione primæ, eo quod illa ipsorum ætate nondum solemnis precum hora facta erat. Quando vero semel hora canonica facta erat, ad complendum numerum septem temporum diei, tunc psalmi huic nouæ solemnitati adsignabantur, quos CASSIANVS [*f*] fuisse dicit quinquagesimum, sexagesimum secundum & octogesimum nonum; qui ex *Hebraei* codicis computatione sunt quinquagesimus primus, sexagesimus tertius & nonagesimus. Quorum primus is est, quem veteres proprie psalmum confessionis siue pœnitentialem vocitant, qui incipit: *Miserere mei, Deus, secundum ma-*

(*e*) Cassian. institut. lib. III. c. IV. Sciendum tamen hanc matutinam, quæ nunc obseruatur in occiduis vel maxime regionibus, canonicam functionem, nostro tempore, in nostro quoque monasterio primitus institutam, vbi dominus noster Iesus Christus natus ex virgine. - - Vsque ad illud enim tempus, hac solemnitate matutina, quæ expletis nocturnis psalmis & orationibus post modicum temporis interuallum solet in Galliæ monasteriis celebrari, cum quotidianis vigiliis pariter consummata, reliquas horas refectioni corporum deputatas, a maioribus nostris inuenimus.

(*f*) Cassian. lib. III. c. VI. Quinquagesimum vero psalmum & sexagesimum secundum & octogesimum nonum huic nouellæ solemnitati nouimus fuisse deputatos.

gnam

gnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum iniquitates meas dele. Hunc psalmum CASSIANVS [*] per omnes ecclesias *Italiæ* suo tempore in clausula huius matutini officii cantari solitum esse adfirmat. Secundus ex hisce psalmis is est, quem veteres peculiari nomine psalmum matutinum appellant, vti postea videbimus, quia incipit his verbis: *O Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo, sitiuit in te anima mea;* & semper ille canebatur in antiquo officio antelucano, antequam hoc nouum esset institutum. Tertius horum psalmorum, qui est nonagesimus, in hoc officium videtur adsumtus propter verba eius, humanæ vitæ statui accommoda: *Ipso mane, quo effloruit, transiens, ipso vespere excisus atque exarescens.* Et, *Numerare dies nostros ita doce nos, vt inducamus animum sapientem.*

§. XI.

De hora tertia.

PROXIMA post illam, in omnibus ecclesiis, quæ *primam* admittebant, erat *tertia*, hoc est, secundum nostrum horologium, *nona antemeridiana.* Huius mentio in omnibus scriptoribus habetur, qui quidquam de horis precum memoriæ prodiderunt; aliis eam obseruari debere dicentibus, quoniam in ea [g] seruator noster sententiam damnationis exceperit a *Pilato;* aliis in memoriam doni spiritus sancti, quod circiter hanc horam apostolis [h] datum fuit, hoc tempore conueniendum esse, adfirmantibus; vt vno eodemque animo cuncti illum venerentur, ab eoque petant, vt & ipsi digni sint, qui sanctificationem suscipiant, simulque vt salutaris sibi doctrinæ & recti itineris dux esse & auctor velit, *Dauidem* imitantes, qui dixerit: *Cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: Ne*

(*) Cassian. ibid. Denique per Italiam hodieque consummatis matutinalibus hymnis quinquagesimus psalmus in vniuersis ecclesiis canitur.

(g) Constitut. lib. VIII, c. XXXIV. τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ κύριος.

(h) Basil. regul. maior. quæst. XXXVII. πάλιν δὲ κατὰ τὴν τρίτην ὥραν εἰς προσευχὴν ἀνίςασθαι, καὶ ἐπισυνάγειν τὴν ἀδελφότητα κἂν τύχωσιν ἄλλοι πρὸς ἄλλα ἔργα μεμερισμένοι· καὶ ὑπομνησθέντας τῆς τοῦ πνεύματος δωρεᾶς, τῆς κατὰ τὴν τρίτην ὥραν τοῖς ἀποςόλοις δεδομένης, προσκυνῆσαι πάντας ὁμοθυμαδὸν, εἰς τὸ ἀξίους γενέσθαι καὶ αὐτοὺς τῆς ὑποδοχῆς τοῦ ἁγιασμοῦ, καὶ αἰτεῖν τὴν παρ' αὐτοῦ ὁδηγίαν καὶ διδασκαλίαν πρὸς τὸ συμφέρον, κατὰ τὸν εἰπόντα· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ θεὸς κ. τ. λ. καὶ ἀλλαχοῦ· τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.

pro-

proiicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Psalm. LI. Et alio loco: *Spiritus tuus bonus deducit me in terram rectam.* Psalm. CXLIII. Hæc est ratio, huic solemnitati a BASILIO adsignata & CASSIANO. Num vero vlli peculiares psalmi huic officio præscripti fuerint, nemo narrat, sed CASSIANVS generatim modo dicit, tres psalmos cum precibus cuilibet horæ fuisse destinatos. Omnibus autem festis diebus hæc solemnitas prætermittebatur, eo quod diebus dominicis sacræ eucharistiæ fieret celebratio, quæ hac ipsa hora inchoabatur.

§. XII.

De hora sexta.

PROXIMA hora *sexta* erat. Quo tempore, perhibente BASILIO [i], psalmum nonagesimum (alias nonagesimum primum) recitabant, orantes, vt liberarentur ab incursu & dæmonio meridiano, δαιμονίου μεσημβρινοῦ, ita enim septuaginta interpretes & alii verba psalmi reddunt: *Non timebis a timore nocturno, a sagitta volitante in die, a peste in caligine peruadente, AB INCVRSV ET DAEMONIO MERIDIANO.* Quibus præterea psalmis vsi sint, non dicit BASILIVS, probabile tamen est, fuisse eiusmodi quosdam psalmos, qui ad *CHRISTI* mortem respiciunt, quia inter omnes conuenit, hoc officium in commemorationem immaculati sacrificii, quod seruator noster patri hac hora obtulit, fuisse institutum.

§. XIII.

De hora nona.

VLTIMA hora precum diurnarum erat *nona*, hoc est ter-

Cassian. lib. III. c. III. Hora namque tertia repromissus olim per prophetas spiritus sanctus super apostolos in orationum officio constitutos, descendisse primitus comprobatur.

(i) Basil. ibid. ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ὥρᾳ κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἀναγκαίαν εἶναι τὴν προσευχὴν ἐκρίναμεν, τῶν λεγόντων· ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι, καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου· καὶ ὥστε ῥυσθῆναι ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, ἅμα καὶ τοῦ ψαλμοῦ τοῦ ἐννενηκοστοῦ λεγομένου. Porro *sexta hora*, sanctorum exemplo, necessariam esse orationem iudicauimus, apud quos est: Vespere & mane & *meridie* narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. In qua quidem, vt liberemur ab incursu & *dæmonio meridiano*, *nonagesimus* etiam *psalmus* recitetur.

tia poſtmeridiana, quo tempore in cruce exſpirauit & per mortem ſuam de morte ac inferno triumphauit ſeruator noſter. Hac hora *Cornelius* centurio in precibus ſolita deuotione perſiſtens, commemorationem orationum & eleemoſynarum ſuarum ante dominum factam, angelo ſibi loquente cognouit: vti *Petrus* hora ſexta cælum vidit apertum ac deſcendens ad ſe vas quoddam vt linteum magnum, quatuor extremis vinctum, quod demittebatur in terram. Hæc hora fuit, qua *Petrus* & *Ioannes* adſcenderunt in templum ad *horam orationis nonam*, quæ erat ſolemne tempus ſacrificii veſpertini *iudaici*. Quorum omnium intuitu eccleſia hanc horam præ duabus vltimo loco memoratis ſolemne publicarum precum tempus eſſe voluiſſe videtur. Nam concilium *Laodicenum* [*k*] expreſſis verbis nonæ horæ precum meminit, idemque miniſterium omnino in ea fieri iubet, quod in veſpertinis precibus. Et CHRYSOSTOMVS, loquens de tribus diei horis [*l*], quibus publicæ preces fiant, omnium rectiſſime ad hanc nonam horam, vt earum tertiam, reſpicere exiſtimari poteſt; quia alio loco [*m*] eam vt talem commendare videtur. Loquens enim de apoſtolis, in templum hora nona orationis pergentibus, *Non ſine cauſa*, inquit, *hanc ipſam horam obſeruarunt. Sæpe namque de hac hora dixi vobis, in ipſa paradiſum fuiſſe reſeratum & latronem ingreſſum: in ipſa ſublatum eſt maledictum, in ipſa terrarum orbis victima eſt oblata: in ipſa diſſipatæ ſunt tenebræ, in ipſa lux adfulſit cum ſenſibilis tum ſpiritualis. Circa hanc horam erat, quando ceteri poſt prandium & ebrietatem alto ſopiti ſomno dormiunt, tum illi ſobrii ac vigilantes, ac multo amore ſuccenſi, ad orationem properabant. Quod ſi oratione illi indigebant, ora-*

(*k*) Concil. Laodic. c. XVIII. Περὶ τοῦ, τὴν αὐτὴν λειτουργίαν τῶν εὐχῶν πάντοτε καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις, καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις ὀφείλειν γίνεσθαι.

(*l*) Chryſoſtom. homil. XIV. in 1 Tim. p. 199. (p. 501. edit. Francof.) cit. ſupra §. VIII. ſub litt. (*m*) pag. 307.

(*m*) Chryſoſtom. homil. XII. de inſcriptione act. apoſtol. tom. V. p. 176. (p. 160. edit. Francof.) εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι περὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην· ἰδὲ ἡ ὥρα αὕτη; ἁπλῶς παρατετήρηται· καὶ γὰρ εἶπον ὑμῖν πολλάκις περὶ τῆς ὥρας ταύτης, ὅτι ἐν αὐτῇ παράδεισος ἀνεῴγη, καὶ ὁ λῃστὴς εἰσῆλθεν, ἐν αὐτῇ ἡ κατάρα ἀνῃρέθη, ἐν αὐτῇ ἡ θυσία τῆς οἰκουμένης προσηνέχθη, ἐν αὐτῇ τὸ σκότος ἐλύθη, ἐν αὐτῇ τὸ φῶς ἔλαμψε, καὶ τὸ αἰσθητὸν καὶ τὸ νοητόν· περὶ ὥραν ἐννάτην, ὅτε ἕτεροι ἐπὶ ἀρίστῳ καὶ μέθης καθεύδουσιν ὕπνον βαθὺν, τότε ἐκεῖνοι νήφοντες, καὶ διεγηγερμένοι, καὶ πολλῷ τῷ πόθῳ ζέοντες, ἐπὶ τὴν προσευχὴν ἔσπευδον· εἰ δὲ ἐκεῖνοι

tione

tione tam adſidua, tam exacta, qui tantam fiduciam habebant, qui nullius ſibi criminis erant conſcii; quid nos faciemus, qui vulneribus ſcatemus innumeris, nec illis orationis remedium adhibemus? Ex hac horæ nonæ deſcriptione probabile mihi eſt, quod vna ex peruulgatis tribus horis fuerit, quas vt omnes homines publice frequentent, priore loco adhortatur. In nullo auctore de pſalmis vel precibus, hac hora fieri ſolitis, ſpeciatim relatum legimus, niſi quod antea ex concilio *Laodiceno* audiuimus, idem huius ſolemnitatis miniſterium fuiſſe, quod precum veſpertinarum: adeoque inde recenſiones noſtras arceſſere nos oportet. Iam vero quum matutinum ac veſpertinum cuiuſque diei officium fuſius ac diſtinctius, quam vllæ aliæ ſtatæ precum horæ in eccleſia antiqua, a ſcriptoribus traditum nobis ſit, (vtpote quod vtrumque ceteris antiquius fuit & ſolemnius) diuerſas partes ac methodum peragendi hæc officia ex monimentis, quorum incorruptæ fidei tuto inniti poſſumus, curatius exactiusque enarrabimus, eamque ob cauſſam eorum conſiderationem ad duo ſequentia capita reſeruauimus.

LIBRI DECIMI TERTII

CAPVT DECIMVM

DE ORDINE QVOTIDIANI OFFICII MATVTINI.

§. I.

Ordo officii matutini, vt in conſtitutionibus *deſcribitur. Hoc cum pſalmo triceſimo ſexto inchoatum.*

NOTISSIMA atque vſitatiſſima tempora in publicum conueniendi, præter ſtatuta diei dominici tempora, erant matutinum & veſpertinum cuiuſque diei, quæ, quum pace frueretur eccleſia, conſtanter & exacte obſeruabantur. Horum officiorum, vti in *conſtitutionibus* proponuntur, ordinem deſcribemus, diuerſaſque eorum partes cum monimentis ac narrationibus, quas ab antiquis ſcriptoribus traditas accepimus, com-

εὐχῆς ἐδέοντο, εὐχῆς οὕτω συνεχοῦς, εὐχῆς οὕτω διηκριβωμένης, οἱ τοσαύτην ἔχοντες παῤῥησίαν, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες πονηρὸν, τί ποιήσομεν ἡμεῖς, μυρίων γέμοντες τραυμάτων, οὐκ ἐπιτιθέντες δὲ τῆς εὐχῆς φάρμακον;

parabimus. Officii matutini ordo cum psalmo inchoabatur, qui auctori *constitutionum* [a] ψαλμὸς ὀρθρινὸς, *psalmus matutinus* vocatur. Non dicit hoc loco, quis ille psalmus fuerit, alio autem loco psalmum sexagesimum secundum vocat. Is est ex nostra diuisione sexagesimus tertius. Quem, (vt ostendamus, quam aptum fuerit & commodum eo ipso preces matutinas, tam præteritæ noctis quam appropinquantis diei intuitu, inchoare) si hoc loco, secundum antiquam *Anglicanam* nostram versionem, quæ ad septuaginta interpretum versionem, in veteri ecclesia adhibitam, proxime accedit, recitauerimus, non præter rem nos facturos existimamus.

Psalm. LXIII.

1. O GOD, Thou art my God: Early will I seek Thee.

2. My Soul thirsteth for Thee, my Flesh also longeth after Thee, in a barren and dry Land, where no Water is.

3. Thus have I looked for Thee in Holiness; that I might behold Thy Power and Glory.

4. For thy loving Kindness is better than the Life itself: My Lips shall praise Thee.

5. As long as I live will I magnify Thee on this manner, and lift up my Hands in thy Name.

6. My Soul shall be satisfy'd even as is were with Marrow and Fatness, when my Mouth praiseth Thee with joyfull Lips.

7. Have I not remembred Thee in my Bed, and thought upon Thee, when I was waking?

8. Because Thou hast been my Helper, therefore under the Shadow of thy Wings will I rejoice.

9. My Soul hangeth upon Thee: Thy right Hand hath upholden me.

(a) Constit. lib. VIII. c. XXXVII. ὡσαύτως ὄρθρε, μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ὀρθρινὸν κ. τ. λ. Similem in modum mane, quum dictus fuerit *psalmus matutinus* &c.
Id. lib. II. c. LIX. ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρε καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι ἐν τοῖς κυριακοῖς· ὄρθρε μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ´, ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ´. Singulis diebus congregemini, mane & vespere, psallentes & orantes in ædibus dominicis, *mane* quidem dicentes *psalmum sexagesimum secundum*, vesperi vero centesimum quadragesimum.

10. These

10. These also that seek the Hurt of my Soul, they shall go under the Earth.

11. Let them fall (Septuaginta, παραδοθήσονται, They shall fall) *upon the Edge of the Sword, that they may be a Portion for Foxes.*

12. But the King shall rejoice in God; all they also that swear by him shall be commended: But the Mouth of them that speak Lies, shall be stopped.

§. II.

Quænam documenta huius psalmi matutini in aliis scriptoribus reperiantur.

Auctorem *constitutionum* nobis non imponere ratione huius psalmi matutini, ex chrysostomo videmus: Hic enim dicit [b], decretum fuisse a patribus, vt hic psalmus quotidie mane diceretur tamquam spiritale aliquod carmen ac salutare medicamentum ad delendum peccata nostra, ad accendendum in nobis in Deum desiderium; ad animum excitandum ac valde inflammandum, magnaque replendum lætitia & caritate, vt ita præparati ad Deum possemus accedere. Psalmum istum non nominat, recitat autem prima eius verba: *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitiuit te anima mea.* Et, *Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Vnde eumdem psalmum esse intelligimus. Hunc psalmum antea se exposuisse dicit, lectoremque ad ampliorem eius enarrationem remittit. Verum temporis iniuria hæc chrysostomi lucubratio perdita est, omnemque huius psalmi matutini notitiam, quam ex ipso habemus, huic loco acceptam ferimus, vbi occasione commentationis in psalmum vespertinum, (de quo

(b) Chrysostom. comment. in psalm. CXL. tom. III. p. 545. (pag. 472. 473. ed. Fr.) τοιοῦτός ἐςι καὶ ὁ ἑωθινὸς ψαλμός· -- τὸν πόθον ἀνάπτει τὸν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ διεγείρει τὴν ψυχὴν, καὶ σφόδρα πυρώσας, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας ἀγαθότητος, καὶ ἀγάπης, οὕτως ἀφίησι προσελθεῖν· ἴδωμεν δὲ καὶ πόθεν ἄρχεται, καὶ τί διδάσκει ἡμᾶς· ὁ θεὸς, ὁ θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου· -- οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι, τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου, καὶ τὴν δόξαν σου. Talis est etiam *psalmus matutinus.* - - Accendit in Deum desiderium & animum excitat, & postquam valde inflammauit, & magna repleuit lætitia & caritate, ita permittit accedere. Videamus autem, vndenam incipiat & quid nos doceat: *Deus, Deus meus* &c. - - *Sic in sancto apparui tibi* &c.

postea suo loco) illius ὡς ἐν παρόδῳ meminit. Præter CHRYSOSTOMVM CASSIANI testimonium pro huius psalmi vsu habemus; loquens enim de diuersis precum horis, & rationes ex scripturis pro illis adferens, hanc aliquam rationem precis matutinæ facit, quod hic psalmus, qui quotidie in ista solemnitate canatur [c], homines instruat de hoc ipso officio, dicens, *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.* Et ATHANASIVS semel atque iterum hunc psalmum virginibus aliisque commendat, vt qui priuatim in matutina oratione apte dici possit. *Diluculo,* ait ad *Marcellinum* [d], *cane psalmum sexagesimum secundum.* Et iterum libro *de virginitate* [e]: *Matutina hora hunc dicito psalmum, Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo: sitiuit te anima mea.* Erant quidem hæc priuata monita, probabiliter tamen ad ordinem ac methodum cultus publici data: quum exploratum ex ante citatis auctoribus sit, quod ab hoc psalmo precum matutinarum initium fieri consueuerit.

§. III.

Hunc psalmum proxime excipiebant preces pro catechumenis, energumenis, competentibus ac pœnitentibus.

STATIM post huius psalmi matutini recitationem, sine vlla alius psalmodiæ vel lectionis sacrarum scripturarum mentione, preces fiebant pro diuersis catechumenorum, energumenorum, competentium ac pœnitentium ordinibus, vti in generali officio diei dominicæ; quas quia postea in huius officii consideratione [*] fusius recitabimus, hoc loco pluribus enarnare supersedemus: Hoc solum obseruantes, quod preces istæ factæ fuerint partim diaconi προσφωνήσει siue indictione, diuersarumque petitionum, pro his diuersis hominum ordinibus faciendarum, recitatione; partim vero episcopi inuocatione su-

(c) Cassian. institut. lib. III. c. III. De matutina vero solemnitate etiam illud nos instruit, quod in ipsa quotidie decantari solet, Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

(d) Athan. epist. ad Marcellin. tom. I. p. 975. (p. 995. e. edit. Paris. MDCXCVIII.) ὀρθρίζων ψάλλε τὸν ἑξηκοστὸν δεύτερον.

(e) Id. de virginit. tom. I. p. 1057. (tom. II. p. 122. a. edit. Paris. MDCXCVIII.) πρὸς ὄρθρον τὸν ψαλμὸν τοῦτον λέγετε, ὁ θεὸς, ὁ θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου.

(*) Lib. XIV. cap. V.

per

per illos, quum ad recipiendam benedictionem se incuruarent, antequam dimitterentur.

§. IV.

Tum preces pro fidelibus, pro pace mundi & vniuerso ecclesiæ christianæ statu.

Dimissis hisce diuersis hominum ordinibus, sequebantur preces, quæ diebus dominicis sacramenti corporis ac sanguinis *CHRISTI* inchoabant celebrationem, vocitatæ inde εὐχαὶ πιστῶν, *preces fidelium* siue *communicantium*, quia non nisi eucharistiam participandi iure ac priuilegio gaudentibus adesse illis licebat. Erant hæ preces pro pace mundi & omnibus hominum ordinibus in ecclesia, quæ consecrationi eucharistiæ semper præmittebantur. Et quamuis nulla eucharistiæ consecratio his ordinariis diebus esset, hæ tamen preces vniuersales in matutina cuiusque diei solemnitate fundebantur. Ex eadem, qua priores illas, ratione heic eas non recitamus, quia lector posthac [†] sub introitum missæ fidelium, siue officii sacræ eucharistiæ illas satis fuse recitatas deprehendet.

§. V.

Quamnam notitiam harum precum ex aliis habeamus scriptoribus.

Illvd tantum hoc loco obseruamus, quod non minus in aliis scriptoribus, quam sic dictis *constitutionibus* apostolicis, harum precum pro vniuerso orbis statu & omnibus hominum ordinibus in ecclesia mentio habeatur. Nam chrysostomvs commentans in illa *Pauli* apostoli verba: *Obsecro* [*f*] *igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti*, dicit: *Quid sibi vult, quod ait, primum omnium? In officio scilicet quotidiano, perpetuoque diuinæ religionis ritu. Atque id nouerunt fideles, QVOMODO DIEBVS SINGVLIS MANE ET VESPERE ORATIONES FVNDANTVR AD DOMINVM, quo-*

(†) Lib. XV. cap. I.

(*f*) Chrysost. homil. VI. in 1 Tim. p. 1550. (p. 440. edit. Francof.) τί δέ ἐστι τὸ, πρῶτον πάντων, τουτέστιν, ἐν τῇ λατρείᾳ τῇ καθημερινῇ· καὶ τοῦτο ἴσασιν οἱ μύσται, πῶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν γίνεται, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ ἐν πρωΐᾳ· πῶς ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων ποιούμεθα τὴν δέησιν.

modo pro omni mundo & regibus & omnibus, qui in ſublimitate ſunt poſiti, obſecrationes ab eccleſia fiant. Quæ verba euidenter probant, iſtas preces non tantum diebus, ſanctæ euchariſtiæ celebrationi deſtinatis, in hac ipſa huius ſacramenti adminiſtratione fuiſſe factas, ſed ſingulis quoque diebus tam mane quam veſpere, vbi certum eſt, nullum niſi precum ſacrificium fieri potuiſſe. Nam euchariſtiæ conſecratio hac quidem ætate numquam in oratione veſpertina facta eſt. Hoc ſenſu multos ex vetuſtis apologetis intelligere poſſumus, quando preces pro *Romano* imperio continuo fieri dicunt. Ita DIONYSIVS epiſcopus *Alexandriæ Aemiliano* præſidi conteſtabatur: *Nos vnum Deum, omnium rerum opificem, qui Valeriano & Gallieno ſacratiſſimis imperatoribus imperium tradidit, colimus & adoramus. Huic CONTINVAS PRECES* [g] *offerimus pro imperio illorum, vt ſtabile & inconcuſſum permaneat.* Ita quoque TERTVLLIANVS [h] ad *Scapulam: Sacrificamus pro ſalute imperatoris, ſed Deo noſtro & ipſius, ſed quomodo præcepit Deus, pura prece.* Et alio loco [*]: *Nos pro ſalute imperatorum Deum inuocamus æternum, Deum verum, Deum viuum.* Et rurſus [†]: *Oramus pro imperatoribus, pro miniſtris eorum & poteſtatibus, pro ſtatu ſæculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Similem in modum CYPRIANVS [i] ad *Demetrianum* loquitur: *Pro arcendis hoſtibus & imbribus impetrandis, & vel auferendis vel temperandis aduerſis, rogamus ſemper & preces fundimus: & pro pace ac ſalute veſtra propitiantes ac placantes Deum, diebus ac noctibus iugiter atque inſtanter oramus.* ORIGENES quoque [k], confutans criminationem *Celſi*, quod chriſtiani officio ſuo in imperatorem deeſſent, nullam ei opem in piis iuſtisque bellis ferentes, detrectantesque militiam, *Reſpondemus*, inquit, *ferre nos imperatori auxilia ſuo tempore, ſed diuina (vt ita loquar) armatura fretos, non humana: idque facimus apo-*

(g) Dionyſ. epiſt. ap. Euſeb. lib. VII. c. XI. ἡμεῖς τὸν ἕνα θεὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρήσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις σεβαστοῖς· τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν· καὶ τούτῳ διηνεκῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν, ὅπως ἀσάλευτος διαμείνῃ, προσευχόμεθα.

(h) Tertull. ad Scapul. c. II.

(*) Id. apologet. c. XXX.

(†) Ibid. c. XXXIX.

(i) Cyprian. ad Demetrian. p. 130. (p. 134. edit. Fell. Amſtelod.)

(k) Orig. contr. Celſ. p. 425. Εἶθ' ἑξῆς προτρέπεται ἡμᾶς ὁ Κέλσος, ἀρήγειν τῷ βα-

ſtoli

ſtoli monitis obedientes, cuius hæc verba ſunt, Obſecro vos, primum vt faciatis deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & cunctis in poteſtate collocatis. Et quo cuiuſque inſignior eſt pietas, eo maiorem opem imperatori fert, magis quam ſtantes in procinctu milites, & occidentes quotquot poſſunt ex hoſtibus. Et paullo poſt addit: *Ceteris militantibus non contemnenda eſt noſtrorum hominum militia, manus quidem puras ſeruantium, decertantium autem fuſis ad Deum precibus pro legitimo imperatore & pium iuſtumque bellum gerente milite, vt deſtruatur quidquid eſt iuſte facientibus aduerſarium. Itaque precibus noſtris profligantes omnes bellorum excitatores, dæmonas & perturbatores pacis ac fœderum, plus conferimus regibus, quam qui arma geſtant pro republica.* Idem illud ATHENAGORAS [*l*] imperatoribus in legatione ſua pro chriſtianis narrat, *Nos*, inquiens, *pro imperio veſtro preces ad Deum fundimus, vt filius, quod iuſtiſſimum eſt, in regno olim ſuccedat, vtque imperium veſtrum magis magiſque ſemper augeatur, denique omnia ex animi ſententia vobis eueniant, oramus, quod & nobis ſalutare fuerit, vt quietam tranquillamque vitam degentes, vobis interim ad qualibet imperata promte inſeruiamus.* Iam vero licet in his locis omnibus nulla expreſſa mentio vel matutinarum vel veſpertinarum precum in eccleſia mentio habeatur; continuæ tamen eorum pre-

σιλεῖ παντὶ σθένει, καὶ συμπονεῖν αὐτῷ τὰ δίκαια, καὶ ὑπερμαχεῖν αὐτοῦ, καὶ συστρατεύειν αὐτῷ, ἂν ἐπείγῃ καὶ συστρατηγεῖν· λεκτέον δὲ καὶ πρὸς ταῦτα, ὅτι ἀρήγομεν κατὰ καιρὸν τοῖς βασιλεῦσι θείαν (ἵν' οὕτως εἴπω) ἀρήξιν καὶ πανοπλίαν ἀναλαμβάνοντες Θεοῦ· καὶ ταῦτα ποιοῦμεν, πειθόμενοι ἀποστολικῇ φωνῇ, λεγούσῃ, παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας, ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων· καὶ ὅσῳ γέ τις εὐσεβέστερός ἐστιν, τοσούτῳ ἀνυτικώτερος ἐν τῷ ἀρήγειν τοῖς βασιλεῦσι παρὰ τοὺς εἰς τὰς παρατάξεις ἐξιόντας στρατιώτας, καὶ ἀναιροῦντας οὓς ἂν δύνωνται τῶν πολεμίων· - - καὶ οὗτοι στρατεύονται ὡς ἱερεῖς τοῦ θεοῦ καὶ θεραπευταί· καθαρὰς μὲν τηροῦντες τὰς δεξιάς, ἀγωνιζόμενοι δὲ διὰ τῶν πρὸς θεὸν εὐχῶν, ὑπὲρ τῶν δικαίως στρατευομένων, καὶ ὑπὲρ τοῦ δικαίως βασιλεύοντος, ἵνα τὰ ἐναντία πάντα, καὶ ἐχθρὰ τοῖς δικαίως πράττουσι, καθαιρεθῇ· ἡμεῖς δὲ καὶ ταῖς εὐχαῖς πάντας δαίμονας, τοὺς ἐγείροντας τὰ πολεμικά, καὶ ὅρκους συγχέοντας, καὶ τὴν εἰρήνην ταράσσοντας, καθαιροῦντες, μᾶλλον βοηθοῦμεν τοῖς βασιλεῦσιν, ἤπερ οἱ δοκοῦντες στρατεύεσθαι.

(*l*) Athenagor. legat. pro chriſtianis p. 39. περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχηται τὴν βασιλείαν, αὔξησιν δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ἐπιγινομένων γιγνομένων, λαμβάνῃ, τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ πρὸς ἡμῶν, ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγοιμεν, αὐτοὶ δὲ πάντα τὰ κεκελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῖμεν.

ces, diebus ac noctibus factæ, has includere non immerito exiſtimari poſſunt, ſine vllo aliorum publicæ vel priuatæ orationis temporum detrimento. Pergimus nunc in conſiderando precum matutinarum ordine in *conſtitutionibus* præſcripto.

§. VI.

Dicta generali precatione pro vniuerſo eccleſiæ ſtatu, breuis quædam precatio a diacono indicta ſubiungebatur, qua Deo per præſentem diem ſe ſeruandos commendabant.

PRECIBVS pro vniuerſo eccleſiæ ſtatu finitis, quum diaconus dixiſſet: [*] *Serua nos, Deus, & ſuſcita in gratia tua:* quo ipſo priores preces concludebantur; populum, vt pro pace ac proſperitate, per præſentem diem ac omnem vitam ſuam obtinenda, ſupplicarent, hunc in modum hortabatur:

POSTVLEMVS [**] *a domino miſericordias eius atque miſerationes, hoc matutinum & hunc diem, cunctaque peregrinationis noſtræ tempus pacatum ac peccato vacuum, angelum paci præpoſitum, finem vitæ chriſtianum, Deum propitium & clementem. Nos ipſos, & mutuo, viuenti Deo commendemus per vnigenitum eius.*

QVOD heic de angelo pacis dicitur, petitio eſt, in precibus veterum cum pro ſemetipſis tum pro aliis frequenter obvia. Nam in officio veſpertino eam iterum oſtendemus, nec non in precibus pro catechumenis [***], quarum CHRYSOSTOMVS in diuerſis ſcriptorum ſuorum locis meminit, vbi ſæpius de diacono loquitur, homines adhortante, vt angelum pacis rogent, orentque, vt omnia conſilia ſua ad pacatum finem dirigantur. Quæ precatio cum hac precatione diaconi in *conſtitutionibus* optime congruit.

§. VII.

Tum ſequebatur gratiarum actio epiſcopi.

PROXIME poſt hanc communem diaconi ac populi precationem (vbi diaconus populum monuerat, vt Deo ſeſe com-

(*) Conſtit. lib. VIII. c. XXXVI. *σῶσον ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ ἀνάστησον ἐν τῇ χάριτί σου.*

(**) Ibid. *αἰτησώμεθα παρὰ κυρίου τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ οἰκτιρμοὺς, τὸν ὄρθρον τοῦτον καὶ τὴν ἡμέραν εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, χριστιανὰ τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν θεόν· ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι θεῷ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ παραθώμεθα.*

(***) Vid. hæc loca Chryſoſt. cit. lib. XIV. cap. V. §. IV.

mendamenda-

mendarent) episcopus precationem faciebat, quæ εὐχαριστία ὀρθρινὴ, *gratiarum actio matutina* [m] ibi vocatur, atque his verbis consignata legitur:

SPIRITVVM & omnis carnis Deus, incomparabilis ac nullius rei indigens; qui dedisti solem, vt præesset diei; lunam vero & stellas, vt præessent nocti: ipse & nunc respice super nos oculis beneuolis; ac suscipe matutinas nostras gratiarum actiones; & miserere nostri: non enim expandimus manus nostras ad Deum alienum; siquidem non est in nobis Deus recens, sed tu æternus ac immortalis. Qui nobis per Christum præbuisti, vt essemus, quique per eumdem donasti, vt bene essemus; ipse nos per eum dignare æterna vita: cum quo tibi gloria, honor, veneratio, & sancto spiritui, in secula, Amen.

§. VIII.

Et impositio manuum ipsius, siue benedictio.

TVM diaconus eos capita inclinare iubebat ad manus impositionem, siue benedictionem, quæ in *constitutionibus* sequitur sub nomine χειροθεσίας ὀρθρινῆς, *impositionis manus matutinæ*, verbis concepta sequentibus [†]:

DEVS fidelis & verax: qui facis misericordiam in millia, & dena millia, diligentibus te; amicus humilium, & pauperum defensor; quo vniuersa opus habent, quia cuncta tibi serua sunt: respice in populum tuum hunc, in hos, qui inclinarunt tibi capita sua: & benedic eis benedictione spirituali; custodi eos, vt pupillam oculi; conserua eos in pietate ac iustitia; & eos vita æterna dignare; in Christo Iesu dilecto

(m) Constit. lib. VIII. c. XXXVIII. Ὁ θεὸς ὁ τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς, ὁ ἀσύγκριτος καὶ ἀπροσδεὴς, ὁ δοὺς τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν δὲ σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτὸς· αὐτὸς γὰρ νῦν ἔπιδε ἐφ᾽ ἡμᾶς εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς, καὶ πρόσδεξαι τὰς ἑωθινὰς ἡμῶν εὐχαριστίας, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς· οὐ γὰρ διεπετάσαμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν πρὸς θεὸν ἀλλότριον· οὐ γάρ ἐστιν ἐν ἡμῖν θεὸς πρόσφατος, ἀλλὰ σὺ ὁ αἰώνιος καὶ ἀτελεύτητος· ὁ τὸ εἶναι ἡμῖν διὰ χριστοῦ παρασχόμενος, καὶ τὸ εὖ εἶναι δι᾽ αὐτοῦ δωρησάμενος· αὐτὸς ἡμᾶς δι᾽ αὐτοῦ καταξίωσον καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς· μεθ᾽ οὗ σοι δόξα καὶ τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

(†) Constit. lib. VIII. c. XXXIX. Ὁ θεὸς, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ὁ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας τοῖς ἀγαπῶσί σε, ὁ φίλος ταπεινῶν, καὶ πενήτων προστάτης, οὗ πάντα ἐν χρείᾳ καθέστηκεν, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου· ἔπιδε ἐπὶ τὸν λαόν σου τοῦτον, τοὺς κεκλικότας σοι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς εὐλογίαν πνευματικὴν, φύλαξον αὐτοὺς ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, διατήρησον αὐτοὺς ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ ἀγαπητῷ σου

filio tuo; cum quo tibi gloria, honor atque cultus, & sancto spiritui, nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

His dictis diaconus populum dimittebat, vsitata verborum formula: *προέλθετε ἐν εἰρήνῃ, Exite in pace.* Quæ verba CHRYSOSTOMO etiam memorantur, vt quæ in dimittenda qualibet congregatione ecclesiastica adhiberi soleant. Loquens enim de crebro vsu salutationis *Pax vobis*, obseruat, quod vti ea in cuiusuis sacræ actionis, orationis, sermonis, benedictionis, ceterarum, exordio, interdum etiam ad medias vsque preces; ita speciatim episcopo ingrediente in ecclesiam, & diacono populum dimittente, vsurpari soleat: *Diaconus*, [n] inquit, *ab hoc conuentu vos dimittens hoc vobis precatur, dicens: In pace discedite.*

§. IX.

Num hymnus matutinus pars publici cultus quotidiani fuerit.

PRAETER hunc precum matutinarum ordinem, ab auctore *constitutionum* hoc loco descriptum, alio quodam loco oratio siue hymnus exstat, mane recitandus; vtrum vero publice, an priuatim, id quidem non significatur. Ego priuato cultui solum destinatum eum esse, credo, quia inter multas alias precationes priuatas locum habet. Vocatur ei *προσευχὴ ἑωθινὴ, oratio matutina.* Aliis scriptoribus dicitur hymnus, & hymnus angelicus & doxologia magna, a primis eius verbis, *Gloria in excelsis Deo*, qui hymnus angelorum erat in seruatoris nostri natiuitate. Forma illius in hoc auctore ita [o] habet:

GLORIA in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Laudamus te, hymnis celebramus te, benedicimus te, glorificamus te, adoramus te, per magnum pontificem, te, verum Deum, ingenitum vnum, solum inaccessum; propter magnam gloriam tuam: Domi-

παιδί· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

(n) Chrysostom. homil. III. in eos, qui pascha ieiunant tom. V. p. 713. (homil. LV. p. 337. edit. Francof.) ὁ διάκονος τῆς συνόδου ταύτης ἀπολύων ὑμᾶς, τοῦτο ὑμῖν ἐπεύχεται λέγων· πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

(o) Constit. lib. VII. c. XLVII. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· αἰνοῦμέν σε, ὑμνοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε διὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως· σὲ τὸν ὄντα θεὸν, ἀγέννητον ἕνα, ἀπρόσιτον μόνον· διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν· κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε, Θεὲ πάτερ παντοκράτορ· κύριε ὁ θεὸς ὁ πατὴρ

ne,

ne, rex cælestis, Deus pater omnipotens; Domine, Deus pater Christi, agni immaculati, qui tollit peccatum mundi. Suscipe deprecationem nostram, qui sedes super Cherubinos. Quoniam tu solus sanctus; tu solus dominus Iesus, Christus Dei vniuersæ naturæ creatæ, regis nostri; per illum tibi gloria, honor & adoratio.

EIVSDEM huius hymni ATHANASIVS quoque meminit in libro *de virginitate*, sed vero virginibus eum commendat, in priuatis precibus recitandum: *Matutina hora*, inquit [p], *hunc dicite psalmum: Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitiuit te anima mea*, (hic est psalmus sexagesimus tertius). *Sub diluculum vero: Benedicite omnia opera domini domino*, (hoc est canticum trium puerorum apud *Danielem*). *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus beneplacitum. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te*, cetera. Dolendum maxime est, quod hic auctor nobis hunc hymnum non exhibet integrum, vt cum eo, qui in *constitutionibus* exstat, possemus conferre. Semper in officio missæ adhibebatur, etsi non semper exacte in eadem forma, vti postea videbimus. CHRYSOSTOMVS autem de eo loquitur, vt quotidie in precibus matutinis recitari solito. Describens enim diuini cultus rationem eorum, qui vitam viuebant asceticam, dicit, illico, [q] postquam e lectulo splendentes & læti sui exerint, choro constituto, integra conscientia omnes, quasi ab vno consonantes ore, diligenter hymnis laudare Deum, gratias pro vniuersis tam propriis quam communibus beneficiis ei

τὴρ τῦ χρισῦ, τῦ ἀμώμυ ἀμνῦ, ὃς αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τῦ κόσμυ· πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερυβίμ· ὅτι σὺ μόνος ἅγιος· σὺ μόνος κύριος Ἰησῦς, χρισὸς τῦ θεῦ πάσης γενητῆς φύσεως, τῦ βασιλέως ἡμῶν· δι' ὃ σοι δόξα, τιμὴ, καὶ σέβας.

(p) Athan. de virgin. tom. I. p. 1057. (tom. II. p. 122. a. b. edit. MDCXCVIII.) πρὸς ὄρθρον δὲ τὸν ψαλμὸν τῦτον λέγετε· ὁ θεὸς, ὁ θεός, μυ πρός σε ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μυ: διάφαυμα δέ· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίυ τὸν κύριον· δόξα ἐν ὑψίσοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· ὑμνῦμέν σε, εὐλογῦμέν σε, προσκυνῦμέν σε, καὶ τὰ ἑξῆς.

(q) Chrysost. homil. LXIX. in Matth. p. 600. (p. 740. edit. Francof. MDCXCVII.) ἀναςάντες εὐθέως ἀπὸ τῆς εὐνῆς φαιδροὶ καὶ γεγηθότες, καὶ χορὸν ἕνα ςησάμενοι, ἐν φαιδρῷ προσώπῳ τε καὶ συνειδότι συμφώνως ἅπαντες, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς ςόματος ὑμνῦσι, εἰς τὸν τῶν ὅλων ἄδοντες θεὸν, γεραίροντες αὐτὸν, καὶ χάριν εἰδότες ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῷ, τῶν τε ἰδίων, τῶν τε κοινῶν εὐεργετημάτων· τί τῶν ἀγγέλων ὗτος διέςηκεν ὁ χορὸς τῶν ἐπὶ γῆς ἀδόντων καὶ λεγόντων· Δόξα ἐν ὑψίσοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

agentes: & inter alia similes angelis in terra canere: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Et MABILLONIVS [r] ex regulis obseruat CAESARII ARELATENSIS & AVRELIANI, sæculo sexto ineunte, quod ibi in precibus matutinis singulis diebus dominicis, in paschate, aliisque istiusmodi festis diebus cani præcipiatur. Id quod indicat, quod ad minimum in quibusdam ecclesiis, præter officium missæ, in aliis quoque diuini ministerii partibus, & inter monachos tamquam hymnus ordinarius, in quotidianis precibus eorum matutinis, cani consueuerit. Atque ita inter hodiernos *Græcos* obtinet, vt doctus quidam rituum eorum inuestigator [s] in epistola de *Græcæ ecclesiæ hodierno statu* nobis fidem facit.

§. X.

Num psalmi & lectiones recitatæ fuerint in matutinis cuiusque diei precibus.

PAVLLO autem plus difficultatis alia quædam res habere videtur, in *constitutionibus* omissa. Nulla enim ibi regula datur de psalmis & lectionibus in precibus matutinis, nisi de vno isto psalmo, qui peculiariter *psalmus matutinus* vocabatur: Quum tamen alii auctores, in primis CASSIANVS, de tribus psalmis, in vno quoque conuentu per omnes diei horas canonicas lectis [t], loquantur. Et CASSIANVS quidem psalmos in solemnitate matutina vsitatos adnotat, [u] nominatim quinquagesimum, (in nostris bibliis quinquagesimum primum,) quem communi nomine *psalmum pœnitentialem* vocabant: *Miserere mei,*

(r) Mabillon. de cursu Gallicano p. 407. Adhæc Cæsarius & Aurelianus in matutinis laudibus canticum *magnificat*, & hymnum *gloria in excelsis* pro diebus paschalibus percipiunt, itemque pro singulis dominicis & maioribus festiuitatibus.

(s) Smith of the Greek *Church* p. 224. (Not. In editione Latina, hoc non invenio, pag. autem 160. vbi de sex psalmis, quos summo mane recitari dicit, hæc habet: *De illo antiquissimo hymno*, qui δοξολογία μεγάλη siue ὕμνος ἑωθινὸς appellatur, peculiarem contexui dissertationem, quam, si libet, in prima parte *miscellaneorum* meorum videbis.

(t) Cassian. institut. lib. III. c. III. In Palæstinæ & Mesopotamiæ monasteriis ac totius orientis supradictarum horarum solemnitates tribus psalmis quotidie finiuntur.

(u) Id. lib. III. c. VI. Quinquagesimum vero psalmum & sexagesimum secundum & octogesimum nonum huic nouellæ solemnitati nouimus fuisse deputatos.

Deus,

Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam: vna cum ſexageſimo ſecundo, (is nobis eſt ſexageſimus tertius) qui vulgo *pſalmus matutinus* audiebat, vti ante adnotauimus: & octuageſimo nono, (nobis nonageſimo) qui quidem officio funerali præſcriptus eſt, ad cuiusuis tamen diei officium facit, vt ab omnibus hominibus, nouo die exorto, dicatur, tum propter excellentes in eo comprehenſas petitiones, quibus diuina tutela & gratia imploratur, & expetitur ſapientia ad vltimum vitæ noſtræ terminum digne conſiderandum. *Numerare dies noſtros ita doce nos, vt inducamus animum ſapientem:* tum propterea, quod mortalitatem noſtram adeo familiariter ad animum nobis reuocat, vitam noſtram cum ſomno comparans, quæ cito areſcat ſicut fœnum: *Somnus ſunt, ipſo mane ſunt vt fœnum tranſiens. Mane floret & vires accipit: veſperi exciditur & exſiccatur.* Vnde de veterum ſapientia & pietate iudicare poſſumus, dum hunc pſalmum in quotidiano officii matutini curſu conſtanter adhiberi iuſſerunt. Præterea CASSIANVS eodem loco [w] obſeruat, quod ætate ſua in omnibus eccleſiis per omnem *Italiam*, hymnis matutinis conſummatis, pſalmus quinquageſimus, ex ipſius quidem recenſione (ex noſtra autem quinquageſimus primus) cani ſolitus ſit. BASILIVS [x] quoque rem eamdem de multis eccleſiis orientalibus obſeruat, quod vigiliæ ſiue nocturnæ pſalmodiæ eorum, illuceſcente iam die conſummatæ fuerint pſalmo confeſſionis, per quem non alium niſi quinquageſimum primum, ſiue pœnitentialem, intelligit, vt alio loco [*] perſpicue docemur. Ecquid autem de auctore *conſtitutionum* ſtatuendum erit, qui vnum tantum pſalmum in precibus matutinis recitari iubet? Reſpondeo 1.) Non eſt dubium, quin diuerſæ conſuetudines in diuerſis eccleſiis obtinuerint; nulla autem in re praxis magis variauit, quam in regulis ac ritibus circa pſal-

(w) Caſſian. ibid. Denique per Italiam hodieque conſummatis matutinalibus hymnis quinquageſimus pſalmus in vniuerſis eccleſiis canitur.

(x) Baſil. epiſt. LXIII. ad Neocæſar. tom. III. p. 97. ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης, πάντες κοινῇ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς καρδίας τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν ἀναφέρουσι τῷ κυρίῳ, Illuceſcente iam die pariter omnes velut ore vno ac corde vno confeſſionis pſalmum domino offerunt.

(*) Vid. infra §. XIII. huius capitis.

modi-

modiam, quemadmodum posthac patebit luculentius. Atque ita vtraque recensio recte se habere potest, statui ac praxi diversarum ecclesiarum rite applicata. 2.) Supra [†] adnotauimus, quod primitiuum ministerium matutinum, speciatim persecutionis temporibus, haud aliud quam vigiliarum, siue antelucani ministerii conclusio fuerit, quod die iam illucescente cum psalmi cuiusdam matutini, videlicet quinquagesimi primi, vel sexagesimi tertii, vel nonagesimi, certarumque precum isti solemnitati accommodarum recitatione finiebatur; præcedente temporis matutini parte psalmis & hymnis multo pluribus, interdum decem, duodecim, duodeuiginti, vel viginti consumta, scripturarum lectione, precibusque publicis vel priuatis intermixtis. Quando autem ministerium matutinum distinctum a vigiliis officium factum est, vti sæculo quarto & quinto fieri cœpit, tum nonnulli psalmi psalmo matutino additi, & tres ad mininum psalmi in hoc æque ac aliis officiis vniuersis lecti fuerunt. Atque hæc caussa est, quamobrem vnum duntaxat psalmum matutino ministerio in *constitutionibus*, & tres in aliis, quæ recentioris institutionis fuerunt, præscriptos legamus. Ipse CASSIANVS, qui vnus omnium optime has res enarrat, huic obseruationi manifesto patrocinatur. Nam loco quodam [*y*] dicit, *Aegyptios* nullum vmquam admisisse officium matutinum, a nocturnis vigiliis distinctum, nec vlla alia publici cultus tempora, præter horas vespertinas & congregationes nocturnas, excepto sabbato & die dominica, vbi hora quoque tertia, hoc est nona antemeridiana, ad celebrandam sacram communionem conuenerint. Reliqua tempora omnia laboribus dedisse in cellulis suis priuatim, continuam psalmorum & reliquarum scripturarum meditationem laboribus iungentes, breuesque ac iaculatorias preces intermiscentes, atque ita quæ officia alii per distinctiones horarum & temporis interualla domino soluerint,

(†) Lib. XIII. cap. IX. §. IV. & X.

(*y*) Cassian. institut. lib. III. c. II. Apud illos hæc officia, quæ domino soluere per distinctiones horarum & temporis interualla cum admonitione compulsoris adigimur, per totum diei spatium iugiter cum operis adiectione spontanea celebrantur. - - Quamobrem exceptis vespertinis horis ac nocturnis congregationibus, nulla apud eos per diem publica solemnitas absque die sabbati vel dominica celebratur, in quibus hora tertia sacræ communionis obtentu conueniunt.

ea

ea ipſos per totum diei ſpatium cum operis adiectione celebraſſe. Alio loco [z] narrat, nihil eos, qui hoc nouellum officium matutinum, a nocturno diſtinctum, introduxerint, de antiqua pſalmorum conſuetudine immutaſſe, ſed in fine vigiliarum ſuarum ante exortum diem eosdem pſalmos, vt antea, decantare perrexiſſe, nimirum pſalmum centeſimum quadrageſimum octauum & ſequentes; modo quinquageſimum primum, ſexageſimum tertium & nonageſimum huic nouellæ ſolemnitati matutinæ deputaſſe. Ex quibus omnibus valde probabile videtur, pro temporum & locorum differentia numerum pſalmorum, in officio matutino adhibitorum, variaſſe, quandoquidem tam diuerſis methodis in obeunda hac ſolemnitate vſi ſunt, & duo habuerunt officia, vetus & nouum, quod vtrumque nomine miniſterii matutini venit.

§. XI.

Origo antelucanarum ſiue nocturnarum congregationum temporibus perſecutionis.

QVANDO hactenus matutini miniſterii ordinem, vti in *conſtitutionibus* ob oculos proponitur, deſcripſimus, & congregationes matutinas easdem olim fuiſſe cum nocturnis ſiue antelucanis conuentibus ad diuinum cultum, declarauimus, qua de re toties in antiquis ſcriptoribus legimus: ad magis illuſtrandam hanc chriſtiani cultus partem vtile fuerit, in earum naturam & rationem paullo exactius inquirere a prima inde earum origine; quam ab ſeueritate perſecutionum gentilium traxiſſe noſcuntur. Quum enim chriſtiani die dominica ad cultum diuinum publice conuenire metuerent, conuentus ſuos noctu agere cogebantur, ſummo mane ad deuitandam inimicorum ſuorum obſeruationem in vnum coëuntes. Hoc ex relatione PLINII apparet, quam ex ore quorumdam apoſtatarum acceperat,

(z) Caſſian. lib. III. c. VI. Illud quoque noſſe debemus, nihil a ſenioribus noſtris, qui eamdem matutinam ſolemnitatem addi debere cenſuerunt, de antiqua pſalmorum conſuetudine immutatum, ſed eodem ordine miſſam, quo prius in nocturnis conuentibus, celebratam. Etenim hymnos, quos in hac regione ad matutinam excepere ſolemnitatem, in fine nocturnarum vigiliarum, quas poſt gallorum cantum ante auroram finire ſolent, ſimiliter hodieque decantant, id eſt pſalmum CXLVIII. & reliquos, qui ſequuntur: Quinquageſimum vero pſalmum, & ſexageſimum ſecundum, & octogeſimum nonum huic nouellæ ſolemnitati nouimus fuiſſe deputatos.

qui ipsi confessi erant, hanc fuisse sum[m]am vel culpæ suæ vel erroris, quod essent soliti stato die [a] ante lucem conuenire: carmenque Christo, quasi Deo, dicere secum inuicem. Hinc est, quod paganus ille apud MINVCIVM FELICEM plus vice simplici [b] nocturnas congregationes eis obiectat, latebrosam & lucifugam nationem, in publicum mutam, in angulis garrulam eos appellans. CELSVS [c] rem eamdem putare videtur, quando ab illis *συνθηκας κρυβδην*, *clancularios conuentus* haberi, criminatur. Et TERTVLLIANVS, ostensurus feminis christianis incommoda, quæ ex nuptiis cum viris ethnicis ad ipsas redundatura sint, has congregationes nocturnas apud animum illis proponit. *Quis* (maritus) inquit [d], *nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, a latere suo eximi* (vxorem) *libenter feret?* Et PRVDENTIVS, passionem describens *Laurentii* martyris, præsidem ethnicum [e] introducit, audisse se narrantem, quod christiani sacrificent argenteis vasis, cereosque auro fixos habeant in nocturnis congregationibus. Atque hæc vera origo fuit lampadum, olei & facum in vsum istiusmodi conuentuum tempore persecutionis.

§. XII.

Hæ finitis persecutionibus continuatæ.

IAM vero, licet necessitas primam hisce congregationibus originem dederit; ecclesia tamen in sequentibus sæculis eas

(a) Plin. lib. X. epist. XCVII.

(b) Minuc. Fel. de idol. vanit. 2. p. 27. (p. 26. edit. Hall. suo.) Nocturnis congregationibus — fœderantur. Latebrosa & lucifuga natio, in publicum muta, in angulis garrula. It. p. 27. (p. 28.) occultis ac nocturnis sacris apposita suspicio.

(c) Origen. contr. Celsum lib. I. p. 4. Πρῶτον τῷ Κέλσῳ κεφάλαιόν ἐστι, διαβαλεῖν χριστιανισμὸν, ὡς συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους ποιουμένων χριστιανῶν, παρὰ τὰ νενομισμένα. Primum criminationis caput Celso est, a christianis *clancularios conuentus* haberi crebre, legibus vetitos.

(d) Tertull. ad vxor. lib. II. c. IV. It. de coron. milit c. III. Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus & omnibus mandatum a domino, etiam *antelucanis cœtibus*, nec de aliorum manu quam præsidentium sumimus.

(e) Prudent. hymn. II. de Laurentio:

Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem,
Auroque *nocturnis sacris*
Adstare fixos cereos.

continuare conſultum ducebat, (transferens eas de die dominico ad reliquos dies omnes) partim ad fouendum deuotionis ſpiritum in aſcetis, ſiue illis, qui ſeueriori vitæ rationi ipſi ſe tradiderant; partim ad dandam vitæ ſæcularis hominibus occaſionem obſeruandi opportunum deuotionis tempus, quod mane facere poterant ſine vlla diſtractione; partim etiam ad præmuniendum filios ſuos contra tentationem ac impoſturas *Arianorum*, qui pſalmos in illiusmodi conuentibus cantantes hæreſin ſuam amplificare ſummo ſtudio adlaborabant, vti ex iis apparet, quæ de ipſis SOCRATES [*f*] & SOZOMENVS [*g*] narrant, & quæ de *Theodorico* rege *Gothorum* ſpeciatim dicit SIDONIVS APOLLINARIS [*h*], quod tanto ardore cauſſæ *Arianæ* ſeruierit, vt antelucanos eorum cœtus minimo comitatu frequentarit. Quando igitur catholici tot habebant rationes fouendi haſce congregationes, non tantum eas continuabant, ſed maiorem etiam in modum in ſermonibus ſuis commendabant. CHRYSOSTOMVS [*i*] viduas ac virgines laudat, quod noctu & interdiu eccleſiam frequentent, pſallantque in hiſce congregationibus. Homines in nocte [*k*] ad ſancta accedere, ibique

(*f*) Socrat. lib. VI. c. VIII. Vid. ſupra c. IX. §. IV. litt. (n) pag. 291.

(*g*) Sozom. lib. VIII. c. VIII. ἐπεὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, ἀφαιρεθέντες τῶν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησιῶν ἐπὶ τῆς Θεοδοσίου βασιλείας, πρὸ τῶν τειχῶν ἐκκλησίαζον, νύκτωρ πρότερον ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς συνελέγοντο· καὶ εἰς συστήματα μεριζόμενοι, κατὰ τὸν τῶν ἀντιφώνων τρόπον ἔψαλλον, ἀκροτελεύτια συντιθέντες πρὸς τὴν αὐτῶν δόξαν πεποιημένα· ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ταῦτα δημοσίᾳ ψάλλοντες, εἰς τοὺς τόπους ἀπῄεσαν, ἔνθα καὶ ἐκκλησίαζον· - - δείσας δὲ Ἰωάννης, μή τινες τούτοις ὑπαχθῶσι τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐκκλησιαζόντων, ἐπὶ τὸν ἴσον τρόπον τῆς ψαλμῳδίας τὸν αὐτοῦ λαὸν προτρέπει. Quum Ariani, quibus regnante Theodoſio ademtæ fuerant eccleſiæ Conſtantinopoli, extra vrbis mœnia conuentus eccleſiaſticos agerent, noctu in publicis porticibus primum congregabantur. Et in cœtus diuiſi, antiphoniam pſallebant, clauſulas quasdam iuxta ipſorum dogma compoſitas adiicientes. Prima autem luce, eadem publice canentes, pergebant ad loca, in quibus collectas celebrabant. - - Ioannes (Chryſoſtomus) veritus, ne quis ex eccleſia ſua per hæc in fraudem induceretur, plebem, quæ ſub ipſo erat, vt ſimiliter pſalleret, inuitauit. cetera.

(*h*) Sidon. lib. I. epiſt. II. Antelucanos ſacerdotum ſuorum cœtus minimo comitatu expetit: grandi ſedulitate veneratur.

(*i*) Chryſoſtom. homil. XXX. in 1 Cor. p. 591. (p. 320. edit. Francof.) αὗται δὲ (παρθένοι καὶ χῆραι) καὶ ἡμέραν καὶ νύκτωρ ψάλλουσι, καὶ πάρεισι. Ipſæ autem (virgines ac viduæ) noctu & interdiu pſallunt & adſunt.

(*k*) Chryſoſt. comment. in pſalm. CXXXIII. tom. III. p. 488. (p. 424. edit. Fr.)

preces ſuas fundere oportere dicit. Alio [l] loco, loquens de *Antiochiæ* vrbis magnificentia, *Quid mihi*, inquit, *narras ædificiorum ſtructuras, quid columnas! Hæc vna cum præſenti vita diruuntur. Eccleſiam ingredere, vt ciuitatis videas claritudinem. Ingreditor*, inquam, *vide pauperes* [l] *a medio noctis vſque ad lucem perſeuerantes, vide ſacra peruigilia diem cum nocte copulantia.* Et dignum notatu eſt, quod de eo narrat SOCRATES [m], quod, quum *Conſtantinopoli* eſſet epiſcopus, precationes, quæ in nocturnis hymnis fieri ſolitæ ſint, amplificauerit, eo quidem conſilio, vt *Arianorum* circa hanc rem ſtudium obſcuraretur. Verum repetendis illis omnibus, quæ de his decantatiſſimis matutinis congregationibus dicuntur, non immoramur. Nam nullus fere ſcriptor eccleſiaſticus [n] eſt, quin de illis faciat mentionem: quæ omnia huc adferre neceſſe non habemus, ſed potius pergimus, oſtenſuri, quænam præcipua exercitia horum conuentuum fuerint, qui plerumque ſtatim poſt mediam noctem inchoari & ad auroram vſque continuari ſoliti ſunt.

Διὰ τί φησιν, ἐν νυξί; παιδεύων ἡμᾶς, μὴ τὴν πᾶσαν αὐτὴν εἰς ὕπνον δαπανᾶν, καὶ δεικνὺς τότε καθαρωτέρας εἶναι τὰς εὐχὰς, ὅτε καὶ κουφότερος ὁ νοῦς, καὶ πλείων ἡ σχολή· εἰ δὲ ἐν νυκτὶ παραγίνεσθαι εἰς τὰ ἅγια δεῖ, ἐννόησον, ποίας τεύξεται συγγνώμης ὁ μηδὲ οἴκοι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον εὐχὰς ἐπιτελῶν. Cur dicit, In noctibus extollite manus veſtras? Docens nos, non eam totam in ſomno conſumere, & oſtendens, puriores tunc eſſe preces, quando & mens eſt leuior, & nobis eſt plus otii. Quod ſi *in nocte oportet ad ſancta accedere*, conſidera, quamnam conſequetur veniam, qui ne domi quidem illo tempore preces fundit.

(*l*) Chryſoſt. homil. IV. de verbis Eſaiæ tom. III. p. 865. (p. 752. edit. Francoſ.) τί μοι λέγεις οἰκοδομήματα καὶ κίονας; ταῦτα τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ· εἰσελθε εἰς ἐκκλησίαν, καὶ βλέπε τῆς πόλεως τὴν εὐγένειαν, εἰσελθε, ἴδε πένητας ἐκ μεσονυκτίων μέχρι τῆς ἡμέρας παραμένοντας, βλέπε παννυχίδας ἱερὰς ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ συναφθείσας.

(*m*) Socrat. lib. VI. c. VII. ηὔξησε πρῶτος καὶ τὰς περὶ τοὺς νυκτερινοὺς ὕμνους εὐχάς.

(*n*) Vid. Epiphan. expoſit. fid. num. XXIII. (tom. I. p. 1106.) ἑωθινοί τε ὕμνοι ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ διηνεκεῖς γίνονται, καὶ προσευχαὶ ἑωθιναὶ, λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοὶ, καὶ προσευχαί. Matutinæ laudes in eccleſia catholica, matutinæque preces adſidue celebrantur. lucernales item pſalmi & orationes.
Hieron. epiſt. VII. ad Lætam. cit. c. IX. §. VIII. ſub litt. (s) (t) p. 307.
Hilar. in pſalm. LXIV. p. 231. (p. 169. edit. Pariſ. MDCXCIII.) Progreſſus eccleſiæ in matutinorum & veſpertinorum hymnorum delectationes maximum miſericordiæ Dei ſignum eſt. Dies in orationibus Dei inchoatur, dies in hymnis Dei clauditur.

§. XIII.

§. XIII.

Ordo diuini ministerii, quod in illis peractum fuit, vti a Basilio *describitur.*

Basilivs in epistola quadam sua clarissimam earum nobis suggerit descriptionem, licet verbis duntaxat generalioribus, dum suæ ipsius ecclesiæ consuetudines aduersus nonnullos defendit, qui nomine immutatorum rituum eum detulerant. Verba illius hæc sunt: *Qui iam* [o] *inter nos obtinuerunt ritus, omnibus ecclesiis Dei concordes sunt & consoni. De nocte siquidem populus consurgens antelucano tempore domum precationis petit: inque labore & tribulatione ac lacrimis indesinentibus, facta ad Deum confessione, tandem ab oratione surgentes ad psalmodiam traducuntur. Et nunc quidem in duas partes diuisi alternis succinentes psallunt, atque ex eo simul eloquiorum Dei exercitationem ac meditationem corroborant: & cordibus suis attentionem & reiectis vanis cogitationibus mentis soliditatem suppeditant: deinde vni ex ipsis hoc muneris dato, vt quid canendum est, prior ordiatur, reliqui succinunt; atque ita psalmodiæ varietate, precibusque subinde intermixtis noctem superant. Illucescente iam die pariter omnes velut ore vno ac corde vno confessionis psalmum domino offerunt, ac suis quisque verbis pœnitentiam profitentur.* Heic planum harum nocturnarum siue antelucanarum precationum habemus ordinem: 1.) Peccatorum confessionem. 2.) Psalmos alternatim cantatos. 3.) Psalmos ab vno solo quodam cantatos. 4.) Preces psalmis intermixtas. 5.) Denique communem psalmum confessionis siue psalmum pœnitentialem, clausulæ loco dictum. Vtrum prior peccatorum confessio publica fuerit, an priuata, non certo con-

(o) Basil. epist. LXIII. ad Neocæsar. tom. III. p. 96. ὅτι τὰ νῦν κεκρατηκότα ἔθη πάσαις ταῖς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις συνῳδά ἐστι καὶ σύμφωνα· ἐκ νυκτὸς γὰρ ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ, καὶ ἐν θλίψει, καὶ ἐν συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ θεῷ, τελευταῖον ἀναστάντες τῶν προσευχῶν, εἰς τὴν ψαλμῳδίαν καθίστανται· καὶ νῦν μὲν διχῇ διανεμηθέντες, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις, ὁμοῦ μὲν τὴν μελέτην τῶν λογίων ἐντεῦθεν κρατύνοντες, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν προσοχὴν καὶ τὸ ἀμετεώριστον τῶν καρδιῶν ἑαυτοῖς διακονούμενοι· ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι· καὶ οὕτως ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψαλμῳδίας τὴν νύκτα διενέγκοντες μεταξὺ προσευχόμενοι, ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης, πάντες κοινῇ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, καὶ μιᾶς καρδίας τὴν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν ἀναφέρουσι τῷ κυρίῳ, ἴδια ἑαυτῶν ἕκαστος τὰ ῥήματα τῆς μετανοίας ποιούμενοι.

ſtat. Nonnulli viri docti [p] pro publica confeſſione accipiunt, ſimili ei, quam in liturgiæ noſtræ initio habemus: Ego vero priuatam potius confeſſionem fuiſſe exiſtimo, quacum officia eorum generatim inchoata eſſe ſcimus, vt ex canone quodam concilii *Laodiceni* [q] apparet, vbi *ἐυχὴ διὰ σιωπῆς*, *precatio ſilentio facienda* dicitur, de qua dicturi ſumus copioſius, vbi de ſacræ miſſæ officio [r] agemus. Poſterior confeſſio manifeſto publica fuit, certa verborum formula facta, quam ipſe pſalmus quinquageſimus primus præbuit: *Miſerere mei, Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Hic enim pſalmus peculiariter nomine pſalmi confeſſionis notatus inter veteres erat. ATHANASIVS [s] ita eum vocat, *Si peccaſti*, inquiens, *& pudore adfectus pœnitentiam agis & miſericordiam flagitas, habes confeſſionis & pœnitentiæ verba in pſalmo quinquageſimo*, hoc eſt ex noſtra diuiſione, quinquageſimo primo. Præterea hanc interpretationem confirmat, quod hic ipſe pſalmus nominatim præſcriptus eſt, ad recitandum in fine ſolemnitatis matutinæ, quam eccleſiæ occidentales introduxerunt, tamquam diſtinctam a precibus nocturnis, vti CASSIANVS [t], qui teſtis huius rei oculatus fuit, memoriæ prodidit. Vide ſupra §. X.

§. XIV.

Relatio de illis ex Caſſiano.

QVIS numerus pſalmorum vel precationum in hac ſolemnitate obtinuerit, a BASILIO ſpeciatim non eſt notatum; neque fortaſſis ad certum numerum ſe adſtrinxerunt, ſed tot recitarunt, quot pſalmorum longitudo vel tempus requiſiuit. In

(p) Hamon. Leſtrange, *Allyance of divin. offic.* cap. III. p. 75.

(q) Concil. Laodic. c. XIX. *τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς· μίαν μὲν τὴν πρώτην διὰ σιωπῆς, κ. τ. λ.* Quum ii (catechumeni & pœnitentes) ſub manum acceſſerint & ſeceſſerint, fidelium preces ſic ter fieri: vnam quidem, ſcilicet *primam ſilentio*, cetera.

(r) Vid. lib. XV. c. I. §. I.

(s) Athanaſ. epiſt. ad Marcellin. de interpret. pſalm. tom. I. p. 975. (p. 995. edit. Par. MDCXCVIII.) *Ἀλλ' ἥμαρτες καὶ ἐντραπεὶς μετανοεῖς, καὶ ἐλεηθῆναι ἀξιοῖς, ἔχεις τοὺς τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας λόγους ἐν τῷ πεντηκοστῷ.*

(t) Caſſian. lib. III. c. VI. Vid. §. X. ſub litt. (w) p. 327.

eccle-

ecclesiis autem *Aegyptiis* hoc officium ad duodecim psalmorum numerum reduxerunt, vnde aliæ quædam ecclesiæ postea exemplum petiuere, vti ex CASSIANO [u] discimus, qui per alias regiones diuersos typos ac regulas constitutas fuisse dicit: quosdam enim non minus viginti psalmos, & hos quidem antiphonarum melodiis recitasse; alios hunc numerum excessisse; alios dixisse duodeuiginti; totque propemodum typos ac regulas vsurpatas fuisse, quot monasteria ac cellæ fuerint. Immo in *Aegypto* ante, quam hæc regula esset data, alios [w] quinquaginta, alios sexaginta, alios adhuc plures dici debere censuisse: Tandem melius edoctos numerum duodecim psalmorum [x] tam in vespertinis quam matutinis congregationibus custodiri debere, decreuisse, singulis psalmis interponentes precationem, addentesque duas lectiones, alteram ex veteri testamento, ex nouo alteram: Et hanc quotidianam eorum fuisse consuetudinem, excepto die sabbati & dominico, vbi vtrasque de nouo recitarint testamento, vnam de epistolis *Pauli* vel actis apostolorum, alteram de euangelio: quod etiam omnibus quin-

(u) Cassian. lib. II. c. II. Quidam vicenos psalmos, & hos ipsos antiphonarum protelatos melodiis & adiunctione quarumdam modulationum debere dici singulis noctibus censuerunt: alii hunc modum etiam excedere tentauerunt: nonnulli XVIII. atque in hunc modum diuersis in locis diuersum canonem agnouimus institutum, totque propemodum typos ac regulas vidimus vsurpatas, quot etiam monasteria cellasque conspeximus.

(w) Cassian. ibid. c. V. Cum alii quinquagenos, alii sexagenos psalmos, nonnulli vero, ne hoc quidem numero contenti, excedi eum debere censerent, essetque inter eos pro religionis regula piæ contentionis sancta diuersitas, ita vt tempus solemnitatis vespertinæ sacratissimum succederet quæstioni, quotidianos orationum ritus volentibus celebrare, vnus in medium psalmos domino cantaturus exsurgit. cet. Vid. sub litt. seq.

(x) Ibid. Cumque sedentibus cunctis -- & in psallentis verba omni cordis intentione defixis, vndecim psalmos orationum interiectione distinctos continuis versibus pari pronuntiatione cantasset, duodecimum sub alleluiæ responsione consummans, ab vniuersorum oculis repente subtractus, quæstioni pariter & cærimoniis finem imposuit. c. VI. Exin venerabilis patrum senatus intelligens, angeli magisterio congregationibus fratrum generalem canonem, non sine dispensatione domini, constitutum, decreuit hunc numerum tam in vespertinis quam in nocturnis conuenticulis custodiri, quibus lectiones geminas adiungentes, id est vnam veteris & aliam noui testamenti, tamquam a se eas traditas & velut extraordinarias volentibus tantum, ac diuinarum scripturarum memoriam possidere, adsidua meditatione

quagin-

quaginta diebus inter paſcha & pentecoſte fecerint. Addit porro [y], rationem canendi alternatim apud *Aegyptios* non fuiſſe in vſu, ſed vno tantum inter illos clara & elata voce cantante, reliquos omnes cum ſilentio attendiſſe. Neque in clauſula cuiuslibet pſalmi reſpondiſſe, *Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto*, ſed interpoſitis precibus (quæ omnis orientis conſuetudo fuerit) in vltimi pſalmi clauſula, quam *Halleluia* vocauerint, glorificationem *TRINITATIS* ſubiunxiſſe, qua numquam niſi in fine iſtius antiphonæ, vti illud Halleluia in eccleſia orientali dici conſueuerit, vſi ſint. Si pſalmi paullo longiores fuerint, nonnumquam in duas tresue ſectiones diuiſiſſe, &, facta in cuiusque pericopes fine aliqua mora, precationem interpoſuiſſe [z], ſatius eſſe exiſtimantes, ad alendum feruorem ſpiritus crebrioribus vti ac breuioribus precibus. Non liquet, fuiſſe has publicas preces, ſed priuatæ potius fuiſſe videntur, quarum in fine præcipuus miniſtrorum, qui tum officium perageret, dicitur precem collegiſſe, hoc eſt, preces priuatim a congregatione factas ſummatim repetiiſſe; qua de re plenius dicendi locus erit alibi [a]. CASSIANO [b] porro obſeruatur de vltimo eorum pſalmo, dicto *antiphona* ſiue *alleluia*, nullum hoc loco pſalmum dici ſolitum, niſi ex illis aliquem, qui in titulo ſuo inſcriptio-

ſtudentibus addiderant. In die vero ſabbati vel dominico vtraſque de novo recitant teſtamento, id eſt, vnam de apoſtolo vel actibus apoſtolorum, & alium de euangeliis. Quod etiam totis quinquageſimæ diebus faciunt, hi quibus lectio curæ eſt ſeu memoria.

(y) Caſſian. lib. II. c. VIII. Illud etiam, quod in hac prouincia (Gallia) vidimus, vt vno cantante, in clauſula pſalmi omnes adſtantes concinant cum clamore, gloria patri & filio & ſpiritui ſancto, nuſquam per omnem orientem audiuimus; ſed cum omnium ſilentio, ab eo qui cantat, finito pſalmo, orationem ſuccedere: Hanc vero glorificationem trinitatis tantummodo ſolere antiphona terminari, (*leg.* antiphonam terminare, *vel, vt legit* Mabillonius, glorificatione &c. antiphonam terminari).

(z) Caſſian. lib. II. c. XI. Ne pſalmos quidem ipſos, quos in congregatione decantant, continuata ſtudent pronuntiatione concludere: ſed eos pro numero verſuum duabus vel tribus interceſſionibus cum orationum interiectione diuiſos diſtinctim particulatimque conſummant.

(a) Lib. XV. c. I. §. I.

(b) Caſſian. lib. II. c. XI. Illud quoque apud eos omni obſeruantia cuſtoditur, vt in reſponſione alleluiæ nullus dicatur pſalmus, niſi is, qui in titulo ſuo alleluiæ inſcriptione prænotatur.

nem

nem *alleluia* habeant, vti centeſimus quadrageſimus quintus & qui ſequuntur, quorum vnus plerumque finem huic ſolemnitati impoſuerit, per modum antiphonæ ſiue reſponſionis recitatus. Illud quodammodo peculiare in ratione cantandi hos pſalmos apud monachos *Aegyptios*, obſeruante eodem CASSIANO, fuit, vt is, qui pſalmos cantaret, ſurgeret, reliqui autem ſedentes attenderent: Quod continuarum vigiliarum ac duri laboris intuitu indultum ipſis eſſe, auctor noſter adfirmat [c]. Neque vero minus ſingulare quippiam fuit, quod numquam pluribus quam quatuor [d] permitteretur duodecim iſtos pſalmos in aliqua congregatione cantare, idque in vices, ita quidem, vt vnusquiſque tres ex ordine ſibi ſuccedentes diceret, vel ſi tres tantum adeſſent, quatuor; ſi duo, ſex vterque recitaret.

§. XV.

Hæc matutina ſacra omnium ordinum laicis aceruatim frequentata.

HACTENVS de nocturna pſalmodia, quæ antiquum eccleſiæ miniſterium matutinum fuit. Illud ſolum addimus, quod, licet hæc ſacra ſummo mane celebrari conſueuerint, nihilo tamen minus non clericis tantum & monachis, ſed ipſi etiam populo frequentari ſolita ſint. Nam quemadmodum antea ex BASILIO audiuimus, populum de nocte conſurgentem antelucano tempore eccleſiam, ad haſce preces matutinas celebrandas, petiiſſe; & ex SIDONIO, *Theodericum* regem *Gothorum* conſtanter hiſce ſacris interfuiſſe: Ita CASSIANVS [e] de laicis idem obſeruat, quando ait: *Hoc deuotionis genus multi etiam ſæcularium*

(c) Caſſian. lib. II. c. XII. Hunc canonicum, quem prædiximus, duodenarium pſalmorum numerum tali corporis quiete releuant, vt has easdem congregationum ſolemnitates ex more celebrantes, abſque eo, qui dicturus in medium pſalmos ſurrexerit, cuncti ſedilibus humillimis inſidentia (leg. inſidentes) ad vocem pſallentis omni cordis intentione dependeant. Itaque namque ieiuniis & operatione totius diei noctisque adfliguntur, vt niſi huiuscemodi refectione adiuuentur, ne hunc quidem numerum ſtantes implere valeant.

(d) Ibid. c. XI. in fin. Prædictum duodenarium pſalmorum numerum ita diuidunt, vt ſi duo fuerint fratres, ſenos pſallant, ſi tres, quaternos, ſi quatuor ternos. Quo numero numquam minus in congregatione decantant, ac proinde quantalibet multitudo conuenerit, numquam amplius pſallant in ſynaxi, quam quatuor fratres.

(e) Caſſian. collat. XXI. c. XXVI.

summa cautione custodiunt, qui ante lucem vel diluculo consurgentes, nequaquam familiaribus ac necessariis mundi huius actibus se implicant, priusquam cunctorum actuum suorum operationumque primitias, ad ecclesiam concurrentes, diuino studeant consecrare conspectui. Laudabile exemplum, & dignum omnino, quod aureis consignetur litteris, ad excitandam æmulationem præsentis ætatis, qua quotidianus Dei cultus in religiosis conuentibus tam parum frequentatur, & a multis tantopere contemnitur; quum tamen idem ministerium, quod apud veteres obtinuit, in præcipuis suis partibus adhuc custoditur, cum quibusdam emendationibus, sine vllis corruptelis, quas tenebricosarum ætatum subterfitio in ecclesiæ cultum inuexit; quemadmodum is facile perspiciet, qui ea, quæ hoc capite tradidimus, cum quotidianis ecclesiæ nostræ sacris conferre voluerit.

LIBRI DECIMI TERTII

CAPVT VNDECIMVM

DE ORDINE QVOTIDIANI OFFICII VESPERTINI.

§. I.

Officium vespertinum in plerisque rebus idem cum matutino.

VESPERTINVM officium, quod *horam lucernalem* vocabant, quod eo tempore, quo lucernæ accendebantur, inclinante videlicet in noctem die, initium caperet, in plerisque partibus idem cum matutino erat officio, in hoc solum ab eo discrepans, vt psalmi, hymni ac preces in eo dicerentur, isti solemnitati præcipue accommodatæ. Preces pro catechumenis, energumenis, competentibus & pœnitentibus omnes eædem erant; ita quoque preces pro fidelibus siue communicantibus, vocatæ preces pro pace mundi & vniuerso ecclesiæ catholicæ statu, quæ in libris sequentibus satis fuse enarrantur, ad quos lectorem amandamus.

§. II.

In eo autem hoc ab illo diuersum fuit, primo, *vt peculiaris psalmus vespere diceretur, auctori* constitutionum *vocatus* psalmus vespertinus.

PRI-

PRIMVM, in quo hæc duo officia inter ſe diſcrepabant, pſalmus erat; cum quo vtraque ſacra inchoabantur. Quemadmodum enim officium matutinum cum pſalmo ſexageſimo tertio, ita veſpertinum cum pſalmo centeſimo quadrageſimo (qui nobis centeſimus quadrageſimus primus eſt) ſumebat initium: *Domine, clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, dum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum*; cetera. Hunc pſalmum auctor *conſtitutionum* emphatice vocat τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν, *pſalmum lucernalem* [a], loco, vbi ordinem huius officii deſcribit. Et licet iſto loco nec pſalmum nominet, nec vlla eius verba recitet; ſine vlla tamen dubitatione pſalmum modo dictum intelligit, quia alio loco [b] expreſſis verbis eum vocat pſalmum centeſimum quadrageſimum, & veſperi in publicis conuentibus iubet recitari.

§. III.

Hic pſalmus ſub eadem appellatione Chryſoſtomo, *aliiſque ſcriptoribus memoratus.*

QVAE autem extra omnem controuerſiam hanc rem ponunt, ea ſunt, quæ CHRYSOSTOMVS in commentario in hunc pſalmum de vſu eius in eccleſia dicit. *Diligenter attendite*, inquit [c], *neque enim puto fuiſſe temere decretum a patribus, vt hic pſalmus diceretur quotidie, nec id quidem propter id, quod in eo dicitur, Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Nam id ipſum quoque*

(a) Conſtitut. lib. VIII. c. XXXV. ἑσπέρας γενομένης συναθροίσεις τὴν ἐκκλησίαν, καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν, προσφωνήσει ὁ διάκονος ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων, κ. τ. λ. Quum fuerit veſpera, congregabis eccleſiam, & poſtquam dictus fuerit *pſalmus lucernalis*, recitabit diaconus orationes pro catechumenis, &c.

(b) Conſtit. lib. II. c. LIX. ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρου καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι ἐν κυριακοῖς· ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ΄. ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ΄. Singulis diebus congregemini, mane & veſpere, pſallentes & orantes in ædibus dominicis, mane quidem dicentes pſalmum ſexageſimum ſecundum, *veſperi* vero *centeſimum quadrageſimum.*

(c) Chryſoſt. homil. in pſalm. CXL. tom. III. p. 544. (p. 472. edit. Francof.) Ἀλλὰ προσέχετε μετὰ ἀκριβείας· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς οἶμαι τὸν ψαλμὸν τοῦτον τετάχθαι παρὰ τῶν πατέρων καθ᾽ ἑκάστην ἑσπέραν λέγεσθαι, οὐδὲ διὰ τὴν μίαν λέξιν τὴν λέγουσαν, ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· ἐπεὶ καὶ ἄλλοι ψαλμοὶ ταύτην ἔχουσι τὴν λέ-

in aliis psalmis dicitur, quemadmodum in illo, qui dicit, Vespere & mane & meridie narrabo & adnuntiabo, Et rursus, Tuus est dies & tua est nox. Et rursus, Vespere demorabitur fletus, & in matutino exsultatio: & multi possunt inueniri psalmi, qui vespertino tempori conueniant. Non ergo propterea hunc psalmum decreuerunt patres; sed tamquam salutare aliquod pharmacum & peccatorum piaculum, vt is diceretur, constituerunt: vt quaecumque sordes aut maculae fuerint a nobis toto die susceptae, dum vel in foro, vel domi, vel in quocumque alio loco versamur, eas, quum ad vesperam peruenerimus, per spirituale hoc carmen abstergamus. Est enim medicamentum, quod delet haec omnia.

§. IV.

Secundo, *Peculiares preces pro officio vespertino.*

Finito hoc psalmo eaedem preces fiebant pro catechumenis, energumenis, poenitentibus, ac communes preces pro pace mundi ac statu ecclesiae, quae in matutino officio vsitatae erant. His autem precibus dictis diaconus populum orare iubebat certa verborum formula ad vesperam accommodata, quae auctori *constitutionum* [d] προσφώνησις ἐπιλύχνιος vocatur, atque hunc in modum habet: *Surgentes postulemus misericordias domini, atque miserationes eius, angelum paci praepositum, bona & conducibilia, finem vitae christianum. Vesperam noctemque pacatam ac peccato vacuam, cunctumque vitae nostrae tempus irreprehensum postulemus. Nos ipsos atque inuicem viuenti Deo per Christum eius commendemus.*

His dictis, episcopus, si in re praesenti esset, precationem recitabat, quae ibi dicitur εὐχαριστία ἐπιλύχνιος, *gratiarum*

ξιν, ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ λέγων, ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι, καὶ ἀπαγγελῶ· καὶ πάλιν, σή ἐστιν ἡ ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ· καὶ πάλιν, τὸ, ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις· καὶ πολλοὺς ἂν εὕροι τις ψαλμοὺς ἐπιτηδείους τῷ καιρῷ τῆς ἑσπέρας. οὐ διὰ τοῦτο γοῦν τοῦτον τὸν ψαλμὸν ἐτύπωσαν οἱ πατέρες, ἀλλ' ὥς τι φάρμακον σωτήριον, καὶ ἁμαρτημάτων καθάρσιον ἐνομοθέτησαν λέγεσθαι· ἵν' ὅσαπερ ἂν προστριβώμεθα δι' ὅλου τοῦ μήκους τῆς ἡμέρας, ἢ ἐν ἀγορᾷ, ἢ ἐν οἰκίᾳ, ἢ ὅπου δήποτε διατρίβοντες, ταῦτα ἐλθόντες εἰς τὴν ἑσπέραν διὰ τῆς ἐπῳδῆς ταύτης ἀποδυσώμεθα τῆς πνευματικῆς· φάρμακον γάρ ἐστιν ἁπάντων τούτων ἀναιρετικόν.

(d) Constitut. lib. VIII. c. XXXVI. ἀναστάντες αἰτησώμεθα τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα, χριστιανὰ τὰ τέλη· τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀκατάγνωστον αἰτησώμεθα· ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι θεῷ, διὰ χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα.

actio

actio lucernalis, verbis sequentibus conceptam: *Deus [c], principii expers, ac fine carens, omnium per Christum opifex & rector, ante cuncta vero illius Deus ac pater, spiritus dominus, & eorum, quæ intelligi ac sentiri possunt, rex; qui fecisti diem ad opera lucis, & noctem ad requiem infirmitatis nostræ: Tuus enim est dies & tua est nox: tu aptasti lucem & solem: ipse & nunc, domine, hominum amator, ac optime, suscipe clementer hanc nostram gratiarum actionem vespertinam. Qui traduxisti nos per diei longitudinem, & duxisti ad noctis initia; custodi nos per Christum tuum: tranquillam præbe vesperam & noctem peccato liberam; atque nos vita æterna dignare, per Christum tuum; per quem tibi gloria, honor, ac veneratio, in sancto spiritu, in sæcula. Amen.*

Postea diaconus proclamabat, κλίνατε τῇ χειροθεσίᾳ, *Inclinate ad manuum impositionem*, & tunc episcopus hanc faciebat precationem: [*] *Deus patrum, ac domine misericordiæ, qui sapientia tua fabricatus es hominem, animal ratione præditum, maxime ex iis, quæ in terra sunt, carum Deo; & tribuisti ei, vt imperaret rebus terrestribus; quique voluntate tua principes ac sacerdotes constituisti; illos quidem ad vitæ securitatem, hos vero ad legitimum cultum: ipse nunc etiam inflectere, domine omnipotens, & ostende faciem tuam super populum tuum, eos, qui ceruicem cordis sui incuruarunt; & benedic eis per Christum, per quem illustrasti nos lumine cognitionis, ac reuelasti nobis te ipsum; cum quo ab omni rationali & sancta natura debetur tibi adoratio condigna, & spiritui paracleto, in sæcula, Amen.*

(c) Ibid. c. XXXVII. Ὁ ἄναρχος Θεὸς καὶ ἀτελεύτητος, ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς διὰ Χριστοῦ καὶ κηδεμὼν, πρὸ δὲ πάντων αὐτοῦ Θεὸς καὶ πατὴρ, ὁ τοῦ πνεύματος κύριος, καὶ τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν βασιλεὺς, ὁ ποιήσας ἡμέραν πρὸς ἔργα φωτὸς, καὶ νύκτα εἰς ἀνάπαυσιν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν· σὴ γάρ ἐστιν ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ· σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον· αὐτὸς καὶ νῦν, δέσποτα, φιλάνθρωπε καὶ πανάγαθε, εὐμενῶς πρόσδεξαι τὴν ἑσπερινὴν εὐχαριστίαν ἡμῶν ταύτην· ὁ διαγαγὼν ἡμᾶς τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας, καὶ ἀγαγὼν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, φύλαξον ἡμᾶς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, εἰρηνικὴν παράσχου τὴν ἑσπέραν, καὶ τὴν νύκτα ἀναμάρτητον, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς τῆς αἰωνίου ζωῆς, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

(*) Ibid. Θεὲ πατέρων, καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, ὁ τῇ σοφίᾳ σου κατασκευάσας ἄνθρωπον, τὸ λογικὸν ζῶον, τὸ θεοφιλὲς τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ δοὺς αὐτῷ τῶν ἐπὶ τῆς χθονὸς ἄρχειν, καὶ καταστήσας γνώμῃ σῇ ἄρχοντας καὶ ἱερέας, τοὺς μὲν πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ζωῆς, τοὺς δὲ πρὸς λατρείαν ἔννομον· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπικάμφθητι, κύριε παντοκράτορ, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν λαόν σου, τοὺς κάμψαντας αὐχένα καρδίας αὐτῶν, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς διὰ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐφώτισας ἡμᾶς φῶς γνώσεως, καὶ ἀποκαλύψας ἡμῖν σεαυτόν· μεθ' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος ὀφειλομένη προσκύνησις παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως, καὶ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

DUAE locutiones in hisce precationibus occurrunt, quæ hodiernis lectoribus inusitatiores videri possunt; una quidem, qua angelus paci præpositus oratur; & altera, qua Deus pater dicitur ὁ τοῦ πνεύματος κύριος, *dominus spiritus*: Utraque autem in precibus matutinis pro catechumenis postea [†] recurrit, ubi e CHRYSOSTOMO demonstratur, quod precatio ad angelum pacis, communis petitio in multis cognitis ecclesiæ formulis fuerit. Quod autem ad alteram loquendi rationem attinet, quæ patrem vocat *dominum spiritus*, quæ durissima est locutio, *Macedonianismum* redolens, quemadmodum in illam obseruat COTELERIUS, ex BULLO episcopo nostrate ostendimus, quod sano & catholico sensu ex parallelis locutionibus in IUSTINO MARTYRE explicari possit. Ut adeo hunc auctorem non necesse habeamus damnare, tamquam hæreticum *Arianum* vel *Macedonianum*, dummodo candidæ interpretationis beneficium ei indulgeamus.

REVERTIMUR igitur ad preces ipsas: Diaconus, precatione ab episcopo facta, populum usitata forma dimittebat, perinde ac in officio matutino, προέλθετε ἐν εἰρήνῃ, *Exite in pace*. Atque hæc clausula vespertini erat officii secundum auctorem nostrum hoc loco.

§. V.

De hymno vespertino.

VERUM alio loco [ʃ] de vespertino etiam hymno loquitur, quem vocat προσευχὴν ἑσπερινὴν, *orationem vespertinam*, quæ quædam doxologia est, similis ei, quæ in precibus matutinis antea occurrit. Formula in hunc modum habet: *Laudate, pueri, dominum; laudate nomen domini. Laudamus te, hymnis celebramus te, benedicimus te, propter magnam gloriam tuam: Domine rex, pater Christi, agni immaculati, qui tollit peccatum mundi: te decet laus; te decet gloria Deum & patrem, per filium in spiritu sanctissimo, in sæcula sæculorum. Amen. Nunc dimittis seruum tuum, domine, secundum* verbum

(†) Lib. XIV. cap. V. §. III.

(ʃ) Constitut. lib. VII. c. XLVIII. Αἰνεῖτε παῖδες κύριον· αἰνεῖτε τὸ ὄνομα κυρίου· Αἰνοῦμέν σε, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν· κύριε βασιλεῦ, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀμώμου ἀμνοῦ, ὃς αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· σοὶ πρέπει αἶνος· σοὶ πρέπει ὕμνος· σοὶ δόξα πρέπει τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, ἐν πνεύματι τῷ παναγίῳ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέ-

verbum tuum, in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad reuelationem gentium, & gloriam populi tui Israëlis.

Non indicat auctor noster, vtrum hic hymnus publico, an priuato vsui adsignatus fuerit. Quomodocumque autem res se habuit, istiusmodi hymnos inter veteres in vsu fuisse, quum vesperi lumen inferretur, ex BASILIO patet, cui pars talis hymni memoratur, ἐπιλύχνιος εὐχαριστία, *gratiarum actio ad lucernas* vocata. *Visum est*, inquit, *patribus nostris* [g], *vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio arripere, sed mox vt apparuit, agere gratias. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quae dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam vmquam visi sunt in pietatem committere, qui dicunt, Laudamus patrem & filium & spiritum sanctum Dei.*

IACOBVS VSSERIVS [h] & THOMAS SMITHVS [i] antiquam formulam huius generis nobis tradiderunt ex codice manuscripto *Alexandrino* LXX. interpretum, & aliis quibusdam vetustis exemplaribus psalterii *Graeci*, quam hoc loco interponere, non alienum abs re fuerit. In quibusdam libris ὕμνος ἑσπερινὸς, *hymnus vespertinus*, in aliis ὕμνος τῦ λυχνικῦ, *hymnus ad lucernas*, vocatur. Hunc eumdem esse cum eo, ad quem BASILIVS remittit, non possumus certo adfirmare; omnia autem, quae BASILIVS ex isto vetusto hymno recitat, in hoc leguntur hodie; vnde probabile fit, vtrumque eumdem esse. Sic autem habet: *Lumen hilare [k] sanctae gloriae immortalis patris, caelestis, sancti, beati, Iesu Christe: quum ad solis occasum peruenerimus, lumen cernentes*

στοτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σῦ, ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μῦ τὸ σωτήριόν σῦ, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαῦ σῦ Ἰσραήλ.

(g) Basil. de spirit. sancto c. XXI. ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν, μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τῦ ἑσπερινῦ φωτὸς δέχεσθαι· ἀλλ᾽ εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν· καὶ ὅς τις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν· ὁ μέν τοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφίησι τὴν φωνὴν, καὶ οὐδενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν οἱ λέγοντες· αἰνῦμεν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεῦ.

(h) Vsserii diatriba de symbolis p. 31. Vid. sub (k).

(i) Smith's *Account of the Greek Church* p. 302. Vid. sub (k).

(k) φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτυ πατρὸς, ὐρανίυ, ἁγίυ, μάκαρος, Ἰησῦ Χριστέ· ἐλθόντες ἐπὶ τῦ ἡλίυ δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν, ὑμνῦμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον

vesper-

vespertinum, laudamus patrem & filium & sanctum spiritum Dei. Dignus es, tempore quouis sanctis vocibus celebrari fili Dei, vitæ dator! Quapropter te mundus glorificat. VSSERIVS [*], errore quodam ductus, hunc hymnum eumdem esse dicit atque ἐπιλύχνιον ψαλμὸν, *hymnum vespertinum*, auctori *constitutionum* lib. VIII. c. XXXV. memoratum: Quum tamen iste psalmus vespertinus ab hoc hymno vespertino omnino differat. Ille enim psalmus erat *Davidis*, vti antea e CHRYSOSTOMO & ipsis *constitutionibus* demonstraui, hic autem hymnus humano ingenio compositus. Neque eadem formula est cum hymno vespertino, antea e *constitutionibus* recitato, sed potius illi formulæ videtur similis, cuius in BASILIO habetur mentio, quam ego non publicæ, sed priuatæ tantum deuotionis formulam fuisse existimo, a christianis omnibus domi, vt precem iaculatoriam siue hymnum, ad *CHRISTVM, veram lucem, illuminantem omnem hominem venientem in mundum*, dicendam. Verum hæc ad aliquam duntaxat coniecturam faciendam pertinent, quia hunc hymnum nec ab auctore *constitutionum*, nec a BASILIO, nec ab vllo alio publicis officiis insertum inuenio.

§. VI.

Num præter psalmum centesimum quadragesimum primum vlli hymni, vel psalmi, vel lectiones scripturarum in hoc officio vespertino recitari consueuerint.

QVAERI autem potest, Annon hymni quoque in officio matutino in vsu fuerint? Annon lectiones scripturarum fieri, & psalmi, præter sic dictum psalmum vespertinum, cani consueuerint in ecclesia? Respondeo, Non est dubium, quin in multis ecclesiis sic obtinuerit: Ecclesiarum enim consuetudo

πνεῦμα Θεοῦ· Ἄξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς ὁσίαις, υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν ὁ διδούς· Διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

(*) Vsser. l. c. Etsi Nicephoro Callisti lib. XVIII. hist. eccles. c. LI. non facile concesserim, hymnum hunc iam inde ab apostolis per manus ecclesiæ Christi fuisse traditum: esse tamen ἐπιλύχνιον ψαλμὸν illum, cuius in constitut. apostol. lib. VIII. c. XXXV. (al. XLI.) facta est mentio, non multum repugnauerim. Vt quemadmodum Græci (apud Varronem de lingua latina libro V.) quum lumen adferretur, dicere fuerunt soliti φῶς ἀγαθὸν, ita & christiani suum φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης, in laudem illius, qui est ἀπαύγασμα τῆς δόξης Dei & patris, canere consueuerint.

hac

hac in re variauit; & licet *constitutionum* auctor eorum inter ritus ecclesiæ, quos enarrat, non meminerit, alii tamen auctores id faciunt. Nam CASSIANVS [*l*] vsitatum monachorum *Aegyptiorum* cultum describens, dicit, duodecim psalmos tam in matutinis, quam vespertinis congregationibus eos cecinisse, duasque lectiones, vnam de veteri, alteram de nouo testamento, recitasse, psalmos precibus permiscentes; & tandem in fine psalmi vltimi subiunxisse *Gloria patri*, cetera. HIERONYMVS hanc narrationem confirmat, & addit, sermonem eos habuisse, ab abbate (qui semper fuerit presbyter) quotidie post preces vespertinas factum. Ita enim cultum eorum vespertinum describit: [*m*] *Post horam nonam in commune concurritur, psalmi resonant, scripturæ recitantur ex more. Et completis orationibus, cunctisque residentibus, medius, quem patrem vocant, incipit disputare: quo loquente tantum silentium fit, vt nemo alium respicere, nemo audeat exscreare*, cetera. Dixeris: Hæc consuetudo fortassis in solis monasteriis obtinuit, non autem in ecclesiis? Ad quod respondens EPIPHANIVS [*n*], in ecclesia matutinas laudes matutinasque preces adsidue celebrari dicit, lucernales item psalmos & orationes. AVGVSTINVS hymnorum [*o*] æque ac orationum vespertinarum mentionem facit: quod plures vno psalmos in ista solemnitate cantari solitos esse, indicat. HILARIVS in illa verba psalmistæ: *Exitus matutini & vesperæ delectationes*, idem significat, quando ait: *Progressus ecclesiæ in matutinorum & vespertinorum hymnorum delectationes maximum misericordiæ Dei signum est. Dies* [*p*] *in orationibus Dei inchoatur, dies hymnis Dei clauditur.* Ipse HILARIVS quosdam horum hymnorum, & AMBROSIVS alios, qui

(*l*) Cassian. institut. lib. II. c. VI. Exin venerabilis patrum senatus - - decreuit hunc numerum (XII. psalmorum) tam in vespertinis quam in nocturnis conventiculis custodiri, quibus lectiones geminas adiungentes, id est vnam veteris & aliam noui testamenti &c.

(*m*) Hieron. epist. XXII. ad Eustochium c. XV.

(*n*) Epiphan. exposit. fidei n. XXIII. p. 1106. *Ἑωθινοί τε ὕμνοι ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ διηνεκεῖς γίνονται, καὶ προσευχαὶ ἑωθιναὶ, λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοὶ καὶ προσευχαί.*

(*o*) Aug. de ciuit. Dei lib. XXII. c. VIII. Ad vespertinos illuc hymnos & orationes cum ancillis suis & quibusdam sanctimonialibus ex more domina possessionis intrauit, atque hymnos cantare cœperunt.

(*p*) Hilar. in psalm. LXIV. p. 231. (p. 169. edit. Paris. MDCXCIII.)

 publi-

publici vſus in eccleſia erant, compoſuiſſe dicuntur. Et licet eſſent, qui eos reiicere volebant, quod humano ſtudio compoſiti eſſent, nec in ſcriptura ſacra legerentur, concilium tamen *Toletanum* quartum [q] eos retinendos eſſe in eccleſia decernebat vna cum hymnis *Gloria patri & filio*, cet. & *Gloria in excelſis Deo*, quos itidem eccleſiaſtici doctores compoſuerant. De eccleſiis orientalibus idem teſtatur CHRYSOSTOMVS [r], quod hymnos habuerint tam in veſpertinis quam matutinis precibus. In eccleſiis *Gallicanis*, præter collectas ac preces, hymnos ſuos habebant ac antiphonas, ſiue capitella de pſalmis, vt vocabant, quæ ad modum reſpondendi dicebantur, quemadmodum e concilio apparet *Agathenſi* [s]. Et concilium ſecundum *Turonenſe* in veſpertinis precibus (duodecimam horam illi vocant) duodecim pſalmos, perinde ac in matutinis precibus duodecim, atque ad ſextam horam ſex, cantari iubet [t], vno cum pſalmo addititio, quem *Alleluiah* vocabant. Ex

(q) Concil. Tolet. IV. c. XIII. (tom. V. concil. p. 1709.) Quia nonnulli hymni humano ſtudio in laudem Dei atque apoſtolorum & martyrum triumphos compoſiti eſſe noſcuntur, ſicut hi, quos beatiſſimi doctores Hilarius atque Ambroſius ediderunt, quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, pro eo, quod de ſcripturis ſanctorum canonum, vel apoſtolica traditione non exiſtant: reſpuant ergo & illum hymnum ab hominibus compoſitum, quem quotidie publico priuatoque officio in fine omnium pſalmorum dicimus: Gloria & honor patri, & filio, & ſpiritui ſancto in ſæcula ſæculorum Amen. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Chriſto angeli cecinerunt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis; reliqua quæ ibi ſequuntur, eccleſiaſtici doctores compoſuerunt. - - Sicut igitur orationes, ita & hymnos in laudem Dei compoſitos, nullus veſtrum vlterius improbet, ſed pari modo in Gallicia Hiſpaniaque celebret: excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint auſi.

(r) Chryſoſtom. homil. XVIII. in acta p. 174. (p. 173. d. edit. Francof.) ὁπόσον ἐστιν ἀπελθεῖν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ - - καὶ λυχνικοῖς καὶ ἑωθινοῖς ὕμνοις παραγένεσθαι; Quanta res eſt abire & ingredi in domum Dei - - & matutinis veſpertiniſque hymnis eſſe præſentem?

(s) Concil. Agath. c. XXX. In concluſione matutinarum vel veſpertinarum miſſarum, poſt hymnos, capitella de pſalmis dici, & plebem, collecta oratione, ad veſperam ab epiſcopo cum benedictione dimitti.

(t) Conc. Turon. II. c. XIIX. (tom. V. concil. p. 857.) Patrum ſtatuta præceperunt, vt ad ſextam ſex pſalmi dicantur cum Alleluia; & ad duodecimam duodecim, itemque cum Alleluia. It. can. XXIII. Licet hymnos Ambroſianos habemus in canone, cetera.

quibus

quibus omnibus manifesto patet, non mediocrem hymnorum numerum vna cum precibus, ad efficiendum quotidianum vespertini ac matutini officii cursum, in multis ecclesiis fuisse vsitatum.

§. VII.

Oratio dominica in quibusdam ecclesiis in quotidiani matutini ac vespertini officii conclusione vsurpata.

In nonnullis ecclesiis oratio dominica pars quotidiani tam matutini quam vespertini officii facta est. Nam in concilio *Gerundensi* [u] pro ecclesiis *Hispanicis* generale decretum factum legimus, quo oratio dominica ab singulis sacerdotibus post preces matutinas ac vespertinas recitari iubetur. Antea semper adhibita fuerat diebus dominicis in officio eucharistico; quum autem ipso titulo & tenore suo esset quotidiana oratio, consultum duxerunt, eam quotidianorum officiorum suorum partem efficere. Et quum nonnulli sacerdotum reperirentur, qui huic regulæ morem gerere detrectarent, solis diebus dominicis eam dicentes, concilium *Toletanum* quartum [x] omnes illos clericos, qui eam quotidie in publicis vel priuatis officiis dicere contumaciter recusarent, ordinis sui honore priuandos esse, decernebat.

In ecclesiis *Gallicanis* eadem obtinuit consuetudo. Nam canone quodam concilii *Aurelianensis* tertii [y] populus de con-


(u) Concil. Gerund. c. X. (tom. IV. conc. p. 1569.) Nobis placuit, vt omnibus diebus post matutinas & vesperas oratio dominica a sacerdote proferatur.

(x) Concil. Tolet. IV. c. IX. (tom. V. p. 1708.) Nonnulli sacerdotum in Hispaniis reperiuntur, qui dominicam orationem, quam saluator noster docuit & præcepit, non quotidie, sed tantum die dominica dicant. - - Quisquis ergo sacerdotum vel subiacentium clericorum, hanc orationem dominicam quotidie aut in publico aut in priuato officio prætererit, propter superbiam iudicatus, ordinis sui honore priuetur.

(y) Concil. Aurel. III. c. XXIX. (tom. V. concil. p. 302.) De missis nullus laicorum ante discedat, quam dominica dicatur oratio. Et si episcopus præsens fuerit, eius benedictio exspectetur. Sacrificia vero matutina (lege matutinarum) missarum vel vespertinarum, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum vsum, expetat.

gregatione ante discedere vetatur, quam dominica dicatur oratio; & si episcopus præsens sit, eius benedictionem iubentur exspectare. Quod ipsum indicat, fuisse hanc clausulam precum, siquidem præter episcopi benedictionem nihil est insequutum. Equidem vocabulum pro diuino cultu in hoc canone adhibitum *missa* est: per quod sacræ eucharistiæ officium intelligi videri posset, in quo oratio dominica semper adhibita fuit; verum iam in primo huius libri capite ostendimus, vocabulum *missæ* generale esse vocabulum, pro qualibet diuini cultus parte vsitatum; & in hoc canone pro sacrificio precum matutino & vespertino adhibetur. Nam statim additur, nemini sacrificia matutinarum missarum vel vespertinarum frequentare licere cum armis, ad bellorum vsum pertinentibus. Accedit, quod in celebratione eucharistiæ, vti postea videbimus, oratio dominica in medio, non in fine huius officii, adhiberi solita sit.

HAEC præcipua sunt momenta, quæ de diuersis quotidiani matutini ac vespertini officii partibus ac ordine in patrum scriptis, ac conciliorum canonibus, qui hodie præcipui libri rituales veteris ecclesiæ sunt, obseruauimus. Et in separandis hisce officiis a magno diei dominicæ ministerio tanto studiosiores fuimus, quia in recentiorum auctorum scriptis sæpissime confunduntur. Progredimur nunc ad officia & ministerium diei dominicæ, quod duorum sequentium librorum erit argumentum.



IOSEPHI BINGHAMI,

RECTORIS ECCLESIAE HAVENTINAE
IN AGRO HANTONIENSI ANGLIAE,

ORIGINES

SIVE

ANTIQVITATES ECCLESIASTICAE.


EX LINGVA ANGLICANA IN LATINAM
VERTIT

IO. HENRICVS GRISCHOVIVS,
HALBERSTADIENSIS.

VOLVMEN SEXTVM.



HALAE,
SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI.
M DCC XXVIII.



ΣΥ´ΝΟΨΙΣ.

LIBER DECIMVS QVARTVS

De illa diuini cultus parte, quam veteres ſub generaliore nomine miſſæ catechumenorum comprehenderunt.

CAPVT PRIMVM

De pſalmodia veteris eccleſiæ.

 citan-

CAPVT SECVNDVM

De notissimis quibusdam hymnis, in veteris ecclesiæ officio cani solitis.

§ XI.

CAPVT TERTIVM

De ratione legendi ſcripturas in publico cultu eccleſiæ.

CAPVT QVARTVM

De concionibus, & ritibus eo spectantibus in veteri ecclesia.

§. XVI.

CAPVT

CAPVT QVINTVM

De precibus pro catechumenis, energumenis, competentibus & pœnitentibus.

LIBER DECIMVS QVINTVS

De missa fidelium.

CAPVT PRIMVM

De precibus oblationi præmissis.

§. III.

CAPVT SECVNDVM

De oblationibus populi aliisque rebus, ad consecrationem eucharistiæ introducentibus.

CAPVT TERTIVM

De precibus in oblatione & consecratione fieri solitis.

§. XXI.

CAPVT QVARTVM

De communicantibus, siue personis, hoc sacramentum sumendi habentibus libertatem, & de ratione id recipiendi.

§. *XXI.*

CAPVT QVINTVM
De diuersis quæstionibus circa modum communicandi in ecclesia antiqua.

CAPVT SEXTVM
De veterum postcommunione.

CAPVT SEPTIMVM

De ratione, quam cum eucharistiæ reliquiis inierunt veteres. Et de communi eorum conuiuio agape vocitato.

§. X.

CAPVT OCTAVVM
Quænam præparatio tamquam necessaria in communicantibus ad dignam eucharistiæ receptionem requisita fuerit.

§. XI.

CAPVT NONVM

De crebra communione & de temporibus eam celebrandi in ecclesia antiqua.



I. N. I.

ORIGINVM ECCLESIASTICARVM

LIBER DECIMVS QVARTVS

DE ILLA DIVINI CVLTVS PARTE, QVAM VETERES SVB GENERALIORE NOMINE MISSAE CATECHVMENORVM COMPREHENDERVNT.

CAPVT PRIMVM
DE PSALMODIA VETERIS ECCLESIAE.

§. I.

Publicus veteris ecclesiæ cultus plerumque cum psalmodia exorsus die dominica.



SVPRA obseruatum nobis est, veteres vniuersum Dei cultum publicum sub duobus generalioribus capitibus comprehendisse, quæ distinctis nominibus *missam catechumenorum* & *missam fidelium*, hoc est, officium celebrationem eucharistiæ antecedens, & celebrationem eucharistiæ ipsam, vocarint. *Missa catechumenorum* illa diuini cultus pars erat, cui interesse catechumenis & omni-

omnibus, qui nondum perfecti & consummati christiani erant, licebat. Consistebat autem psalmodia scripturarum lectione, verbi diuini prædicatione, & precibus pro istis hominum ordinibus, qui ad participanda sancta mysteria haud admittebantur. Atque sub hisce diuersis capitibus considerari eam oportet.

INCHOARI hoc officium solebat cum lectione scripturarum atque psalmodia, quemadmodum ex illo HIERONYMI [a] loco apparet, vbi publicum monachorum *Aegyptiorum* ministerium describens, ait: *Post horam nonam in commune concurritur, psalmi resonant, scripturæ recitantur ex more, & completis orationibus cunctisque residentibus, medius, quem patrem vocant, incipit disputare.* Atque in hunc modum CASSIANVS illud repræsentat [b], quod primum psalmi canantur, & tum duæ adiiciantur lectiones, altera quidem ex veteri, ex nouo testamento altera. In die vero sabbati & dominico, nec non quinquaginta diebus post pascha, vtrasque de nouo testamento, vnam de actibus apostolorum vel epistolis, aliam de euangeliis recitari dicit. Probabile autem est, quamdam differentiam in ordine lectionis in diuersis ecclesiis intercessisse. Et hoc diuersas virorum doctorum opiniones de diuini eorum cultus ordine conciliare inter se poterit. Alii enim cum scripturarum lectione, alii cum precibus confessionis incepisse eum putant. *Constitutionum* auctorem, certum est, præscribere [c] primum veteris testamenti, deinde psalmorum, postea actuum apostolorum ac epistolarum, & de-

(a) Hieronym. epist. XXII. ad Eustoch. c. XV.

(b) Cassian. institut. lib. II. c. VI. Quibus (psalmis) lectiones geminas adiungentes, id est, vnam veteris & aliam noui testamenti &c. In die vero sabbati vel dominico vtrasque de nouo recitant testamento, id est, vnam de apostolo, vel actibus apostolorum, & aliam de euangeliis. Quod etiam totis quinquagesimæ diebus faciunt.

(c) Constitut. lib. II. c. LVII. *μέσος δὲ ὁ ἀναγινώσκων ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστὼς, ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, τὰ τῶν κριτῶν καὶ τῶν βασιλειῶν, τὰ τῶν παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου· πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν· ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός τις τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους, καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω. μετὰ τοῦτο αἱ πράξεις αἱ ἡμέτεραι ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐπιστολαὶ Παύλου, ἃς ἐπέστειλε ταῖς ἐκκλησίαις καθ' ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ μετὰ ταῦτα διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια κ. τ. λ. Medius autem lector in quodam loco excelso stans, legat libros Mosis & Iesu filii Nauis,*

nique

niquė euangeliorum lectionem. Vt adeo psalmi lectioribus permisti fuerint, secundum regulas ab hoc auctore in ecclesiis quibusdam obseruatas. BASILIVS [d] de confessione flexis genibus ad Deum fieri solita loquitur, a qua surgentes ad psalmos Deo cantandos traducantur. At vero hæc confessio in vigiliis eorum, siue precibus antelucanis, facta est, & probabilissimum est, fuisse priuatam duntaxat confessionem, quam per se quisque cum silentio facere solebat, antequam publicus cultus initium caperet. Sin autem pro publica accipimus confessione, vti vir doctus HAMONDVS LESTRANGIVS [e] accipit, tum indicabit, ecclesias orientales officium suum matutinum antelucanum ab oratione confessionis exorsas, atque ita ad psalmos cantandos progressas fuisse; quæ res magna exercitatio ac occupatio in nocturnis earum vigiliis erat. Et sane hæc eorum psallendi exercitatio in ecclesia numquam cessabat, vti AVGVSTINVS [f] obseruat, nisi scripturarum lectio, vel sermonis recitatio,

Iudicum & Regnorum, item Paralipomenon, & quæ de populi reditu conscripta sunt; ad hæc Iobi & Salomonis volumina simulque sexdecim prophetarum. Peractisque per binos lectionibus, quidam alius Dauidis hymnos psallat & populus extrema versuum succinat. Dein acta nostra recitentur, & epistolæ Pauli, quas sancti spiritus ductu ad ecclesias misit. Postea diaconus vel presbyter legat euangelia &c.

Lib. V. c. XIX. ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι γρηγορεῖτε, προσευχόμενοι καὶ δεόμενοι τῷ Θεῷ ἐν τῇ διανυκτερεύσει ὑμῶν, **ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, τοὺς ψαλμοὺς**, μέχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς, καὶ βαπτίσαντες ὑμῶν τοὺς κατηχουμένους καὶ **ἀναγνόντες τὸ εὐαγγέλιον** ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ κ. τ. λ. *In ecclesia congregati in vnum, vigilus, orationibus, & ad Deum precibus vacate, in pernoctatione vestra*, legem, prophetas, ac psalmos legite *vsque ad gallorum cantum, & baptismum conferte vestris catechumenis;* & recitato euangelio *in timore ac tremore &c.*

(d) Basil. epist. LXIII. ad Neocæsar. tom. III. p. 96. ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ, καὶ ἐν θλίψει, καὶ ἐν συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ, τελευταῖον ἀναστάντες τῶν προσευχῶν, εἰς τὴν ψαλμῳδίαν καθίστανται. *De nocte populus consurgens antelucano tempore domum precationis petit: inque labore & tribulatione ac lacrimis indesinentibus facta ad Deum confessione tandem ab oratione surgentes ad psalmodiam traducuntur.*

(e) Lestrange, *Allyance* of div. offic. cap. III. p. 75.

(f) Aug. epist. CXIX. ad Ianuar. c. XVIII. Quando non est tempus, quum in ecclesia fratres congregantur, sancta cantandi, nisi quum legitur, aut dispu-

vel communis oratio, voce diaconi indicta, eam impediret. Reliqua temporis interualla psalmis cantandis impendebantur, quo exercitio, ex ipsius sententia, non poterat esse vllum aliud vtilius, salutarius, sanctius, religiosius. Quam ob caussam (si obseruatio LESTRANGII [g] ex CHRYSOSTOMO recte se habet) populus psalmis cantandis tempus insumere debuit, antequam congregatio completa esset & omnino coacta. Nullam heic mentionem facimus psalmodiæ eorum, aliis temporibus, in conuiuiis, inter labores & in priuatis cuiusque pietatis exercitiis vsitatæ, quia, etsi veteribus cum multis & magnis encomiis frequenter memoratur, in multis tamen momentis a communi psalmodia discrepauit, neque adeo multum lucis ad explanandum publicum Dei cultum inde petere possumus.

§. II.

Psalmis lectio scripturarum ac preces intermixtæ in nonnullis ecclesiis.

QVOD ad publicam ecclesiæ psalmodiam attinet, etsi eam pro prima & præcipua diuini cultus parte accipimus, non ita tamen accipienda est, quasi in vna & continua multorum psalmorum recitandorum serie sine intermissu peracta fuerit, sed potius cum aliquanti temporis interiectu, & aliarum diuini cultus partium mistura, ad rem omnem tanto gratiorem iucundioremque efficiendam. Ad minimum in quarumdam ecclesiarum praxi ita obtinuisse, certo constat. Nam in concilio *Laodiceno* [h] decretum legimus: *Non oportere psalmos in conuentibus contexere, sed in vnoquoque psalmo interiecto spatio lectionem fieri.* Et AVGVSTINVS hanc suæ ipsius ecclesiæ consuetudinem fuisse, clarissimis verbis significat. Nam in homilia quadam [i] primum meminit lectionis epistolicæ, deinde psalmi & postea lectionis euangelicæ. Verba illius sic habent: *Hoc de apostolica lectione percepimus. Deinde cantauimus psalmum, exhortantes nos inuicem vna voce, vno corde dicentes: Venite, adoremus & prosternamur ei, & flea-*

tatur, aut antistites clara voce deprecantur, aut communis oratio voce diaconi indicitur?

(g) Lestrange Allyance of divin. offic. c. III. p. 77.

(h) Conc. Laodic. c. XVII. *περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἐπισυνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου καθ' ἕκαστον ψαλμὸν γίνεσθαι ἀνάγνωσιν,*

(i) Aug. sermon. X. de verbis apostoli tom. X. opp. p. 112. (p. 296. ed. Basil. MDLXIX.)

mus

mus coram domino, qui fecit nos. Posthæc euangelica lectio decem leprosos mundatos nobis ostendit, & vnum ex iis alienigenam, gratias agentem mundatori suo. Et in alia homilia de his lectionibus loquitur, eodem eas ordine recensens [k]: *In lectione apostolica*, inquit, *gratiæ aguntur Deo de fide gentium. In psalmo diximus, Deus virtutum conuerte nos, ostende faciem tuam & salui erimus. In euangelio ad cœnam vocati sumus.* cetera. Quæ duo AVGVSTINI loca si inter se comparauerimus, obseruare nobis licebit, quod non certus aliquis psalmus fuerit, qui inter lectionem epistolicam & euangelicam debuerit recitari, sed psalmus, qui in ordine lectionis occurrerit. Nam primo loco psalmi nonagesimi quinti, altero autem loco psalmi octuagesimi mentio iniicitur. Eamdem consuetudinem in ecclesiis *Gallicanis* obseruauit MABILLONIVS ex collatione, inter catholicos & *Arianos* tempore *Gundobadi* regis *Burgundionum* ad ann. CCCCXCIX. instituta. In historia enim huius collationis [l] hæc leguntur: *Euenit, vt ea nocte, quum lector secundum morem inciperet lectionem a Moyse, incidit in ea verba domini: Sed ego indurabo cor eius &c. Deinde quum post psalmos decantatos recitaret ex prophetis, occurrerunt verba domini ad Esaiam, dicentis: Vade & dices populo huic: Audite audientes &c. Quumque adhuc psalmi fuissent decantati, & legeret ex euangelio; incidit in verba, quibus saluator exprobrat iudæis incredulitatem, Væ tibi Chorazin &c. Denique quum lectio fieret ex apostolo, pronuntiata sunt verba illa: An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis?* Vbi facile ad obseruandum est, quod vti heic quatuor lectiones de veteri & nouo testamento factæ, ita quoque psalmi inter singulas lectiones, si ab vltima discesseris, de qua id non dicitur, cantati fuerint.

§. III.

Qui psalmi peculiari nomine psalmi responsorii *vocitati.*

ISTI psalmi peculiari nomine *responsoria* & *psalmi responsorii* vocitabantur; quod nomen erat, non singularibus quibusdam psalmis adfixum, sed omnibus illis datum promiscue, qui in communi lectionis cursu incidebant. Concilium *Toletanum* quartum de istiusmodi psalmis intelligendum est, quando esse

(k) Aug. hom. XXXIII. de verbis domini p. 49. (p. 126. edit. Basil.)
(l) Collat. &c. ap. Mabillon. de cursu Gallicano p. 399.

quosdam dicit, qui in fine *responsoriorum* [m] *Gloria patri* &c. non dicant. Et GREGORIVS TVRONENSIS [n] frequenter eorum meminit sub diserta *psalmorum responsoriorum* appellatione, recitationem eorum partem faciens functionis diaconi. Veteres librorum ritualium auctores de ratione huius nominis, cur dicantur *responsoria*, inter se non consentiunt. Alii [o] enim ita eos vocari dicunt, quia vno praecinente totus chorus concorditer respondeat: Alii [p] autem id nominis habere adserunt, quia lectionibus respondeant, vtpote quibus finitis, statim canantur. Quae verisimillima videtur ratio.

§. IV.

Quidam psalmi peculiaribus officiis praescripti.

NON autem persuadere nobis debemus, hos psalmos solos fuisse, quibus veteres in psalmodia sua vsi sint. Nam quidam psalmi constantis vsus in ecclesia fuerunt, vtpote peculiaribus officiis adsignati. Audiuimus supra [*], psalmum sexagesimum

(m) Concil. Toletan. IV. c. XV. Sunt quidam, qui in fine *responsoriorum* Gloria non dicunt, cetera.

(n) Gregor. Turon. de vitis patrum c. VIII. Diaconus *responsorium psalmum* canere coepit. It. histor. Francor. lib. VIII. c. III. Iubet rex, vt diaconum nostrum, qui ante diem ad missas psalmum responsorium dixerat, canere iuberem.

(o) Isidor. de offic. lib. I. c. VIII. *Responsoria* ab Italis longo ante tempore sunt reperta: & vocata hoc nomine, *quod vno canente chorus consonans respondeat*. Ante autem id solus quisque agebat, nunc vnus interdum, interdum duo vel tres, communiter, choro in plurimis respondente.

(p) Rupert. de offic. lib. I. c. XV. *Responsoria*, quae post lectiones canimus, nobis innuunt, sanctis monitis Dei factis nos respondere debere, ne simus similes pueris sedentibus in foro, audientibus ac dicentibus: Cantauimus vobis & non saltastis, lamentauimus vobis & non plorastis. Dicuntur enim a respondendo. Tristia namque tristibus & laeta laetis debemus succinere lectionibus. Siquidem neque moris est, neque decoris, vt quum lector tristis dixerit verbi gratia, quae sunt poenitentiae, siue lamentum aliquod dominicae passionis, chorus in responsorio saltet de gaudio regni & gloria resurrectionis. Sed dum lector, velut Ioannes non manducans neque bibens, praedicat poenitentiam, nos itidem in responsorio ploramus: dum ille, velut filius hominis, manducans & bibens, cantat nobis de gaudio regni, succinentes eidem, apte saltamus. Quodque vno praecinente, tam in his, quam in ceteris huiusmodi, chorus concorditer sequitur, illud adstruit, quod apostolus obsecrat, vt id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata.

(*) Lib. XIII. c. X. §. I. vol. V. pag. 315.

terti-

tertium, *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo*, peculiari nomine *pſalmum matutinum* fuiſſe appellatum, quia ſemper in officio matutino cani conſueuerit, vt pſalmus nonageſimus quintus hodie in noſtra liturgia. Pſalmum itidem centeſimum quadrageſimum primum: *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo; eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum*, in veſpertino officio [†] cantatum fuiſſe. Habuerunt quoque pſalmos adminiſtrationi ſacræ euchariſtiæ & officiis funeralibus congruentes, vti poſthac videbimus. Et in eccleſiis *Gallicanis*, ex quo MVSAEVS presbyter *Maſſilienſis lectionarium*, ſiue ordinem recitandi pſalmos ac lectiones, a *Venerio* epiſcopo ſuo inductus compoſuit, pſalmi reſponſorii tempori & lectionibus fuerunt adaptati, quemadmodum narrat GENNADIVS [*q*]. Atque hoc vir quidam eruditus [*r*] primum officio *Gallicano* peculiare, & ſingularem eccleſiæ *Gallicanæ* conſuetudinem fuiſſe exiſtimat. Quod ita eſſe poteſt, ſi de diuerſorum pſalmorum ad congruentes lectiones deſtinatione in generali curſu annuo id intelligatur: Eſſe autem nequit, ſi de ſpecialioribus tantum & ſolemnibus occaſionibus accipiatur. Nam eccleſia non tantum peculiares lectiones habebat, ſed etiam peculiares pſalmos, qui in maioribus ſolemnitatibus recitabantur, occaſioni iſti congruentes; idque longe ante, quam MVSAEVS *lectionarium* ſuum pro eccleſia *Gallicana* compoſuit. AVGVSTINVS [*s*] enim pſalmum viceſimum ſecundum, *Deus, Deus meus, quare dereliquiſti me* &c. die dominicæ paſſionis in eccleſiis *Africanis* ſemper lectitatum eſſe, perſpicue docet, videturque indicare, quod *Donatiſtæ* idem fecerint, etſi tam lapideos eos eſſe dicit, vt eum recte applicare haud

(†) Lib. XIII. c. XI. §. II. vol. V. p. 538.

(*q*) Gennad. de ſcriptur. c. LXXIX. Reſponſoria etiam pſalmorum capitula tempori & lectionibus congruentia excerpſit.

(*r*) Stillingfleet, orig. Britan. chap. IV. p. 218. *Beſides the Leſſons and Hymns he* (Muſæus) *methodiz'd the Pſalms ſo as to be read aggreeably to the times and the Leſſons; and not in the Order wherein they ſtand: which ſeems to have been peculiar to the Gallican church.*

(*s*) Aug. in pſalm. XXI. præfat. ſermon. II. p. 43. (tom. VIII. opp. pag. 106. edit. Baſil. MDLXIX.) Miror, fratres, ſi hodie pſalmus iſte legitur & in parte Donati. Rogo vos, fratres mei, confitear vobis, nouit Chriſti miſericordia, quia ſic miror, quaſi lapidei ibi ſint & non audiant. - - Legamus illum, quantum anguſtia temporis patiatur, cetera.

ſtude-

ſtudeant. Neque adeo dubium eſt, quin, vti huic ſolemnitati aptos accommodatosque pſalmos habuerunt, ita quoque reliquis ſolemnitatibus omnibus pſalmos habuerint congruentes.

§. V.

Reliqui in ordinario curſu, prout iacebant, cantati, haud vlli tempori vel diei præſcripti.

RELIQVI pſalmi in vſitato lectionis curſu a primo capite vſque ad extremum canebantur, eodem quidem ordine, quo alius alium in codice excipiebat, nullis temporibus vel lectionibus, vel diebus adfixi, ſi ab iſtis ſpecialioribus pſalmis, qui cuilibet horæ canonicæ præſcripti erant, diſceſſeris. De *Aegypto* obſeruat CASSIANVS [*t*], ſub vitæ monaſticæ initia ibi tot propemodum typos ac regulas hac de re fuiſſe vſurpatas, quot monaſteria exſtiterint, aliis pſalmos duodeuiginti, vna ſerie ſibi ſuccedentes, aliis viginti, aliis adhuc plures cantantibus. Denique communi omnium conſenſu numerum eorum pro matutino ac veſpertino officio ad duodecim redactum, eoſque vna & continua ſerie [*u*], ſine vlla interueniente lectione, recitatos fuiſſe: duas enim duntaxat lectiones habuiſſe, alteram veteris, alteram noui teſtamenti, quam vtramque omnibus iſtis pſalmis finitis ſubiungere conſueuerint. In quibusdam etiam locis ſex pſalmos [*x*] ſingulis horis canonicis cantaſſe dicit, a-

(*t*) Caſſian. inſtitut. lib. II. c. II. Multos comperimus per alias regiones pro mentis ſuæ capacitate, habentes quidem, vt ait apoſtolus, zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, ſuper hac re diuerſos typos ac regulas ſibimet conſtituiſſe. Quidam enim vicenos pſalmos, & hos ipſos antiphonarum proletatos melodiis, & adiunctione quarundam modulationum debere dici ſingulis noctibus cenſuerunt: alii hunc modum etiam excedere tentauerunt: nonnulli XVIII. atque in hunc modum diuerſis in locis diuerſum canonem agnouimus inſtitutum, totque propemodum typos ac regulas vidimus vſurpatas, quot etiam monaſteria cellasque conſpeximus.

(*u*) Caſſian. ibid. c. IV. Per vniuerſam Aegyptum & Thebaidem duodenarius pſalmorum numerus tam veſpertinis quam nocturnis ſolemnitatibus cuſtoditur, ita duntaxat, vt poſt hunc numerum duæ lectiones, veteris ſcilicet & noui teſtamenti ſingulæ ſubſequantur.

(*x*) Ibid. c. II. Sunt, quibus in ipſis quoque diurnis orationum officiis, id eſt, tertia, ſexta, nonaque id viſum eſt, vt ſecundum horarum modum, in quibus hæc domino redduntur obſequia, pſalmorum etiam & orationum putarent numerum coæquandum: Nonnullis placuit, ſenarium numerum ſingulis diei conuentibus deputari.

liis autem viſum fuiſſe, vt ſecundum horarum modum, in quibus ad reddenda domino obſequia ſua conuenirent, pſalmorum numerum accommodarent: Atque ita hora tertia tres tantum pſalmos, hora autem ſexta ſex, & nona nouem cantauiſſe, vſque dum, inſtituta diligentiore rei deliberatione, tandem tres modo pſalmos ſingulis horis diurnis orationis [y] canendos eſſe, decreuerint, maiore numero duodenario matutinis ac veſpertinis conuentibus reſeruato. Tametſi iſta numerum pſalmorum ad horarum numerum conformandi conſuetudo in quibusdam *Galliæ* partibus in vſu manſit, aut certe concilii *Turonenſis* ſecundi tempore ad ann. DLXVII. adſumta eſt, vti e quodam iſtius concilii [z] canone, quem ſupra libro vltimo [*] adlegauimus, apparet.

§. VI.

Nonnulli, vt tulit hæc illa occaſio, pro arbitrio epiſcopi vel præcentoris, conſtituti.

PRAETEREA mos erat epiſcopo vel præcentori, vt pſalmos quosdam in quacunque diuini cultus parte, ſi ita ferret occaſio, pro arbitrio ſuo cani iuberent: Perinde ac hodie antiphonæ noſtræ præcentoris, & pſalmi metrici miniſtri eccleſiæ arbitrio permittuntur, vt eligat præſcribatque quos pſalmos velit, & quæ tempora in diuino cultu commodiſſima eſſe credat. Ita ATHANASIVS narrat, mandaſſe ſe diacono, vt pſalmum legeret tricesimum ſextum [a], quum eccleſia ſua ab *Arianis* militibus obſideretur. Et AVGVSTINVS [b] aliquoties

(y) Caſſian. lib. III. c. III. Itaque in Palæſtinæ vel Meſopotamiæ monaſteriis ac totius orientis ſupradictarum horarum (tertiæ, ſextæ nonæque ſecundum cap. I.) ſolemnitates trinis pſalmis quotidie finiuntur, vt & orationum adſiduitas ſtatutis temporibus Deo offeratur, & neceſſaria operationis officia conſummatis iuſto moderamine ſpiritualibus obſequiis nullatenus valeant impediri.

(z) Concil. Turon. II. c. XVIII. (can. XIX. edit. Labb. tom. V. p. 857.)

(*) Lib. XIII. c. IX. §. IX. litt. (b) vol. V. p. 310.

(a) Athan. apol. II. p. 717. (p. 334. d. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) *καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ θρόνου προέτρεπον τὸν μὲν διάκονον ἀναγινώσκειν ψαλμὸν, τὸν δὲ λαὸν ὑπακούειν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. In throno ſedens iuſſi diacono, vt pſalmum legeret, populoque vt reſponderet: quoniam in ſecula miſericordia eius.*

(b) Auguſtin. in pſalm. CXXXVIII. p. 650. (tom. VIII. opp. p. 1586. edit. Baſil. MDLXIX.) Pſalmum nobis breuem parauerāmus, quem mandaueramus can-

de ſingulari quodam pſalmo loquitur, quem iuſſerit a lectore cantari, ſermonem in eum habiturus: Dicitque, accidiſſe aliquando, vt lector per errorem propoſiti pſalmi loco alium legeret, maluiſſe igitur ſe in errore lectoris ſequi voluntatem Dei, quam ſuam in ſuo propoſito, adeoque ſermonem habuiſſe de hoc pſalmo extemporalem ad populum. Quod ſi quoque conſiderauerimus, veteres interdum integros propemodum dies ac noctes pſalmos cantando transegiſſe; (quando exempli cauſſa, *Arianis* militibus eccleſiam *Ambroſii* obſidentibus, populus integram noctem & diem [*c*] pſalmis inſumſiſſe dicitur) facile ad colligendum eſt, quod iſtiusmodi temporibus haud ſtatos ac fixos, ſed eiusmodi pſalmos cantauerint, quos epiſcopus ipſis tum vel præſcripſerit, vel certe pro eorum arbitrio canendos permiſerit. Interdum ipſe lector pſalmum eligebat, prout rerum neceſſitas ferret, vel inſtinctus eum duceret. Ita AVGVSTINVS in homilia quadam [*d*] commemorat, quod in pſalmum aliquem concionatus ſit, quem non lectori cantandum imperauerit, ſed quem Deus menti illius ſuggeſſerit legendum, vnde de pœnitentia neceſſe habuerit dicere, quum fuerit pſalmus quinquageſimus primus, ſiue pœnitentialis, quem lector pro arbitratu ſuo, vel potius Deo ſic dirigente, legerit. Hiſtoriam memoratu dignam, quæ in rem præſentem facit, in vita *Martini* habet SVLPICIVS SEVERVS [*e*]. Narrat ibi auctor, quod, quum *Martinus* eligendus eſſet epiſcopus, inter antiſtites tum præſentes præcipue *Defenſor* qui-

---

tari a lectore: ſed ad horam, quantum videtur, perturbatus, alterum pro altero legit. Malumus nos in errore lectoris ſequi voluntatem Dei, quam noſtram in noſtro propoſito. Vid. Auguſtin. præfat. in pſalm. XXXI. (p. 186. c. edit. Baſil.) Hunc pſalmum ad eam gratiam pertinere, qua chriſtiani ſumus, teſtatus eſt apoſtolus Paulus, vnde *ipſam lectionem nobis legi voluimus.*

(c) Ambroſ. epiſt. XXXIII. ad Marcellinam ſororem. †

(d) Aug. homil. XXVII. ex L. tom. X. p. 175. (p. 477. edit. Baſil. MDLXIX.) Proinde aliquid de pœnitentia dicere diuinitus iubemur. (Not. quæ ſequuntur, abſunt in editione Baſileenſi.) Neque enim nos iſtum pſalmum cantandum lectori imperauimus: ſed quod ille cenſuit nobis vtile ad audiendum, hoc cordi etiam puerili imperauit.

(e) Sulpic. Seuer. vit. Martin. c. VII. p. 225. (c. IX. p. 313. edit. Lipſ. MDCCIII. 8.) Inter epiſcopos, qui adfuerant, præcipue Defenſor quidam nomine dicitur reſtitiſſe: vnde animaduerſum eſt, grauiter illum lectione prophetica tunc

dam

dam nomine restiterit. Accidisse autem dicit, vt, quum lector, cui legendi eo die esset officium, a populo interclusus adesse non posset, vnus e circumstantibus, sumto psalterio, quem primum versum inueniret, arriperet; psalmum autem fuisse: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & DEFENSOREM.* Sic versio *Gallicana* tum legit. Quam rem, licet casu tantum & fortuitu contigisse ea videretur, a populo tamen spectatam fuisse tamquam diuino nutu factam, vt doli & machinæ *Defensoris* ostenderentur pariter & destruerentur.

§. VII.

Preces quibusdam in locis singulis psalmis, loco lectionis, intermistæ.

NONNVLLIS in locis, loco lectionis inter singulos psalmos, breue temporis spatium dabatur, ad preces priuatas cum silentio fundendas breuemque collectam a ministro ecclesiæ faciendam, quam vsitatam patrum *Aegyptiorum* consuetudinem fuisse, auctor est CASSIANVS [*f*]. Vtilius enim eos censuisse ait, breues [*g*] easque creberrimas orationes, quam longas & continuas, fieri, & id quidem ad frequentius deprecandum Deum & euitandas insidias diaboli, qui lassitudinem animis inferre studeat, quæ succincta breuitate profligetur. Et idcirco longiores psalmos in duas tresue partes [*h*], precibus cuique parti interpositis, diuisisse.

notatum. Nam quum fortuito lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum exspectatur, qui non aderat, vnus e circumstantibus sumto psalterio, quem primum versum invenit, arripuit. Psalmus autem erat: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & *defensorem*. quo lecto clamor populi tollitur, pars diuersa confunditur. Atque ita habitum est, diuino nutu psalmum hunc lectum fuisse, vt testimonium operis Defensor audiret, quia ex ore infantium atque lactentium in Martino domini laude perfecta, ostensus pariter & destructus est inimicus.

(*f*) Cassian. lib. II. c. V. Cum sedentibus cunctis -- vndecim *psalmos orationum interiectione distinctos* continuis versibus parili pronuntiatione cantasset &c.

(*g*) Id. c. X. Vtilius censent, breues quidem orationes, sed creberrimas fieri, illud quidem vt frequentius dominum deprecantes iugiter eodem cohærere possimus. Hæc vero, vt insidiantis diaboli iacula, quæ infligere nobis tunc præcipue, quum oramus, insistit, succincta breuitate teneamus.

(*h*) Ibid. c. XI. Et idcirco ne psalmos quidem ipsos, quos in congregatione

§. IIX.

Doxologia Gloria patri *&c. clausulæ singulorum psalmorum in occidentalibus, non autem orientalibus, ecclesiis addita.*

IN omnibus ecclesiis occidentalibus, si a *Romana* discesseris, mos erat, vt in cuiuslibet psalmi fine congregatio consistens diceret, *Gloria patri & filio, & spiritui sancto:* At in ecclesiis orientalibus mos alius obtinebat. Nam vti antea [*] e CASSIANO [†] obseruauimus, per omnem orientem hac glorificatione numquam vsi sunt, nisi in fine psalmi vltimi, quem vocabant antiphonam, siue Halleluia, qui vnus ex istis psalmis erat, qui in fronte Alleluia sibi præfixum habent, & quem ad modum antiphonæ siue responsionis recitabant, addebantque *Gloria patri & filio, & spiritui sancto.* At in ecclesiis occidentalibus in fine singulorum psalmorum hoc ipsum ex more dici adfirmat. Atque ita canones intelligendi sunt concilii *Toletani* [i], qui *Gloria patri & filio & spiritui sancto* in fine psalmorum ac antiphonarum dici iubent: decretum autem VIGILII [k], qui eadem verba in fine psalmorum recitari iubet, pro consuetudine ecclesiæ *Romanæ* accipiendum est, quod in fine omnium dici debeant. Aliæ differentiæ, ad huius doxologiæ vsum & originem

decantant, continuati student pronunciatione concludere: sed eos pro numero versuum duobus vel tribus intercessionibus, cum orationum interiectione diuisos, distinctim particulatimque consummant &c.

(*) Lib. XIII cap. IX. §. XIV. vol. V. p. 334.

(†) Cassian. institut. lib. II. c. VIII. Illud etiam, quod in hac prouincia vidimus, vt vno cantante in clausula psalmi omnes adstantes concinant cum clamore. Gloria patri & filio & spiritui sancto, nusquam per omnem orientem audiuimus, sed cum omnium silentio ab eo, qui cantatur, finito psalmo orationem succedere: hanc vero glorificationem trinitatis tantummodo solere antiphona terminari.

Strabo de reb. eccles. cap. XXV. Dicendum de hymno, qui ob honorem sanctæ & vnicæ trinitatis officiis omnibus interseritur, cum a sanctis patribus aliter atque aliter ordinatum. —— Hunc hymnum nonnulli omnibus pene psalmis & interdum incisionibus psalmorum coaptant: Responsoriis vero paucioribus &c.

(i) Concil. Tolet. c. XIV. (al. XV.) In fine psalmorum, non sicut a quibusdam huc vsque, Gloria patris, sed Gloria & honor patri dicatur &c. c. XV. (al. XVI.) Sunt qui in fine responsoriorum Gloria non dicunt &c.

(k) Vigil. epist. II. ad Eutherium c. II. (tom. V. concil. p. 312.) In fine psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur. Gloria patri & filio & spiritui sancto.

spe-

ſpectantis, genera capite proxime ſequente loco ſuo conſiderabuntur.

§. IX.

Pſalmi interdum ab vno tantum cantati.

QVOD ad homines attinet, qui officio cantandi pſalmos publice in eccleſia fungebantur, ſub quatuor diuerſis reſpectibus eos conſiderare poſſumus, ſecundum diuerſos pſalmodiæ modos. 1) Interdum pſalmi ab vno cantabantur, reliquis cum ſilentio audientibus. 2) Interdum ab vniuerſa congregatione coniunctim canebantur. 3) Interdum alternatim, congregatione in duos choros diuiſa, altero vnum altero alterum comma recitante. 4) Interdum vnus primam commatis partem recitabat, reliquis in clauſula eius ſe coniungentibus. Primus horum modus CASSIANO notatur tamquam communis monaſteriorum per *Aegyptum* conſuetudo. Ait enim, *Abſque eo, [l] qui dicturus in medium pſalmos ſurrexerit, cuncti ſedilibus humillimis inſidentes, ad vocem pſallentis omni cordis intentione dependent.* Et licet interdum quatuor de congregatione duodecim pſalmos canerent, non tamen hoc faciebant omnes iunctim, ſed alius poſt alium [m], ita, vt vnuſquiſque tres caneret pſalmos, reliquis cum ſilentio animaduertentibus ad vltimum vsque pſalmum, quem omnes cantabant iunctim ad modum antiphonæ, addentes in fine *Gloria patri, & filio & ſpiritui ſancto.*

§. X.

Interdum ab vniuerſa congregatione coniunctim.

INTERDVM vniuerſa congregatio, viri, mulieres ac infantes, vno ore ac mente vna pſallebant, Deique laudes cantabant. Hæc antiquiſſima pariter & generalis conſuetudo fuit, vſque dum ratio canendi pſalmos alternatim in eccleſiam inueheretur. Hoc modo *CHRISTVS* atque apoſtoli hymnos in cœna vltima cantabant, & hoc modo *Paulus* ac *Silas* media nocte Deum laudabant hymnis in carcere. BELLARMINVS, [n] quidem & alii nonnulli eccleſiæ *Romanenſis* ſcripto-

(*l*) Caſſian. inſtit. lib. *II.* c. XII.

(*m*) Ibid. c. V. Vnus in medium pſalmos domino cantaturus exſurgit. c. VIII. vid. ſub anteced. (†).

(*n*) Bellarmin. de bonis operibus lib. I. c. XVI. tom. IV. p. 1077. (p. 441. edit. Colon. MDCXV.) Auguſtinus lib. IX. confeſſ. c. VII. ſcribit, ab Ambroſio primum

res dicunt, hanc consuetudinem ante AMBROSIVM non obtinuisse: Enimvero manifesto errore introductionem rationis canendi psalmos alternis vicibus pro hac vetustiore canendi ratione, quæ originem suam inde a primis ecclesiæ initiis traxit, accipiunt. Ita HILARIVS [o], qui ante AMBROSIVM vixit, precum ac hymnorum populi in ecclesia mentionem facit. Et CHRYSOSTOMVS [p] tempora apostolica cum suis comparans, *Olim*, inquit, *omnes in vnum congregati communi voce cantabant. Quod & nos hodie facimus.* Et rursus [q]: *Fœminæ & viri & senes & iuvenes distincti sunt & sexu & ætate, non tamen distincti sunt ratione concentus. Vniuscuiusque enim vocem spiritus temperans, vnam ex omnibus conficit melodiam.* AVGVSTINVS [r] aliquoties de psalmis, inter lectiones coniuncta omnium voce cantatis, loquitur, tametsi ante illius ætatem ratio cantandi psalmos alternatim in omnibus ecclesiæ partibus valde inualuerat.

§. XI.

Interdum alternatim, congregatione in duas partes diuisa.

HAEC ratio cantandi psalmos alternatim erat, quando

institutum fuisse, vt iuxta morem orientalium quatuor psalmi atque hymni in Mediolanensi ecclesia canerentur, atque hunc vsum inde ad alias occidentis ecclesias dimanasse, eumdem vsum idem Augustinus probat, tum etiam libr. X. c. XXXIII. Sed quod ait, ab Ambrosio id primum institutum, non ita videtur accipiendum: quasi cantus ecclesiasticus in occidente ante Ambrosii tempora plane ignotus fuerit. Contrarium enim testantur, quæ paullo ante citauimus ex Hilario & Tertulliano. Sed fortasse loquitur Augustinus non de cantu absolute, sed *de cantu totius populi. Antea siquidem psalmum cantabat vnus, tantum audientibus ceteris.* Vnde est illud Hieronymi. *Dicas psalmum in ordine tuo.* Fortasse etiam soli clerici, vt nunc fieri videmus, canebant. Ambrosius autem ad leniendum mœrorem populi in persecutione Iustinæ instituit, vt totus populus caneret.

(o) Hilar. in psalm. LXV. p. 332. (p. 174. edit. Paris. MDCXCIII.) Audiat orantis populi consistens quis extra ecclesiam vocem, spectet celebres hymnorum sonitus.

(p) Chrysostom. homil. XXXVI. in 1 Cor. p. 653. (p. 405. edit. Francof.) συνῄεσαν τὸ παλαιὸν ἅπαντες καὶ ὑπέψαλλον κοινῇ· τοῦτο ποιοῦμεν καὶ νῦν.

(q) Chrysost. homil. in psalm. CXLV. p. 824. (tom. III. p. 710. edit. Frf.) καὶ γὰρ γυναῖκες καὶ ἄνδρες καὶ πρεσβῦται καὶ νέοι διῄρηνται μὲν κατὰ τὸν τῆς ὑμνῳδίας λόγον. τὴν γὰρ ἑκάστου φωνὴν τὸ πνεῦμα κεράσαν, μίαν ἐν ἅπασιν ἐργάζεται τὴν μελῳδίαν.

(r) Augustin. de verb. apost. serm. X. p. 112. Cantauimus psalmum exhortantes nos inuicem vna voce, vno corde, dicentes, Venite, adoremus &c.

con-

congregatio in duas partes diuisa psalmos in vices, alium versum post alium, recitabat, non autem, vt antea, omnis populus simul. Quemadmodum prior ista canendi ratio, propter communem vocum coniunctionem, proprie symphonia dicebatur: Ita hæc, propter diuisionem populi in duos choros, & responsiones alternas, communiter vocabatur antiphona, & nonnumquam responsoria. Hoc planum est ex noto illo iambico GREGORII NAZIANZENI [s] σύμφωνον, ἀντίφωνον ἀγγέλων στάσιν, *cernisne angelorum chorum, qui nunc simul, nunc vicibus alternis canunt.* SOCRATES [t] vocat ἀντιφώνους ὕμνους, *antiphonarium hymnorum cantum;* & AMBROSIVS *responsoria.* Nam ecclesiam cum mari comparans ait [u]: *Responsoriis psalmorum, cantu virorum, mulierum, virginum, paruulorum, consonans vndarum fragor resultat.* Aliis in locis [x] mulierum diserte meminit, tamquam libertatem publice canendi habentium, etsi alias in ecclesia tacere eas iubeat apostolus. AVGVSTINVS quoque [y] hanc rationem canendi alternatim frequenter memorat, eiusque originem in ecclesia occidentali non altius repetit, quam a tempore AMBROSII, quando ab *Ariana* imperatrice *Iustina*, VALENTINIANI iunioris matre, vexatus fuit; quo tempore ille [z] & PAVLINVS [a], qui vitam AMBROSII scripsit, rationem canendi per antiphonas in ecclesiam *Mediolanensem* in

(s) Naz. carm. XVIII. de virtute, inter Iambica tom. II. p. 218.

(t) Socrat. lib. VI. c. VIII. λεκτέον δὲ καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ κατὰ τοὺς ἀντιφώνους ὕμνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήθεια. *Dicendum porro est, vnde consuetudo illa hymnos in ecclesia alternis canendi vicibus initium sumserit.*

(u) Ambros. hexamer. lib. III. c. V.

(x) Ambros. exposit. psalm. I. Mulieres apostolus in ecclesia tacere iubet: Psalmum etiam bene clamant &c. Not. in edit. Paris. MDCXLII. hæc verba loco citato non inuenio.

(y) Aug. serm. in psalm. XXVI. in præfat. Voces istæ psalmi, quas audiuimus & ex parte cantauimus. It. in psalm. XLVI. In hoc psalmo, quem cantatum audiuimus, cui cantando respondimus, ea sumus dicturi quæ nostis.

(z) August. confess. lib. IX. c. VII. Tunc hymni & psalmi vt canerentur secundum morem orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est: & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac pene omnibus gregibus tuis & per ceteras orbis partes imitantibus.

(a) Paulin. vit. Ambros. p. 4. Hoc in tempore primo antiphonæ hymni & vigiliæ in ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt &c.

imitationem ecclesiarum orientalium inuectam, & ab hoc exemplo statim per omnes ecclesias occidentales disseminatam esse dicunt. Quænam prima eius initia in ecclesia orientali fuerint, nec e vetustis nec e recentioribus scriptoribus certo colligas. In ecclesiam *Antiochenam*, hanc rationem canendi alternatim psalmos *Dauidicos* a *Flauiano* & *Diodoro*, imperante *Constantio*, introductam esse, auctor est THEODORETVS [*b*]. SOCRATES [*c*] autem originem huius consuetudinis hymnis alternis collaudandi sanctam trinitatem, ad tempora IGNATII refert. VALESIVS [*], SOCRATEM heic errore lapsum esse, putat: BONA [*d*] autem cardinalis & PAGIVS [*e*] vtramque narrationem recte se habere posse, putant, si altera de psalmis *Dauidicis* tantum, altera autem de hymnis in vsum ecclesiæ compositis intelligatur. Alii hanc consuetudinem dicunt pri-

(*b*) Theodoret. lib. II. c. XXIV. *οὗτοι πρῶτοι διχῆ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χορούς.*

(*c*) Socrat. lib. II. c. VIII. Ἰγνάτιος - - *ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων, διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν· ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις διεδόθη. Ignatius - - vidit aliquando angelos hymnis alternatim decantatis sanctam trinitatem celebrantes, & canendi rationem, quam in illa visione animaduerterat, ecclesiæ Antiochensi tradidit. Vnde ista traditio ad omnes postea ecclesias permanauit.*

(*) Vales. ad loc. Nescio, vnde hæc hauserit Socrates. Constat enim, primos omnium Flauianum ac Diodorum, regnante Constantio, psallentium choros Antiochiæ bifariam diuisisse, & psalmos Dauidicos alternis canendos eis tradidisse: eamque rem primum Antiochiæ institutam, postea ad reliquas totius orbis ecclesias dimanasse.

(*d*) Bona de psalmod. c. XVI. §. X. n. I. (p. 513. edit. Antuerp. MDCCXIII.) Scio, Theodoretum, Suidam, quos nonnulli recentiores sequuti sunt, ad Flauianum & Diodorum, Antiochenos monachos, qui tempore Constantii imperatoris floruerunt, hanc institutionem referre. Verumtamen vel errasse istos dicendum est; vel non de quocumque alterno cantu, sed de solis Dauidicis intelligi debent. Hi enim primi, ait Theodoretus, psallentium choro in duas partes diuiso hymnos Dauidicos alternis canendos instituerunt.

(*e*) Pagi critic. in Baron. an. CCCC. n. X. (n. XII. p. 34. edit. Antuerp. MDCCV.) Ea psalmodiæ species iam ante Flauianum atque Diodorum a Syris videtur vsurpata. Scribit enim Theodorus (Mopsuestenus), Flauianum ac Diodorum primos omnium eam psalmodiæ speciem, quas antiphonas vocant, ex Syrorum lingua in Græcam transtulisse, & omnium prope solos huius rei auctores cunctis orbis partibus apparuisse. Quod igitur Syri diu ante Flauianum

mum

mum ab IGNATIO fuiſſe cœptam, ſed a *Paulo Samoſatenſi* deſtructam & tandem a *Flauiano* reſtitutam. Verum PAGII coniectura rationi omnium maxime conſentanea videtur, quod *Flauianus* tantum hanc rationem canendi pſalmos lingua *Græca Antiochiæ* introduxerit, ſiquidem iam pridem ante *Flauianum* lingua *Syriaca* ita cani conſueuerint, quemadmodum ex THEODORO MOPSVESTENO demonſtrat, & VALESIVS ipſe hoc confirmat ex eodem auctore, cuius teſtimonium conſeruatum eſt a NICETA [*f*]. Vtcumque autem res ſe habet de primis initiis huius rationis canendi alternis vicibus, certum tamen eſt, a tempore *Flauiani* eam, ſiue tunc primum inſtitutam ſiue reſtitutam *Antiochiæ*, per breue temporis interuallum generalem totius eccleſiæ conſuetudinem euaſiſſe. CHRYSOSTOMVS [*g*] antiphonas in vigiliis *Conſtantinopoli*, ad *Arianorum* ſtudium hac in re obſcurandum, amplificauit. BASILIVS [*h*] tempore ſuo de ea loquitur, tamquam conſuetudine per omnem orientem obtinente. Et antea vidimus, quemadmodum ab AMBROSII ætate per omnem occidentem inualuerit. Et erat ſane methodus canendi ita grata atque iucunda, vt ea ſæpius vterentur, vbi

præſtiterant, pſalmos Dauidicos lingua Syriaca antiphonatim canentes, id Flauianus ac Diodorus a Græcis Antiochenſibus, pſalmos Græce canentibus, fieri inſtituerint.

(*f*) Nicet. theſaur. orthodox. fid. lib. V. c. XXX. (biblioth. patr. max. tom. XXV. p. 161. b. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Ceterum per id tempus Antiochiæ florebant, & virtute ſcientiaque celebres habebantur Flauianus & Diodorus, quorum ille Antiocheno epiſcopatui, hic Tarſenſi poſtea præfectus eſt. Atque vt Theodorus Mopſueſtiænus ſcribit, illam pſalmodiæ ſpeciem, quas antiphonas dicimus, illi ex Syrorum lingua in Græcam tranſtulerunt, & omnium prope ſoli admirandi huius operis omnibus orbis chriſtiani hominibus auctores apparuerunt.

(*g*) Socrat. lib. VI. c. VIII. *Ἰωάννης εὐλαβηθεὶς, μή τις τῶν ἁπλουστέρων ὑπὸ τῶν τοιούτων ᾠδῶν ἀφελκυσθῇ τῆς ἐκκλησίας, ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τοὺς τοῦ ἰδίου λαοῦ, ὅπως ἂν καὶ αὐτοὶ νυκτεριναῖς ὑμνολογίαις σχολάζοντες, ἀμαυρώσωσι μὲν τὴν ἐκείνων περὶ τούτου σπουδὴν, βεβαίους δὲ τοὺς οἰκείους πρὸς τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἐργάσωνται. Ioannes veritus, ne quis ex ſimplicioribus huiuſmodi canticis* [antiphonas *antea vocauit*] *ab eccleſia abſtraheretur, quoſdam ex catholica plebe, quæ ſub ipſo erat, eis oppoſuit, qui nocturnos perinde hymnos decantando, & Arianorum circa hæc ſtudium obſcurarent & ſuos in profeſſione rectæ fidei confirmarent.*

(*h*) Baſil. epiſt. LXIII. ad Neocæſar. Vid. integrum locum lib. XIII. c. X. §. XIII. litt. (o) pag. 333.

duo vel tres ad Deum collaudandum priuatim conuenissent. SOCRATES [i] de *Theodosio* iuniore eiusque sororibus speciatim obseruat, quod matutino tempore in palatio regio hymnos in Dei laudem alternis recitare consueuerint.

§. XII.

Interdum ab vno solo præcentore primam versiculi partem recitante, & populo vniuerso cum eo in clausula se coniungente. Vbi quoque de diapsalmis & acroteleuticis & acrostichis in psalmodia.

PRAETER omnes istas canendi methodos quarta quædam erat frequentissimi vsus sæculo quarto ecclesiæ. Quæ erat, quando vnus aliquis (isti ætati *phonascus*, ὑποβολεὺς, siue *præcentor* [*] vocitatus) versum incipiebat, populo se ei coniungente in clausula. Hoc *Græcis* ὑπηχεῖν & ὑπακούειν, *Latinis* vero *succinere* dicebatur. Atque hæc canendi ratio sæpius in eodem officio cum alterna psalmodia varietatis gratia adhibebatur. Ita BASILIVS diuersas matutinæ psalmodiæ describens rationes, ait: *Nunc quidem in duas partes diuisi alternis succinentes psallunt: -- deinde vni ex ipsis hoc muneris datur, vt, quod canendum est, prius ordiatur [k], reliqui succinunt.* Hæc ratio certe *Alexandriæ* tempore ATHANASII obtinuit, quemadmodum libro vltimo [†] obseruauimus. Nam & ille ipse [l] & omnes historici [m],

(i) Socrat. lib. VII. c. XXII. οὐκ ἀλλοιότερα δὲ ἀσκητηρίου κατέστησε τὰ βασίλεια· αὐτὸς τοιγαροῦν ταῖς ἑαυτοῦ ἀδελφαῖς ὀρθρίζων, ἀντιφώνους ὕμνους εἰς τὸ θεῖον ἔλεγε. *Palatium suum sic instituit, vt a monasterio non multum discreparet. Matutino tempore ipse vna cum sororibus suis hymnos in Dei laudem alternis recitare consueuerit.*

(*) Vid. lib. III. c. VII. §. III. vol. I. pag. 40.
Sidon. Apollin. lib. IV. c. XI. Psalmorum hic modulator & phonascus.

(k) Basil. epist. LXIII. ad Neocæsar. p. 96. Νῦν μὲν διχῇ διανεμηθέντες, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις -- ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι.

(†) Lib. XIII. c. V. §. VII. volum. V. p. 158.

(l) Athanas. apol. II. p. 717. (p. 334. d. edit. Par. MDCXCVIII.) καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ θρόνου, προέτρεπον τὸν μὲν διάκονον ἀναγινώσκειν ψαλμὸν· τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. *In throno sedens mandaui diacono, vt psalmum legeret, populoque vt responderet: quoniam in sæcula misericordia eius.*

(m) Theodoret. lib. II. c. XIII. cit. lib. XIII. c. V. §. VII. sub litt. (e) vol. V. p. 157. Socrat. lib. II. c. XI. ibid. p. 156. Sozomen. lib. III. c. VI. ibid.

qui

qui poſt eum hiſtoriam narrant, loquentes de fuga eius ex eccleſia, ab *Arianis* militibus obſeſſa, dicunt, ipſum in media pſallentium turba incolumem euaſiſſe. Mandaſſe enim cum diacono, vt completa oratione pſalmum recitaret, τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν, populo autem, vt reſponderet: *Quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Vulgati ATHANASII interpretes verbum ὑπακούειν reddunt, *auſcultare*, quaſi populus tantummodo attendere illis debuerit, quæ diaconus legeret: At EPIPHANIVS SCHOLASTICVS, vetuſtus *hiſtoriæ tripartitæ* auctor, hunc ipſum locum ATHANASII memorandi habens occaſionem, recte interpretatur per τὸ *reſpondere* [n]. *Reſidens in ſede præcepi, vt diaconus pſalmum legeret, populi reſponderent: Quoniam in ſæculum miſericordia eius.* VALESIVS [o] putat, ὑπηχεῖν loco ὑπακούειν legi debere in omnibus illis locis ATHANASII & hiſtoricorum poſt ipſum: Non autem iſtiusmodi critica emendatione opus heic eſt, nam vtrumque verbum inter *Græcos* eiusdem valoris eſt, ſignificans *reſpondere*, quemadmodum COTELERIVS [p], inſigni præditus iudicio criticus, obſeruauit. Atque hoc ſenſu vocabulum ὑπακούειν a THEOCRITO [q] & HOMERO adhibetur. Vt adeo nulla ratio ſit, cur vſum illius in hac ſignificatione ſcriptoribus eccleſiaſticis abiudicemus. CHRYSOSTOMVS Verbo ὑπηχεῖν [r] vtitur, de hac loquens conſuetudine.

(n) Hiſtor. tripartit. lib. V. c. II.

(o) Valeſ. not. in Theodoret. lib. II. c. XIII. τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν] Scribendum puto ὑπηχεῖν, id eſt, vt populus ſuccineret clauſulam pſalmi. Ita certe legiſſe videtur Epiphanius-Scholaſticus, qui hunc locum ita vertit: *Præcepi, vt diaconus pſalmum legeret, & populi reſponderent: Quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Id Græci proprie dicebant ὑπηχεῖν, ſic Baſilius in epiſt. LXIII. ad clericos Neocæſarienſes.

(p) Coteler. not. in conſtit. apoſt. lib. II. c. LVII. p. 262. Male, qui Athanaſium & hiſtoriam eccleſiaſticam Theodoriti interpretati ſunt, verbum ὑπακούειν putauerunt eſſe *auſcultare, audire;* quum heic, & alibi ſæpe, ſignificet reſpondere.

(q) Theocrit. idyl. XIV. de Hyla τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν, *Ter puer reſpondit.* Vid. Homer. Ody. Γ. IV. †
Steph. theſaur. tom. I. p. 1486. ὑπηχέω - - item *ſuccino*, Philo de vita M. ἐμοῦ τε λεχθέντα ὑπηχοῦντος ἄνευ τῆς σῆς διανοίας, *me, quod dicto opus eſt, ſine tua mente, ſuccinente.*

(r) Chryſoſt. homil. XXXVI. in 1 Cor. p. 655. (p. 408. 409. ed. Frf. MDCXCVII.)

Qui psallit, inquit, *solus psallit, & si omnes respondendo resonent, ὑπηχῶσιν, vox fertur tamquam ex vno corpore.* Et alibi [s], sacerdotes dicit inchoare psalmum & præcedere, populum autem respondendo consequi. Nonnunquam hæc psalmodiæ species dicebatur τὰ ἀκροστίχια ὑποψάλλειν, *extrema versuum succinere.* Quamuis enim ἀκροστιχὶς plerumque significet initia alicuius versus, interdum tamen postrema quoque illius denotat. Vt apud *constitutionum* auctorem [t], quando vnum aliquem iubet hymnum *Dauidis* psallere, & populum extrema versuum succinere. Vocabatur hoc ipsum alias ὑπόψαλμα, διάψαλμα, ἀκροτελεύτιον & ἐφύμνιον, quæ vocabula omnia vnum idemque significant. Id solum obseruandum est, non semper stricte denotare extrema versuum, sed nonnumquam clausulas psalmis apponi solitas, vel aliquid, quod in medio psalmo repetebatur, tamquam diuersarum eius partium clausula. Ita AVGVSTINVS psalmum composuit contra partem *Donati*, vt populus memoriæ eum mandaret, & in imitationem psalmi centesimi decimi noni in tot partes secundum ordinem litterarum diuisit (vnde istiusmodi psalmi *abecedarii* dicti) vnaquaque parte propriam suam in fronte habente litteram, & *hypospalma* (vti ipse [u] vocat) siue responsionem, quæ in cuiuslibet partis clausula repeti debebat, his quidem verbis concepta: *Omnes, qui gaudetis de pace, modo verum iudicate;* perinde ac *Gloria patri* hodie non tantum in singulorum psalmorum fine, sed in vniuscuiusque etiam partis psalmi centesimi decimi clausula, re-

ὁ ψάλλων ψάλλει μόνος, κἂν πάντες ὑπηχῶσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς σόματος ἡ φωνὴ φέρεται. Homil. XI. in Matth. p. 108. (p. 134. edit. Francof.) ἂν δύο ψαλμὰς ἢ τρεῖς ὑπηχήσαντες κ. τ. λ. Vid. lib. XIII. c. VI. §. VII. litt. (t) vol. V. pag. 217.

(s) Chrysost. in psalm. CXXXVII. p. 518. (tom. III. opp. p. 449. edit. Francof.) μετὰ τῶν ἱερέων κατάρχομένων, προηγεμένων ἕψομαι, καὶ ἀκολεθήσω, καὶ ᾄσω σοι.

(t) Constit lib. II. c. LVII. ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός τις τε Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνες, καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω. *Peractis per binos lectionibus, quidam alius Dauidis hymnos psallat, & populus* extrema versuum succinat.

(u) Vid. Augustin. psalmum contra partem Donati tom. VII. p. 5. seqq. & retract. lib. I. c. XX.

cita-

citatur. Et hoc intuitu ipsa doxologia *Gloria patri* nonnullis vetustis scriptoribus vocatur *hypopsalma*, *epoda*, & *acroteleutia*, quia ad calcem psalmorum semper cani solebat. Sic SOZOMENVS commemorans, quemadmodum *Ariani* psalmodiam suam in antelucanis obambulationibus *Constantinopoli* instituerint, *In coetus*, inquit, *diuisi*, *antiphonatim psallebant*, ἀκροτελεύτια [w] *clausulas quasdam iuxta ipsorum dogma compositas adiicientes:* Vbi, VALESIO [x] recte obseruante, manifestum est, per ἀκροτελεύτια intelligi doxologiam illam, *Gloria patri*, quam in psalmorum fine addiderint, sed hæresi suæ peruersæ conformatam, non dicentes: *Gloria patri, & filio, & spiritui sancto*; sed *Gloria patri per filium in spiritu sancto*. Iterum SOZOMENVS loquens de psalmodia, cum qua christiani reliquias *Babylæ* episcopi martyris *Daphne Antiochiam*, tempore *Iuliani* imperatoris, transtulerint, ait: *Præcinebant* [y] *ceteris ii, qui psalmos apprime callebant, multitudo deinde respondebat cum concentu, & hunc versiculum succinebat: Confusi sunt omnes, qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulacris.* Sensus est, hanc sententiam frequenter in diuersis psalmodiæ eorum interuallis fuisse repetitam, quod veteres, vti videmus, interdum epodam siue diapsalma vocarunt, ad similitudinem illius epodæ in psalmo centesimo septimo, *Confiteantur domino misericordiam eius & mirabilia eius filiis hominum*, quæ in distinctis vnius istius psalmi partibus quater recitatur.

§. XIII.

Obiectioni respondetur factæ contra eam sententiam, quæ populum in psalmodia partem habuisse statuit.

Ex his omnibus luce meridiana clarius est, quod populus generatim partem habuerit in veteris ecclesiæ psalmodia; &

(w) Sozom. lib. VIII. c. VIII. κατὰ τὸν τῶν ἀντιφώνων τρόπον ἔψαλλον, ἀκροτελεύτια συντιθέντες πρὸς τὴν αὐτῶν δόξαν πεποιημένα.

(x) Valef. in loc. Suffridus Petrus, qui tres postremos Sozomeni libros Latine interpretatus est, ἀκροτελεύτια vertit *corollaria*. Ego *clausulas* vertere malui. Intelligit autem Sozomenus doxologias Arianorum, quas ad calcem hymnorum canere solebant, hoc modo: Gloria patri per filium in spiritu sancto, vti docet Philostorgius in lib. III. historiæ.

(y) Sozomen. lib. V. c. XIX. ἐξῆρχον δὲ τῶν ψαλμῶν τοῖς ἄλλοις, οἱ τούτους ἀκριβοῦντες, καὶ ξυνεπήχει τὸ πλῆθος ἐν συμφωνίᾳ· καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐπῆδεν· ᾐσχύνθησαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι τοῖς εἰδώλοις.

quod hoc exercitium non ad ſolos canonicos cantores, nec ad vllum peculiarem ordinem in eccleſia reſtrictum fuerit, ſed quod viri, mulieres ac pueri in eo ſe coniungendi habuerint libertatem, dirigentibus quidem ac præeuntibus præcentoribus, vel iis, qui huic ceteriſque officiis eccleſiæ vniuerſis præfuerunt. Hinc animaduerſionem, quam ſupra feci in CABASSVTIVM [*], non poſſum, quin heic repetam, qui hanc canendi rationem nouitatis accuſat, & ideo proteſtantium conventus profanos vocat & veteris eccleſiæ diſciplinæ diſſentaneos, quia ab ſuæ ipſius eccleſiæ conſuetudine diſcrepant; quum tamen illorum praxis antiquæ eccleſiæ praxi, in omnibus diuerſis eius methodis & per omnes ætates, ab apoſtolorum inde temporibus, exacte reſpondeat. Neque quidquam opponi huic mori poteſt, niſi vnicus ille concilii *Laodiceni* canon [z], qui dicit, *non oportere præter canonicos cantores, qui ſuggeſtum adſcendunt & ex membrana legunt, aliquos alios canere in eccleſia.* Hanc temporariam prouincialis iſtius concilii prouiſionem fuiſſe, dixi, eo tantum ſpectantem, vt antiqua pſalmodia, quæ fortaſſis quodam modo corrupta neglectaque fuerat, ad priſtinam harmoniam & perfectionem ſuam reducta reuiviſceret, non vt vetuſta populi libertas aboleretur. Vel ſi quid plus intendit canon, regula fuit, quæ nullum vmquam locum in praxi eccleſiæ obtinuit: Quum ex dictis manifeſtum ſit & extra omnem controuerſiam poſitum, populos hoc antiquo ſuo priuilegio in diuina pſalmodia ſe coniungendi eſſe fruitos, ad eamque a maximis eccleſiæ luminibus excitatos.

§. XIV.

Pſalmodia ſemper a ſtantibus peracta.

SED pergimus. Vbi porro notandum nobis eſt, pſalmodiam pro inſigni ſacrorum parte habitam eſſe, adeoque plerumque, ſi non ſemper, a ſtantibus fieri conſueuiſſe. CASSIANVS quidem monaſteriorum *Aegyptiorum* conſuetudinem heic excipere videtur. Verum hoc ipſum ad illuſtrandam regulam contrariam facit, oſtenditque, publica pietatis exercitia ma-

(*) Lib. III. c. VII. §. II. vol. II. p. 30. collat. monend. ad calcem volum. II. p. 446.

(z) Concil. Laodic. c. XV. *μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ.*

ximam

ximam partem a ſtantibus fuiſſe peracta. Dicit enim, licet propter continua ieiunia laboreſque diurnos ac nocturnos duodecimum pſalmorum numerum ſtantes implere haud valuerint, eum tamen, quem ordo tetigerit, ad dicendos pſalmos ſemper [a] ſurrexiſſe, in clauſula autem pſalmi vltimi omnes [b] adſtantes concinuiſſe cum clamore, *Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.* Aliis in locis ſemper mos fuit ſtare, vti non ex hac ſolum exceptione manifeſtum eſt, ſed ex teſtimonio etiam AVGVSTINI [c], qui de pſalmodia loquitur, tamquam pietatis in Deum actu, quem omnis populus in eccleſia ſtando perficiat.

§. XV.

De plani ſimplicisque cantus vſu, eiuſque laude inter veteres.

QVOD ad vocem ſiue pronuntiationem in canendo attinet, duplicis erat generis, planus & ſimplex cantus, & magis artificioſa ac elaborata vocis modulatio ad maiorem ſonorum modorumque varietatem. Planus & ſimplex cantus cum modico & grato flexu vocis aptoque pronuntiandi ſono fiebat, non multum diſcrepans a lectione, & ad muſicam legendi pſalmos rationem, hodie in eccleſiis noſtris cathedralibus vſitatam, proxime accedens. Hæc canendi ratio *Alexandriæ* tempore ATHANASII obtinuit. AVGVSTINVS [d] enim de eo narrat, quod tam modico flexu vocis fecerit ſonare lectorem pſalmi, vt pronuntianti vicinior eſſet quam canenti. Et hanc communem rationem eccleſiarum *Africanarum* fuiſſe, vtpote

(a) Caſſian. inſtitut. lib. II. c. XII. Abſque eo, qui dicturus in medium pſalmos *ſurrexerit*, cuncti ſedilibus humillimis inſidentia (leg. inſidentes) ad vocem pſallentis omni cordis intentione dependent. Ita namque ieiuniis & operationi totius diei noctiſque adſueſcunt, vt niſi huiuscemodi refectione adiuuentur, ne hunc quidem numerum (pſalmorum duodenarium) *ſtantes* implere valeant.

(b) Caſſian. ibid. c. VIII. Illud etiam in hac prouincia vidimus, vt vno cantante in clauſula pſalmi omnes *adſtantes* concinant cum clamore, Gloria patri cetera.

(c) Aug. ſerm. III. in pſalm. XXXVI. p. 122. Certe verum eſt, quod cantaui; certe verum eſt, quod in eccleſia *ſtans* tam deuota voce perſonui.

(d) Aug. confeſſ. lib. X. c. XXXIII. Tutius mihi videtur, quod de Alexandrino epiſcopo Athanaſio ſæpe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmos, vt pronuntianti vicinior eſſet, quam canenti.

tardi-

tardioribus populi *Africani* mentibus omnium gratissimam, idem AVGVSTINVS [e] videtur innuere. Vnde quidam feruidioris animi *Donatistæ* catholicos reprehendendi arripiebant occasionem, quod sobrie psallerent in ecclesia diuina cantica prophetarum, quum ipsi, vt loquitur AVGVSTINVS, ebrietates suas ad canticum psalmorum, humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis inflammarent. AVGVSTINVS hoc non dicit, quasi aliam istam artificiosius institutam canendi rationem prorsus reiiciat, sed tantum quatenus immoderate a nonnullis, speciatim a *Donatistis*, vsurpabatur. Nam alias hanc canendi rationem laudat, tamquam ad ciendos pios adfectus vtilem, si quidem cum liquida voce & conuenientissima modulatione [f] instituatur, seque lacrimas fudisse dicit, quum in primordiis conuersionis suæ in ecclesia AMBROSII sic cantari audisset.

§. XVI.

Artificialis & melica vocis modulatio in canendo permissa, si sobrie & moderate fieret.

HOC manifesto indicat, artificialem & melicam canendi rationem, cum musicarum notarum varietate, ad maiorem suauitatem efficiendam institutam, in ecclesiis *Italicis* æque vsitatam licitamque fuisse ac cantum planum & simplicem; adeoque AVGVSTINVM non recte intelligi ab iis, qui eum in commendationem alterius, in alterius autem derogationem loqui existimant. Magnam enim vtriusque instituti agnoscere se fatetur vtilitatem, speciatim illius, quum liquida voce & conuenientissima cantatur, ideo quidem, *Vt per oblectamentum aurium infirmior animus in adfectum pietatis adsurgat.* Et quoad

(e) August. epist. CXIX. ad Ianuar. c. XVIII. Pleraque in Africa ecclesiæ membra pigriora sunt: Ita vt Donatistæ nos reprehendant, quod sobrie psallimus, cetera.

(f) Aug. confess. lib. X. c. XXXIII. Verumtamen cum reminiscor lacrimas meas, quas fudi ad cantus ecclesiæ tuæ, in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipse commoueor, non cantu, sed rebus quæ cantantur: cum liquida voce & conuenientissima modulatione cantantur, magnam instituti huius vtilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis & experimentum salubritatis, magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in ecclesia: vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis adsurgat.

haec

hæc artificialis canendi ratio, debitis limitibus circumſcripta, obtinuit, nihil planius eſt & exploratius, quam quod religioſorum hominum in eccleſia adſenſu generatim fuerit approbata.

§. XVII.

Nulla contra pſalmos ac hymnos, humano ſtudio compoſitos, vt tales, facta obiectio.

Neqve vlla vmquam obiectio contra pſalmodiam facta eſt eccleſiæ, quod præter pſalmos ac hymnos ſacrorum ac diuinitus inſpiratorum auctorum pſalmi quoque ac hymni, humano ſtudio compoſiti, interdum canerentur. Quamquam enim AVGVSTINVS, vt modo audiuimus, *Donatiſtas* in pſalmis ſuis, humano ingenio compoſitis, reprehendit, non tamen id ideo potiſſimum fecit, quod ab hominibus eſſent conſcripti, ſed quod eos diuinis ſcripturarum hymnis, ſuamque indecentem canendi eos rationem ſobriæ ac graui methodo eccleſiæ præferrent. Ipſemet AVGVSTINVS pſalmum multarum partium, in imitationem pſalmi centeſimi decimi noni, compoſuit, quemadmodum huius capitis §. XII. obſeruatum nobis eſt. Atque hoc in vſum populi ſui fecit, vt contra errores *Donati* eos præmuniret. Vnde abſurdum foret cogitare, quod, qui ipſe pſalmum compoſuit a populo cantandum, is alios pſalmos repudiarit, eam ſolam ob cauſſam, quod humano ingenio eſſent compoſiti. Libri vltimi capite quinto demonſtrauimus, iſtiusmodi pſalmos, hymnos ac doxologias, a piis hominibus compoſitas, ſemper in eccleſia, a primis inde eius initiis, cani conſueuiſſe. Neque vllus vmquam præter *Paulum Samoſatenſem* talium hymnorum vſum repudiauit; Quod quidem hic non ideo fecit, quod ab hominibus erant compoſiti, ſed quia doctrinam continebant, opinionibus ſuis priuatis contrariam. HILARIVS ac AVGVSTINVS multos iſtiusmodi hymnos compoſuiſſe dicuntur, quos quum nonnulli in *Hiſpanicis* eccleſiis reprobarent, quod humano ſtudio compoſiti eſſe noſcerentur, concilium *Toletanum* quartum [g] facto decreto eorum vſum vna cum doxologia

(g) Concil. Toletan. IV. c. XII. Quia a nonnullis hymni humano ſtudio compoſiti eſſe noſcuntur in laudem Dei, & apoſtolorum ac martyrum triumphos, ſicut hi, quos beatiſſimi doctores Hilarius atque Ambroſius ediderunt, quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, pro eo quod de ſcripturis ſan-

Gloria & honor patri &c. & *Gloria in excelsis Deo*, confirmabat, sacrorum interdictionem illis denuntians, qui eos reiicere auderent. Vnum alicuius ponderis argumentum, quod contra hæc omnia vrgeri potest, ex quodam concilii *Laodiceni* [*h*] canone petitur, quo ἰδιωτικοὶ ψαλμοὶ *priuati* & *vulgares psalmi*, & libri, qui sunt extra canonem, in ecclesia recitari prohibentur. Per priuatos namque psalmos omnes hymnos humano ingenio compositos ibi intelligi credas. Enimvero iste canon potius ad excludendos psalmos apocryphos spectat, tales videlicet, qui sub nomine circumferebantur *Salomonis*, vti BALTZAMON & ZONARAS eum interpretantur; vel certe illi, qui publica auctoritate in ecclesiam non erant recepti. Si extendatur vlterius, communi totius ecclesiæ praxi contradicit, neque cum ratione aliter accipi potest, ac pro priuata quadam regula, in ecclesiarum istius prouinciæ vsum, de peculiaribus caussis, nobis hodie incognitis, facta. Non obstante igitur, quodcumque ex hoc canone formaueris, argumento, manifestum est, veteres psalmis ac hymnis, humano studio compositis, vti minime dubitasse, dummodo essent religiosi, sanæ doctrinæ conformes, atque ab excellentibus viris compositi, iustaque auctoritate recepti, non clandestino in ecclesiam introducti.

§. XVIII.

Duæ autem corruptelæ grauiter vituperatæ. Primum *quidem, mollities & vana curiositas in canendo, in imitationem musicæ theatralis.*

ERANT autem abusus quidam & vitia, quæ in hanc praxin quam facillime irrepere & psalmodiam ac reliquum Dei cultum in ecclesia deprauare poterant. Et in hæc grauiter ac seuere declamitabant ecclesiæ patres. Præcipue de leuitate con-

ctorum canonum, vel apostolica traditione non existant. Respuant ergo & illum hymnum, quem quotidie publico priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus, Gloria & honor patri &c. --- Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrum vlterius improbet, sed pari modo in Gallicia Hispaniaque celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint ausi.

(*h*) Concil. Laodic. c. LIX. ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης. *Quod non oportet priuatos & vulgares aliquos psalmos dici in ecclesia, nec libros non canonicos, sed solos canonicos veteris & noui testamenti.*

que-

querebantur & vana curiositate, qua quosdam in canendo vti obseruabant, qui exemplum sibi capiebant ex tenore & praxi theatrorum, introducentes hinc corruptam & effeminatam musicam in grauem ac solemnem ecclesiae deuotionem. CHRYSOSTOMVM supra [*] audiuimus querentem de quorumdam hominum theatrali strepitu ac gesticulatione in precibus suis ac hymnis. Atque heic adnotationem addemus, quam in verba apostoli, *Cantantes & psallentes in cordibus vestris domino*, fecit HIERONYMVS [†]. *Audiant haec*, inquit, *adolescentuli, audiant hi, quibus psallendi in ecclesia officium est, Deo non voce sed corde cantandum, nec in tragoediam guttur & fauces dulci medicamine colliniendа, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica, sed in timore, in opera, in scientia scripturarum. Quamuis sit aliquis, vt solent illi appellare, κακόφωνος, si bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantus est.*

§. XIX.

Et deinde. *Oblectatio aurium sine eleuatione adfectionum animae.*

ALTERVM vitium, de quo conquerebantur, erat, quod maior musicae, verborum & suauitatis compositionis haberetur ratio, quam sensus eorum; oblectationis aurium, quam eleuationis adfectionum animae, quae tamen vera ratio erat, ad quam psalmodia & musica spectabat. HIERONYMVS huius vitii eodem loco meminit, lectores suos in hunc modum ab eo dehortans [*t*]: *Sic cantet seruus Christi, vt non vox canentis, sed verba placeant, quae leguntur, vt spiritus malus, qui erat in Saule, eiiciatur ab his, qui similiter ab eo possidentur, & non introducatur in eos, qui de Dei domo scenam fecere populorum.* AVGVSTINVS [*k*] accidisse aliquando confitetur, vt se amplius cantus, quam res, quae caneretur, moueret, & malle se tunc non audisse cantantem. ISIDORVS PELVSIOTA huius vitii cumprimis mulieres incusat, dicitque adeo, licet apostoli domini, vt mulieres in ecclesia canerent, sapienti consilio permiserint, tamen, quum hac liber-

(*) Lib. XIII. c. VIII. §. XI. litt. (n) vol. V. p. 270.

(†) Hieron. in Ephes. V. (tom. VI. opp. p. 155. edit. Paris. MDCXCIII.)

(*t*) Hieron. ibid.

(*k*) Aug. confess. lib. X. c. XXXIII. Quum mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res quae canitur moueat, poenaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem.

 tate

tate licentius abutantur, satis caussæ esse [*l*], quamobrem illis interdicatur, ne deinceps in ecclesia canant. Nonnulli quoque in ea sunt opinione, quod huiusmodi abusus in excessu, non in defectu, concilii *Laodiceni* patres commouerint, vt præter canonicos cantores omnibus interdicerent in ecclesia canere, existimantes, melius in ordine retineri & ab illis abusibus reuocari eas posse, si a moderatoribus ecclesiæ ita proxime penderent. At posteriorum sæculorum experientia potius condocuit, non esse hanc veram istiusmodi abusus tollendi rationem; siquidem maiores adhuc querelæ de vitiis, in musica ecclesiastica commissis, a viris prudentibus factæ sunt, posteaquam eius directio canonicis cantoribus concredita fuit, quam quidem antea. Testimonia querelarum, a POLYDORO VIRGILIO [*m*],

(*l*) Isidor. lib. I. epist. XC. Τὰς ἐν ἐκκλησίαις φλυαρίας καταπαῦσαι βουλόμενοι οἱ τοῦ κυρίου ἀπόστολοι, καὶ τῆς ἡμῶν παιδευταὶ καταστάσεως, ψάλλειν ἐν αὐταῖς τὰς γυναῖκας συνετῶς συνεχώρησαν· ἀλλ' (ὥσπερ πάντα εἰς τοὐναντίον ἐτράπη τὰ θεοφόρα διδάγματα, καὶ τοῦτο εἰς ἔκλυσιν, καὶ ἁμαρτίας ὑπόθεσιν τοῖς πλείοσι γέγονε· καὶ κατάνυξιν μὲν ἐκ τῶν θείων ὕμνων οὐχ ὑπομένουσι· τῇ δὲ τοῦ μέλους γλυκύτητι εἰς ἐρεθισμὸν παθημάτων χρώμενοι, οὐδὲν αὐτὴν ἔχειν πλέον τῶν ἐπὶ σκηνῆς ᾀσμάτων ἡγοῦνται· χρὴ τοίνυν, εἰ μέλλοιμεν τὸ τῷ θεῷ ἀρέσκον ζητεῖν, καὶ τὸ κοινῇ συνοῖσον ποιεῖν, παύειν ταύτας καὶ τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ ᾠδῆς, καὶ τῆς ἐν πόλει μονῆς, ὡς χριστοκαπήλους, καὶ τὸ θεῖον χάρισμα μισθὸν ἀπωλείας ἐργαζομένας. *Importunas in ecclesiis loquacitates domini apostoli coercere ac comprimere studentes, modestiæque ac grauitatis magistros sese nobis præbentes, vt mulieres in ipsis canerent, sapienti consilio permiserunt. Verum vt omnia diuina documenta in contrarium versa sunt, hoc quoque quam plurimis in dissolutionem ac peccati occasionem cessit. Siquidem ex diuinis hymnis non ingenti compunctione afficiuntur: verum cantus suauitate ad irritandas & exstimulandas libidines abutentes, nihilo eam scenicis cantilenis præstantiorem esse existimant. Operæ pretium est igitur, si, quod Deo gratum est, quærere, atque id, quod ex vtilitate publica est, facere volumus, iis vt Christo cauponam instar, ad quæstum abutentibus, & diuinam gratiam in exitii mercedem conuertentibus, ne deinceps in ecclesia canant, atque in ciuitate maneant, interdicere.*

(*m*) Polydor. Virgil. de rer. inuent. lib. VI. c. II. pag. 379. (p. 408. edit. Lugdun. MDXCIV.) Hodie nihilo plus e re publica nostra esse apparet, quando cantores nostri ita in templis constrepunt, vt nihil præter vocem audiatur, & qui intersunt eiusmodi vocum concentu, quo eorum aures maxime calent, contenti, de vi verborum minime curant. Vnde eo ventum est, vt apud vulgus omnis fere diuini cultus ratio in istis cantoribus sita esse videatur, quos bona pars populi, vt audiat, in sacras ædes velut in theatrum concurrit, eos pretio conducit, eos fouet, eos denique solos domui Dei

MAL-

MALDONATO [*n*], DVRANTO [*o*], aliisque inter *Romanenses*, & ab episcopo WETTENHALIO [*p*] inter protestantes factarum, hoc loco pluribus persequi instituti nostri ratio non permittit.

LIBRI DECIMI QVARTI

CAPVT SECVNDVM

DE NOTISSIMIS QVIBVSDAM HYMNIS, IN VETERIS ECCLESIAE OFFICIO CANI SOLITIS.

§. I.

De minore doxologia, Gloria patri, & filio & spiritui sancto.

VNVM adhuc superest, quod ad psalmodiam veteris ecclesiæ eo melius intelligendam proderit, si videlicet notissimos hymnos, qui bonam partem diuini cultus effecerunt, paullo distinctius enarrauerimus. Inter hosce antiquissimus pariter & frequentissimus ille hymnus erat, quem minorem doxologiam vocitabant, *Gloria patri & filio & spiritui sancto.* De quo notandum nobis est primum, quod aliquanto breuius fuerit, quam nunc quidem. Nam antiquissima eius forma vnica erat sententia sine responsione, his verbis concepta: *Gloria patri & filio & spiritui sancto, in sæcula sæculorum Amen.* Vltimæ clausulæ pars: *Sicut erat in principio & nunc & semper*, aliquanto post pri-

ornamento esse existimat, tanto molliores & delicatiores in cantu flexiones & fictæ voculæ vulgus magis delectant, quam certæ & planæ: ac ei gratior est sonus, qui tremulo e gutture funditur, quam qui cum grauitate editur.

(*n*) Maldonat. de VII. sacramentis tom. II. p. 238. Nimis delectati homines musica, cœperunt minore grauitate canere & maiore studio, quam decebat, in ecclesia. Qua de re conqueruntur omnes antiqui auctores, qui de hac re aliquid scribunt. cetera.

(*o*) Durant. de ritibus lib. III. c. XXI. p. 491. edit. Lugdun. MDCLXXV. Hodie, dolenter refero, in ecclesiis musici, quæ cantorum vice funguntur, hominum omnium dissolutissimi sunt, adeo vt adagium populo dederit, musice viuere, hoc est dissolute & effeminate. Hos e choro deiici optabat Lindanus lib. IV. *panoplia capit.* LXXVIII. Optabat item in ecclesiis cathedralibus eligi cantores psalmorum intelligentes, & Deum vita simul & voce moderata potius, quam incondito garritu, laudantes. cetera.

(*p*) Wettenhal *Gift of Singing* chap. I. p. 257. & 247.

mam compositionem interposita est. Id quod ex vetustissima forma, tam in *Græca* quam *Latina* ecclesia sine illis verbis vsurpata, apparet. Concilium *Toletanum* quartum ad an. DCXXXIII. ita legit [a]: *In fine omnium psalmorum dicimus, Gloria & honor patri & filio & spiritui sancto in sæcula sæculorum. Amen.* Vbi obseruare licet, non tantum verba, *Sicut erat in principio & nunc & semper*, heic omitti, sed vocabulum etiam *honor* vocabulo *gloria* addi, secundum aliud eiusdem concilii decretum [b]: *In fine psalmorum non sicut a quibusdam huc vsque, Gloria patri, sed Gloria & honor patri dicatur, Dauid propheta dicente: (Psalm. XXVIII, 2.) Adferte domino gloriam & honorem: & Ioanne euangelista in apocalypsi: (cap. V, 13.) Audiui vocem cælestis exercitus dicentem: Honor & gloria Deo nostro sedenti in throno: ac per hoc hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cælis resonant.* Liturgia *Mozarabica*, quæ paullo post hoc tempus inualuit in *Hispania*, in eadem forma [c] hanc doxologiam habet: *Gloria & honor patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sæculorum, Amen.* Quod ostendit, fuisse hanc receptam hoc hymno vtendi methodum in ecclesiis *Hispanicis*. Ecclesia etiam *Græca* per aliquot sæcula eo hymno in eumdem modum vsa est, modo vocabulum *honor* non interposuit, quæ consuetudo ecclesiæ *Hispanicæ* peculiaris fuisse videtur. ATHANASIVS, vel quisque auctor libri de *virginitate* inter illius opera [d] est, ita recitat: *Gloria patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sæculorum Amen.* Et STRABO [e] de *Græcis* generatim dicit, quod omittant hæc verba, *Sicut erat in principio.* Vt adeo non facile sit ad dicendum, quo primum tempore in ea adhiberi cœperint. Alii

(a) Concil. Tolet. IV. c. XII. (XIII. ap. Labb. tom. V. p. 1710.)

(b) Ibid. c. XIV. al. c. XV.

(c) Missa Mozarab. in natiuit. Christi ap. Mabillon. de liturg. Gallican. p. 453.

(d) Athan. de virginit. p. 1051. (tom. II. p. 218. c. edit. Par. MDCXCVIII.) *δόξα πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.*

(e) Strabo de reb. eccles. c. XXV. (biblioth. patr. tom. XV. p. 195. c. ed. Lugdun. MDCLXXVII.) Dicendum de hymno, qui ob honorem sanctæ & vnicæ trinitatis officiis omnibus interseritur, eum a sanctis patribus aliter atque aliter ordinatum. Nam Hispani (sicut superius commemorauimus) ita eum dici omnimodis voluerunt. Græci autem, *Gloria patri & filio & spiritui sancto & nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.* Latini vero, eodem ordine & eisdem verbis hunc hymnum decantant, addentes tantum in medio, *sicut erat in principio.*

con-

concilium *Nicænum* illa contra *Arianos* interponi iussisse dicunt. Alii ecclesiam communi consensu adserunt ea admisisse in doctrinæ istius concilii obsequium, ad redarguendum dogma *Arianorum*, filium non fuisse in principio, & tempus fuisse, quo non fuerit, statuentium. Quod vero si ita est, mirum est, quod de hac additicia istius hymni parte in nullo *Græco* vel *Latino* scriptore, per integra duo sequentia sæcula, quidquam legamus. Prima diserte eius mentio in concilio *Vasensi* secundo, ann. DXXIX. habetur, vbi in ecclesiis *Gallicanis* ad aliarum exemplum dici iubetur, canone facto in hanc sententiam [f]: *Quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qui Dei filium non semper cum patre fuisse, sed a tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post, Gloria patri &c. sicut erat in principio dicitur, etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decernimus.* Vnde planum est & perspicuum, quod ante hoc tempus in ecclesiis *Gallicanis* non fuerit. Et ratio est coniectandi, *Orientem* hoc loco pro *Occidente* ex errore librarii positum esse, quia e STRABONE, ecclesiæ *Græcæ* consuetudinem ætate ipsius prorsus aliam fuisse, constat. Et quamdiu in ecclesiis occidentalibus hæc consuetudo ante hoc concilium obseruata fuerit, incertum est. Ecclesiæ *Hispanicæ*, vt vidimus, eam postea non admiserunt.

EPISTOLA equidem sub nomine HIERONYMI ad *Damasum*, ecclesiæ *Romanæ* episcopum, circumfertur, quæ si genuina esset, hoc additamentum antiquius esse, quam nunc quidem concedi potest, probaret. Nam in ea monet *Damasum*, vt in ecclesia *Romana* in fine psalmi cuiuslibet addi præcipiat, *Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper & in sæcula sæculorum Amen* [g]. Verum hæc epistola vt spuria a viris doctis BELLARMINO, BARONIO, BONA, aliisque *Romanensibus* æque ac *Protestantibus* scriptoribus generatim

(f) Conc. Vas. II. al. III. c. V. (tom. IV. concil. p. 1080.)

(g) Hieron. epist. ad Damas. inter decreta Damasi ap. Crab. tom. I p. 383. (ap. Labb. tom. II. concil. p. 868.) Precatur ciiens tuus, vt vox ista psallentium in sede tua Romana diu noctuque canatur, & in fine psalmi cuiuslibet sit e matutinis vel vespertinis horis coniungi præcipiat apostolatus tui ordo, *Gloria patri* &c.

reiicitur, quia notæ ecclesiæ *Romanæ* praxi alia in parte contradicit. Nam *Romæ* multo tempore post, ætate WALAFRIDI STRABONIS [*h*], non dicebant in cuiuslibet psalmi fine *Gloria patri*, neque hodie secundum rubricas *breuiarii Romani* id faciunt. Quum e contrario, si DAMASVS hoc fieri decreuisset, vti hæc epistola monet, doxologia illa *Gloria patri*, *Romæ* in fine singulorum psalmorum dicenda fuisset; quod vero neque heic neque in vlla ecclesia orientali, sed in *Gallicana* tantum & paucis aliis ecclesiis factum est, quemadmodum capite vltimo percepimus.

ALIA quædam parua differentia erat in huius antiqui hymni vsu, de qua tamen inter catholicos nulla fuit altercatio, vsque dum hæresis *Ariana* excitaretur, atque tum non leues ea turbas peperit. Ipsi catholici olim dicere consueuerant, alii quidem, *Gloria patri & filio & spiritui sancto*, alii autem, *Gloria patri & filio cum spiritu sancto*, alii denique, *Gloria patri in vel per filium & per spiritum sanctum*. Iam vero diuersæ istæ loquendi rationes omnes licitæ erant, quoad nihil hetrodoxi sub illis latere credebatur, quemadmodum in notis suis in SOCRATEM ac THEODORETVM obseruauit VALESIVS [*i*], & BASILIVS [*k*] in libro suo *de spiritu sancto* pluribus ostendit. Quando autem *Arius* hæresin suam in mundum inuexerat, sectatores illius non alia glorificationis formula nisi vltima vti volebant, suæque partis notam characteristicam faciebant, vt dicerent, *Glo-*

(*h*) Strabo de reb. eccles. c. XXV. (bibl. patr. p. 195. d. cit. edit.) Romani cum (hymnum) in psalmis rarius, in responsoriis crebrius iterant.

(*i*) Vales. not. in Socrat. lib. II. c. XXI. Intelligit Socrates δοξολογίαν, quæ legitur in fine sermonum Eusebii, quam perpetuo ita concipit Eusebius: *Gloria non nato patri per filium suum vnigenitum* &c. Atque id perspicere licet in opusculis Eusebii, quæ Iacobus Sirmondus in lucem edidit. Exempli gratia in fine libri primi contra Sabellium hæc leguntur verba: *Gloria vni non nato Deo, per vnum vnigenitum Deum, filium Dei, in vno spiritu sancto & nunc & semper & per omnia sæcula sæculorum, Amen.* Et sic in ceteris. - - Porro notum est, Arianos præpositionem illam, *per quem*, attribuisse filio, eo consilio, vt illum patri subiicerent.
Id. in Theodoret. lib. II. c. XXIV. In fine orationum & sermonum ad populum, antiqui patres fere dicebant δι᾽ οὗ, *per quem omnipotenti honor & gloria* &c. vt videre est, tum apud Basilium in dicto loco, tum in opusculis Eusebii Pamphili a Iacobo Sirmondo olim editis.

(*k*) Basil. de spirit. sanct. c. VII. XXV. & XXIX. tot.

ria patri in filio & ſpiritu ſancto: hoc ipſo declaraturi, filium & ſpiritum ſanctum patre inferiores ſubſtantia, & tanquam res creatas diuerſæ ab illo naturæ eſſe, vti SOZOMENVS [*l*] & alii ſcriptores tradunt. Atque ab hoc tempore offenſioni eſſe cœpit, & ſuſpicionem heterodoxiæ conflauit omnibus, qui ea vterentur, quia *Ariani* illam iam partis ſuæ quaſi teſſeram effecerant. PHILOSTORGIVS [*m*] quidem ait, *Flauianum Antiochenum,* collecta monachorum multitudine, primum omnium acclamaſſe, *Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.* Nam ex iis, qui ætate illum anteceſſiſſent, alios quidem dixiſſe: *Gloria patri per filium in ſancto ſpiritu,* atque hanc acclamationem vſu magis receptam eſſe. Alios vero dicere ſolitos: *Gloria patri in filio & ſpiritu ſancto.* Verum hæc eiusmodi ſunt, vt ab *Ariano* hiſtorico aliter expectari nequeant, & ſatis confutantur antiquis teſtimoniis, quæ BASILIVS ad ſe vindicandum contra illos producit [*n*], qui eiusdem innouationis ipſum accuſabant; quibus reſpondens dicit, ſe nihil feciſſe, quod non fecerint ante ſe IRENAEVS, CLEMENS ROMANVS, DIONYSIVS ROMANVS, DIONYSIVS ALEXANDRINVS, EVSEBIVS CAESARIENSIS, ORIGENES, AFRICANVS, ATHENOGENES, GREGORIVS THAVMATVRGVS, FIRMILIANVS & MELETIVS, & quod factum ſit in precibus eccleſiæ, & in quo omnes orientales ac occidentales eccleſias ſibi habeat conſentientes. Miraberis igitur, ſi BONAM [*o*]

(*l*) Sozom. lib. III. c. XX. *οἱ δὲ ἐδόξαζον πατέρα ἐν υἱῷ, τῇ παρενθέσει τῆς προθέσεως, δευτερεύειν τὸν υἱὸν ἀποφαίνοντες. Alii patrem in filio glorificabant, hac præpoſitione adiecta denotantes, filium patri inferiorem eſſe.*

(*m*) Philoſtorg. lib. III. c. XIII. *ὅτι φησὶ τὸν Ἀντιοχείας Φλαβιανὸν, πλῆθος μοναχῶν συναγείροντα, πρῶτον ἀναβοῆσαι, δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι· τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ, τοὺς μὲν, δόξα πατρὶ δι' υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι λέγειν· καὶ ταύτην μᾶλλον τὴν ἐκφώνησιν ἐπιπολάζειν· τοὺς δὲ, δόξα πατρὶ ἐν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.*

(*n*) Baſil. de ſpirit. ſancto c. XXIX. (tom. II. opp. p. 360. 361. 362. edit. Pariſ. MDCXXXVII.)

(*o*) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. III. n. II. Primus, qui hymnum glorificationis mutauit, Aëtius fuiſſe dicitur, eccleſiæ Antiochenæ diaconus, Arianiſmi inſtaurator, ſic cani inſtituens, *Gloria patri per filium in ſpiritu ſancto:* quæ verba licet per ſe nullam hæreſin contineant, ſubdole tamen ab Arianis vſurpabantur, vt illorum æquiuocatione ſuam impietatem celarent. Illis in ſenſu orthodoxo vſus eſt Leo ſerm. I. de natiuitate dicens, *Agamus, dilectiſſimi, gratias Deo patri per filium eius in ſpiritu ſancto.* At vero

 aulæ

aulæ *Romanæ* purpuratum, audieris repræsentantem BASILIVM, tamquam dignum reprehensione, quod verbis partis heterodoxæ vsus catholicis displicuerit; quum eos heterodoxos fuisse manifestum sit, qui cum ipso de catholicæ formulæ vsu concitarunt. Et licet BASILIVM sine ratione reprehendat, dicens, oportere catholicum doctorem irreprehensibilem esse, & a vocibus abstinere, quæ communiter suspectæ habeantur, & pias aures offendant; nihil tamen habet dicere contra LEONEM papam, qui, si quisquam alius, hanc ipsius censuram commeruerat, quod *Ariana* glorificationis formula, etsi sensu catholico, vsus erat in sermone quodam de *natiuitate*, vbi sic dixerat: *Agamus, dilectissimi, gratias Deo patri* [p] *per filium eius in spiritu sancto.* BASILIVS numquam hanc suspectam formulam adhibuit [quamuis sano sensu adhiberi posse, statueret], sed semper illam, *Gloria patri cum filio & spiritu sancto.* Vnde a nonnullis heterodoxis hominibus innouationis nomine accusabatur, BONAE autem censura locum nullum heic habet.

POSTEAQVAM ita antiquam formam & typum huius hymni in prima sua origine & subsequentibus progressibus, quos in ecclesia fecit, considerauimus, sequitur nunc, vt dispiciamus, quem in vsum & in quibus diuini cultus partibus adhibitus fuerit. Atque heic obseruari licebit, quod hymnus generalis vsus fuerit & doxologia, Deo in cuiuslibet solemnis officii clausula adhiberi solita. Ecclesiæ occidentales eum in fine singulorum psalmorum recitabant, & ecclesiæ orientales in fine psalmi vltimi, vti capite præcedente vidimus. Multæ etiam preces eorum hoc ipso hymno finiebantur, vti ex variis exemplis, in sequentibus huius & proxime sequentis libri partibus, percipiemus; speciatim solemnis gratiarum actio, siue

Basilius, quum iisdem verbis sermonem ad populum conclusisset, catholicis displicuit, & pro illorum defensione librum apologeticum edidit, quem de spiritu sancto ad Amphilochium inscripsit, sed non omnibus satisfecit. Adeo verum est, oportere catholicum doctorem irreprehensibilem esse & a vocibus abstinere, quæ communiter suspectæ habentur, & pias aures offendunt, quamuis veræ sint & orthodoxæ in eo sensu, quo scribentes vel prædicantes eas concipiunt & docent. Ideo apostolus Timotheo præcepit, vt depositum custodiret, & profanas vocum nouitates deuitaret.

(p) Leo serm. I. de natiuit. cit. Bona l. c.

preca-

precatio consecrationis in eucharistia, ad quam IRENAEVS [q] & TERTVLLIANVS [r] respiciunt, quando eius clausulam memorant, finientem his verbis εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *in sæcula sæculorum Amen.* Tota doxologia ita communiter se habebat: *Omnis gloria, veneratio, gratiarum actio, honor, adoratio, patri & filio & spiritui sancto, nunc & semper, & in infinita ac sempiterna sæcula sæculorum Amen.* Vti in *constitutionibus* [s] legitur. Vel si oratio finiretur per deprecationem *CHRISTI*, tum sic habebat: *Cui tecum*, vel, *cum quo tibi & spiritui sancto gloria, honor, laus, glorificatio, gratiarum actio in sæcula* [t] *Amen.* Hæc etiam vsitata sermonum ipsorum erat conclusio, *Vt obtineamus æternam vitam per Iesum Christum, cui cum patre & spiritu sancto gloria & potestas in sæcula sæculorum, Amen*: Quemadmodum in homiliis CHRYSOSTOMI, AVGVSTINI, LEONIS & reliquorum omnium videre est, qua de re capite quinto huius libri fusius.

§. II.

De maiore doxologia, Gloria in excelsis Deo.

ALIVS magni momenti hymnus in vetere ecclesia erat, quem communiter *hymnum angelicum* vel *magnam doxologiam* vocitabant, incipiens cum verbis, quæ nato seruatore nostro canebant angeli, *Gloria in excelsis Deo* &c. Hic hymnus præ-

(q) Iren. lib. I. c. I. n. V. p. 16. καὶ τὸν Παῦλον φανερώτατα λέγουσι, τοὺς δὲ Αἰῶνας ὀνομάζειν πολλάκις, ἔτι δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τετηρηκέναι, οὕτως εἰπόντα, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων τοῦ αἰῶνος· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας λέγοντας, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἐκείνους τοὺς αἰῶνας σημαίνειν. *Et Paulum manifestissime dicunt Aeonas nominare sæpissime, adhuc etiam & ordinem ipsorum seruare, sic dicentem: In vniuersas generationes sæculi sæculorum. Sed &* nos ipsos *denique* in gratiarum actionibus dicentes, æonas æonum, *illos æonas significare.*

(r) Tertull. de spectac. c. XXV. Quale est enim de ecclesia Dei in diaboli ecclesiam tendere? de cælo (quod aiunt) in cœnum? illas manus, quas ad dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας alii omnino dicere, nisi Deo Christo.

(s) Constit. lib. VIII. c. XII. ὅτι σοὶ πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀνεκλείπτους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

(t) Ibid. c. XIII. μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ, αἶνος, δοξολογία, εὐχαριστία, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

cipue in celebratione vſurpabatur euchariſtiæ, vti hodie fit in eccleſia noſtra; de eoque iterum loquuturi ſumus loco ſuo. In precibus quoque matutinis, quas quotidie quisque pro ſe ipſe priuatim faciebat, in vſu erat, vti ſupra ex ATHANASIO oſtendimus & *conſtitutionibus* [*], vbi ſub titulo **προσευχῆς ἑωθινῆς**, *precationis matutinæ*, verbis pluribus recitatus inuenitur. In liturgia *Mozarabica* publice ante lectiones in natalitiis *CHRISTI* cani iubetur. CHRYSOSTOMVS [*u*] crebro eius meminit, & loco quodam ſpeciatim obſeruat de his [*x*], qui mundo relicto vitam amplexi erant aſceticam, quod quotidie conueniant, vt ab vno quaſi conſonantes ore hymnis matutinis Deum collaudent, inter quos & hunc hymnum cum angelis in cælis canant. Verum antea obſeruauimus, non fuiſſe hanc communem omnium eccleſiarum conſuetudinem, vt quotidie in precibus matutinis eum canerent, ſed tantum in officio ſacræ miſſæ; aut ad minimum die tantum dominico & paſchali, aliisque iſtiusmodi ſolemnibus eccleſiæ feſtiuitatibus. Quis hunc hymnum, reliquam partem verbis ab angelorum exercitu cantatis addendo, primus omnium compoſuerit, incertum eſt. Sunt [*y*], qui eum ad ætatem LVCIANI ſcriptoris ethnici referunt, qui ſæculo ſecundo ineunte vixit, eumque exiſtimatur intelligere in dialogo quodam ſuo, vbi de hymno *πολυωνύμῳ*, tamquam a chriſtianis vſurpari ſolito, loquitur. Alii pro doxologia *Gloria patri*, accipiunt, quæ controuerſia eſt, æque difficilis ad dirimendum, atque difficile ad definiendum eſt, quis

(*) Vid. lib. XIII. c. X. §. IX. vol. V. p. 324.

(*u*) Chryſoſtom. homil. III. in Coloſſ. p. 1337. (p. 176. edit. Francof.) *εὐχαριστοῦντες λέγομεν, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, Gratias agentes dicimus, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas.* Id. homil. IX. in Coloſſ. p. 1380. (p. 228. d. edit. Frf.) *τίς ὁ ὕμνος τῶν ἄνω, τί λέγει τὰ χερουβὶμ, ἴσασιν οἱ πιστοί· τί ἔλεγον οἱ ἄγγελοι κάτω; Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ. Quis ſit hymnus ſupernorum, ſciunt fideles. Quid ſuperne dicunt Cherubim? Quid dicebant angeli infra? Gloria in excelſis Deo.*

(*x*) Chryſoſt. homil. LXVIII. al. LXIX. in Matth. p. 600. (p. 740. edit. Francof.) *τί τῶν ἀγγέλων οὗτος διέστηκεν ὁ χορὸς τῶν ἐπὶ γῆς ᾀδόντων καὶ λεγόντων. δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.*

(*y*) Smith's *Account of the* greek church p. 226. (Not. In editione latina, Traiecti ad Rhen. an. MDCXCVIII. 8uo excuſa, nihil huiusmodi inuenio.)

pri-

primus auctor & quae prima origo huius hymni fuerit. Quidquid ergo hoc loco de eo dicendum mihi adhuc restat, illud est, quod iam olim a concilio quarto *Toletano* [z] monitum est contra quosdam, qui hymnos HILARII & AMBROSII aliorumque repudiabant, quod humano studio compositi esse noscerentur: Quod videlicet ex eadem ratione respuere potuissent tam minorem doxologiam, *Gloria & honor patri & filio & spiritui sancto*, quae ab hominibus erat composita, quam maiorem hanc doxologiam, cuius partem, nato in carnem Christo, angeli cecinerunt, *Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonae voluntatis*, (ita legunt illius concilii patres, vti multi alii *Graeci* & *Latini* scriptores) reliqua autem, quae sequuntur, ab ecclesiasticis doctoribus composita erant & addita.

§. III.

De trisagio, *siue hymno Cherubico* Sanctus, sanctus, sanctus, *cetera.*

TERTIVS quidam magnae auctoritatis in ecclesia hymnus, Cherubicus ille erat, siue sic dictus *trisagion*, id est, *ter sanctus*, quia ter dicebatur, *Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth*, in imitationem Seraphim in visione *Iesaiae*. Primitiua huius hymni forma sic habebat: *Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Sabaoth: Pleni sunt caeli & terra gloria eius: Benedictus in secula. Amen.* Ita in *constitutionibus* [a] legitur, & frequenter in CHRYSOSTOMO [b], qui eum iisdem verbis in terra ab hominibus cani di-

(z) Concil. Tolet. IV. c. XIII. (tom. V. concil. p. 1709. 1710.) Quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei atque apostolorum & martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum, vel apostolica traditione non existunt: respuant ergo & illum hymnum, ab hominibus compositum, quem quotidie publico priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: Gloria & honor patri, & filio, & spiritui sancto in saecula saeculorum. Amen. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Christo angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonae voluntatis; reliqua quae ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec idem in ecclesiis canendus est, quia in scripturarum sanctarum libris non inuenitur.

(a) Constitut. lib. VIII. c. XII. p. 402. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

(b) Chrysostom. homil. I. de verbis Iesaiae tom. III. p. 834. (p. 714. ed. Francof.)

cit, quibus cum a Seraphim in cælis cani audiuerit *Iesaias.* Postea ecclesia aliquot verba addidit, & hac quidem forma eum cecinit: ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri.* Hæc formula a nonnullis *Proclo*, episcopo *Constantinopolitano*, & *Theodosio* iuniori adscribitur, an. CCCCXLVI. Atque hac cum formula non multo post a patribus concilii *Chalcedonensis* [c] in condemnatione *Dioscori* adhibitum inuenimus. Quod etiam a DAMASCENO [d] notatur, qui orthodoxos hac formula vti dicit ad declarandam fidem suam in sanctam *TRINITATEM*, hoc *sanctus Deus*, de patre, & *sanctus fortis* de filio, &

ἄνω τὰ Σεραφὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναβοᾷ· κάτω τὸν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων ἀναπέμπει πληθύς· κοινὴ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων συγκροτεῖται πανήγυρις. *In supremis Seraphim ter sanctum illum hymnum resonant: in terris eundem hominum promit multitudo, communiterque tum cælestium, tum terrestrium festiuus conuentus congregatur.*

Id. Homil. VI. in Seraph. ibid. p. 800. (p. 772. fin. 773. ineunt. edit. Francof.)

Vid. cit. lib. XV. c. III. §. X. & passim.

Vid. Cyrill. catech. myst. V. n. V. μνημονεύομεν καὶ τῶν χερουβὶμ, ἃ ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἐθεάσατο Ἠσαΐας παρεστηκότα κύκλῳ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατακαλύπτοντα τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ· διὰ τοῦτο γὰρ τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν ἐκ τῶν Σεραφὶμ θεολογίαν ταύτην λέγομεν, ὅπως κοινωνοὶ τῆς ὑμνῳδίας ταῖς ὑπερκοσμίοις γενώμεθα στρατιαῖς. *Commemoramus etiam illa Cherubim, quæ in spiritu sancto cernebat Esaias, circumstantia thronum Dei: ac aliis quidem duabus faciem velantia, & duabus item pedes, reliquis vero duabus volantia atque dicentia:* Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sebaoth. *Propterea enim traditam nobis hanc Seraphicam theologiam recitamus, vt in illa cælesti hymnodia, cum supramundana militia communicemus.*

(c) Concil. Chalced. act. I. tom. III. (concil. tom. IV. p. 324. b. ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

(d) Damascen. de orth. fide lib. III. c. X. ἡμεῖς τὸ ἅγιος ὁ θεὸς περὶ τοῦ πατρὸς ἐκλαμβάνομεν, οὐκ αὐτῷ μόνῳ τὸ τῆς θεότητος ἀφορίζοντες ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν θεὸν εἰδότες, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τὸ, ἅγιος ἰσχυρὸς, περὶ τοῦ υἱοῦ τίθεμεν, οὐκ ἀπαμφιεννύντες τῆς ἰσχύος τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τὸ, ἅγιος ἀθάνατος, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τάττομεν, οὐκ ἔξω τῆς ἀθανασίας τιθέντες τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων, πάσας τὰς θεωνυμίας ἁπλῶς καὶ ἀκωλύτως ἐκλαμβάνοντες, καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον ἐκμιμούμενοι, φάσκοντα, ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ

sanctus

ſanctus immortalis de ſpiritu ſancto accipientes: non autem vllam e tribus perſonis ab vllo horum titulorum excludentes, ſed diuinum apoſtolum imitantes, dicentem, *Nobis autem vnus Deus pater, ex quo omnia & nos ex ipſo ſumus; & vnus dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia & nos per ipſum.* Atque hoc modo hunc hymnum toti *TRINITATI* applicare perrexerunt, vſque dum *Anaſtaſius* imperator, vti quidam [*e*] dicunt, vel vt alii [*f*] narrant, *Petrus Gnapheus*, eccleſiæ *Antiochenæ* epiſcopus, hanc clauſulam adderet: ὁ ϛαυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, *qui crucifixus es pro nobis.* Quod additamentum eo ſpectabat, vt hæreſin *Theopaſchitarum* introduceret, qui ipſam diuinam naturam in cruce paſſam eſſe ſomniabant, & re ipſa idem erat ac ſi dicerent, totam trinitatem paſſam eſſe, quia hic hymnus communiter de tota *TRINITATE* accipiebatur. Ad quem errorem euitandum CALANDIO quidam, epiſcopus *Antiochiæ*, tempore *Zenonis* imperatoris aliam ei additionem fecit verborum, *Chriſte rex*, ita hymnum legens: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, Chriſte rex, qui crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri,* quemadmodum THEODORVS LECTOR [g] & alii hiſtorici fi-

ἡμεῖς δι' αὐτῦ, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ. *Nos hoc*, ſanctus Deus, *de patre accipimus, non illi ſoli deitatis addeterminantes nomen, ſed agnoſcimus filium Deum & ſpiritum ſanctum, & hoc,* ſanctus fortis, *de filio ponimus, non priuantes fortitudine patrem, & ſpiritum ſanctum, & hoc,* Sanctus immortalis, *de ſpiritu ſancto ſubiungimus, non extra immortalitatem patrem & filium ſtatuentes: ſed omnes has Dei denominationes ſimpliciter & indiſſolubiliter accipimus. Et diuinum apoſtolum imitamur dicentem:* Nobis autem vnus Deus pater &c.

(*e*) Euagr. lib. III. c. XLIV. Ἀνὰ δὲ τὸ Βυζάντιον, προσθήκην τῦ βασιλέως ἐν τῷ τρισαγίῳ βυληθέντος ποιήσασθαι, τὸ, ὁ ϛαυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, μεγίϛη ϛάσις γέγονεν, ὡς τὰ μάλιϛα τῆς χριϛιανῆς θρησκείας ἀθετυμένης. *Conſtantinopoli, quum* imperator (Anaſtaſius) *in hymno triſagio hanc vocem adiicere voluiſſet:* Qui crucifixus es pro nobis: *grauiſſima ſeditio exorta eſt, perinde quaſi religio chriſtiana funditus euerteretur.*

(*f*) Damaſcen. ibid. Ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἐν τῷ τρισαγίῳ ὑπὸ τῦ ματαιόφρονος Πέτρυ τῦ γναφέως γεγενημένην βλάσφημον ὁριζόμεθα κ. τ. λ. *Hinc* additionem *in triſagio ab inſano vaneque ſentiente* Petro Gnapheo *factam, definimus blaſphemam eſſe, cetera.*

(*g*) Theodor lect. lib. II. p. 566. Καλανδίωνα λέγει προσθῆναι τῷ τρισαγίῳ, χριϛὲ βασιλεῦ, διὰ τὺς προστεθεικότας ὁ ϛαυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. *Scribit etiam*

dem

dem nobis faciunt. Vltimæ hæ additiones magnas turbas ac tumultus pepererunt in ecclesia orientali; *Constantinopolitana* & occidentalibus ecclesiis constanter eas repudiantibus, & nonnullis de prouinciis *Europæis* ad eo melius eas explodendas, veteremque rationem toti trinitati hunc hymnum applicandi tuendam, loco verborum *crucifixus pro nobis* diserte dicentibus, *Sancta trinitas miserere nostri*, vti in EPHRAEMIO ANTIOCHENO apud PHOTIVM [*h*] legimus.

eundem Calandionem, ter sancto hymno adiecisse Christe rex, *propter eos, qui adiecerant appendicem illam*, qui crucifixus es pro nobis.
Cedren. an. XVI. Zenonis. Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς ἀνεθεὶς τῶν τυράννων, ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας Ἀντιοχείας Καλανδίωνα, καὶ ἐξώρισεν εἰς Ὄασιν, Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα κατέστησεν ἐν αὐτῇ, ὃς ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν, πολλὰ κακὰ ἐποίησεν -- πρότερον δὲ προσέθηκε τῷ τρισαγίῳ χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς· ὕστερον δὲ ἐλθὼν, περιεῖλε τὸ χριστὲ βασιλεῦ. *Zeno a tyrannis otium adeptus, Antiochena ecclesia exturbat Calandionem, inque Oasin relegat, episcopatum Petro Cnapheo reddit. Is Antiochiam reuersus, multa mala facinora fecit. - - nam iam ante adiecerat sanctissimo hymno: Christe rex, crucifixe pro nobis. Post reditum autem abstulit hæc: Christe rex.*

(*h*) Phot. bibliothec. cod. CCXXVIII. p. 773. προτάττει δὲ τῆς γυμνασίας τῶν ἐφημένων ῥημάτων, δικαίαν τινα τοῦ τρισαγίου ὕμνου· καὶ γὰρ καὶ ὁ Ζηνόβιος τῆς κοινῆς ἐκκλησίας ἑαυτὸν ἀπερρήξας, πρόφασιν ἐδίδου τὴν περὶ τὴν τρισάγιον δοξολογίαν καινοτομίαν· φησὶ δὲ ὁ Ἐφραῖμος τὴν τοιαύτην ὑμνολογίαν, τοὺς μὲν τὴν ἀνατολὴν οἰκοῦντας, εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν ἀναφέρειν, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν ἐξαμαρτάνειν ἐπισυνάπτοντας τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς· τοὺς δὲ τὸ βυζάντιόν τε καὶ τὴν ἑσπερίαν νεμομένους, εἰς τὴν ὑπερτάτην καὶ πανίερον πηγὴν τῆς ἀγαθότητος, τὴν ὁμοούσιον τριάδα, τὴν δοξολογίαν ἀνάπτειν· διὸ μηδ' ἀνέχεσθαι τούτους ἐπισυνάπτειν τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς [ἵνα μὴ πάθος τῇ τριάδι περιάψωσιν· ἐν πολλαῖς δὲ ταῖς κατὰ τὴν πρώτην Εὐρώπην ἐπαρχίαις ἀντὶ τοῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς,] τὸ ἁγία τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς ἐπάγειν· ἐξ ὧν ἐπιδηλότερον τὸν σκοπὸν τῶν εὐσεβούντων καθίστασθαι, ὡς εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὸ ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἀνάγοντες, ἀκριβεῖ καὶ ἀκολούθῳ λόγῳ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς παραγράφονται. *Præmittit horum verborum disputationi vsum quemdam sacri trisagii hymni. Etenim Zenobius a communi segregatus ecclesia, colorem hunc quæsiuit, quod recens diuisa esset ter sancti hymni sententia. Asserit contra Ephræmius, eumdem hymnum orientales Christo Iesu attribuere, & propterea nihil peccare, tametsi adiiciant* Crucifixus pro nobis: *Constantinopolitanos vero atque occidentales, in supremum sacratissimumque bonorum omnium fontem, consubstantialem trinitatem sententiam referre: idcirco non sustinere illud addi:* Crucifixus pro nobis, *ne qua passio trinitati tribuatur. In multis enim Europæ ditionibus pro illo,* qui crucifixus est pro nobis, *hoc reponunt,* Sancta trinitas miserere nobis. *Vnde piorum sententia clarius elucescit, vt in sanctam trinitatem hoc* Sanctus Deus, sanctus

HAEC

HAEC breuis eſt hiſtoria & narratio de ortu & progreſſu huius celebratiſſimi hymni in officio eccleſiæ, deque hæreticorum ſtudiis corrumpendi eum atque interpolandi. Quod ad vſum eius attinet, præcipue in medio ſacræ ſynaxeos officio canebatur, vti in poſterum libro proxime ſequenti audiemus. Solebat autem interdum aliis occaſionibus vſurpari, quemadmodum antea percepimus ex concilio *Chalcedonenſi*: Et nonnulli *Græci* rituum expoſitores [*i*] ante lectionem epiſtolicam, quæ antiquis temporibus pars miſſæ catechumenorum erat, ſemper eum cantatum fuiſſe, narrant. Sed vero tunc inter *triſagion* & *epinicion* ſiue *hymnum triumphalem* diſtinguunt, ſimplicem formulam, *Sanctus, ſanctus, ſanctus Deus Zebaoth*, vocantes *epinicion*, quæ in miſſa fidelium; alteram autem *triſagion*, quæ in miſſa catechumenorum canebatur. Vetuſtiores autem ſcriptores hanc diſtinctionem non obſeruant; & idcirco heic vtramque formulam ſub communi nomine *triſagii* poſuimus. Qui hanc hiſtoriam fuſius expoſitam legere auet, is CHRISTIANVM LVPVM [*k*] in concilium *Trullanum* conſulere poteſt, & PETRVM ALLIXIVM [*l*], qui peculiarem librum de hoc argumento conſcripſit.

§. IV.

De Alleluiah *&* *pſalmis* Alleluiaticis.

POST *triſagion* frequens in antiquis ſcriptoribus mentio habetur moris canendi *Alleluiah*. Per quod interdum intelligunt huius ſingularis vocis, quæ *Latine* ſignificat *Laudate Dominum*, recitationem. Quod illi in imitationem faciebant cæleſtium exercituum, canentium & dicentium iterum iterumque *Alleluiah* Apoc. XIX. Interdum autem intelligunt quemdam e pſalmis, qui vocabantur *pſalmi Alleluiatici* [*m*], quia vocabulum

fortis, ſanctus, immortalis *accommodent*; *accurata ac conſequenti oratione illud*, qui paſſus eſt pro nobis, *adſcribunt*.

(*i*) German. theoria eccleſ. in bibl. patr. gr. latin. tom. II. p. 145. *μετὰ δὲ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναγινώσκεται βιβλίον ἀποστολικόν. Poſt ter ſanctum hymnum legitur liber apoſtolicus.*

(*k*) Lup. not. in can. LXXXI. Trullan.

(*l*) Allix de triſagio. Rothomagi MDCLXXIV. 4to.

(*m*) Auguſt. in pſalm. CV. p. 505. (tom. VIII. opp. p. 1234. edit. Baſil. MDLXIX.) Hoc adferunt, quod omnes *halleluiatici pſalmi* habeant in fine *halleluia*, *Alle-*

Alleluiah in fronte sibi præfixum habent, cuiusmodi est centesimus quadragesimus quintus & qui sequuntur. Horum recitatio interdum dicebatur *responsio Alleluiah*, quemadmodum e CASSIANO [n] plus vice simplici in præcedentibus huius & vltimi libri partibus adnotauimus. Communior autem acceptio vocabuli *Alleluiah* est pro ipsa eius recitatione, frequenter ac solenniter certis diebus, & in specialioribus diuini cultus partibus, facta; quum esset quædam inuitatio, siue mutua excitatio ad collaudandum dominum. Hinc, vti obseruat AVGVSTINVS [o], semper *Hebraica* lingua illud decantabant, quia hæc nota eius significatio erat. Atque ita in prima liturgia nostra fuit, quamuis hodie dicamus, *Praise ye the Lord*, hoc est, *Laudate dominum*, cum responsione populi, *The Lord's Name be praised*, hoc est, *Laudetur nomen domini*. Olim nulla de legitima huius hymni ratione disputatio fuit, sed quædam variatio & disputatio de temporibus, quando dicendus esset, intercessit. AVGVSTINVS [p] quibusdam in ecclesiis non nisi die paschatis & per subsequentes dies quinquaginta, alibi autem

non omnes in capite. It. in psalm. CXVIII. p. 543. (p. 1322.) Procemium in *psalmum* octonarium, vel alphabeticum, vel *halleluiaticum*.

(n) Cassian. lib. II. c. V. duodecimum (psalmum) sub *alleluiæ responsione* consummans. Cap. XI. Vt in *responsione alleluiæ* nullus dicatur psalmus, nisi is, qui in titulo suo alleluiæ inscriptione prænotatur.

(o) August. epist. CLXXVIII. Sciendum est, Amen & *Halleluia*, quod nec Latino nec Barbaro licet in suam linguam transferre, Hebræo cunctas gentes vocabulo decantare. Id. homil. XVI. ex L. tom. X. opp. p. 165. (p. 449. edit. Basil.) Nunc ergo, fratres carissimi, exhortamur vos, vt laudetis Deum: & hoc est, quod nos omnes dicimus, *Alleluia*, laudate Deum.

(p) Augustin. epist. CXIX. Ad Ianuar. c. XVII. Vt *Alleluia* per solos dies quinquaginta cantetur in ecclesia, non vsquequaque obseruatur. Nam & in aliis diebus varie cantatur alibi atque alibi. It. epist. LXXXVI. Alioquin quod nullus, non dico christianus, sed nec insanus dicere auderet, dies illi quinquaginta post pascha vsque ad pentecosten, quibus non ieiunatur, erunt secundum istum a sacrificio laudis alieni, *quibus* tantummodo diebus in multis ecclesiis, in omnibus autem maxime *cantatur Alleluia*, quam vocem laudis esse, nullus christianus, quamlibet imperitus, ignorat. It. in psalm. CVI. (tom. VIII. opp. p. 1247. edit. Basil.) *Halleluia* quod nobis cantare certo tempore solemniter moris est, secundum ecclesiæ antiquam traditionem. Neque enim & hoc sine sacramento *certis diebus cantamus halleluia*. Certis quidem diebus cantamus halleluia, sed omni die cogitamus. Serm. CLI. de tempore (tom. X. opp. p. 935. c. edit. Basil. MDLXIX.) Tempus lætitiæ &

aliis

aliis etiam diebus cantari dicit. VIGILANTIVS [q] acriter contra HIERONYMVM contendebat, numquam nisi in pascha illum esse cantandum. Atque hac in re ecclesiæ *Romanæ* consuetudinem videtur esse sequutus, vbi non nisi semel per annum, idque primo die festiuitatis paschalis, cani consueuisse, SOZOMENVS [r] narrat: Adeo, vt multi *Romanorum* hoc iureiurando vti soliti sint, vt hunc hymnum audire & canere ipsis contingeret. BONA [s] & BARONIVS [t] valde succensent SOZOMENO, quod ita scripserit: VALESIVS [u] autem honorifice eum defendit, quandoquidem CASSIODORVS, qui fuerit *Romæ*, in *historia* sua *tripartita* eadem commemoret. Notandum autem est, quod olim in illis ecclesiis, in quibus frequentissimus hymnus ille fuit, exceptio quædam ratione temporis annui locum habuerit. Nam ieiunii quadragesimalis tempore numquam canebatur, vti ex AVGVSTINO [x] videre

quietis & regni, quod significant dies isti, significamus per halleluia. Quid est halleluia? Laudate Deum. Sed nondum habemus laudes, in ecclesia frequentantur laudes Dei post resurrectionem, quia nobis erit perpetua laus post resurrectionem nostram.

(q) Hieron. contr. Vigilant. c. I. Exortus est subito Vigilantius, qui dicat --- numquam nisi in pascha alleluia cantandum.

(r) Sozom. lib. VII. c. XIX. *πάλιν αὖ ἑκάστου ἔτους ἅπαξ ἐν Ῥώμῃ τὸ ἀλληλούια ψάλλουσι, κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς πασχαλίου ἑορτῆς· ὡς πολλοῖς Ῥωμαίων ὅρκον εἶναι, τοῦτον τὸν ὕμνον ἀξιωθῆναι ἀκοῦσαί τε καὶ ψάλλαι.*

(s) Bon. de psalmod. c. XVI. §. VII. n. 4. Quidam sequuti Sozomenum existimarunt, ecclesiam Romanam in die duntaxat dominicæ resurrectionis cecinisse *alleluia*, cuius erroris antesignanus fuisse videtur Vigilantius, quem idcirco D. Hieronymus acriter reprehendit.

(t) Baron. an. CCCLXXXIV. n. XXVIII. Quod ad Romanæ ecclesiæ consuetudinem pertinet; hallucinatur plane Sozomenus, dum ait, in ea non nisi semel in anno cani solitum alleluia: nam Vigilantium hæresiarcham eius institutionis auctorem fuisse, conatumque eam Hierosolymis introducere, testatur Hieronymus, in eo, quem aduersus eumdem Vigilantium scripsit commentario. cetera.

(u) Valesf. in Sozom. lib. VII. c. XIX. ἅπαξ ἐν Ῥώμῃ] Reprehendit hoc Baronius ad ann. Christi CCCLXXXIV. n. XXVIII. Verum argumenta quibus id probare nititur, parum firma mihi videntur. Proinde auctoritatem Sozomeni heic sequi malim, maxime quum Cassiodorus eius verba retulerit in historia tripartita. Qui profecto numquam id fecisset, nisi hunc morem vetustum fuisse sciisset ecclesiæ Romanæ, vt in ea semel tantum Alleluia caneretur, die scilicet paschæ.

(x) August. in psalm. CX. Venerunt dies, vt iam cantilemus halleluia, &c. Id. est,

eſt, qui dicit, eſſe hoc tempus triſtitiæ, adeoque ab ineuntibus quadrageſimæ diebus ad paſcha vſque ſemper omitti: quum antiqua eccleſiæ traditio certis tantum anni temporibus cantari iuſſerit. Concilium *Toletanum* quartum [y] non tantum in ieiunio quadrageſimali, ſed aliis etiam ieiuniorum diebus, ſpeciatim kalendis *Ianuarii*, quibus ieiunium in eccleſia *Hiſpanica* agebatur, quia gentiles eas cum multis ſuſterſtitioſis ritibus & conſuetudinibus celebrabant, decantari illud vetat. In eodem concilio *Alleluiah* ſub appellatione *laudum* [z] memoratur, & poſt euangelii lectionem cani præcipitur, quod, BONA [a] & MABILLONIO [b] obſeruantibus, factum eſt ad ritum *Mozarabicum*; nam in aliis eccleſiis inter epiſtolam & euangelium cantari conſueuit. In exſequiis defunctorum quoque cantatum fuit, quemadmodum HIERONYNVS [c] narrat in epitaphio *Fabiolæ*, vbi pſalmos dicit ſonuiſſe, & aurata tecta templorum reboans in ſublime quaſſiſſe *Alleluiah*. Perſonatus auctor, qui ſub nomine DIONYSII [d] ſcripſit, de eo etiam loquitur, tamquam

in pſalm. CXLVIII. (tom. VIII. opp. p. 1728.) Propter hæc duo tempora, vnum quod nunc eſt in tentationibus & tribulationibus huius vitæ, alterum quod tunc erit in ſecuritate & exſultatione perpetua, inſtituta eſt nobis etiam celebratio duorum temporum, ante paſcha & poſt paſcha. - - - Illud tempus in ieiuniis & orationibus exercemus, hoc vero tempus relaxatis ieiuniis in laudibus agimus; Hoc eſt enim *halleluia*, quod cantamus, quod Latine interpretantur, vt noſtis, *Laudate dominum*.

(y) Concil. Tolet. IV. c. X. In omnibus quadrageſimæ diebus (quia tempus non eſt gaudii ſed mœroris) alleluia non decantetur - - - Hoc enim eccleſiæ vniuerſalis conſenſio roborauit. In temporibus vero reliquis, id eſt, kalendis Ianuarii, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino alleluia non decantabitur.

(z) Ibid. can. XI. Laudes ideo euangelium ſequuntur propter gloriam Chriſti, quæ per idem euangelium prædicatur.

(a) Baron. rer. liturgic. lib. II. c. VI. n. IV. Ad ritum Mozarabicum, quo tunc Hiſpania vtebatur, & longo poſt tempore viguit, pertinet citatus canon.

(b) Mabillon. de liturg. Gallican. lib. I. c. IV. n. XII. Garſias Loiaiſa *laudum* nomine (in conc. Tolet.) intelligit hymnum trium puerorum. At certum eſt, *Alleluia* ſignificari hoc loco. Iſidorus de div. offic. c. XIII. *Laudes*, inquit, *hoc eſt Alleluia* canere. cetera.

(c) Hieron. epiſt. XXX. c. IV. Sonabant pſalmi, aurata tecta templorum reboans in ſublime quatiebat alleluia.

(d) Dionyſ. de hierarch. eccleſ. c. IV. §. XII. p. 340. in fine. Τὸ δὲ ἱερὸν τῆς τῶν θεολήπτων προφητῶν ἐπιπνοίας μελῴδημα, φασὶν οἱ τὰ Ἑβραίων εἰδότες, τὸ αἴ-

in

in conſecratione chriſmatis, ſiue ſacri vnguenti in vnctione confirmationis adhibendi, vſurpato. AVGVSTINVS [*e*] ait: *Omnibus diebus dominicis ad altare ſtantes oramus, quod ſignum eſt reſurrectionis, & Alleluia canitur, quod ſignificat, actionem noſtram futuram non eſſe, niſi laudare Deum, ſicut ſcriptum eſt: Beati, qui habitant in domo tua, domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Senſus autem τȣ̃ *Alleluiah* non erat alius, niſi *Laudate dominum*, vti ipſe & alii [*f*] explicant. In concilio *Turonenſi* ſecundo [*g*] poſt pſalmos dici iubetur, ad horam ſextam, hoc eſt, in meridie, & ad horam duodecimam, hoc eſt, in precibus veſpertinis. Vtrum vero breuius *Alleluiah* intelligatur, an aliquis e pſalmis ſic dictis *Alleluiaticis*, de quibus AVGVSTINVS & CASSIODORVS loquuntur, non eſt facile ad definiendum. ISIDORVS [*h*] in *Hiſpania* præter dies ieiuniorum & quadrageſimæ omni tempore *Alleluiah* cani adſerit, quamuis in eccleſiis *Africanis* mos alius obtineat. HIERONYMVS [*i*] in priuatis diuini cultus exercitiis in vſu eſſe, dicit: nam & aratorem ſtiuam retinentem *Alleluiah* decantare; Et hoc ſignum [*k*] eſſe, quo monachi ad conuentus eccleſiaſticos vocentur: Nam vnum circumire cantantem *Alleluiah*, quo audito omnes ad ſolemnes conuentus vn-

---

νος Θεȣ̃ δηλȣ̃ν, ἢ τὸ αἰνεῖτε τὸν κύριον κ. τ. λ. *Melos illud ſacrum prophetarum diuinitus adflatorum, aiunt hi, qui Hebraice norunt, Dei laudem ſignificare, ſiue* Laudate dominum. Add. paraphraſin Pachymeræ ibid. p. 314. fin. τȣ̃το δὲ λέγει, ὅτι τὸ Ἀλληλȣΐα ψάλλεται ἐν τῇ τȣ̃ μύρȣ ἱερȣργίᾳ. *Hoc autem dicit, quia alleluia canitur in vnguenti conſecratione.*

(*e*) Auguſtin. epiſt. CXIX. ad Ianuar. c. XV.

(*f*) Vid. Iuſtin. quæſt. ad orthodox. quæſt. L. ἑρμηνεία ἐςὶ τȣ̃ μὲν ἀλληλȣΐα τὸ ὑμνήσατε μετὰ αἴνȣς τὸ ὄν. *Interpretatio verbi alleluia eſt, laudibus celebrate Deum.*

(*g*) Concil. Turon. II. c. XIX. Patrum ſtatuta præceperunt, vt ad ſextam ſex pſalmi dicantur cum alleluia: & ad duodecimam duodecim, itemque cum alleluia.

(*h*) Iſidor. de offic. lib. I. c. XIII. In Africanis eccleſiis non omni tempore, ſed tantum dominicis diebus & quinquaginta poſt domini reſurrectionem alleluia cantatur: Verum apud nos ſecundum antiquam Hiſpaniarum traditionem præter dies ieiuniorum & quadrageſimæ omni tempore canitur alleluia.

(*i*) Hieron. epiſt. XVII. ad Marcellam. Quocunque te verteris, arator ſtiuam retinens alleluia decantat.

(*k*) Id. epiſt. XXVII. epitaph. Paulæ c. XVI. Poſt alleluia cantatum, quo ſigno vocabantur ad collectam, nulli reſidere licitum erat.

dique accurrant. Immo vero SIDONIVS APOLLINARIS videtur innuere [*l*] quod helciarii siue remiges eo tamquam signo siue celeusmate vtantur, quo se mutuo ad officium compellent & adhortentur, faciantque aquas respondere *Alleluiah*, dum illud ad *CHRISTVM* cantent. Nos tantum id praeterea obseruamus, in ecclesia cantatum fuisse *Alleluiah* ab omni populo, vti non tantum ex iis, quae ex HIERONYMO antea audiuimus, quod videlicet tecta templorum id resonuerint, sed etiam ex illis PAVLINI verbis in epistola ad SEVERVM apparet [*m*]: *Alleluia nouis balat ouile choris.* Et AVGVSTINVS [*n*] ad hunc ritum adludens ait: *Adsit nostra tutela, Christi gratia, celeusma nostrum dulce cantemus Alleluiah, vt laeti ac securi ingrediamur sempiternam ac felicissimam patriam.*

§. V.

De Hosanna, *& hymno vespertino, & cantico* Simeonis, Nunc dimittis, *&c.*

NON insistimus heic vel hymno *Hosanna*, vel hymno vespertino, quia non liquet, alterutrum in missa catechumenorum fuisse recitatum. *Hosanna* pars duntaxat erat maioris doxologiae, *Gloria in excelsis Deo*, & tantum in missa fidelium, siue in officio eucharistiae, adhibebatur, quo de postea. Et vespertini hymni supra [*] in libro proxime antecedente mentio facta est, vbi de quotidiano officio vespertino exposuimus, ostendimusque, fuisse potius hymnum priuatum, quam vllam partem publici cultus in ecclesia. In eo continebatur canticum *Simeonis: Nunc dimittis, domine, seruum tuum in pace, secundum verbum tuum* &c. Vtrum vero vllus horum publice, an vero a christianis tantum in priuatis suis precibus domi suae, quum inferrentur lumina, vsurpatus fuerit, id quidem est, fateor, quod ex antiquis monumentis determinare non possum.

(*l*) Sidon. Apoll. lib. II. epist. X.
Curuorum hinc chorus helciariorum
Responsantibus alleluia ripis,
Ad Christum leuat amnicum celeusma,
Sic sic psallite nauta vel viator.

(*m*) Paulin. epist. XII. ad Seuerum.

(*n*) August. de cantic. nouo c. II. (tom. IX. opp. pag. 935. b. ed. Basil. MDLXIX.)

(*) Lib. XIII. cap. XI. §. V. vol. V. pag. 342.

Quam-

Quamquam enim frequens inter *Graecos* λυχναψίας, & *lucernarii* inter *Latinos*, tamquam publici officii pro vespertinis precibus, mentio habetur; tamen hunc hymnum partem illius officii fuisse, sine clarioribus documentis non dixerim, sed diligentiori aliorum disquisitioni hanc rem relinquo. Vnum, quod praeterea de hoc cantico *Simeonis* habetur, illud est, quod in vita *Mariae Aegyptiacae*, quae obiit circiter annum DXXV. legimus, quod quum paullo ante obitum, symbolo & dominica oratione recitatis, eucharistiam sumsisset, dixerit: *Nunc dimittis seruam tuam* [o] *in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Verum hic priuatae tantum deuotionis actus fuit, incertumque manet, num eo tempore in publicis officiis ecclesiae receptum fuerit.

§. VI.

De vsu hymni trium puerorum, Benedicite.

CERTIORA autem de vsu hymni, qui vocatur *Benedicite*, siue trium puerorum in ardente fornace, nobis narrantur. Nam non solum ATHANASIVS [p] virginibus eum priuatim dicendum commendat, sed concilium etiam *Toletanum* [q] quartum, ecclesiam per totum terrarum orbem diffusam eum celebrare dicit, & idcirco mandat, vt a clericis *Hispaniae* & *Galliciae* in missa dominicorum dierum & in solemnitatibus martyrum decantetur, communionem amissuros esse, dicens, qui anti-

(o) Vita Mariae Aegypt. ap. Durant. de ritibus lib. I. c. XV. n. IX. (p. 59. ed. Lugdun. MDCLXXV.) In Mariae Aegyptiae vita, quam Paulus ecclesiae Neapolitanae diaconus conscripsit, legitur. Mariam Aegyptiacam sanctissimam feminam grauiter aegrotantem Zosimum abbatem rogasse, eucharistiam sanctis vasculis inclusam sibi deferre, quam, quum symbolo & dominica oratione recitatis, sumsisset, dixit: *Nunc dimittis*, cetera.

(p) Athan. de virginit. p. 1057. (p. 122. edit. MDCXCVIII.) διάψαλμα λέγετε· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον. Sub diluculum dicite: *Benedicite omnia opera domini domino.*

(q) Concil. Tolet. IV. c. XIII. al. XIV. Hymnum quoque trium puerorum, in quo vniuersa caeli terraeque creatura dominum collaudat, & quem ecclesia catholica per totum orbem diffusa celebrat, quidam sacerdotes in missa dominicorum dierum, & in solemnitatibus martyrum canere negligunt: proinde hoc sanctum concilium instituit, vt per omnes ecclesias Hispaniae vel Galliciae (alii Galliae) in omnium missarum solemnitate idem in pulpito decantetur: communionem amissuri, qui & antiquam huius hymni consuetudinem, nostramque definitionem excesserint.

quam

quam iſtius hymni conſuetudinem neglexerint. LESTRANGIVS [r] hoc demum tempore primam huius hymni, tamquam publice decantati, mentionem fieri exiſtimat: Verum CHRYSOSTOMVS ducentis ante hoc concilium annis vixit, & eamdem, quam concilium illud, obſeruationem habet, dicens, vbique terrarum [s] cantari & cantatum iri in poſtera ſæcula. *Lectionarium Gallicanum*, a MABILLONIO [t] in lucem publicam datum, hunc hymnum poſt prophetarum lectionem cani iubet, eodem prorſus modo, quo hodie inter primam & ſecundam lectionem in eccleſiæ noſtræ liturgia canitur.

§. VII.

De ſic dicto Magnificat, *ſiue de cantico ſanctæ* Mariæ *virginis.*

VSVS ſic dicti *Magnificat*, ſiue hymni ſanctæ *Mariæ* virginis, *Magnificat anima mea dominum* &c. non adeo vetuſtus eſt: primum enim tamquam publico vſui præſcriptus inuenitur in regulis CAESARII ARELATENSIS & AVRELIANI [u], vbi in eccleſiis *Gallicanis* in officio matutino cani iubetur. Idque erat circiter annum DVI.

§. IIX.

Quo tempore ſymbolum, tamquam hymnus, in eccleſia cani cœptum ſit.

NONNVLLI viri eruditi recitationem ſymboli ad pſalmodiam eccleſiæ referunt, deque ea tamquam vetuſta conſuetudine loquuntur. Verum hac in re errant, dum ab recentioribus auctoribus ſibi imponi patiuntur. WETTENHAL-

(r) Leſtrange *Allyance of div. offic* chap. III. p. 79.

(s) Chryſoſtom. Quod nemo læditur niſi a ſe ipſo. c. X. tom. IV. p. 593. (p. 520. edit. Francof.) *ᾠδὴν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾀδομένην καὶ ᾀσθησομένην εἰς τὰς μετὰ ταῦτα γενεάς.*

(t) Mabillon. de liturg. Gallican. lib. II. p. 108. Hoc canticum in aliquibus differt ab eo, quod Romanus ordo præſcribit in ſabbatis quatuor temporum. Aliter in lectionario noſtro habetur in ſabbato ſancto. Ex his intelligimus, lectionem ex apoſtolo non continuo poſt prophetiam lectam fuiſſe in ordine Gallicano.

(u) Ap. Mabillon. de curſ. Gallican. p. 407. Adhæc Cæſarius & Aurelianus in matutinis laudibus canticum *Magnificat* & hymnum *Gloria in excelſis* pro diebus paſchalibus præcipiunt, itemque pro ſingulis dominicis & maioribus feſtiuitatibus.

LIVS

LPVS [x] non improbabilem esse coniecturam dicit, quod carmen, quod prisci christiani apud PLINIVM Christo quasi Deo dixisse leguntur, ipsorum symbolum fuerit; & quod certum sit, symbolum *Nicaenum* cantatum quodammodo esse in ecclesia, ex quo primum conditum fuerit. Quam in rem PLATINAM citat in vita *Marci*, pontificis *Romani*, qui ab hoc pontifice mandatum esse adfirmet, vt omnibus diebus solemnibus statim post euangelium symbolum a clero & populo elata voce cantetur, ea quidem formula, qua a concilio *Nicaeno* sit explanatum. Quum tamen ab altera parte certum sit, symbolum ne quidem nude recitatum fuisse in ecclesia *Romana*, tempore diuini cultus, vsque ad ann. MXIV. vbi *Benedictus* octauus, ad ecclesiae suae consuetudinem ecclesiarum *Gallicanarum* & *Hispanicarum* consuetudini conformandam, vsum illius introduxit, quemadmodum in superiore quodam libro [*] pluribus ostendimus, vbi etiam adnotauimus, numquam publice in ecclesia *Graeca* fuisse lectum, nisi semel per annum, vsque dum a *Petro Fullone* in ecclesiam *Antiochenam*, ann. CCCCLXXI. & a *Timotheo* in ecclesiam *Constantinopolitanam* ann. DXI. inueheretur, quarum ab exemplo adsumtum synodus *Toletana* anno DLXXIX. in ecclesiarum *Hispanicarum* consuetudinem inuexit. Ex quo tempore quatuor integra saecula effluxerunt, antequam in ecclesiam *Romanam* fuit admissum. Adeo exigua ratio suppetit recentiorum scriptorum auctoritati innitendi in rebus, vbi vetustiorum & fide digniorum auctorum testimonio manifesto contradicunt. Atque hoc validum argumentum est, vti bene vrget STILLINGFLEETVS [y], ad ostendendam differentiam inter antiqua *Gallicana* & *Romana* officia, & quod ecclesia *Anglicana* non exacte sequuta sit typum *Romanorum* officiorum, sed eorum, quae multo antiquioribus temporibus in generalem ecclesiarum *Gallicanarum* & *Britannicarum* praxin fuerunt recepta.

(x) Wettenhal, *gift of Singing*, chap. III. p. 330.

(*) Lib. X. c. IV. §. XVII. volum. IV. p. 110. seqq.

(y) Stillingfleet orig. Britan. chap. IV. p. 237. *From which Discourse it will appear, that where the Brittish or Gallican and Roman differ'd, our Church had not follow'd the Roman, but the other.*

§. IX.

De auctore & origine hymni, Te Deum laudamus.

VNVS ad huc restat hymnus, quem vocant *Te Deum laudamus*, qui hodie apud nos in vsu est, cuius de auctore & origine sententiæ virorum doctorum variant. AMBROSIO & AVGVSTINO iunctim vulgo adscribitur; alii AMBROSIO soli [z] eum adsignant, quia hic hymnos in vsum ecclesiæ composuisse noscitur. Duo præcipue pro his opinionibus dicuntur, quæ nihil roboris ac ponderis in se habent. 1. Quod *chronicon* DACII, cuiusdam ex successoribus AMBROSII, ab hoc illum compositum esse, dicat. 2. Quod tamquam hymnus ipsius in concilio *Toletano* quarto an. DCXXXIII. approbatus sit. Ad primum autem a viris doctis respondetur, quod sic dictum *chronicon* DACII suppostititium sit & prorsus spurium. MABILLONIVS [a] ad minimum quingentis annis post obitum auctoris sui, qui venditatur, natales suos accepisse demonstrat. Vnde historia, quæ ibi per singula narratur, mera posteriorum ætatum fictio esse colligitur. Fabula, vti ex DACIO eam refert SPONDANVS [b], illius fautor, hæc est: Quod quum *Augustinus* ab *Ambrosio* baptizaretur, dum essent ad fontem, hunc hymnum ex diuina inspiratione, prout spiritus sanctus daret eloqui illis, cantantes, cunctis, qui adessent audientibus & videntibus, ediderint. Verum quum huius historiæ auctoritas a solo istius fabulosi scriptoris narratione pendeat, nulla ei fides habenda est. Neque maius pretium statuendum est iis, quæ ex concilio *Toletano* adferuntur. Nam concilium istud tantum dicit, hymnos quosdam ab HILARIO & AMBROSIO pro ecclesiis esse compositos, sine vlla specialiore huius hymni mentione; ita vt non minus HILARIO quam AVGVSTINO adscribi possint, quæcumque in hoc concilio dicuntur. Hoc certum est, quod

(z) Comber. *of Liturgy* p. 180.

(a) Mabillon. analect. veter. tom. I. p. 5. (p. 487. edit. Paris. MDCCXXIII.)

(b) Spondan. an. CCCLXXXVIII. n. IX. Chronicon illud, quod in bibliotheca Ambrosiana adseruatur, variorum est scriptorum, quum producatur vsque ad annum Christi MLXVII. & Dacius imperante Iustiniano obierit. In quibus fontibus „ prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, te Deum laudamus, cantantes, cunctis qui aderant, audientibus & videntibus, ediderunt. Ex chronico Dacii lib. I. c. X.

a *Gal-*

a *Gallicano* quodam ſcriptore, centum fere annis ab obitu AMBROSII, in vſum eccleſiæ *Gallicanæ* compoſitus ſit. PAGIVS [*c*] dicit, GAVANTVM inueniſſe illud in antiquo quodam manuſcripto, ABVNDIO adſcriptum, in aliis autem inſcribi: *Hymnus Siſebuti.* VSSERIVS [*d*] in duobus manuſcriptis NICETIO, epiſcopo *Treuirenſi*, qui vixit circiter annum DXXXV. adſcribi dicit. Atque hic a viris doctis generatim auctor eius fuiſſe exiſtimatur. Docti monachi *Benedictini*, qui nuper opera AMBROSII ediderunt, ab AMBROSIO non compoſitum eſſe, iudicant: Et GVILIELMVS CAVEVS, etſi olim aliter ſenſit [*e*], re tamen ſtudioſius conſiderata, eorum ſententiæ ſubſcribit [*f*]. Vnde rationi omnium maxime conſentanea eſt STILLINGFLEETI [*g*] concluſio, a NICETIO hunc hymnum fuiſſe

(*c*) Pagii critic. in Baron. CCCLXXXVIII. num. XI. Gauantus in rubric. breuiarii ſect. V. c. XIX. adſerit, in antiquiſſimo breuiario MS. collegii Aniciani de vrbe iſti cantico præferri hunc titulum: *Hymnus S. Abundii.* In antiquo breuiario clari monaſterii Caſſinenſis deſcripto paullo poſt annum MLXXXVI hoc canticum inſcribitur: *Hymnus Siſebuti Monachi.*

(*d*) Vſſer. de ſymb. p. 2. In ea de hymnorum collectione, Nicetum Deum laudaviſſe legimus, dicentem: *Laudate, pueri, dominum, laudate nomen domini. Te Deum laudamus, te dominum confitemur*, & quæ ſequuntur in hymno illo decantatiſſimo, qui b. Ambroſio vulgo tribuitur: - - In Latino-Gallico quoque pſalterio, circa tempora Henrici I. exarato, inſcribitur iſte *hymnus ſancti Niceti*, (Hibernicæ noſtræ traditioni ſatis conſentanee) ſiue Treuirenſis hic intelligendus fuerit Nicetius, ſiue Lugdunenſis, ſiue quis alius. cetera.

(*e*) Caue hiſtor. litterar. vol. I. p. 21[illegible]. (p. [illegible]o. edit. Geneu. MDCXCIII.) Hymnus, *Te Deum*, cælitus, vt fertur, delapſus, & inter baptizandum Auguſtinum ab Ambroſio & Auguſtino alternis verſiculis recitatus. Videtur vero ab Ambroſio eo tempore compoſitus, quo Ariani omnia ſurſque deque miſcentes eccleſiam militari manu obſederunt, vt fatiſcentes catholicorum animos refocillaret.

(*f*) Id. hiſtor. litter. vol. II. p. 75. (p. 49. edit. Geneu. MDCXCIX.) Hymni XII. quos Ambroſio adiudicari poſſe cenſent clariſſimi editores (Benedictini, veterum auctoritati hac in parte nixi. Ab hoc cenſu relegant hymnum *Te Deum laudamus*, qui Ambroſii eſſe, nullo idoneo teſtimonio probari poteſt, & fabulam pro origine habere videtur.

(*g*) Stillingfleet Orig. Britan. chap. IV. p. 221. 222. *In an old Collection of Hymns, and an old Latine and French Pſalter, mentioned by Archbiſhop Uſher, this Hymn* [Te Deum laudamus] *is attributed to St. Nicetius. And there were two of that Name in the Gallican Church; the former of which, might probably be the Author of it. The one was Biſhop of Triers - - - and the*

 com-

compoſitum, ſpectandumque eſſe, vt in eccleſia *Gallicana* oriundum, quia non multo poſt NICETII ætatem in regula BENEDICTI c. XI. & in regula CAESARII ARELATENSIS eius fiat mentio, vbi cantari iubeatur. At MENARDVS [h], ante hos nullam in vetuſto & bonæ fidei ſcriptore mentionem illius fieri, confidenter ſtatuit.

§. X.

De hymnis Ambroſii.

QVAMQVAM autem AMBROSIVS iſtius hymni auctor non poteſt ſtatui, dubium tamen non eſt, quin hymnos in eccleſiæ vſum compoſuerit, quorum nonnulli etiam nunc exſtant. AVGVSTINVS [i] enim vnius de hymnis eius veſpertinis diuer-

other of great fame too and Bishop of Lyons. - - - I see no reaſon againſt the former Nicetius, ſince Menardus confidently affirms, there is no mention of this Hymn in any Writers before. And therefore we may look on this Hymn, as owing its original to the Gallican Church.

(h) Menard. not. in Gregor. ſacramentor. (p. 585. edit. Par. MDCCV.) Hoc inſtitutum vulgo refertur ad SS. Ambroſium & Auguſtinum, qui in eiusdem S. Auguſtini baptiſmo hunc hymnum ex tempore ediderint & decantauerint: proferturque huius opinionis auctor & adſertor S. Dacius, epiſcopus Mediolanenſis, in chronico, qui floruit tempore Iuſtiniani imperatoris, cuiusque meminit S. Gregorius lib. III. dial. c. IV. Sed quidquid ſit de veritate huius hiſtoriæ, *certum eſt, hoc chronicon non eſſe huius Dacii*, quia probari non poteſt, vllum chronicon ab eo ſcriptum fuiſſe, nedum citatum; tum quia non redolet ſtilum temporum illorum, tum quia falſum eſt, quod ibi continetur, quod S. Auguſtinus, *Audiens ſanctum Ambroſium de incarnatione ad populum tractantem & prædicantem, tremens ac pallens, omnibus qui aderant videntibus, obriguerit: ac etiam finita monitione, quam ad populum B. Ambroſius miniſtrabat, primus ad eum Auguſtinus peruenerit* &c. Aduerſatur enim S. Auguſtini & Poſſidii ſcriptis, nec potuit in mentem viri alicuius eruditi ac ſapientis viri, qualis fuit hic Dacius, venire. Quare ante S. Benedictum & Feridium, S. Cæſarii Arelatenſis epiſcopi diſcipulum, qui de hoc hymno in ſuis regulis loquuti ſunt, nullus veterum illius mentionem fecit.

(i) Auguſtin. confeſſ. lib. IX. c. XII. Dormiui & euigilaui, & non parua ex parte mitigatum inueni dolorem meum, atque vt eram in lecto meo ſolus, recordatus ſum veridicos verſus Ambroſii tui: Tu es enim

Deus creator omnium
Polique rector: cetera.

It. de muſica lib. VI. c. II. Quamobrem tu, cum quo mihi nunc ratio eſt, familiaris meus, vt a corporeis ad incorporea tranſeamus, reſponde, ſi videtur, quum iſtum verſum pronuntiamus, *Deus creator omnium* &c. Ibid.

ſis

fis in locis meminit, *Deus creator omnium* &c. quem heic fusius enarrare supersedemus, quia libro antecedente [†] id factum est. AVGVSTINVS in *retractationibus* [*k*] de alio quodam hymno loquitur, ab AMBROSIO composito de pœnitentia *Petri* post gallicinium, cuius partem ibidem exhibet, eumque ore multorum cani dicit. DVPINIVS [*l*] plerosque hymnos, qui in officio *Romano* singulorum dierum hodie adhibentur, *Ambrosianos* esse existimat, reliquos vero alio stilo & ab alio auctore sibi videri dicit conscriptos esse: Speciatim hymnum, cuius initium *Vexilla regis prodeunt*, AMBROSII esse negat, qui hodie in ecclesia *Romanensi* hebdomade quarta quadragesimæ adhibetur, & notissimus est ab inflexione genuum coram cruce, & cultu adorationis, quem ei exhibent, his vtentes verbis [*m*]:

O crux, aue, spes vnica,
Hoc passionis tempore,
Auge piis iustitiam,
Reisque dona veniam.

Persuasissimum habemus, hunc hymnum ab AMBROSIO vel vllo alio istius æui auctore compositum esse non posse; quum praxin veteris ecclesiæ tantopere subuertat, cuius in hymnis vel reliquis cultus diuini partibus ne minimum quidem vestigium adorationis crucis, vel materiatarum diuinitatis imaginum reperitur, quemadmodum in antecedente quadam huius

c. XVII. Quare ille versus, a nobis propositus, *Deus creator omnium*, non solum auribus sono numeroso, sed multo magis est animæ sententiæ sanitate & veritate gratissimus.

(†) Lib. XIII. c. V. §. VII. litt. (s) vol. V. p. 179.

(*k*) August. retractat. lib. I. c. XXI. Cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosii, vbi de gallo gallinaceo ait, Hoc, ipsa petra ecclesia canente, culpam diluit.

(*l*) Du Pin. bibliothec. cent. IV. d. 231. (tom. II. p. 506. edit. lat. Par. MDCXCII.) Quum Augustinus non designauerit numerum hymnorum, quos Ambrosius confecit, ambigi potest, vtrum omnes, qui ipsius nomen præferunt, ab eo compositi sint. De hymnis, qui officio singulorum dierum destinati sunt, certius constare mihi videtur, quam de ceteris. His addi possunt hymni, in sex dies creationis. Quod ad ceteros attinet, alio stilo & ab alio auctore mihi videntur conscripti esse. Hymnum, cuius initium, *Vexilla regis*, Ambrosii non esse liquet.

(*m*) Breuiar. Roman. hebdom. IV. quadragesimæ. Dic sabbati.

operis parte [†] ostendimus, vbi historiam imaginum considerantes, rationem exornandi veteres ecclesias ex professo tractauimus.

§. XI.

De hymnis Hilarii, Claudiani Mamerci, *aliorumque.*

FVERVNT multi alii hymni, immo integri libri hymnorum, ab aliis ecclesiæ scriptoribus compositi, de quibus præter nuda nomina parum reliquum est, adeoque eos tantum attingere suffecerit. HILARIVM, ecclesiæ *Pictauiensis* episcopum, librum hymnorum composuisse, auctor est HIERONYMVS [*n*]. Et hos certum est multis annis ab ipsius obitu in ecclesiis *Hispanicis* notissimi vsus fuisse, vtpote in concilio quarto *Toletano* [*o*] approbatos ac confirmatos. Nulli autem eorum ad manus nostras peruenerunt, præter vnum hymnum matutinum [*p*], operibus eius præfixum, quem cum epistola ad filiam suam *Abram* misit. Precatio est ad *CHRISTVM* de conseruando in periculis diei ac noctis, antiquam spirans pietatem, & concludens cum consueta *patris, filii & spiritus sancti* glorificatione. Dicit etiam SIDONIVS APOLLINARIS [*q*], CLAVDIANVM MAMERCVM psalmos, hymnos ac lectiones collegisse, solemnibus annuis ecclesiæ *Viennensis* in *Gallia* accommodas, confecisse etiam ipsummet hymnos quosdam, quorum a-

(†) Lib. VIII. c. VIII. §. VI. vol. III. p. 296. seqq.

(*n*) Hieron. de scriptor. eccles. cap. CXI. est eius & ad Constantium libellus -- & *liber hymnorum.*

(*o*) Concil. Tolet. IV. c. XII. cit. supra c. I. §. XVII. sub litt. (g) pag. 31.

(*p*) Hilar. epist. ad fil. Abram. *Interim tibi hymnum matutinum & serotinum misi, vt memor mei semper sis.* Ipse hymnus sic incipit: *Lucis largitor optime* &c. & finitur his doxologiæ verbis:

Gloria tibi, domine,
Gloria vnigenito,
Cum spiritu paracleto,
Nunc & per omne sæculum.

(*q*) Sidon. libr. IV. epist. XI.

Psalmorum hic modulator & phonascus,
Ante altaria fratre gratulante,
Instructas docuit sonare classes,
Hic solemnibus annuis parauit,
Quæ quo tempore lecta conuenirent.

liquem

liquem summopere [r] laudat, quod sit commaticus, copiosus, dulcis, elatus & quoslibet lyricos dithyrambos amœnitate poëtica & historica veritate supereemineat. SAVARO [s] in suis ad hunc locum notis eumdem esse dicit, qui hodie in *breuiario Romano* legatur, & quum characteri, quo eum SIDONIVS insigniuit, respondeat, nec vllam recentioris cuiusdam compositionis superstitionem (vti quidem ille hymnus *Vexilla regis*, AMBROSIO adsignatus) contineat, non alienum ab re fuerit, in vsum eruditi lectoris [t] ad marginem eum transcribere. Quod si omnia in *breuiario Romano* essent huiusmodi, certe ad vetustorum hymnorum pietatem & simplicitatem propius illud accederet similitudine, notisque illis superstitionis ac idololatriæ liberum foret, quibus nunc laborat, dum stoliditates recentiorum superstitiosorum admiratorum cultus *Mariæ* virginis & crucis intermixtas habet, qua in re ab antiqua cultus ratione nimium quantum aberrat, & reformatione maximopere indiget. Fuerunt multi alii hymni in vsum ecclesiarum parti-

(r) Id. lib. IV. epist. III. Iam vero de hymno tuo si percunctere, quid sentiam, commaticus est, copiosus, dulcis, elatus, & quoslibet lyricos dithyrambos amœnitate poëtica & historica veritate supereminet.

(s) Sauaro in hunc locum. Qui canitur in ecclesia, dominica in passione, domini ad laudes, & incipit: *Pange, lingua, gloriosi prælium certaminis* &c.

(t) Breuiar. Roman. domin. V. quadragesimæ, siue in passione domini ad matutinam:

Pange lingua gloriosi
Prælium certaminis,
Et super crucis tropæum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter redemtor orbis
Immolatus vicerit.

De parentis protaplasti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corruit,
Ipse lignum hinc notauit,
Damna ligni vt saluaret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis vnde læserat.

Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce poli
Natus orbis conditor:
Ac de ventre virginali
Caro factus prodiit.

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat;
Et manus pedesque & crura
Stricta cingit fascia.

Gloria & honor Deo
Vsquequaque altissimo,
Vna patri filioque,
Inclito paraclito,
Cui laus est & potestas
Per æterna secula. Amen.

cula.

cularium a viris doctis NEPOTE, ATHENOGENE, & EPHREM SYRO compositi, vt ne eos memorem, de quibus PLINIVS, TERTVLLIANVS, & in primis EVSEBIVS loquuntur; nec eos, quos PAVLVS SAMOSATENSIS ex ecclesia *Antiochena* reiecit; nec illa cantica, quæ SOZOMENVS [u] speciali occasione confecta esse dicit, quando populus *Antiochenus Theodosium* imperatorem, deiectis illius statuis, ad iram concitauerat; quæ & in ecclesia & coram ipso *Theodosio* ab adolescentibus, ad imperatoris mensam canere solitis, cantata sunt. De quibus omnibus haud quidquam habemus amplius, quam nudam mentionem in diuersis eorum auctoribus. Quod ad eos hymnos attinet, quos GREGORIVS NAZIANZENVS, PAVLINVS, PRVDENTIVS aliique poëtæ christiani confecerunt, illi publico vsui in ecclesia non fuerunt destinati, sed tantum ad homines contra virus hæresium præmuniendos, vel ad laudes martyrum decantandas, vel ad virtutis exercitium ratione quadam priuata commendandum spectauerunt. Quam ob caussam eorum hoc loco nullam facimus mentionem, quum id tantum poscat instituti nostri ratio, vt de istiusmodi hymnis loquamur, qui ad antiquam psalmodiam, tamquam publici cultus ecclesiæ partem, pertinent. Atque ita primam huius cultus partem in *missa catechumenorum* absoluimus.

(u) Sozom. lib. VII. c. XXIII. *καὶ παυσάμενοι μαίνεσθαι, μετεμελοῦντο· καὶ ὡς ἐπὶ παροῦσι τοῖς ἀγγελλομένοις κακοῖς ἔστενόν τε καὶ ἐδάκρυον, καὶ τὸν Θεὸν ἱκέτευον πραΰναι τοῦ κρατοῦντος τὴν ὀργήν,* μελῳδίαις τισὶν ὀλοφυρτικῶς πρὸς τὰς λιτὰς κεχρημένοι· *ἡνίκα δὴ καὶ Φλαβιανὸς ὁ Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, πρεσβευόμενος ὑπὲρ τῶν πολιτῶν, ἔτι τοῦ βασιλέως χαλεπαίνοντος, πέπεικε τοὺς παρὰ τὴν βασιλικὴν τράπεζαν ᾄδειν εἰωθότας νέους, καὶ ἐν ταῖς λιταῖς τῶν Ἀντιοχέων* ψαλμῳδίας εἰπεῖν. *ἐφ' ᾧ λέγεται φιλανθρωπίᾳ διαχυθέντα τὸν βασιλέα, κρατηθῆναι τῷ ἐλέῳ, καὶ αὐτίκα τὴν ὀργὴν ἐκβαλεῖν, καὶ σπείσασθαι πρὸς τὴν πόλιν, δάκρυσι βρέξαντα τὴν φιάλην, ἣν ἔτυχε κατέχων. Iamque sedato furore ipsos facti pœnitebat, & quasi mala, quæ nuntiabantur, iam adessent, gemebant omnes ac lugebant, Deumque precabantur, vt imperatoris animum placaret,* canticis quibusdam lugubriter ad eam supplicationem vtentes. *Quo quidem tempore Flauianus Antiochensis episcopus, pro ciuibus suis legatione fungens, quum imperator adhuc indignatione percitus esset, persuasit adolescentibus, qui ad imperatoris mensam canere solebant,* vt cantica, quibus Antiocheni in supplicationibus suis vtebantur, cantarent. *Quo facto imperator in clementiam flexus, & miseratione superatus, iram protinus abiecisse dicitur, & cum Antiochensibus in gratiam rediisse, perfuso lacrymis poculo, quod tum forte in manibus habebat.*

LIBRI

LIBRI DECIMI QVARTI
CAPVT TERTIVM
DE RATIONE LEGENDI SCRIPTVRAS IN PVBLICO CVLTV ECCLESIAE.

§. I.

Lectiones scripturæ nonnumquam psalmis ac hymnis mixtæ, interdum post hosce recitatæ.

PROXIME post psalmodiam & hymnos ratio legendi scripturas contemplanda nobis est, quæ alia pars missæ catechumenorum erat, cui (vt antea obseruauimus) omnium ordinum hominibus in sui institutionem licebat interesse. Quod argumentum est per se idoneum (si nullum aliud suppeteret) ad probandum, scripturas lingua populo cognita semper fuisse lectas. Qua de re nihil amplius hoc loco dicere necesse habemus, quoniam libro vltimo variis eam argumentis plenissime demonstratam dedimus. Quæ præterea nobis obseruanda sunt, ad rationem ac circumstantias huius officii spectant. Vbi primum omnium notari meretur, quod, licet sæpenumero psalmi, lectiones & hymni ita intermixti fuerint (vti & hodie in nostra liturgia sunt) vt difficile ad narrandum sit, quid primum fuerit in ordine, vel vnde officium inceperit: tamen in quibusdam locis aliter res se habuerit. Nam psalmi primum vniuersi cantabantur, tantum cum breuibus precibus intermixtis, & tum lectiones seorsum legebantur, tot quidem numero, quot cuiusuis ecclesiæ regulis præscriptæ erant. Qua de re bene multa testimonia ex CASSIANO & HIERONYMO sub vltimi capitis initium in medium produximus, vnde hoc loco pluribus eam confirmare supersedemus.

§. II.

Lectiones tam de veteri, quam nouo factæ testamento, si a Romana *ecclesia discesseris, in qua epistolæ tantum & euangelia legi consueuerunt.*

PROXIMA res obseruatu digna, numerus est lectionum, quæ semper duæ ad minimum erant, interdum tres & quatuor, eæque partim ex nouo partim ex veteri testamento. Solius

ecclesiæ *Romanæ* consuetudo hac in re aliquantum singularis videtur fuisse. Nam, quemadmodum STILLINGFLEETVS [a] ex WALAFRIDO STRABONE [b] aliisque vetustis rituum scriptoribus obseruat, per quadringentos annos ad ætatem vsque *Cælestini* pontificis, nec psalmos nec lectiones de veteri legerunt testamento ante sacrificium, sed epistolas tantum & euangelia. In aliis ecclesiis tam de veteri quam nouo testamento lectiones factæ. CASSIANVS [c] in *Aegypto* cantatis psalmis lectiones geminas addi dicit, vnam veteris & aliam noui testamenti: In die vero sabbati & dominico, & quinquaginta diebus post pascha vtrasque lectiones de nouo testamento recitari, alteram de epistolis vel actibus apostolorum, de euangeliis alteram. Auctor *Constitutionum* [d] de quatuor

(a) Stillingfleet orig. Britan. chap. IV. p. 220. *How he* (Baronius) *can iustifie the ancient use of the Singing psalms at Rome, either before or after Damasus his time, till Celestine was Pope, i cannot imagine, if the Pontifical Book say true, for that expresly affirms*, that Celestine appointed David's Psalms to be sung antiphonatim before the sacrifice, and that it was not done before, but onely the epistles of St. Paul and the holy Gospel were read. *Which words are repeated by Alcuinus, Amalarius, Rabanus Maurus, Walafridus Strabo, Berno Augiensis, and several other Ritualists and Historians.*

(b) Strab. de reb. eccles. c. XXII. Antiphonas ad introitum dicere Cælestinus papa XLV. instituit, sicut legitur in gestis pontificum Romanorum, quum ad eius vsque tempora, ante sacrificia lectio vna Apostoli tantum & euangelii legeretur.

(c) Cassian. lib. II. c. VI. Quibus (psalmis duodecim) lectiones geminas adiungentes, id est, vnam veteris & aliam noui testamenti, tamquam a se eas traditas & velut extraordinarias volentibus tantum ac diuinarum scripturarum memoriam possidere adsidua meditatione studentibus addiderant. In die vero sabbati vel dominico vtrasque de nouo recitant testamento, id est, vnam de apostolo vel actibus apostolorum & aliam de euangeliis. Quod etiam totis quinquagesimæ diebus faciunt, hi quibus lectio curæ est seu memoria.

(d) Constitut. lib. II. c. LVII. *μέσον δὲ ὁ ἀναγινώσκων ἐφ' ὑψηλȣ̃ τινος ἑςὼς ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως, καὶ Ἰησȣ̃ τȣ̃ Ναυὴ, καὶ τῶν κριτῶν, καὶ τῶν βασιλειῶν, τὰ τῶν παραλειπομένων, καὶ τὰ τῆς ἐπανόδȣ· πρὸς τȣ́τοις τὰ τȣ̃ Ἰὼβ καὶ τȣ̃ Σολομῶνος καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν· ἀνὰ δύο δὲ γινομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός τις τȣ̀ς τȣ̃ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνȣς, καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροςίχια ὑποψαλλέτω· μετὰ τȣ̃το αἱ πράξεις αἱ ἡμέτεραι ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐπιςολαὶ Παύλȣ, ἃς ἐπέςειλε ταῖς ἐκκλησίαις καθ' ὑφήγησιν τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος· καὶ μετὰ ταῦτα διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια κ. τ. λ.* Medius

loqui-

loquitur lectionibus, earumque duas ex *Mose* & prophetis, præter psalmos, & duas ex epistolis vel actis apostolorum & euangeliis fieri dicit. Iterum [*e*] lectionis prophetarum die dominico meminit. Et alio loco [*f*], legis, prophetarum, psalmorum ac euangeliorum. Et rursus, legis, prophetarum [*g*], epistolarum, actorum & euangeliorum. Ita IVSTINVS MARTYR negotium christianorum conuentuum die dominico describens, de lectione [*h*] scripturæ prophetarum æque ac apostolorum loquitur. Similiter CHRYSOSTOMVS [*i*] quosdam, qui negligenter in ecclesia auscultare solebant, reprehendens, dicit:

autem lector in quodam loco excelso stans, legat libros Mosis, & Iesu filii Nauis, Iudicum & Regnorum, & Paralipomenon & quæ de populi reditu conscripta sunt; adhæc Iobi & Salomonis volumina, simulque sexdecim prophetarum. Peractisque per binos lectionibus, quidam alius Dauidis hymnos psallat, & populus extrema versiuum succinat. Dein acta nostra recitentur & epistolæ Pauli, quas sancti spiritus ductu ad ecclesias misit. Postea diaconus vel presbyter legat euangelia &c.

(*e*) Id. lib. II. c. LIX. ἐν ᾗ (ἡμέρᾳ κυριακῇ) προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ εὐαγγελίου κηρυκία καὶ θυσίας ἀναφορὰ καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά. *In quo (die dominico) habeatur* lectio prophetarum, *euangelii prædicatio, sacrificii oblatio & sacri cibi donum.*

(*f*) Id. lib. V. c. XIX. ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι γρηγορεῖτε προσευχόμενοι καὶ δεόμενοι τοῦ θεοῦ ἐν τῇ διανυκτερεύσει ὑμῶν, ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, τοὺς ψαλμοὺς, μέχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς, καὶ βαπτίσαντες ὑμῶν κατηχουμένους καὶ ἀναγνόντες τὸ εὐαγγέλιον ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ κ. τ. λ. *In ecclesia congregati in vnum, vigiliis, orationibus, & ad Deum precibus vacate, in pernoctatione vestra* legem, prophetas *ac* psalmos legite, *vsque ad gallorum cantum, & baptismum conferte vestris catechumenis;* & recitato euangelio *in timore ac tremore Dei &c.*

(*g*) Ibid. lib. VIII. c. V. μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, τῶν τε ἐπιστολῶν ἡμῶν καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν εὐαγγελίων ἀσπασάσθω ὁ χειροτονηθεὶς τὴν ἐκκλησίαν. *Post lectionem legis & prophetarum ac epistolarum nostrarum & actorum atque euangeliorum, ordinatus ecclesiam salutet.*

(*h*) Iustin. Mart. apol. II. p. 98. τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται. *Solis, qui dicitur, die, omnium, qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eundem locum conuentus fit: & commentaria apostolorum aut scripta prophetarum, quoad tempus fert, leguntur.*

(*i*) Chrysostom. hom. XXIV. in Roman. p. 270. (p. 329. edit. Francof.) ὁ μάτην

Tu, qui frustra huc ingressus es, responde, quis hodie propheta, quis apostolus nobis, deque quibus rebus lectus sit. Speciatim librum *Genesis* semper tempore ieiunii quadragesimalis fuisse lectum narrat, de qua re mox plura obseruatione sequente. BASILIVS [*k*] in homilia quadam sua, qua ad baptismum suscipiendum homines adhortatur, diuersarum lectionum meminit, ista die præter psalmos recitatarum, quarum prima ex primo capite *Iesaiæ*, secunda ex secundo capite *actorum*, tertia e *Matthæi* vndecimo fuerit. In alia homilia [*l*] loquitur de psalmis, prouerbiis, epistolis ac euangeliis tamquam isto die lectis. MAXIMVS episcopus *Taurinensis* in homilia quadam in epiphaniam [*m*] lectiones isto die ex *Iesaiæ* sexagesimo cap. *Matthæi* secundo & *Ioan-*

ἐνταῦθα εἰσελθὼν, εἰπὲ τίς προφήτης, τίς ἀπόστολος σήμερον διελέχθη ἡμῖν, καὶ περὶ τίνων.

(*k*) Basil. homil. XIII. de bapt. tom. I. p. 409. σὺ δὲ, διὰ προφητῶν διδασκόμενος· λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· διὰ ψαλμῶν νουθετούμενος· προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, φωτίσθητε· δι᾽ ἀποστόλων εὐαγγελιζόμενος· μετανοήσατε καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ κυρίου προσλαμβανόμενος, λέγοντος· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ πάντα σήμερον συνέδραμε πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν. κ.τ.λ. *Tu persancte a prophetis edoctus es: Lauamini, mundi estote. Per psalmos admonitus: Accedite ad eum & illuminemini. Per apostolos item ac prophetas instructus: Pœnitentiam agite & in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum baptizemini, & sancti spiritus promissionem accipietis. Denique ab ipso domino inuitatus, dicente: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos.* Hæc enim hodie omnia in lectione concurrerunt.

(*l*) Basil. homil. XXI. in Lacizis p. 460. ἀναλέξασθέ μοι τὰς μνήμας τῶν ἐξ ἑωθινοῦ παραναγνωσθέντων ὑμῖν λογίων πνευματικῶν, διδασκαλίας ψυχωφελεῖς, θεραπείας ψυχῶν· μνήσθητε τῶν ψαλμικῶν διδαγμάτων· συναγάγετέ μοι τὰς παροιμιώδεις ὑποθήκας, ἐρευνήσατε τῶν ἱστοριῶν τὸ κάλλος· πρόσθετε τούτοις τὰς ἀποστολικὰς παραινέσεις· ἐπὶ πᾶσιν, οἱονεὶ κορωνίδα, ἐπίθετε τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων τὴν μνήμην κ.τ.λ. *Recordemini quæso ex his spiritualibus* sermonibus, qui lecti sunt *vobis hora matutina, doctrinarum vtilium, nostrarum animarum medicinæ. Reminiscamini eorum, quæ sunt in* psalmis, *monitionum.* Prouerbialia præcepta, *historiæ pulchritudinem, exemplaque inuestigate: his addite* apostolica mandata. *In omnibus vero, tamquam coronida perfectionemque,* verba euangelica *coniungite.*

(*m*) Maxim. Taurin. hom. IV. in Epiphan. (tom. VI. bibl. patr. max. p. 10. 11. ed. Lugdun. MDCLXXVII.) Ait prophetarum præcipuus Isaias, *sicut audistis,*

nis

nis primo fuiſſe factas, dicit. AVGVSTINVS nonnumquam epiſtolæ ac euangelii meminit. In aliis autem locis diſertam mentionem facit [*n*] lectionis prophetarum, ſpeciatim prophetæ *Michæ* & horum verborum capitis ſexti : *Si quid Iehoua requiſiuit abs te, niſi vt exerceas ius & ames benignitatem & modeſte ambules Deo tuo?* quæ ſermonis eius, iſto die recitati, thema erant. In eccleſiis *Gallicanis* adhuc maior huius praxis euidentia eſt. Nam CAESARIVS epiſcopus *Arelatenſis* [*o*] in homilia quadam ſua, a MABILLONIO citata, hoc argumento ad populum vtitur, cur per integrum diuini cultus tempus durare in eccleſia debeant, quia lectiones non ita proprie *miſſæ* dicantur, vti quidem oblatio ſiue conſecratio corporis ac ſanguinis *CHRISTI*. Nam lectiones ſiue propheticas, ſiue apoſtolicas, ſiue euangelicas etiam in domibus ſuis legere vel alios legentes audire, conſecrationem vero corporis vel ſanguinis *CHRISTI* non alibi, niſi in domo Dei audire vel videre poſſe. Vnde manifeſto colligitur, lectiones tunc temporis in eccleſia tam de prophetis, quam epiſtolis ac euangeliis fuiſſe lectitatas. Atque ita in narratione de collatione inter catholicos & *Arianos* tempore *Gundobadi* regis *Burgundionum*, quam ſupra [*] ex eodem docto ſcriptore memorandi habuimus occaſionem, in vigilia, quæ nocte, collationem iſtam antegreſſa, celebrata fuit, quatuor lectiones recitatæ

fratres cariſſimi: *Illuminare, illuminare Hieruſalem* cetera. - - Ait namque beatiſſimus Matthæus euangeliſta: *Ecce magi ab oriente aduenerunt dicentes*, cetera. - - Iudæus Chriſtum videt, inuidet, *ſicut lectum eſt, In ſua venit, & ſui eum non receperunt.*

(*n*) Auguſtin. homil. CCXXXVII. de temp. p. 384. (p. 111. b. ed. Baſil.) Memini, ſuperiore dominico quid promiſerim. Quum enim de ſancto propheta quid lectum fuerat, aliquid exponere voluiſſem: lectum autem fuerat quærenti homini, quibus ſacrificiis placaret Deum; renuntiatum eſt, nihil ab illo Deum requirere, niſi facere iudicium & iuſtitiam, & diligere miſericordiam paratumque eſſe, ire cum domino Deo ſuo.

(*o*) Cæſar. Arelat. de non recedendo ab eccleſia &c. ap. Mabillon. de liturg. Gallican. lib. I. c. IV. n. IV. Non tunc fiunt miſſæ, quando diuinæ lectiones in eccleſia recitantur, ſed quando munera offeruntur, & corpus vel ſanguis domini conſecratur: Nam lectiones, ſiue propheticas, ſiue apoſtolicas, ſiue euangelicas, etiam in domibus veſtris aut ipſi legere, aut alios legentes audire poteſtis; Conſecrationem vero corporis & ſanguinis domini non alibi niſi in domo Dei, audire vel videre poteritis.

(*) Cap. I. §. II. ſub litt. (l) pag. 5.

tatæ eſſe dicuntur, vna quidem ex *Moſe*, alia ex *Ieſaia* propheta, tertia ex euangeliis, & quarta ex epiſtolis. In veteri *lectionario Gallicano*, a MABILLONIO publicato, ſemper lectio ex veteri teſtamento habetur ante epiſtolam & euangelium: Et in ſabbato ſancto, proximo videlicet ante diem paſchatis [p], non minus duodecim lectiones præſcribuntur ex *Geneſi*, *Exodo*, *Ioſua*, *Ieſaia*, *Heſekiele*, *Daniele* & *Iona*, præter *epiſtolam* & *euangelium*, quæ ſequuntur. Porro ex canonibus concilii *Laodiceni* [q]

(p) Lection. Gallican. ap. Mabillon. de liturg. Gallic. lib. II. p. 137. 138. 139. 140.

(q) Concil. Laodic. can. LIX. Ὅτι ὀ δεῖ ἰδιωτικὰς ψαλμὰς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὀδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης. *Quod non oportet priuatos & vulgares aliquos pſalmos dici in eccleſia, nec libros non canonicos, ſed ſolos canonicos veteris & noui teſtamenti.* Can. LX. Ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι τῆς παλαιᾶς διαθήκης· ά Γένεσις κόσμȣ· β' Ἔξοδος ἐξ Αἰγύπτȣ· γ' Λευιτικόν· δ' Ἀριθμοί· ἑ Δευτερονόμιον· ς' Ἰησȣ̃ς Ναυῆ· ζ' Κριταί· Ῥȣ̀θ· ή Ἐσθήρ· θ' Βασιλειῶν ά, β'. ί Βασιλειῶν γ', δ' ιά Παραλειπόμενα ά, β'. ιβ' Ἔσδρας ά, β'. ιγ' Βίβλος ψαλμῶν ρν'. ιδ' παροιμίαι Σολομῶντος. ιέ Ἐκκλησιαστής. ις' Ἆσμα ἀσμάτων. ιζ' Ἰώβ. ιή Δώδεκα προφῆται. ιθ' Ἡσαΐας. κ' Ἱερεμίας καὶ Βαρȣ̀χ, θρῆνοι καὶ ἐπιστολαί. κά Ἰεζεκιήλ· κβ' Δανιήλ. Τὰ δὲ τῆς καινῆς διαθήκης, ταῦτα. Εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λȣκᾶν, κατὰ Ἰωάννην. Πράξεις ἀποστόλων. Ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ἑπτὰ, ὅτως· Ἰακώβȣ μία, Πέτρȣ δύο, Ἰωάννȣ τρεῖς, Ἰȣ́δα μία. Ἐπιστολαὶ Παύλȣ δεκατέσσαρες· πρὸς Ῥωμαίȣς μία, πρὸς Κορινθίȣς δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίȣς μία, πρὸς Φιλιππησίȣς μία, πρὸς Κολοσσεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίȣς μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, πρὸς Φιλήμονα μία. *Hæc ſunt, quæ legi oportet ex veteri teſtamento: I. Geneſis. II. Exodus, id eſt: Exitus ex Aegypto. III. Leuiticum. IV. Numeri. V. Deuteronomium. VI. Ieſus Naue, VII. Iudices. Ruth. VIII. Heſter. IX. Regnorum I & II. X. Regnorum III & IV. XI. Paralipomenon I & II. XII. Eſdræ I & II. XIII. Liber pſalmorum CL. XIV. Prouerbia Salomonis. XV. Eccleſiaſticus. XVI Canticum canticorum. XVII. Iob. XIIX. duodecim prophetæ. XIX. Ieſaias. XX. Ieremias & Baruch, lamentationes & epiſtolæ. XXI. Ezechiel. XXII. Daniel. Noui autem teſtamenti hæc: Euangelia quatuor, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem. Actus apoſtolorum. Epiſtolæ catholicæ ſeptem, videlicet Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna. Epiſtolæ Pauli quatuordecim: Ad Romanos vna, ad Corinthios duo, ad Galatas vna, ad Epheſios vna, ad Philippenſes vna, ad Coloſſenſes vna, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Hæbræos vna, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna.*

&con-

& concilii *Carthaginensis* [r], nec non e *catechesibus* CYRILLI [s] apparet, omnes tam veteris quam noui testamenti libros tum fuisse lectos in ecclesia. Catalogum enim nobis exhibent librorum, qui in ecclesia legi possint, vel non possint, inter quos omnes libri veteris testamenti recensentur, tamquam qui tum in publico ecclesiæ ministerio reuera lecti sint; & CYRILLVS catechumenis suis haud alios priuatim legere permittit, quam libros veteris ac noui testamenti, quos ab illis tuto legi posse existimat, quia publice in ecclesia legantur.

§. III.

Certis temporibus & solemnitatibus certæ lectiones præscriptæ.

QVAE iam facienda est obseruatio, ad methodum legendi scripturas attinet, quæ semper ad certam facta fuisse videtur regulam, vt vt in diuersis ecclesiis variantem. AVGVSTINVS [t] certas lectiones certis temporibus ac solemnitatibus adsignatas esse dicit, vt aliæ earum loco legi non possint. Speciatim in festiuitate paschali per quatuor dies sibi succedentes histori-

(r) Concil. Carth. III. c. XLVII. Placuit, vt præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesus Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Psalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim prophetarum, Iesaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Esther, Esdræ libri duo, Macchabæorum libri duo. Noui autem testamenti, euangeliorum libri quatuor, Actuum apostolorum liber vnus, Pauli apostoli epistolæ tredecim, eiusdem ad Hebræos vna: Petri apostoli duæ, Ioannis apostoli tres, Iudæ apostoli vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis, liber vnus.

(s) Cyrill. catech. IV. n. XXII. p. 66. 67. Not. Quum recensio librorum paullo largior sit, placet tantum transcribere, quæ ei subiungit: τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἔξω κείσθω ἐν δευτέρῳ· καὶ ὅσα μὲν ἐν ἐκκλησίαις μὴ ἀναγινώσκεται, ταῦτα μηδὲ κατὰ σαυτὸν ἀναγίνωσκε, καθὼς ἤκουσας. *Reliqua omnia extranea secundoque loco habeantur: & quæ in ecclesiis non leguntur, ea omnia neque per te legas, quemadmodum audiuisti.*

(t) Augustin. exposit. in 1 Ioh. in præfat. tom. IX. pag. 135. (p. 575. edit. Basil. MDLXIX.) Meminit sanctitas vestra, euangelium secundum Ioannem ex ordine lectionum nos solere tractare. Sed quia nunc interposita est solemnitas sanctorum dierum, quibus certas ex euangelio lectiones oportet in ecclesia recitari, quæ ita sunt annuæ, vt aliæ esse non possint: ordo ille, quem susceperamus, necessitate paullulum intermissus est, non omissus.

am

am resurrectionis *CHRISTI* [*u*] ex quatuor euangeliis recitari, narrat. Die passionis [*x*] historiam passionis ex solo euangelio *Matthæi;* Omnibus autem diebus inter pascha & pentecostem [*y*] actus apostolorum dicit legi. Quod vltimo loco dicitur, id frequenter etiam memoratur CHRYSOSTOMO, qui integrum sermonem habet, quo huius rei rationes enarrat. Multarum rerum heic mentionem facit, quæ ad hoc argumentum lectionum, ex præscripto & ad regulam faciendarum, pertinent. Primo loco narrat [*z*], quemadmodum ex constitutione ecclesiæ die passionis saluatoris nostri omnia legantur, quæ ad crucem pertineant, & in magno sabbato, quæ de traditione, cruce, morte ac sepultura ipsius agant. Addit etiam [*a*], in die paschatis ea legi, quæ resurrectionem eius condoceant, & in

(*u*) Augustin. serm. CXXXIX. de tempore. In die sancto paschæ. (tom. X. p. 902. edit. Basil.) Per hos dies, sicut recolit caritas vestra, solemniter leguntur euangelicæ lectiones, ad resurrectionem domini pertinentes. Serm. CXL. eodem die. (ibid. p. 905.) Hesterno die, id est nocte, lecta est ex euangelio resurrectio saluatoris. Lecta est autem ex euangelio secundum Matthæum. Hodie vero, sicut audistis pronuntiare lectorem, recitata est nobis domini resurrectio, sicut Lucas euangelista conscribit. Serm. CXCI. eodem die. Resurrectio domini nostri Iesu Christi ex more legitur his diebus ex omnibus libris sancti euangelii. Serm. CXCIII. Feria tertia paschæ. Resurrectio domini nostri Iesu Christi & hodie recitata est: sed de altero libro euangelii, qui est secundum Lucam. Primo enim lecta est secundum Matthæum, hesterna autem die secundum Marcum, hodie secundum Lucam. Serm. CXLVIII. Feria quarta paschæ. Et hodie lectio recitata est, de his, quæ facta sunt post resurrectionem domini, secundum euangelistam Ioannem.

(*x*) Aug. serm. CXLIII. de tempore p. 320. (p. 915. edit. Basil.) Passio, quia vno die legitur, non solet legi, nisi secundum Matthæum.

(*y*) Augustin. tract. VI. in Ioan. tom. IX. p. 24. (p. 56. 57. edit. Basil.) Actus apostolorum testes sunt, ille liber canonicus omni anno in ecclesia recitandus. Anniuersaria solemnitate post passionem domini nostis, illum librum recitari: vbi scriptum est, quomodo conuersus sit apostolus & ex persecutore prædicator factus.

(*z*) Chrysost. homil. LXIII. Cur in pentecoste acta legantur tom. V. pag. 949. (homil. LXVI. p. 849. edit. Francof.) *ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ πάντα ἀναγινώσκομεν· ἐν τῷ σαββάτῳ τῷ μεγάλῳ πάλιν, ὅτι παρεδόθη ἡμῶν ὁ κύριος, ὅτι ἐσταυρώθη, ὅτι ἀπέθανε τὸ κατὰ σάρκα, ὅτι ἐτάφη. In die crucis omnia legimus, quæ ad crucem pertinent: in magno sabbato rursus, traditum esse dominum nostrum, crucifixum esse, mortuum esse secundum carnem, & sepulcro conditum.*

(*a*) Chrysostom. ibid. p. 951. (p. 852. c.) *ὥσπερ γὰρ τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ*

singu-

ſingulis feſtis, quæ in ſingulis acciderint. Quærendum igitur reſtare dicit, cur acta apoſtolorum, quæ miraculorum poſt pentecoſten ab eis patratorum, hiſtoriam contineant, non potius poſt quam ante pentecoſten legantur? Ad quod reſpondet, miracula apoſtolica, in iſto libro perſcripta, eſſe demonſtrationem reſurrectionis ſeruatoris noſtri: Quod igitur dominicæ reſurrectionis maxime fidem faciat, hoc ſtatim poſt crucem & reſurrectionem patres legi ſtatuiſſe, vt homines manifeſtam & indubitatam reſurrectionis probationem haberent. Vt adeo, licet lectiones, in aliis feſtiuitatibus recitari ſolitæ, ad ea pertinuerint, quæ in iſtis fuerunt patrata, peculiari tamen de cauſſa acta apoſtolorum, hiſtoriam rerum poſt pentecoſten geſtarum complexa, ante pentecoſten lecta ſint, quia tempori, dominicam reſurrectionem proxime excipienti, magis conueniebant. Quam ob cauſſam generalis regula per totam eccleſiam facta eſt, vt acta apoſtolorum hoc tempore legerentur, vti CHRYSOSTOMVS non tantum heic, ſed in multis etiam aliis ſcriptorum ſuorum locis teſtatur. In homilia in illud,

σταυροῦ ἀναγινώσκομεν, καὶ τὰ ἐν τῇ ἀναστάσει ὁμοίως, καὶ τὰ ἐν ἑκάστῃ ἑορτῇ γεγονότα τῇ αὐτῇ πάλιν ἀναγινώσκομεν, οὕτως ἔδει καὶ τὰ θαύματα τὰ ἀποστολικὰ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀποστολικῶν σημείων ἀναγινώσκεσθαι· τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ τότε αὐτὰ ἀναγινώσκομεν, ἀλλ' εὐθέως μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἀκούσατε μετὰ ἀκριβείας τὴν αἰτίαν ἅπασαν· μετὰ τὸν σταυρὸν εὐθέως ἀνάστασιν καταγγέλλομεν τοῦ χριστοῦ, τῆς δὲ ἀναστάσεως ἀπόδειξίς ἐστι τὰ σημεῖα τὰ ἀποστολικά, τῶν δὲ σημείων ἀποστολικῶν διδασκαλεῖόν ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον· ὃ τοίνυν μάλιστα πιστοῦται τὴν ἀνάστασιν τὴν δεσποτικήν, τοῦτο μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν εὐθέως οἱ πατέρες ἐνομοθέτησαν ἀναγινώσκεσθαι· διὰ τοῦτο τοίνυν, ἀγαπητοί, μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐθέως ἀναγινώσκομεν τὰ σημεῖα τῶν ἀποστόλων, ἵνα ἔχωμεν σαφῆ καὶ ἀναμφισβήτητον τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν. *Quemadmodum ea, quæ ad crucem pertinent, in die legimus crucis, & in reſurrectione item & in ſingulis feſtis, quæ in ſingulis acciderunt: ſic & miracula oportuit apoſtolica in apoſtolicorum miraculorum diebus legi. Cur igitur non illa tum legimus, ſed ſtatim poſt crucem & reſurrectionem, cauſſam omnem diligenter attendite. Statim poſt crucem reſurrectionem Chriſti adnuntiamus: porro demonſtratio reſurrectionis miracula ſunt apoſtolica: atqui nihil aliud eſt liber iſte, quam apoſtolicorum ſchola miraculorum. Quod igitur dominicæ reſurrectionis maxime fidem facit, hoc ſtatim poſt crucem & vitæ largitricem reſurrectionem patres legi ſtatuerunt. Hanc igitur ob cauſſam, dilectiſſimi, ſtatim poſt crucem ac reſurrectionem miracula legimus apoſtolorum, vt manifeſtam & indubitatam reſurrectionis probationem habeamus.*

Saulus adhuc spirans minas & caedem Act. IX. hanc rationem reddit, quamobrem non ex ordine in quamlibet huius libri partem sermonem habere [*b*] possit, quia videlicet lex ecclesiae hunc librum deponi post pentecosten, & vna cum fine solemnitatis istius lectionem libri terminari iubeat. Alio loco [*c*] praeceptum esse dicit, vt in ista solemnitate legatur, nec in vlla alia anni parte ordinarie eum legi. Et alio loco [*d*] hanc adfert rationem, cur in hebdomade magna a sermonibus in Genesin habendis destiterit, quia aliarum sanctarum feriarum aduentus ad alios sermones ipsum perduxerit, lectionibus in ecclesia tum factis congruos, exempli gratia, in proditorem *Iudam*, in passionem & resurrectionem dominicam, quo tempore in manus se accepisse dicit actus apostolorum, & a paschate inde vsque ad pentecosten eos explicasse. Eumdem ordinem inter *Aegyptios* obseruatum esse, auctor est CASSIANVS [*e*]. Atque ita in ecclesiis *Gallicanis* obtinuisse, ex antiquo *lectionario Gallicano* apparet. Nam singulis propemodum diebus inter pascha & pentecosten, exceptis diebus rogationum & paucis aliis, duae lectiones legi iubentur ex apocalypsi & actibus apostolorum. Vnde porro concludi licebit, lectionem apocalypsis bonam partem huic tempori in ecclesia *Gal-*

(*b*) Chrysost. homil. XLVII. tom. V. p. 637. (hom. L. p. 569. edit. Francof.) τῶν πατέρων ὁ νόμος κελεύει μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ἀποτίθεσθαι τὸ βιβλίον, καὶ τῷ τέλει τῆς ἑορτῆς ταύτης συγκαταλύεται καὶ ἡ τοῦ βιβλίου ἀνάγνωσις. *Post pentecosten deponi librum lex patrum iubet, & vna cum fine solemnitatis huius lectio libri terminatur.*

(*c*) Homil. XLVIII. in inscriptionem altaris act. XVII. tom. V. p. 650. (homil. LI. p. 580. 581. edit. Francof.) σήμερον βουλόμεθα ἀπὸ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων εἰπεῖν ----- δεῖ τοίνυν ἐξετάσαι, τίς ὁ γράψας, καὶ πότε ἔγραψε, καὶ περὶ τίνων, καὶ τίνος ἕνεκεν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ νενομοθέτηται αὐτὸ ἀναγινώσκεσθαι· τάχα γὰρ οὐκ ἀκούετε διὰ παντὸς τοῦ ἔτους ἀναγινωσκομένου τοῦ βιβλίου. *Hodierno die volumus de apostolorum actis verba facere. - - - Disquirendum nobis est, quis scripserit, & quando scripserit, & de quibus, & qua de caussa praeceptum sit, vt ille in hac solemnitate legeretur. Nam toto fortassis anno legi librum non auditis.*

(*d*) Homil. XXXIII. in Genes. p. 473. (p. 369. c. edit. Francof.) cit. lib. XIII. c. VI. §. II. sub litt. (h) vol. V. p. 202.

(*e*) Cassian. lib. II. c. VI. In die vero sabbati vel dominico vtrasque de nouo recitant testamento, id est, vnam de apostolo, vel *actibus apostolorum*, & aliam de euangeliis. *Quod etiam totis quinquagesimae diebus faciunt.*

licana

licana fuisse praescriptam. Et hoc modo in ecclesiis *Hispanicis* ex praescripto concilii *Toletani* quarti [*f*] obtinuit, quod eam, durante hoc temporis interuallo, legi iubet, excommunicationem denuntians non obsequentibus. Tempore quadragesimali librum Genesis legere solebant, vti ex CHRYSOSTOMO planum est, cuius decantatissimi sermones, ἀνδριάντες vocati, quia de statuis imperatoris, quas populus *Antiochenus* seditione facta deiecerat, tempore quadragesimali habiti fuere. Horum in vno [*g*] dicit, se isthoc die lectum tractare velle librum, qui erat liber Genesis; & quidem prima eius verba: *In principio fecit Deus cælum & terram*, fore sermonis sui argumentum. In alio sermone [*h*], in eadem verba sub initium quadragesimæ habito, hanc lectionem isto die populo recitatam esse dicit. Et hanc ipsam ob caussam duas quadragesimas concionando in librum Genesis transegit, quia tum in ecclesia ex ordine lectus fuit. Nam triginta duos priores harum homiliarum *Constantinopoli* habuit tempore quadragesimali, anno quidem tertio post, quam episcopus creatus erat ann. CCCC vel CCCCI; verum solemnitatum passionalis, paschalis, & pentecostalis interuentus a dicendorum consequentia ipsum impediebat, adeoque de aliis rebus sermones, præsenti tempori

(*f*) Concil. Tolet. IV. c. XVI. Si quis apocalypsin a pascha vsque ad pentecosten missarum tempore in ecclesia non prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit.

(*g*) Chrysost. homil. VII. ad popul. Antioch. tom. I. p. 107. (p. 94. b. ed. Francof. MDCXCVIII.) τὸ σήμερον ἡμῖν ἀναγνωσθὲν μεταχειριοῦμαι βιβλίον· καὶ, εἰ δοκεῖ, τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, καὶ τὸ προοίμιον, ὃ δοκεῖ μάλιστα, μηδὲ ἴχνος ἐμφαίνειν παραμυθίας, ἀλλὰ καὶ καθόλου παρακλητικῶν ἀλλοτριοῦσθαι λόγων, εἰς μέσον προθεὶς, ὃ λέγω, ποιήσω φανερόν· τί ποτ᾽ οὖν ἐστι τὸ προοίμιον; ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, κ. τ. λ. Hodie lectum tractabo librum: *& si libet, ipsius principium & proœmium, quod maxime videtur neque consolationis vestigium demonstrare, sed a consolatoriis penitus verbis alienum esse, in medium proponens, quod dicam, manifestum faciam. Quod tandem est hoc proœmium?* In principio fecit Deus cælum & terram &c.

(*h*) Id. Serm. I. in Genes. tom. II. p. 880. (p. 725. d. edit. Francof.) λεπτοτέρων καὶ τολμήσωμεν νοημάτων, περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ τοῦ λοιποῦ τῆς κτίσεως φιλοσοφοῦντες σώματος· ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἀνεγνώσθη σήμερον. *Altum nobis pelagus incedendum est, volentibus de cæli & terræ ac maris corporibus philosophari.* Hæc enim hodie lectio nobis recitata est.

con-

congruos, recitabat, vt ipse [*i*] nobis narrat. Postea, pristino opere resumto, *commentarium in Genesin*, triginta duas homilias anno sequenti subiungens, absoluebat. Vnde manifestum est, Genesin tunc tempore quadragesimali, vt actus apostolorum diebus pentecostalibus, fuisse lectam, adeoque CHRYSOSTOMVM sermones suos ordini lectionum, tunc in ecclesia praescripto, accommodasse. Praeterea ex AMBROSIO constat, libros *Iobi* & *Ionae* prophetae per hebdomadem passionalem legi consueuisse. Nam loquens de sermone quodam, quem ad populum hoc tempore habuerat, ait [*k*]: *Audistis filii, librum legi Iob, qui solemni & munere est decursus & tempore.* Et iterum [*l*], *Sequenti die lectus est de more liber Ionae.* Hoc est, vti PAGIVS [*m*] scite obseruat, feria tertia magnae hebdomadis. Hanc autem

(*i*) Chrysost. homil. XXXIII. in Genes. p. 480. (p. 372. edit. Francof.) *ἀνέβη δὲ Ἀβραὰμ ἐξ Αἰγύπτου, αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ Λὼτ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἔρημον· ἐνταῦθα τὸν λόγον καταλύσαντες, τὰς μεταξὺ πάσας ἡμέρας εἰς τὴν περὶ τῶν κατεπειγόντων διδασκαλίαν αὐτὸν μετηγάγομεν. Ascendit autem Abram ex Aegypto, ipse & vxor eius & omnia quae erant illius, & Loth cum ipso in solitudinem. Hic sermonem missum fecimus, & eum mediis diebus transtulimus in doctrinam, quam requirebant tunc occurrentes feriae.* Vid. etiam pag. 3?0. cit. lib. XIII. c. V. §. II. vol. V. p. 202.
Seuerian. Gabalens. homil. I. in Genes. ap. Combefis. auctar. nouiss. p. 214. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· Οἶδα μὲν οὖν, ἀδελφοί, ὅτι τὰ λεπτὰ ταῦτα ζητήματα δυσχερῆ φαίνεται ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις· ἀλλὰ δεῖ ἐν ἡμέρᾳ νηστείας νηφούσαις μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς περὶ τῶν βαθυτέρων νοημάτων διαλέγεσθαι. In principio creauit Deus caelum & terram. Scio equidem, fratres, subtiles has quaestiones vulgi animis videri molestas esse: oportet tamen in die ieiunii, sobriis magis mentibus altiora sensa enarrare.*
August. serm. LXXI. de tempore. (tom. X. opp. p. 737. edit. Basil.) *Lectio illa, fratres carissimi, in qua beatus Abraham Isaac filium suum in holocaustum legitur obtulisse, ideo in ordine suo diebus quadragesimae non recitatur, quia, sicut ipsi nostis, in vigiliis paschae propter sacramentum dominicae passionis reseruatur. Et quia tunc non est in spatio, vt de ista possit aliquid dici, nunc, si videtur, expositionem eius, secundum quod eam patres nostri inspirante domino tractauerunt, caritatis vestrae auribus, quantum possumus, breuiter intimemus.*

(*k*) Ambros. epist. XXXIII. ad Marcellin. soror. p. 160. edit. Basil. MDLXVII.

(*l*) Ibid. p. 162.

(*m*) Pagi critic. in Baron. an. CCCLXXXVII. n. IV. (n. V. p. 568. edit. Antuerp. MDCCV.) Postea ait: *Sequenti die* (nempe feria tertia, die XXXI. Martii, non autem feria secunda, vt putauit Baronius) *lectus est de more liber Ionae* &c.

anti-

antiquissimam fuisse ecclesiæ regulam, ex ORIGENIS apparet commentario, quem HILARIVS, narrante HIERONYMO [n], in *Latinum* sermonem vertit. Nam ibi [o] non tantum dicit ORIGENES, quod liber *Iobi* per hebdomadem memoriæ passionis dominicæ sacram legatur in ecclesia, sed etiam huius instituti rationem explicat, quando ait: *In conuentu ecclesiæ, in diebus sanctis legitur passio Iob, in diebus ieiunii, in diebus abstinentiæ, in diebus, in quibus tamquam compatiuntur ii, qui ieiunant & abstinent, admirabili illo Iob, in diebus, in quibus in ieiunio & abstinentia sanctam domini nostri Iesu Christi passionem sectamur: vt terribilem eius passionem transeuntes ad beatam eius resurrectionem venire mereamur, compassi nunc, vt & conregnemus, condolentes modo in tempore passionis, vt & congaudeamus post hoc in tempore resurrectionis. Quam passionem dominus noster Iesus Christus ad terras veniens in humano corpore sustinuit pro omnium hominum salute, vt per passionem sane mortem interficeret, per resurrectionem vero suam recidiuam vitam cunctis ostenderet. Cuius passionis atque resurrectionis domini formam atque exemplum quia Iob passio in multis gerebat, sicut ii, qui diligentius requisierunt, reperrerunt: Merito etiam nunc in diebus passionis, in diebus sanctificationis, in diebus ieiunii, beati Iob passio legitur, meditatur atque scrutatur.* Huc vsque ORIGENES. Verum in *lectionario Gallicano* [p] nulla libri *Iobi* mentio habetur, sed tantum liber *Ionæ* in sabbato magno, hoc est pridie paschatos, legi dicitur. HIERONYMVS [q] dicere videtur, *Hoseam* prophetam etiam in vigilia passionis dominicæ legi consueuisse. Ait enim, *Pierii legi tractatum longissimum, quem* (martyr ille) *in exordio huius prophetæ (Hoseæ) die vigiliarum dominicæ passionis extemporali & diserto sermone profudit.* CHRYSOSTOMVS [r] in homilia quadam in euangelium *Ioannis*, quod tunc interpretabatur, monet auditores suos, vt

(*n*) Hieron. contr. Vigilant. †

(*o*) Orig. in Iob. lib. I. p. 366. (p. 227. e. f. edit. Paris. MDCIIII.)

(*p*) Lectiones Gallic. ap. Mabillon. de liturg. Gallic. p. 130. Lectio Ionæ prophetæ. Tempore illo factum est verbum domini ad Ionam, filium Amathi dicens: Surge, vade in Niniuen &c.

(*q*) Hieron. prooem. in Hoseam ad Pammach.

(*r*) Chrysostom. homil. X. in Ioan. al. XI. ed t. Sauil. p. 597. (p. 72. ed. Francof.) *τί ποτ᾽ οὖν ἐστιν ὅπερ αἰτοῦμαι ὑμᾶς; κατὰ μίαν σαββάτων, ἢ καὶ κατὰ σάββατον, τὴν μέλλουσαν ἐν ὑμῖν ἀναγνωσθήσεσθαι τῶν εὐαγγελίων περικοπὴν, ταύτην*

vna dierum in hebdomade domi suæ euangelicas legant lectiones, quas sequenti die dominica in ecclesia lectum & expositum iri, sciant. Id quod certam aliquam regulam ac ordinem supponit. Atque ita, licet perfectum lectionarium ex antiquitate non habeamus traditum, persuasi tamen sumus, lectionem scripturarum ad certam methodum & regulas, præsertim in maioribus solemnitatibus ac diebus festis ecclesiæ, fieri consueuisse. Primum huiusmodi kalendarium nonnulli HIPPOLYTI *canonem paschalem* esse existimant, in quo, vti supra [*] ostendimus, SCALIGER & GOTHOFREDVS designari putant, quæ pensa de scripturis singulis diebus festis legi oporteat. BVCHERIVS autem & alii aliam istius libri dant recensionem, vnde res in dubio relinquitur. Alius quidem liber sub nomine circumfertur HIERONYMI, qui vocatur *comes* siue *lectionarius*; sed optimæ notæ critici [s] pro spurio habent, & multo recentioris auctoris fœtum esse, iudicant, quia lectiones

---

πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν μετὰ χεῖρας λαμβάνων ἕκαστος οἴκοι καθήμενος ἀναγινωσκέτω συνεχῶς, καὶ πολλάκις περισκοπείτω μετὰ ἀκριβείας τὰ ἐγκείμενα, καὶ βασανιζέτω ταῦτα καλῶς· καὶ τί μὲν σαφὲς, τί δὲ ἄδηλον σημειούσθω· τί δὲ αὐτῶν ἐναντίον εἶναι δοκεῖ, οὐκ ὂν δέ· καὶ πάντα ἁπλῶς διακωδωνίσαντες, οὕτως ἀπαντᾶτε πρὸς τὴν ἀκρόασιν. *Quid a vobis contendimus? vt vna dierum in hebdomade, vel saltem sabbato, curæ vobis sit euangelicas legere lectiones, quas ante has conciones in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter sensum disquirere; quid clarum, quid obscurum in his sit, adnotare velitis, quid pugnare videatur, quum non pugnet: ita omnibus penitus examinatis, his vos concionibus quam attentissimos exhibeatis.*

(*) Lib. XIII. cap. V. §. VI. vol. V. pag. 142.

(s) Stillingfleet Orig. Britan. chap. IV. p. 229. *Nothing but the Epistle and Gospel were read at Rome, as is shew'd already; which manifests, that the Book under St. Jerome's Name, called the* Lectionarius, *or* Comes, *must be counterfeit; Because therein Lessons out of the Prophecie are set down: And the Authorities of Berno Augiensis, Micrologus and Radulphus Tingrensis which are the best Pamelius could find, are not great enough against so plain Evidence to the contrary, to prove this* Lectionarius *to have* been *made by St. Jerome. And he confesses, that Amalarius several times onely mentions the* Auctor Lectionarii *without St. Jerom's name, who lived a good while before them.*

Caue histor. litt. vol. I. p. 225. (p. 157. edit. Geneu.) *Comes* siue *Lectionarius* exstat apud Pamelium liturgicorum tom. II. Præfationem huius libri extulit Dacherius spicileg. tom. XIII. Hunc *comitem* multo, quam editus sit a Pamelio, ampliorem se habuisse, testatus est Cornelius Scultingius. Citatur

de

de prophetis & veteri testamento recenseat, quum tamen ætate HIERONYMI, vti antea notauimus, haud aliæ lectiones quam de epistolis & euangeliis in ecclesia *Romana* recitarentur. Vtcumque autem est, aliquanto post diuersi huiusmodi libri in vsum ecclesiarum *Gallicanarum* fuerunt compositi. SIDONIVS APOLLINARIS [t] istiusmodi lectionarium in ecclesiæ *Viennensis* vsum a CLAVDIANO MAMERCO ann. CCCCL. paratum esse dicit. Et MVSAEVM aliud pro ecclesia *Massiliensi* circa ann. CCCCLVIII. confecisse, auctor est GENNADIVS [u]. Sed vtrumque deperditum est, & antiquissimum huius generis *lectionarium Gallicanum* est, de manuscripto recens editum a MABILLONIO, quod ipse ante mille annos, post GREGORII MAGNI ætatem scriptum esse, scite iudicat, quia festi diei *Genouefæ* virginis mentionem faciat [w], quæ post GREGORIVM vixisse creditur. Verum etsi haud vllum antiquius kalendarium superest hodie, testimonia tamen ante adlegata rem ipsam euincunt, quod lectiones scripturarum temporibus anniuersariis generatim fuerint accommodatæ, prout dies festi requisiuere. De cetero vel recitatæ fuerunt eo ordine, quo iacent in bibliis, vt MABILLONIVS [x] ex regulis CAESARII & AVRELIANI ostendit; vel prout episcopi pro arbitratu suo eas præscripserunt, quemadmodum nonnumquam specialiores psalmi,

sub Hieronymi nomine, tituloque *comitis* & *lectionarii* in Micrologo c. XXV. Bernone Augiensi c. I. Hugone de S. Victore de offic. eccles. lib. II. c. XI. Plura de hoc libro habet cardinalis Bona rer. liturg. lib. II. c. VI. § II. qui illum Hieronymo, sed leui quidem argumento nixus, adserere conatur.

(t) Sidon. lib. IV. epist. XI. Hic solemnibus annis parauit, quæ quo tempore lecta conuenirent.

(u) Gennad. de scriptor. c. LXXIX. Excerpsit de scripturis lectiones totius anni festiuis diebus aptas; Responsoria psalmorum capitula temporibus & lectionibus congruentia.

(w) Lection. Gallic. ap. Mabillon. p. 114. Legenda in festo S. Genoueuæ virginis &c.

(x) Mabillon. de curs. Gallic. p. 406. n. 34. Qua ratione ordinata fuerint Massiliæ diuina officia, non liquet: at de Arelatensi ritu coniectare possumus ex regulis Cæsarii & Aureliani, qui longe diuersum a Lugdunensi modum præscribunt. Ambo vero duos tantum *nocturnos* passim in vigiliis nocturnis adsignant, & lectiones vtrique *missas* appellant. Et *tria* quidem *folia* ad vnam quamque exigit Cæsarius; *tres aut quatuor paginas* pro mensura libri Aurelianus.

feren-

ferente ita occasione, præscripti sunt, secundum obseruationem, quam fecimus, vbi de hoc argumento sumus loquuti [y]. AVGVSTINVS diserte significat [z], iussisse se sæpius lectionem recitari, argumento psalmi, in quem sermonem habuerit, conuenientem. Et FERRARIVS [a] diuersa alia exempla tam ex AVGVSTINO [b], quam CHRYSOLOGO [c] in eamdem rem exhibet, quæ heic nihil attinet interponere.

(y) Cap. I. §. VI. pag. 9.

(z) Augustin. in psalm. XC. serm. II. p. 413. Propterea fecimus ipsam lectionem euangelii recitari, vbi dominus tentatus est, per ea verba psalmi, quæ heic audistis.

(a) Ferrar. de ritu concion. lib. I. c. XVII. Inscriptio capitis hæc est: *Pro communi ac determinata alicuius diei lectione, siue apostolica, siue euangelica seligebatur aliquando peculiaris aliqua & tempori maxime congruens particula, quam tractandam susciperent concionatores.* Ipsum caput sic habet: Vere nos hæc quidem hactenus. Verum tamen si quis dixerit, pro communi ac determinata alicuius diei, siue ex euangelio, siue ex apostolo, lectione, fecisse aliquando concionatores, vt peculiaris aliqua lectio fuerit, quæ esset congruens & accommodata ei argumento, quod ipsi tractandum suscepissent; non is, mea quidem sententia, a vero longe abibit. Etenim apud Augustinum in serm. CXXI. de diuersis ita scriptum inuenias: *In memoria retinentes pollicitationem nostram, congruas etiam ex euangelio & apostolo fecimus recitari lectiones.* Et in sermone XXIII. *de verbis domini secundum Matthæum* ait: *Hesterno die qui adfuistis, promissionem nostram tenetis, quæ hodie non solum vobis, sed pluribus etiam, qui conuenerunt, domino adiuuante reddenda est. Quæ sint decem virgines, quarum sint quinque prudentes, & quinque stultæ, non facile indagari potest. Veruntamen secundum ea, quæ continet ipsa lectio, quam caritati vestræ etiam hodie volui recitari* &c. Et in tractatu XII. in Ioannis euangelium: *Meminit caritas vestra, dominica præterita, quantum dominus adiuuare dignatus est, disseruisse nos de spirituali regeneratione; quam lectionem vobis iterum legi fecimus, vt quæ tunc non dicta sunt, in Christi nomine, adiuuantibus orationibus vestris, impleamus.* Chrysologus etiam hoc eleganter expressit in serm. LXVI. *Duas hodie a duobus euangelistis editas ita recitari fecimus lectiones, vt sermoni nostro vester intellectus occurreret, paterent abdita &c.* Et in sermone CXVIII. *Quoniam tota spes fidei christianæ in resurrectione constituta est mortuorum, ne quisquam de ea ausus sit dubitare, beati* Pauli, *asserentis eam auctoritate, rebus, exemplis, latissimam recitari vobis fecimus lectionem.*

(b) Augustin. serm. XXIII. de verbis domini. serm. CXXI. de diuersis. tractat. XII. in Ioan. vid. sub litt. anteced. (a).

(c) Chrysolog. serm. LXVI. & CXVIII. Vid. sub litt. anteced. (a).

§. IV.

§. IV.

A quibus ſcripturæ antiquis temporibus in eccleſia lectæ ſint.

PROXIMA quæſtio de iis inſtitui poteſt, a quibus ſcripturæ publice in eccleſia lectæ fuerint. Quæſtio hæc eſt, ad quam iam ſupra quodam modo reſpondimus, quando de ordine lectorum [*] ſumus loquuti. Vbi probabile eſſe oſtendimus, per duo priora ſæcula, antequam lectorum ordo inſtitutus eſſet, ſcripturas a diaconis fuiſſe lectitatas, vel, in imitationem eccleſiæ *Iudaicæ*, ab illis, quibus epiſcopus ſiue præſes eo tempore id negotium dederit. Tempore autem CYPRIANI peculiare hoc fuiſſe officium lectorum, qui tunc inferior quidam ordo clericorum euaſerit, legere omnes ſcripturas, & non minus ipſum euangelium, quam reliquas earum partes, quemadmodum ex diuerſis CYPRIANI epiſtolis [*d*] appareat. Heic addendum eſt, in poſterioribus ſæculis lectionem euangelii in quibusdam eccleſiis ad officium diaconorum & presbyterorum fuiſſe adſtrictam. Ita enim auctor *conſtitutionum* [*e*], peractis per lectores lectionibus, diaconum vel presbyterum legere euangelium iubet. Atque ita HIERONYMVS *Sabiniano* [*f*] diacono ad animum reuocat, quemadmodum euangelium *CHRISTI* in eccleſia lectitarit. Idem de SABBATIO, presbytero in

(*) Lib. III. c. V. vol. II. p. 29. ſeqq.

(*d*) Cypr. epiſt. XXXIV. al. XXXIX. (p. 224. edit. Fell. Amſtelod.) Hunc ad nos, fratres dilectiſſimi, cum tanta domini dignatione venientem, teſtimonio & miraculo eius ipſius, qui ſe perſequutus fuerat, illuſtrem, quid aliud quam ſuper pulpitum, id eſt, ſuper tribunal eccleſiæ oportebat imponi, vt loci altioris celſitate ſubnixus, & plebi vniuerſæ, pro honoris ſui claritate, conſpicuus, *legat* præcepta & *euangelium domini*, quæ fortiter ac fideliter ſequitur? Epiſt. XXXVIII. Merebatur talis clericæ ordinationis vlteriores gradus & incrementa maiora, non de annis ſuis, ſed de meritis æſtimandus; ſed interim placuit, vt ab *officio lectionis* incipiat; quia & nihil magis congruit voci, quæ dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt, quam celebrandis diuinis lectionibus perſonare: poſt verba ſublimia, quæ Chriſti martyrium proloquuta ſunt, *euangelium Chriſti legere*, vnde martyres fiunt.

(*e*) Conſtitut. lib. II. c. LVII. *ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός τις τοὺς τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους --- καὶ μετὰ ταῦτα διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια. Peractis per binos lectionibus, quidam alius Dauidis hymnos pſallat ---- Poſtea* diaconus vel presbyter legat euangelia.

(*f*) Hieron. epiſt. XLVIII. ad Sabinian. *Euangelium* Chriſti quaſi diaconus lectitabas.

ecclesia *Nouatiana*, notat SOCRATES [g]. SOZOMENVS [h] dicit, *Alexandriæ* euangelium a solo archidiacono legi; alibi vero a diaconis; in multis autem ecclesiis a solis duntaxat presbyteris; alicubi in præcipuis festiuitatibus ab episcopis, vt *Constantinopoli* primo die paschalis festiuitatis. In ecclesiis *Gallicanis* hoc ordinarium diaconorum officium fuit, vti ex canone quodam concilii *Vasensis* secundi [i] apparet, qui habet: *Si digni sunt diaconi, quæ Christus in euangelio loquutus est, legere, quare indigni iudicentur, sanctorum patrum expositiones publice recitare?* In ecclesiis tamen *Hispanicis* antiqua consuetudo obseruata fuit, vt lectores non minus euangelium quam reliquas scripturæ partes legerent. Id quod colligi potest ex canone concilii *Toletani* primi [k], hunc in modum præcipiente: *Pœnitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas, aut vsus exegerit, & tunc inter lectores deputentur, ita vt euangelia & epistolas non legant.* Quod interdictum de non legendis ab pœnitentibus euangeliis vel epistolis indicat, reliquos lectores, qui pœnitentiæ non subfuerint, non euangelium tantum, sed & reliquas lectiones pronuntiasse, vti in notis suis ad hunc canonem recte obseruat ALBASPINAEVS [l].

§. V.

Num epistolam & euangelium bis recitauerint, primum catechumenis, & deinde fidelibus ad altare.

VERVM in vna re vir iste doctus hallucinatus mihi vide-

(g) Socrat. lib. VII. c. V. ἐν ἡμέρᾳ συνάξεως, τοῦ εὐαγγελίου περιοχὴν ἀναγινώσκων κ. τ. λ. *Die quodam conuentus ecclesiastici*, quum capitulum quoddam euangelii legeret &c.

(h) Sozom. lib. VII. c. XIX. ταύτην δὲ ἱερὰν βίβλον ἀναγινώσκει ἐνθάδε μόνος ὁ ἀρχιδιάκονος· παρὰ δὲ ἄλλοις, διάκονοι· ἐν πολλαῖς δὲ ἐκκλησίαις οἱ ἱερεῖς μόνοι· ἐν δὲ ἐπισήμοις ἡμέραις, ἐπίσκοποι, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει, κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἀναστασίμου ἑορτῆς.

(i) Concil. Vasens. II. c. II. (tom. IV. concil. p. 1680.)

(k) Concil. Tolet. I. c. II. (tom. II. conc. p. 1223.) Vid. can. IV. ibid. vbi sic legitur: Subdiaconus defuncta vxore, si aliam duxerit, ob officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur & habeatur inter ostiarios, vel inter *lectores*; ita *vt euangelium & apostolum non legat.*

(l) Albaspin. not. in concil. Tolet. I. c. II. ibid. p. 1241. Liquido ex his constat, lectores non euangelium tantum sed & lectiones pronuntiasse.

tur,

tur, quando lectionem euangelii [m] in officio missæ factam fuisse existimat. Nam priscis temporibus scriptura sacra & ipsum etiam euangelium tantum in missa catechumenorum legi consueuit. BONA [n] quidem cardinalis antiquam consuetudinem ecclesiæ fuisse dicit, vt euangelia solis fidelibus legerentur, deinceps vero a concilio *Arausicano* in *Gallia* [o], & concilio *Valentiano* in *Hispania* [p] aliter fieri decretum fuisse. Enimvero nihil planius est & exploratius, quam quod lectio euangelii semper sermonem antecesserit, & quod sermo habitus sit, antequam solemnis eucharistiæ celebratio inciperet, præsentibus catechumenis, & ante eorum dimissionem, quum præcipue ad horum instructionem spectaret. Quocirca licet fortassis deterior quædam consuetudo in ecclesias *Gallicanas* & *Hispanicas* irrepserit, catechumenos ab audiendo euangelio & sermone excludens, quam ista concilia emendare studuerunt; multum tamen abest, vt hanc probet antiquam consuetudinem fuisse, vt solis fidelibus euangelium audire permitteretur. Nec quispiam AVGVSTINI vel CHRYSOSTOMI homilias inspicere potest, quin hunc errorem vbique videat profligari. Nam illi semper de euangelii lectione ante homiliam, deque homilia coram catechumenis habita loquuntur. Et contraria opinatio communi præiudicio & falso supposito nititur, quod antiquum officium in omnibus simile fuerit hodierno officio, in quo euangelium bis legitur, primo quidem inter lectiones, & deinde cum epistola seorsum in solemni missæ officio;

(m) Albaspin. not. in can. IV. concil. Carth. III. ibid. p. 1185. Vetus ille mos inualuerat, vt non diaconi, sed lectores *epistolas & euangelia in solemni missæ sacrificio pronuntiarent.*

(n) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. VII. n. I. In concilio Arausicano primo tempore Leonis I. can. XVIII. statutum est, vt euangelia, quæ solis fidelibus antea legebantur, deinceps etiam catechumenis legerentur. Idem decreuit concilium Valentianum in Hispania.

(o) Concil. Arausican. I. c. XVIII. tom. III. concil. p. 1450.) Euangelia deinceps placuit catechumenis legi quoad omnes prouinciarum nostrarum ecclesias.

(p) Concil. Valentin. can. I. (tom. IV. concil. p. 1617. Vt sacrosancta euangelia ante numerum illationum in missa catechumenorum in ordine lectionum post apostolum legantur, quatenus salutaria præcepta domini nostri Iesu Christi, vel sermones sacerdotis non solum fideles, sed etiam catechumeni ac pœnitentes, & omnes qui ex diuerso sunt, audire licitum habeant.

quum tamen antiquis temporibus & epistolæ & euangelia in ordinario cursu lectionum recitarentur, in ea duntaxat diuini cultus parte, quæ proprie *missa catechumenorum* vocabatur.

§. VI.

De solemnitate ac cærimoniis, in recitatione lectionum obseruatis. Vbi primum de salutatione: Pax vobis, *ante lectionem.*

PROXIMA res consideratione digna, est solemnitas ac cærimonia, cum qua veteres scripturas legi præceperunt. Lector, antequam lectionem ordiretur, plerumque solebat dicere, *Pax vobis*, quæ communis salutationis formula erat sub omnium officiorum in ecclesia primordia. CYPRIANVS manifesto ad hanc rem adludit, quando de nouo lectore, quem ad hoc officium superiore die dominico ordinarat, ait [q]: *Auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem.* Nullum equidem ex commentatoribus noui, qui huius consuetudinis in CYPRIANO fecerit mentionem, vel quidpiam in hanc phrasin adnotauerit: At vero manifesto hic eius sensus est, atque ita eruditus ALBASPINAEVS [r] eam intelligit. Hæc consuetudo in *Africa* videtur obtinuisse, vsque dum concilium tertium *Carthaginense* [†] canonem conderet in contrarium, vt lectores populum non amplius salutarent. Hæc formula salutandi, *Pax vobis*, ad quam populus respondebat, *Et cum spiritu tuo*, officii communiter erat episcopi, presbyteri, vel diaconi in obeundis diuersis suis functionibus in ecclesia, quemadmodum CHRYSOSTOMO [s] multis in locis obseruatur. Et idcirco hoc concilium hanc potesta-

(q) Cypr. epist. XXXIII. al. XXXVIII. ad cler. Carthag. p. 75. (p. 223. lin. 1. edit. Fell. Amstelod.)

(r) Albaspin. not. in concil. Carth. III. c. IV. Antequam euangelii pronuntiandi initium faceret olim lector, elata voce proferebat, *Pax vobis*, perinde atque hodierno die diaconus dicit, *Dominus vobiscum.* Hoc idem epistola D. Cypriani iisdem verbis probatur: *Interim vobis hoc die auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem*, quibus D. Cyprianus verbis alloquutum & salutatum populum ait ab Aurelio, quum primo ei euangelii recitandi potestas esset facta, & pacem & benedictionem Christi domini fidelibus condonasse.

(†) Conc. Carth. III. can. IV. Vt lectores populum non salutent.

(s) Chrysostom. homil. XVIII. in 2 Cor. p. 873. (p. 673. edit. Francof.) ὅταν εἰρήνης πάλιν μεταλαμβάνειν καὶ μεταδιδόναι δέῃ κ. τ. λ. *Quum pax danda vi-*

tem

tem lectoribus eripiebat, tradebatque diaconis aut aliis superioribus ministris ecclesiæ. Adeoque, quum lector antea solitus esset dicere *Pax vobis*, hic canon ea verba ab alio quodam ministro pronuntiari iubebat. Nam pronuntiata esse vel a lectore vel ab aliquo alio ecclesiæ ministro, antequam lectionem inciperet, ex AVGVSTINO apparet, quando scribens aduersus *Donatistas* ait [t]: *Quid peruersius & insanius, quam lectoribus, easdem epistolas legentibus dicere, Pax tecum, & ab earum ecclesiarum pace separare, quibus ipsæ epistolæ scriptæ sunt?*

§. VII.

Hæc salutatio nonnumquam ab episcopo vsurpata proxime ante, quam lector inciperet legere.

ALIO loco AVGVSTINVS huius salutationis meminit, tamquam adhibitæ ab episcopo, simulac ingressus esset in ecclesiam, proxime ante, quam lector lectiones inchoaret, quæ res in *Africa* hoc tempore prima publici cultus pars erat cum psalmo responsorio, singulis lectionibus intermixto. *Processimus*, inquit [u], *ad populum, plena erat ecclesia, personabat vocibus gaudiorum: Deo gratias, Deo laudes, nemine tacente, hinc atque inde clamantium. Salutaui populum, & rursus eadem feruentiore voce clamabant. Facto tandem silentio scripturarum diuinarum sunt lecta solemnia.* Hæc consuetudo salutandi hac verborum formula populum CHRYSOSTOMO etiam multis in locis memoratur. *Ingressi*, inquit [x], *in ecclesiam statim secundum legem istam dicimus, Pax vobiscum, & vos respondetis, Et cum spiritu tuo.* Iterum [y]: *Episcopus sub introitum in ecclesiam pacem precatur omnibus, vt qui in*

cissimque accipienda est. Homil. III. in Colosſ. p. 1337. (p. 176. edit. Frf.) ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνην, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν ταῖς προσρήσεσι, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις αὐτὴν δίδωσιν ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εἰρήνη ὑμῖν, ἐπιλέγων. *In ecclesiis pacem, in precibus, in supplicationibus, in salutationibus, & semel, & bis, & ter & sæpe dat eam is, qui præest ecclesiæ, dicens, pax vobis.*

(t) August. epist. CLXV.

(u) Augustin. de ciuit. Dei lib. XXII. c. VIII. pag. 1489. (p. 1350. b. edit. Basil. MDLXIX.)

(x) Chrysost. homil. XXXIII. in Matth. p. 318. (p. 366. d. edit. Frf.) κοινῇ πᾶσι τὴν εἰρήνην ἐπιλέγομεν εἰσιόντες εὐθέως, κατὰ τὸν νόμον ἐκεῖνον.

(y) Chrysost. homil. XXXVI. in 1 Cor. p. 613. (p. 40.. edit. Francof.) εἰρήνην καὶ νῦν ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς ἐπεύχεται, ὡς εἰς πατρῴαν οἰκίαν εἰσιών.

domum ingreditur paternam. Et alio loco [z]: *Quum ingressus fuerit is, qui præest ecclesiæ, statim dicit: Pax omnibus. Quando sermonem facit ac concionatur: Pax omnibus* &c. Iam si consideres, fuisse hanc communem salutationem sub omnium officiorum exordium, & scripturas legi cœpisse, quamprimum episcopus venerit in ecclesiam, manifestum est, eiusmodi formulam salutationis ab hoc vel illo, ante cœptam scripturarum lectionem, fuisse adhibitam.

§. IIX.

Diaconus indicebat silentium, antequam lector inciperet, requirebatque attentionem: Sicut & lectori facere moris erat ante singulas lectiones, dicenti: Sic dicit dominus.

CHRYSOSTOMVS duarum aliarum consuetudinum meminit, quæ ad hanc materiam spectabant, tamquam ad legendas audiendasque cum maiori fructu scripturas intromittentes. Dicit nimirum, diaconum indicto silentio requisiuisse attentionem, & lectorem ipsum, nominata quadam lectione, pronuntiasse: *Hæc dicit dominus. Stat,* inquit, *diaconus, communis minister* [a], *alta voce clamat,* προσέχωμεν, *Attendamus, & sæpius illam vocem clamat -- -- -- Post illum incipit lector prophetiam Iesaiæ,* (vel alium diuini scriptoris librum.) *Deinde auditorio pronuntiat, dicens: Hæc dicit dominus.* Ita alio rursus loco [b]: *Quando lector, quum resurrexerunt, ait: Hæc dicit dominus, & stans diaconus silentio indicto omnibus os obstruit, non lectori honorem habens hoc facit, sed ei, qui per illum cum omnibus loquitur.* Hæc silentii indictio AMBROSIO [c] & aliis quoque memoratur. Differebat

(z) Chrysost. homil. III. in Coloss. p. 1338. (p. 173. sub fin. edit. Francof.) ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εὐθέως λέγει· εἰρήνη πᾶσι· ὅταν ὁμιλῇ, εἰρήνη πᾶσιν. κ. τ. λ.

(a) Chrysost. homil. XIX. in acta apostol. (p. 185. edit. Frf.) κοινὸς διάκονος ἕστηκεν, ὁ διάκονος μέγα βοῶν καὶ λέγων, προσχῶμεν· καὶ τοῦτο πολλάκις· - - μετ᾽ ἐκεῖνον ἄρχεται ὁ ἀναγνώστης τῆς προφητείας Ἡσαΐου· -- εἶτα εἰς ἐπήκοον ἐκφωνεῖ λέγων, τάδε λέγει κύριος.

(b) Chrysost. homil. III. in 2 Thessal. (p. 381. edit. Frf.) ὅταν ἀναστὰς ὁ ἀναγινώσκων λέγῃ, τάδε λέγει κύριος· καὶ ὁ διάκονος ἑστὼς ἐπιστομίζῃ πάντας, οὐ τῷ ἀναγινώσκοντι τιμὴν ποιῶν τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τῷ δι᾽ ἐκείνου πᾶσι διαλεγομένῳ.

(c) Ambros. præfat. in psalmos. Quantum laboratur in ecclesia, vt fiat silentium, quum lectiones leguntur, &c. Vid. August. de ciuit. Dei lib. XXII. c. VIII. citat sub litt. antec. (u) pag. 77.

autem

autem ab alio diaconorum actu sub eodem nomine, *silentium indicere*, quo populus ad priuatas suas preces procumbere iubebatur. Qua de re plura dicendi locus erit libri proxime sequentis capite primo.

§. IX.

Ad nominationem prophetæ vel epistolæ populus quibusdam in locis Deo gratias, *& ad clausulam* Amen *dicebat.*

MABILLONIVS [*d*] obseruat, quod ad titulum alicuius prophetiæ vel epistolæ populus nonnumquam responderit, *Deo gratias*, vti in liturgia *Mozarabica* legitur. Verum de hac consuetudine parum nobis aliunde constat. Tantummodo AVGVSTINVS communem admodum phrasin fuisse dicit monachis [*e*], obuiam sibi habentibus hominem christianum, vt dixerint, *Deo Gratias;* huiusque rei gratia *Circumcelliones* siue *Agonisticos*, vt ipsi se appellarint, inter *Donatistas* illis insultasse, ipsos licet sæpius dicere solitos, *Deo laudes;* quæ verba plus timoris habuerint, quam fremitus leonis. Ex actis etiam *Eradii*, quum successorem sibi eum elegisset AVGVSTINVS, apparet, hanc acclamationem multis aliis occasionibus adhiberi consueuisse. Nam simul ac *Eradium* successorem suum nominauerat, populus [*f*] sæpissime acclamabat, *Deo gratias, Christo laudes.* Quod igitur tunc vsitatum & commune fuit aliis occasionibus, probabiliter dici potuit per modum acclamationis ad nominationem lectionum sacrarum scripturarum. GROTIVS [*g*] moris fuisse dicit, vt ecclesia responderet lectis epistolis, *Amen*: Ideoque omnibus PAVLI epistolis ab ecclesia cœpisse adscribi. Nescio, quo fundamento nixus hoc statuat, adeoque auctori-

(*d*) Mabillon. de liturg. Gallic. lib. I. c. II. n. 10. p. 11. Audito populi responso legit prophetiam, ad cuius titulum populus respondet *Deo gratias*, & in fine, *Amen.*

(*e*) Augustin. in psalm. CXXXII. p. 630. (p. 1538. b. edit. Basil.) Agonistici appellantur. Vtinam ergo milites Christi essent, a quibus plus timetur *Deo laudes*, quam fremitus Leonis. Hi etiam insultare nobis audent, quia fratres, quum vident homines, *Deo gratias* dicunt.

(*f*) Augustin. epist. CX. de actis Eradii. A populo acclamatum est trigesies sexies; Deo gratias, Christo laudes.

(*g*) Grot. adnotat. in Philemon. v. 25. Ἀμήν, *Amen*] Est vox, quam ecclesia respondebat lectis epistolis. Ideo omnibus Pauli epistolis cœpit adscribi.

tati

tati huius viri docti id relinquimus, adsertum illius nec negantes nec adfirmantes.

§. X.

Ad lectionem euangelii omnis populus adsurgebat, dicebatque in nonnullis locis, Gloria tibi, domine.

AD lectionem euangelii generalis omni populo mos erat adsurgere. Et nonnulli libri rituales ex medio æuo narrant, dixisse simul ad titulum eius, *Gloria tibi domine.* Auctor homiliæ de *circo* siue *hippodromo* [*h*], sub nomine CHRYSOSTOMI, ait: *Quando diaconus lectionis curriculum ingressus est, confestim nos exsurgimus, acclamantes: Gloria tibi, domine.* Verum quum hanc homiliam haud CHRYSOSTOMI esse constet, non certo statuere nobis licet, fuisse hanc istius æui consuetudinem. Consuetudo autem surgendi ad lectionem euangelii ad CHRYSOSTOMI ætatem omnino referenda est. Nam de ea in homilia in *Matthæum* [*i*] loquitur: *Si in theatro*, inquit, *quum multum silentium ante præcesserit, tum demum litteræ regis leguntur: multo magis omnes cohiberi oportet & comprimi, & erectis auribus atque animis adstare sollicitis. Non enim terreni regis, sed angelorum domini scripta recitanda sunt.*

AVCTOR *constitutionum* [*k*] eiusdem ritus mentionem facit, quando ait: *Cum recitabitur euangelium, omnes presbyteri ac diaconi vniuersusque populus magno cum silentio stent.* Atque in eumdem modum ISIDORVS PELVSIOTA [*l*]: *Cum ipse verus pastor per adorandorum euangeliorum apertionem accedit, tum demum episcopus adsurgit, atque imitationis habitum deponit: hinc nimirum dominum ipsum, pastoralis artis ducem, ac deum & herum adesse significans.*

(*h*) Chrysostom. homil. LII. de circo. tom. VI. p. 491. (p. 412. c. edit. Francof.) ἡνίκα (ὁ διάκονος) τοῦ δρόμου τῆς ἀναγνώσεως ἄρξηται, εὐθέως διανιστάμεθα ἡμεῖς, ἐπιφωνοῦντες· δόξα σοι κύριε.

(*i*) Chrysost. homil. I. in Matth. p. 11. (p. 13. ed. Frf.) εἰ γὰρ ἐπὶ θεάτρου πολλῆς σιγῆς γενομένης, τότε τὰ τοῦ βασιλέως ἀναγινώσκεται γράμματα· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς πόλεως ταύτης ἅπαντας δεῖ κατεστάλθαι, καὶ ὀρθαῖς ταῖς ἀκοαῖς ἑστάναι; οὐ γὰρ ἐπιγείου τινὸς, ἀλλὰ τοῦ τῶν ἀγγέλων δεσπότου τὰ γράμματα ἀναγινώσκεσθαι μέλλει.

(*k*) Constit. lib. II. c. LVII. ὅταν ἀναγινωσκόμενον ᾖ τὸ εὐαγγέλιον, πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς στηκέτωσαν μετὰ πολλῆς ἡσυχίας.

(*l*) Isidor. Pelusiot. lib. I. epist. CXXXVI. ἡνίκα αὐτὸς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν παραγίνηται, διὰ τῆς τῶν εὐαγγελίων τῶν προσκυνητῶν ἀναπτύξεως, καὶ ὑπανίσταται καὶ ἀποτίθεται τὸ σχῆμα τῆς μιμήσεως ὁ ἐπίσκοπος, αὐτὸν δηλῶν παρεῖναι τὸν κύριον, τὸν τῆς ποιμαντικῆς ἡγεμόνα, καὶ θεὸν καὶ δεσπότην.

Hoc

Hoc vbique obſeruatum fuit, excepto *Alexandriæ*, vbi a SOZOMENO [*m*] tamquam nouum & inſolens in iſta eccleſia notatur, quod epiſcopus non adſurrexerit, dum legerentur euangelia. Et CASSIANVS [*n*] hoc non minus vt ſingulare aliquid in monachis *Aegypti* obſeruat, quod, excepto lectore, qui dicturus pſalmos ſemper ſurrexerit, reliqui ſedilibus humillimis inſidentes auſcultarint, dum pſalmi & lectiones de veteri vel nouo teſtamento recitarentur: Idque eis ſolum indultum eſſe dicit, propter continuas vigilias, ieiunia ac labores. Aliis in locis ſedere ad euangelii lectionem in vitiis ponebatur & abuſibus: Adeo, vt PHILOSTORGIVS [*o*] narret, quod *Theophilus*, epiſcopus *Arianus*, ad *Indiæ* regiones profectus, id emendarit, tamquam contra regulas eccleſiæ introductum. *Et Anaſtaſius* idem *Romæ* fecit, vt in vita eius narrat auctor [*p*] *pontificalis. Hic conſtituit*, inquiens, *vt quotiescumque ſancta euangelia recitarentur, ſacerdotes non ſederent, ſed curui ſtarent.* In *Africa* mos erat vniuerſalis, vt non tantum quum euangelium legeretur, ſed ad omnes etiam reliquas ſcripturarum lectiones ſtarent: Nam æqualem ſingulis verbi diuini partibus honorem tribuebant,

(*m*) Sozom. lib. VII. c. XIX. *ξένον δὲ κἀκεῖνο παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι τούτοις· ἀναγινωσκομένων γὰρ τῶν εὐαγγελίων οὐκ ἐπανίσταται ὁ ἐπίσκοπος· ὃ παρ' ἄλλοις οὔτ' ἔγνων οὔτε ἀκήκοα. Eſt etiam apud Alexandrinos hoc nouum atque inſolens. Dum enim leguntur euangelia, non adſurgit epiſcopus; quod tamen alibi vſquam fieri, neque vidi, neque audiui.*

(*n*) Caſſian. inſtit. lib. II. c. XII. Hunc canonicum, quem prædiximus, duodenarium pſalmorum numerum tali corporis quiete releuant, vt has easdem congregationum ſolemnitates ex more celebrantes, abſque eo, qui dicturus in medium pſalmos ſurrexerit, cuncti ſedilibus humillimis inſidentia (lege inſidentes) ad vocem pſallentis omni cordis intentione dependeant. Itaque namque ieiuniis & operatione totius diei noctiſque adſueſcunt, vt niſi huiuſmodi refectione adiuuentur, ne hunc quidem numerum ſtantes implere valeant.

(*o*) Philoſtorg. lib. III. c. V. *κἀκεῖθεν εἰς τὴν ἄλλην ἀφίκετο Ἰνδικὴν, καὶ πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς οὐκ εὐαγῶς δρωμένων ἐπανωρθώσατο· καὶ γὰρ* **καθεζόμενοι τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων ἐποιοῦντο** *τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἄλλα τινὰ, ὧν μὴ θεῖος θεσμὸς ἐπιτρέπει, διεπράττοντο. Inde ad alias Indiæ regiones perrexit: multaque, quæ apud illos non rite fiebant, emendauit. Nam &* lectiones euangelii audiebant ſedentes, *& alia quædam peragebant, quibus diuina lex repugnabat.*

(*p*) Pontifical vit. Anaſtaſ. (tom. II. concil. p. 1190.)

adeo vt sermones & homilias, & quidquid in ecclesia recitaretur, stantes audirent, quemadmodum capite sequenti pluribus percipiemus. Heic satis erit obseruare, lectores CYPRIANI non tantum surrexisse lecturos, sed omnem etiam populum [q] circumstetisse illos, scripturam sacram legentes. Et AVGVSTINI aetate eadem consuetudo obtinuit : Id quod ex quadam eius homilia patet, vbi infirmioribus quibusdam sedendi indulget libertatem. *Ante aliquot dies*, inquit [r], *propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inaequalitate laborant, paterna pietate sollicitus consilium dedi & quodam modo supplicaui, vt, quando aut passiones prolixae, aut certe aliquae lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt, humiliter & cum silentio sedentes attentis auribus audiant, quae leguntur.* BONA [s], lecto euangelio nullum certum responsum datum esse, putat. Nam quosdam duntaxat dixisse, *Amen*, vt in missa *Mozarabum* & in regula sancti *Benedicti* praescriptum legatur, quod ALEXANDER ALENSIS idem fuisse statuat, ac si dixissent : *Faciat nos Deus perseuerare in doctrina euangelii.* Alios dixisse, *Deo gratias*, alios denique, *Laus tibi, Christe.* Verum haec omnia dicuntur a medii aeui scriptoribus, cum contra ea in vetustioribus scriptoribus ecclesiasticis hac de re altum sit silentium.

(q) Cyprian. epist. XXXIV. al. XXXIX. p. 78. (p. 224. edit. Fell. Amstelod.) Hos lectores interim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, vnde omnibus luceat, & gloriosos vultus in loco altiore constitui, vbi ab *omni populo circumstante* conspecti, incitamentum gloriae videntibus praebeant.

(r) Aug. homil. XXVI. ex L. tom. X. p. 174. (p. 476. edit. Basil. MDLXIX.) Nota: Haec homilia a Mabillonio & Benedictinis in noua ipsorum editione Caesario Arelatensi adscribitur: Cuius si ea est, consuetudinem standi ad audiendas lectiones, fuisse ex vsu ecclesiarum *Gallicanarum* demonstrat.

(s) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. VII. n. IV. Lecto euangelio olim dixisse *Amen*, Beleth in explicatione diuinorum officiorum cap. XXXIX. & Durandus lib. IV. c. XXIV. testes sunt; quod etiam in missa Mozarabum & in regula sancti Benedicti c. XI. praescribitur. Alensis item 4. p. Summae in tractat. de offic. missae, *Perlecto*, inquit, *euangelio dicunt adsistentes Amen, quasi dicant: Faciat nos Deus perseuerare in doctrina euangelii. Alii dicunt Deo gratias, in gratiarum actionem pro beneficio tantae doctrinae & tam salutaris.* Nunc dicimus *Laus tibi Christe.*

§. XI

§. XI.

Lumina ante euangelium portata in ecclesiis Orientalibus.

ALIA quædam antiqua cærimonia erat, quam ecclesiis orientalibus peculiarem facit HIERONYMVS, nimirum vt lumina ante euangelium, vbi legendum erat, portarentur. Non esse istiusmodi consuetudinem dicit [t] in ecclesia occidentali, cereos non clara luce accendi ad monumenta martyrum, (sicut calumniabatur VIGILANTIVS) nec alio tempore quocumque, nisi quum nocte coëant, vt lucem præbeant conuentibus. In orientali autem ecclesia aliter obtinere: Nam sine martyrum reliquiis, quum legendum sit euangelium, luminaria accendi, partim vt demonstrent lætitiam de bonis nouis, quæ euangelium adferat, partim vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua loquatur psaltes: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, domine, & lumen semitis meis.* Præter HIERONYMVM haud noui auctorem alium, qui huius ritus meminerit, adeoque, quoad eius auctoritas præualuerit, admitti potest, non vlterius. GVILLIELMVS CAVEVS [u] non multo vetustiorem illius ætate esse indicat. Vtcumque autem res se habet, nullum

(t) Hieron. contr. Vigilant. c. III. p. 408. g. h. edit. Parif. MDCXLIII.) Cereos autem non clara luce accendimus, ficut frustra calumniamini, fed vt noctis tenebras hoc folatio temperemus. ---- Abfque martyrum reliquiis per totas orientis ecclefias, quando legendum eft euangelium, accenduntur luminaria, iam fole rutilante, non vbique ad fugandas tenebras, fed ad fignum lætitiæ demonftandum, vnde & virgines illæ euangelicæ femper habent accenfas lampades fuas: & ad apoftolos dicitur: *Sint lumbi veftri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veftris*, Et de Ioanne baptifta: *Ille erat lucerna ardens & lucens:* vt fub typo luminis corporalis illa lux oftendatur, de quo in pfalterio legimus: *Lucerna pedibus meis* &c.

(u) Caue prim. chrift. lib. I. c. VII. p. 203. p. 166. edit. Germ. Lipf. MDCCXXIII. *Weil diefe örter [die kirchhöfe] fehr finfter waren, und fie gemeiniglich des nachts zufammen kamen, fo wurden fie auch, um dem grimm ihrer feinde zu entgehen, genöthiget, lichter und lampen bey ihren zufammenkünften anzuftecken; doch folget deßwegen nicht, daß diejenigen, fo in der Römifchen kirche leben, gleich auch recht thun, wenn fie in ihren kirchen am hellen mittage lampen und wachslichter anbrennen. Darum ifts gewiß, daß Hieronymus, als man ihm folches vorgeworfen, beftändig verneinet hat, daß man dieses niemals am tage gethan habe, fondern nur bloß des nachts, wenn man der nächtlichen andacht hat obliegen wollen. Er geftehet ausdrücklich, daß es anders in der Morgenländifchen kirche fey gebräuchlich gewefen, fintemal die leute, wenn das euangelium wäre verle-*

tamen

tamen pro lampadibus & cereis, in ecclesia in ipso meridie praeter eamdem rationem incendendis, argumentum suppeditat.

§. XII.

Tres quatuorue lectiones de euangeliis nonnumquam eodem die lectae.

OBSERVANDVM porro est, in nonnullis ecclesiis solemnibus quibusdam occasionibus tres quatuorue lectiones eodem die de euangeliis fuisse recitatas. AVGVSTINVS [w], voluisse se aliquando, ait, vt quatuor lectiones de quatuor euangeliis die dominicae passionis legerentur; populum autem perturbatum fuisse, quia non audierint, quod consueuissent, adeoque se coactum fuisse ab instituto desistere. Verum haec consuetudo in *Gallicanis* ecclesiis inualuit. Nam in vetusto *lectionario Gallicano*, a MABILLONIO in lucem edito, lectiones diuersorum dierum festorum ita praescribuntur: In *epiphania* [x] lectio ex euangelio secundum *Matthaeum c. II.* pro officio matutino habetur, & tres aliae ex *Matthaeo*, *Luca* & *Ioanne* in officio missae in coena domini. Ita in parasceue, siue die passionis dominicae, lectio euangelii praescribitur officio matutino, alia secundae, alia tertiae, alia sextae, alia nonae horae [y] precum, ex quatuor euangeliis instar harmoniae siue catenae collecta. Vnde obseruare licet, veterem liturgiam *Gallicanam* (ex qua, non ex *Romana*, *Anglicana* nostra liturgia potissimum deriuata esse vi-

sen worden, lichter angezündet hätten, um dadurch zu bezeugen, daß sie hertzliche freude über die in dem euangelio enthaltene gute botschaft empfünden &c.

(w) Augustin. serm. CXLIIII. de tempore p. 320. Passio, quia vno die legitur, non solet legi, nisi secundum Matthaeum. Volueram aliquando, vt per singulos annos secundum omnes euangelistas etiam passio legeretur, factum est, non audierunt homines, quod consueuerunt, & perturbati sunt.

(x) Mabillon. de liturg. Gallican. p. 116. Legenda in epiphania ad missam. Lectio sancti euangelii secundum Matthaeum. Tempore illo venit dominus Iesus in Cana Galilaeae, vt in Iordane ad Ioannem baptizaretur, &c. *Matth. c. III. v. 13. ad fin. cap. Tum continue subiungitur.* Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, *ex Lucae c. III. v. 23. postea consequenter ex Ioannis cap. II. v. 1.* Et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, *ad v. 11.*

(y) Mabillon. ibid. pag. 134. 135.

ris doctis [*] creditur) distincta habuisse officia pro ministerio matutino & celebratione missae in coena dominica, distincta etiam euangelia pro quolibet solemnium dierum officio, vti nostra nunc habet pro singulis festiuitatibus, quae probabiliter initio distinctis officiis fuerunt destinata, tametsi hodie in plerisque ecclesiis nostratibus simul legantur.

§. XIII.

De longioribus & breuioribus lectionibus earumque distincto vsu secundum Durantum.

ALIA distinctio a nonnullis statuitur inter longiores & breuiores lectiones. Longiores lectiones DVRANTO [z] in nocturno siue antelucano officio; breuiores autem in reliquis horis precum canonicis lectae dicuntur. Vt adeo haec distinctio locum habere non potuerit, vsque dum horae canonicae in ecclesia fuerint institutae. Id quod non nisi quarto demum vel quinto post *CHRISTVM* natum saeculo factum est, quemadmodum alibi [†] demonstrauimus. RADVLPHVS TVNGRENSIS [a], quem citat DVRANTVS, de hac distinctione tempore suo non nihil loquitur, dicitque, paruas lectiones vulgo appellari *capitula*, & ad laudem Dei agendam & pro-

(*) Vid. Stillingfleet. orig. Britann. chap. IV. p. 232. seqq. inprimis p. 237. fin. cit. supra pag. 49. litt. (y)

(z) Durant. de ritib. lib. III. c. XVIII. n. 4. & 5. In nocturno officio leguntur lectiones, partim ex sacris libris veteris, vel noui testamenti, partim ex homiliis & gestis sanctorum: in diurno vero officio, loco lectionum leguntur capitula, hoc est, breues lectiones. De quibus capitulis mentio fit in *concilio Agathensi* can. XXI. *canon. conuenit*, *de consecr. distinct. 5.* & quia conuenit, ordinem ecclesiae aequaliter ab omnibus custodiri. Et *paullo post:* Et in conclusione matutinorum vel vespertinorum, & missarum post hymnos, capitula de psalmis dicantur, & plebs, collecta oratione, ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimittantur. De eisdem capitulis agit Radulph. Tungrens. *de can. obseru. propos. 13.* in haec verba: Sicut ad vigilias noctis leguntur lectiones magnae: ita ad laudes, & vesperas & ad quinque paruas horas dicuntur paruae lectiones, quas Benedictus appellat in sua regula lectiones: communi tamen vsu saeculari, ait Radulph. appellantur capitula. Idem Radulph. proposit. 8. In lectionibus, inquit, tam maioribus, quae in nocturnis vigiliis leguntur, quam paruulis, quae dicuntur ad alias horas, & capitula appellantur, laudem Dei agimus & pronuntiamus.

(†) Lib. XIII. cap. IX. §. VIII. volum. V. pag. 302.

(a) Radulph. de canon. obseruant. proposit. 8. & 13. Vid. sub litt. (z)

nuntiandam spectare. Vnde magis probabile fit, has paruas lectiones nihil fuisse aliud, quam psalmos, vel hymnos ex psalmis collectos, & in diuersis canonicis precum horis antiphonarum instar decantatos. Qui in concilio *Agathensi* [*b*] diserte vocantur *capitella* de psalmis, idemque erant atque antiphonæ, de psalmis collectæ, & alternis vicibus, siue ad modum responsionum, recitandæ. Vt adeo, quidquid de sæculis mediis dici potest, nullum tamen fundamentum huius distinctionis inter maiores & minores lectiones in antiquo officio reperiatur, nisi quatenus lectionem psalmorum pro lectionibus scripturarum accipiamus.

§. XIV.

Quid in ecclesia sub titulo lectionum potuerit vel non potuerit legi.

NOVI equidem, AVGVSTINVM in homilia quadam sua [*c*], quam MABILLONIVS & *Benedictini* in editione sua nouissima CAESARIO, ecclesiæ *Arelatensis* episcopo, adscribunt, de lectionibus longioribus & breuioribus loqui; verum hoc non fit longioris officii matutini, & breuioris officii canonicarum horarum intuitu, sed ex plane diuersa ratione. Heic enim supponitur, quod præter lectiones scripturarum aliæ nonnumquam lectiones ex homiliis patrum, vel actis martyrum recitari solitæ sint, quæ quum interdum longiores essent, ideo hominibus infirmioribus dabatur venia, vt sedentes auscultarent. Atque hoc ad nouam obseruationem de antiqua praxi faciendam nos deducit, quod in quibusdam certe ecclesiis præter scripturas canonicas alia scripta ad modum publicæ lectionis & instructionis legere licitum fuerit, exempli caussa, acta martyrum in diebus memoriæ eorum sacris, homilias patrum, epistolas ac tractatus piorum hominum, litteras communicatorias ecclesiæ vnius ad alteram cum rebus consimilibus aliis. Passiones martyrum nonnumquam inter lectiones

(*b*) Concil. Agath. c. XXX. In conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dici &c.

(*c*) Aug. homil. XXVI. ex L. quæ est homil. CCC. in appendice edit. Benedictin. Quando aut passiones prolixæ aut certe aliquæ *lectiones longiores* leguntur, qui stare non possunt, humiliter & cum silentio sedentes attentis auribus audiant, quæ leguntur.

in

in ecclesia recitatas esse, non tantum ex ante memorata CAESARII vel AVGVSTINI homilia, sed ex regula etiam apparet, in concilio tertio *Carthaginensi* [d] facta, qua præter scripturas canonicas nulli libri, nisi passiones martyrum, quando anniversarii eorum dies celebrantur, legi permittuntur. EVSEBIVS passiones martyrum probabiliter in hunc finem conlegit [e]; quemadmodum PAVLINVS episcopus *Nolanus* post eum fecit, quas in ecclesiis legi consueuisse, testis est IOANNES DIACONVS [f]. Ita GELASIVS [g] acta *Syluestri* pontificis *Romani* in multis ecclesiis *Romanis* lecta esse dicit, etsi non in *Laterana*, quod apocrypha esset & ab auctore ignoto conscripta. Plura istiusmodi exempla alia ex AVITO & FERREOLO suggerit MABILLONIVS [h]; & in vetusto *lectionario Gallicano*, quod ille in vulgus emisit, frequenter lectiones ex AVGVSTINO aliisque præscribuntur, in diebus festis *Stephani*, *Innocentii*, *Iuliani* martyris, in epiphania & diebus festis *Petri* & *Pauli* recitandæ. Vnde non improbabilis viri cuiusdam docti [*] coniectu-

(*d*) Concil. Carthagin. III. c. XLVII. Liceat legi passiones martyrum, quum anniuersarii eorum dies celebrantur.

(*e*) Euseb. lib. V. c. IV. de his collationibus loquitur, quando ait: *ὅτῳ γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρέστατα διαγνῶναι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτύρων συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην, κατείλεκται. Hæc quicumque voluerit, cuncta poterit plenissime cognoscere ex ipsius epistolæ lectione, quam quidem nos, vt supra monuimus, in passionibus martyrum a nobis collectis integram inseruimus.*

(*f*) Ioan. diac. præfat. ad vit. Gregor. magni. Nuper ad vigilias beati Gregorii, Romani pontificis, Anglorum gentis apostoli, lectione de Paulino, ciuitatis Nolanæ præsule, consuetudinaliter personante, cetera.

(*g*) Gelas. decret. ap. Crab. concil. tom. I. p. 992. tom. IV. ap. Labb. p. 1263.) Actus beati Syluestri, apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoretur, a multis tamen, in vrbe Romana catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hæc imitantur ecclesiæ.

(*h*) Mabillon. de cursu Gallicano p. 403. Idem (Auitus) in fragmento VI. meminit *lectæ passionis* sanctorum Agaunensium in eorum festiuitate. p. 407. Præter ea Ferreolus Vcetiensis antistes in regulæ suæ c. XVIII. *Gesta martyrum*, inquit, *id est, passiones sanctorum fidelium, quæ quorumdam compaginata studio & sermone, digesta sunt, tempore quo nobis diem migrationis eorum anni meta cursus sui legibus repræsentat, recenseri in oratorio audientibus cunctis omnino decernimus.*

(*) Vid. Chamier. Panstratia tom. I. de canon. lib. IV. c. VI. §. III. Concilium Carthagin. III. eo ipso capite, quo ab aduersariis solet citari, primo non

ra

ra eſt, iſtiusmodi hiſtoriis & paſſionibus martyrum ſpeciatim nomen *legendarum* inditum fuiſſe. Quamquam enim hodie id nominis plerumque ſenſu deteriore accipitur pro hiſtoria fabuloſa, quia multæ ſanctorum & martyrum vitæ a poſteriorum ſæculorum monachis fabuloſa quadam & commentitia ratione conſcriptæ ſunt; antiquis tamen temporibus bonum ſignificatum habuit, & in primitiuo vſu ſuo iſtiusmodi duntaxat acta & monumenta martyrum denotat, quæ ex auctoritate publica in eccleſia legi licitum erat. Lector ſtudioſus AVGVSTINVM in homiliis ſuis [*] frequenter ad iſtiusmodi lectiones, de actis martyrum in anniuerſariis eorum diebus in eccleſiis recitari ſolitas, reſpicere obſeruabit. Idem in homiliis LEONIS papæ [**] aliorumque, quas hoc loco recitare neceſſe non eſt, videri poteſt.

VERVM præter paſſiones martyrum & homilias eo ſpectantes, multi libri religioſi alii in diuerſis eccleſiis, tamquam hortationes ad virtutis ſtudium, legebantur. Ita librum, qui vocatur *Hermes Paſtor*, olim in eccleſia publice lectum eſſe, auctor eſt EVSEBIVS [*i*]. Idem de priore epiſtola CLEMENTIS ROMANI ad *Corinthios* [*k*] dicit, eam & ſua & ſuperiore memoria multis in eccleſiis recitari conſueuiſſe. Et DIONYSIVS epiſcopus *Corinthiorum* [*l*], non tantum epiſtolam CLEMEN-

vetat quidquam legi præter ea, quæ ſunt in canone, ſed legi ſub nomine divinæ ſcripturæ. Secundo ad finem addit, *Liceat etiam legi paſſiones martyrum, quum anniuerſarii dies eorum celebrantur.* Vnde opinor eis *legendarum* nomen inditum.

(*) Vid. Aug. ſerm. XII. de ſanctis p. 403. (tom. X. opp. p. 1190. edit. Baſil.) In paſſione, quæ nobis hodie recitata eſt &c. Item ſerm. XLV. de diuerſis p. 508. ſerm. LXIII. p. 553. ſerm. XCIII. p. 564. ſerm. CI. CII. CIII. CV. CIX. de diuerſis in edit. Pariſ. MDCXXXVII.

(**) Leo ſerm. de Maccabæis. (bibliothec. patr. max. tom. VII. fol. 1053. ed. Lugdun. MDCLXXVII.) Cauſſam ſolemnitatis hodiernæ, dilectiſſimi, pleniſſime ſacræ hiſtoriæ lectione didiciſtis, cetera.

(*i*) Euſeb. lib. III. c. XVI. ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ [βιβλίον τοῦ ποιμένος] δεδημοσιευμένον, *Vnde etiam in eccleſiis eum [librum Hermæ] publice legi comperimus.*

(*k*) Hieron. de ſcriptor. c. X. Aſſerunt (Hermen) auctorem eſſe libri, qui appellatur Paſtor, & apud quaſdam Græciæ eccleſias etiam publice legitur.

(*l*) Euſeb. lib. III. c. XVI. Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία· ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κο-

TIS,

TIS, ſed aliam quoque, a SOTERE epiſcopo *Romano* ſcriptam, in eccleſia ſua legi dicit, & deinceps perpetuo lectum iri adfirmat. Librum, *reuelationem* PETRI vocitatum, ſemel quotannis die ſcilicet paraſceues in quibuſdam eccleſiis *Palæſtinæ* legi ſolitum fuiſſe, SOZOMENVS [m] auctor eſt. Idem de libro, quem διδαχὴν ἀποστόλων, *doctrinam apoſtolorum* vocant, ATHANASIVS [n] teſtatur. Et HIERONYMVS [o] homilias *Ephrem Sy-*

ρινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης· ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. *Huius Clementis exſtat epiſtola ab omnibus vno conſenſu recepta: eximia prorſus atque mirabilis, quam nomine eccleſiæ Romanæ ad Corinthiorum eccleſiam ſcripſit, quum apud eos grauis eſſet exorta diſſenſio. Hanc in pleriſque eccleſiis & noſtra & ſuperiori memoria palam recitari conſueuiſſe comperimus.*

Euſeb. lib. IV. c. XXIII. τὴν σήμερον κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. *Hodie ſacrum diem dominicum tranſegimus. In quo epiſtolam veſtram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente ſcriptam epiſtolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.*

(m) Sozom. lib. VII c. XIX. οὕτω γοῦν τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν Πέτρου, ὡς νόθον παντελῶς πρὸς τῶν ἀρχαίων δοκιμασθεῖσαν, ἔν τισιν ἐκκλησίαις τῆς Παλαιστίνης εἰσέτι νῦν ἅπαξ ἑκάστου ἔτους ἀναγινωσκομένην ἔγνωμεν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ παρασκευῆς, ἣν εὐλαβῶς ἄγαν ὁ λαὸς νηστεύει ἐπὶ ἀναμνήσει τοῦ σωτηρίου πάθους. *Sic reuelationem Petri, quæ vt adulterina a veteribus repudiata eſt, in quibusdam eccleſiis Paleſtinæ ſemel quotannis legi animaduertimus: die ſcilicet paraſceues, qua populus admodum religioſe ieiunat. in memoriam dominicæ paſſionis.*

(n) Athan. epiſt. ad Ruffin. tom. II. p. 39. (potius epiſt. feſtal. tom. I. p. 963. ed. Pariſ. MDCXCVIII.) ἕνεκα γε πλείονος ἀκριβείας προστίθημι καὶ τοῦτο γράφων ἀναγκαίως· ὡς ὅτι ἐστὶ καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· σοφία Σολομῶντος, καὶ σοφία Σιράχ, καὶ Ἐσθὴρ, καὶ Ἰουδὶθ, καὶ Τοβίας, καὶ διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ ποιμήν. *Maioris accurationis cauſſa illud quoque ſcripto addere neceſſe duxi; eſſe nimirum alios libros præter iſtos, non in canonem quidem redactos, ſed quos, a patribus decretum eſt, legendos ab iis eſſe, qui nuper ediſcendi pietatis verbi gratia acceſſerint. Sapientia Salomonis, & ſapientia Sirach, Eſther, Iudith, Tobias,* doctrina, vt vocant, apoſtolorum *& Paſtor.*

(o) Hieron. de ſcriptor. c. CXV. Efrem, Edeſſenæ eccleſiæ diaconus, multa Syro ſermone compoſuit, & ad tantam venit claritudinem, vt *poſt lectionem ſcripturarum publice in quibusdam eccleſiis eius ſcripta recitentur.*

ri in tanto honore fuisse adfirmat, vt post lectionem scripturarum in ecclesiis recitarentur. *Gesta collationis Carthaginensis* per dies quadragesimalis ieiunii semper in ecclesia lecta fuisse, fidem nobis facit AVGVSTINVS [*p*]. Et in vna epistolarum suarum [*q*] a *Marcellino* petit, vt acta cognitionis caussæ *Donatistarum*, qui cæde catholicorum conuicti erant, sibi mittat, vt per omnes ecclesias, in diœcesi sua constitutas, recitentur. Notatu etiam dignum est, quod in monumentis, quæ de exustis in persecutione *Diocletianea* bibliis exstant, nonnumquam epistolæ [*r*] salutatoriæ siue communicatoriæ, quas ecclesiæ aliæ ad alias miserant, combustæ esse legantur. AVGVSTINVS quoque addit, quod si quis singulare aliquod beneficium a Deo percepisset, in populo recitari [*s*] solitum sit. Cuius rei varia exempla in sua ipsius & aliis ecclesiis *Africanis* suggerit. Et CHRYSOSTOMVS imperatoris litteras [*t*] nonnumquam in ecclesia legi dicit, quod ille tamquam argumentum vrget, cur homines cum timore ac reuerentia prophetarum scripta audire debeant, quia a Deo veniant & epistolæ ipsæ ex cælo missæ sint. Istiusmodi etiam epistolæ circulares, quæ ab alia ecclesia ad aliam mitti solebant, ad significandum tempus cele-

(*p*) Augustin. de gestis cum Emerito tom. VII. p. 215. (p. 636. ed. Basil. MDLXXX.) Si omnia gesta vobis legere velimus, quamquam præsentibus vobis fratrem & coëpiscopum meum Deuterium obstringo, vt quemadmodum fit apud Carthaginem, apud Togastem, apud Constantinam, apud Hipponem, apud omnes diligentes ecclesias, sic etiam deinceps facere non pigrescat. Vt annis omnibus per ieiuniorum dies, id est, quadragesima ante pascha, quando vobis maxime ieiunantibus plus vacat audire eadem gesta collationis per annos singulos, vniuersa a capite in finem ex ordine recitentur.

(*q*) Aug. epist. CLVIII. Gesta, quæ promisit præstantia tua, vehementer exspecto, & in ecclesia Hipponensi iamiam cupio recitari, ac, si fieri potest, per omnes ecclesias etiam in nostra diœcesi constitutas.

(*r*) Gesta purgat. Felicis & Cæciliani ad calcem Optati p. 276. (p. 96. b. ed. Par. MDCLXXIX.) Inde cathedram tulimus, & *epistolas* salutatorias, & ostia omnia comburimus secundum sacrum præceptum.

(*s*) Aug. de ciuit. Dei lib. XXII. c. VIII. p. 1489. Libelli eorum, qui beneficia percipiunt, recitantur in populo, cetera.

(*t*) Chrysost. homil. III. in 2 Thessal. p. 1501. (p. 381. edit. Francof. MDCXCVII.) *ἂν μέν τις παρὰ βασιλέως ἥκῃ, πάντες προσέχετε· παρὰ δὲ τοῦ θεοῦ ἥκει, καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν φθέγγεται ὁ προφήτης, καὶ οὐδεὶς ὁ προσέχων. Si quispiam quidem veniat a rege, omnes acceditis. A Deo autem venit & e cælis loquitur propheta, & nemo est, qui attendat.*

bran-

brandi pascha (quas heortasticas, siue festales, vocabant) generatim in ecclesia [u] recitabantur: Verum harum ego non memini vt lectionum, sed obiter tantum consuetudinem indico, quæ apud nos obtinenti consuetudini legendi epistolas episcoporum encyclicas, quibus vel dies festi, vel nuptiæ, vel res aliæ ad notitiam publicam spectantes, indicantur, respondet.

§. XV.

Qui hodie dicuntur libri apocryphi, olim in ecclesiis quibusdam, non in omnibus, lecti.

QVOD ad libros attinet, quos apocryphos appellamus, illi in quibusdam, non in omnibus, ecclesiis legebantur. Nam in ecclesia *Hierosolymitana* prorsus prohibiti fuerunt, vt ex *catechesibus* CYRILLI [w] liquido constat, vbi catechumenos suos nihil cum apocryphis commune habere, & hos solos libros studiose meditari iubet, qui & in ecclesia secure tutoque recitentur. Quo facto libros canonicos vniuersos sigillatim recenset, omnes quidem, vt nunc sunt in nostris bibliis, excepta apocalypsi, nulla prorsus apocryphorum facta mentione; quod certo argumento nobis est, illos tunc temporis in ecclesia *Hierosolymitana* non fuisse lectos, quemadmodum alio loco [†] plenius demonstrauimus. Similis determinatio pro quibusdam aliis ecclesiis a concilio *Laodiceno* [x] facta est, quod solos libros canonicos veteris & noui testamenti legi in ecclesia

(u) Vid. Cassian. collat. X. c. II. Intra Aegypti regionem mos iste antiqua traditione seruatur, vt peracto epiphaniorum die --- epistolæ pontificis Alexandrini per vniuersas dirigantur Aegypti ecclesias, quibus ad initium quadragesimæ & dies paschæ non solum per ciuitates omnes, sed etiam per vniuersa monasteria designentur.

(w) Cyrill. catech. IV. n. XXII. p. 66. *πρὸς τὰ ἀπόκρυφα μηδὲν ἔχε κοινόν· ταύτας μόνας μελέτα σπουδαίως, ἃς καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ μετὰ παῤῥησίας ἀναγινώσκομεν· πολύ σου φρονιμώτεροι ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἐπίσκοποι, οἱ τῆς ἐκκλησίας προστάται, οἱ ταύτας παραδόντες.* - - p. 67. *ὅσα ἐν ἐκκλησίαις μὴ ἀναγινώσκεται, ταῦτα μηδὲ κατὰ σαυτὸν ἀναγίνωσκε. Nihil cum apocryphis habeto commune. Hos solos studiose meditare, quos & in ecclesia secure tutoque recitamus. Multo prudentiores te erant apostoli veteresque illi episcopi, ecclesiæ antistites, qui hos tradiderunt. - - Quæ in ecclesia non leguntur, ea omnia neque per te legas.*

(†) Lib. X. c. I. § VII. vol. IV. p. 12.

(x) Concil. Laodic. c. LX. Vid. Græc. supr. §. II. sub litt. (q) p. 62.

iubet,

iubet, & quos per canonicos intelligat, simul recenset. *Hæc sunt*, inquit, *quæ legi oportet ex veteri testamento: I Genesis. II Exodus, id est Exitus ex Aegypto. III Leuiticum. IV Numeri. V Deuteronomium. VI Iesus Naue. VII Iudices. Ruth. VIII Hester. IX Regnorum I & II. X Regnorum III & IV. XI Paralipomenon I & II. XII Esdræ I & II. XIII Liber psalmorum CL. XIV Prouerbia Salomonis. XV Ecclesiastes. XVI Cantica canticorum. XVII Iob. XVIII Duodecim prophetæ. XIX Iesaias. XX Ieremias & Baruch, lamentationes & epistolæ. XXI Ezechiel. XXII Daniel. Noui autem testamenti hæc: Euangelia quatuor, secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem. Actus apostolorum. Epistolæ catholicæ septem, videlicet Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna. Epistolæ Pauli quatuordecim: Ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Ephesios vna, ad Philippenses vna, ad Colossenses vna, ad Thessalonicenses duæ, ad Hebræos vna, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna.* Qua in recensione nulli de libris apocryphis nec apocalypsis memorantur, quod planissime indicat, eorum nullum in istius regionis ecclesiis legi consueuisse. Eumdem in modum auctor *constitutionum* [*y*], de legendis in ecclesia veteris testamenti libris præcipiens, quinque librorum *Mosis, Iosuæ, Iudicum, Regum, Chronicorum, Esræ,* & *Nehemiæ* (quos per historias de populi reditu intelligit) voluminum *Iobi* & *Salomonis*, sedecim *prophetarum* & *psalmorum* meminit: nihil autem de libris apocryphis dicit; id quod argumento est, in harum ecclesiarum libris ritualibus, vnde collectiones suas fecit, eum non reperisse, quod legi soliti sint.

VERVMTAMEN in aliis ecclesiis eorum lectio permissa erat, cum nota quadam distinctionis, tamquam librorum piorum & moralis instructionis, ad ædificationem plebis, non ad

(*y*) Constitut. lib. II. c. LVII. *ὁ ἀναγνώστης ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστὼς, ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυὴ, τὰ τῶν κριτῶν καὶ τῶν βασιλειῶν, τὰ τῶν παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου· πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν· ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός τις τοὺς τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους. κ. τ. λ. Lector in excelso quodam loco stans, legat libros Mosis & Iesuæ filii Naui, Iudicum & Regnorum, item Paralipomenon, & quæ de populi reditu conscripta sunt; ad hæc Iobi & Salomonis volumina, simulque sexdecim prophetarum. Peractisque per binos lectionibus quidam alius Dauidis hymnos psallat, cetera.*

aucto-

auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam facientium, neque adeo inter canonicas scripturas receptorum. Hoc expressis verbis dicit HIERONYMVS [z]. Et RVFFINVS [a], qui presbyter erat *Aquileiæ*, eosdem exhibet, quos antiqua traditio & praxis istius ecclesiæ, quando hi libri nec pro canonicis, necdum pro apocryphis sensu strictiore accepti, sed ecclesiastici appellati fuerunt, quod in ecclesia quidem legerentur, non autem ad confirmanda fidei dogmata adhiberentur. Hisce adnumerat *Sapientiam*, *Ecclesiasticum*, libellum *Tobiæ* & *Iudith*, & *Maccabæorum* libros, & *Hermetis Pastorem*, & libellum, qui dicitur *duæ viæ*, siue *iudicium Petri*. ATHANASIVS [b] quoque hosce libros non canonicis sed eis accenset, qui catechumenis legi possint, inter quos nominat *Sapientiam*, *Ecclesia-*

(z) Hieron. præfat. in libros Salomonis. Sicut ergo Iudith & Tobiæ & Maccabæorum libros legit quidem ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit, sic & hæc duo volumina (Sapientiam & Ecclesiasticum) legit ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.

(a) Ruffin. in symbolo ad calcem Cypriani. Oxon. p. 26. Sciendum tamen est, quod & alii libri sunt, qui non canonici, sed ecclesiastici a maioribus appellati sunt: Vt est sapientia Salomonis, & alia sapientia, quæ dicitur filii Syrach - eiusdem ordinis est libellus Tobiæ & Iudith, & Maccabæorum libri. In nouo vero testamento libellus, qui dicitur, pastoris siue Hermetis, qui appellatur, Duæ Viæ, siue indicium Petri; quæ omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam.

(b) Athanas. epist. heortastic. tom. II. p. 39. (tom. I. p. 963.) vid. supra sub litt. (n) pag. 89.
It. Synops. scriptur. ibid. p. 55. (p. 128. 129. edit. MDCXCVIII.) *ἐκτὸν δὲ τούτων εἰσὶ πάλιν ἕτερα βιβλία, τῆς αὐτῆς παλαιᾶς διαθήκης, οὐ κανονιζόμενα μὲν, ἀναγινωσκόμενα δὲ μόνον τοῖς κατηχουμένοις ταῦτα· Σοφία Σολομῶντος, οὗ ἡ ἀρχή· ἀγαπήσατε δικαιοσύνην, οἱ κρίναντες τὴν γῆν. Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ, οὗ ἡ ἀρχή· πᾶσα σοφία παρὰ κυρίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα· Ἐσθὴρ, οὗ ἀρχή· ἔτους δευτέρου βασιλεύοντος Ἀρταξέρξου κ. τ. λ. Ἰουδὴθ, οὗ ἀρχή· ἔτους δωδεκάτου τῆς βασιλείας Ναβουχοδονόσορ κ. τ. λ. Τωβὶτ, οὗ ἡ ἀρχή· βίβλος λόγων Τωβίτ. κ. τ. λ.* *Præter istos sunt adhuc alii eiusdem veteris testamenti libri non canonici, qui catechumenis tamen leguntur. Scilicet Sapientia Salomonis, cuius exordium est:* Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. *Sapientia Iesu, filii Sirach, cuius initium est:* Omnis sapientia a domino est, *cetera. Esther, cuius initium est:* Anno secundo, regnante Artaxerxe magno. *Iudith, cuius principium est:* Anno duodecimo regni Nabuchodonosor, *&c. Tobit, cuius exordium est:* Liber sermonum Tobit.

 sticum,

sticum, librum *Tobiæ, Iudith* & *Esther*is, & *doctrinam apostolorum* & *Hermen pastorem*. Ita in *lectionario Gallicano*, a MABILLONIO, publicato, lectiones ex libro *Tobiæ, Iudith* & *Estheris* speciatim in hebdomade *rogationum* diuersis diebus præscribuntur.

§. XVI.

Et in quibusdam ecclesiis sub titulo scripturarum canonicarum, sumto hoc vocabulo sensu quodam latiore.

In quibusdam ecclesiis hi libri etiam legebantur sub generali nomine scripturarum canonicarum, sumto hoc vocabulo sensu quodam latiore pro istiusmodi libris, qui in canone siue catalogo reperiebantur librorum, quos in ecclesia ex auctoritate publica legi licitum erat. Ita certe canon concilii *Carthaginensis* [c] intelligendus est, qui præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legi vult sub nomine diuinarum scripturarum, quibus scripturis canonicis ibi accensetur *Sapientia, Ecclesiasticus* sub nomine *Salomonis*, vna cum *Tobia, Iudith, Hestere, Esdræ* libris duobus, *Maccabæorum* libris duobus. AVGVSTINVS hunc canonem videtur esse sequutus, dum omnes istos libros canonicos facit, alios tamen aliis præponit, prout vel ab omnibus ecclesiis generatim, vel a paucioribus tantum & minoris auctoritatis ecclesiis accipiebantur. In libro suo de *doctrina christiana* [d] omnes libros apocryphos vocat canonicos, verum illis non eam auctoritatem adsignat quam reliquis, quod non essent ab omnibus ecclesiis vt tales recepti. *Sapientiam* & *Ecclesiasticum* non esse *Salomonis* dicit [e], eos tamen antiquitus in auctoritatem receptos esse maxime ab ecclesia occidentali. Per quam ecclesiam *Romanam* intelligat, opor-

(c) Concil. Carth. III. c. XLVII. Præter scripturas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, id est, Genesis &c. - Salomonis libri quinque, Tobias, Iudith, Hester, Esdræ libri duo, Maccabæorum libri duo.

(d) Augustin. de doctrin. christian. lib. II. c. VIII. Tenebit hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur ecclesiis, præponat eis, quas plures grauioresque accipiunt, eis quas paucioris minorisque auctoritatis ecclesiæ tenent.

(e) Aug. de ciuit. Dei lib. XVII. c. XX. Non esse ipsius, non dubitant doctiores, eos tamen in auctoritatem maxime occidentalis antiquitus recepit ecclesia.

tet,

tet, vbi illos recepit *Innocentius* [*f*] pontifex. In orientali autem ecclesia eorum auctoritas canonica semper fuit reiecta: Et in multis etiam occidentalibus ecclesiis. Neque enim RVFFINVS *Aquileiae*, nec PHILASTRIVS *Brixiae* in *Italia* [*g*], nec HILARIVS *Pictauis* in *Gallia* [*h*], auctoritatem in canone scripturae illis indulserunt. Quid, quod HILARIVS [*i*], ecclesiae *Arelatensis* praesul, diserte scribat AVGVSTINO, ecclesias *Gallicanas* offensas esse in eo, quod testimonium ex libro *Sapientiae* non canonico protulisset. Et dignum notatu est, quod in

(*f*) Innocent. epist. III. ad Exuper. c. III. (tom. II. concil. p. 1256.) Qui vero libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum, breuis adnexus ostendit. Haec sunt ergo quae desiderata moneri voce voluisti. Moysis libri V, id est: Genesis, Exodi, Leuitici, Numeri, Deuteronomii: Et Iesus Naue vnus, Iudicum vnus. Regnorum libri IV. simul & Ruth. Prophetarum libri XVI. Salomonis libri V. Psalterium. Historiarum, Iob liber vnus, *Tobiae* vnus, *Esther* vnus, *Iudith* vnus, *Maccabaeorum* duo, Paralipomenon duo, cetera.

(*g*) Philostorg. de haeres. c. XL. de apocryphis (biblioth. patr. max. p. 711. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Haeresis est etiam, quae Apocrypha, id est secreta dicitur, quae solum prophetas & apostolos accipit, non scripturas canonicas, id est legem & prophetas, vetus scilicet & nouum testamentum. Et quum volunt solum illa apocrypha legere studiose, contraria scripturis canonicis sentiunt, atque paulatim dogmatizant contra eas, dantes sententias contra legem & prophetas, contraque disputationes beatissimorum apostolorum consulta ponentes, e quibus sunt maxime Manichaei, Gnostici, Nicolaitae, Valentiniani & alii quam plurimi, qui apocrypha prophetarum & apostolorum, id est, actus separatos habentes, canonicas legere scripturas contemnunt. Propter quod statutum est ab apostolis & eorum successoribus, non aliud legi in ecclesia debere catholica, nisi legem & prophetas & euangelia & actus apostolorum & Pauli tredecim epistolas & septem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudae vnam & Iacobi vnam, quae septem actibus apostolorum coniunctae sunt. Scripturae autem absconditae, id est, apocrypha & legi debent morum caussa a perfectis, non ab omnibus legi debent, qui non intelligentes multa addiderunt & tulerunt, quae voluerunt haeretici.

(*h*) Hilar. prolog. in psalm. n. 15. (p. 9. edit. Paris. MDCXCIII.) Et ea caussa est, vt in viginti duos libros lex testamenti veteris deputetur: vt cum litterarum numero conuenirent. Qui ita secundum traditiones veterum deputantur, vt Moysi sint libri quinque, cetera. - - Quibusdam autem visum est, additis Tobia & Iudith, viginti quatuor libros secundum numerum Graecarum litterarum connumerare, Romana quoque lingua media inter Hebraeos Graecosque collecta.

(*i*) Hilar. Arelat. epist. ad Augustin. inter opera Aug. tom. VII. p. 545. Illud etiam testimonium, quod posuisti, *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, *TAMQVAM NON CANONICVM* definiunt omittendum.

ipsa

„ipsa vrbe *Roma* GREGORIVS MAGNVS, quum occasionem haberet adlegandi locum ex libris *Maccabaeorum*, prius se excusset, quod testimonium proferat ex libro non canonico [*k*], sed tantum ad aedificationem ecclesiae edito. Ipse etiam AVGVSTINVS [*l*] in responsione ad theologos *Gallicanos* non contendit vlterius pro diuina auctoritate libri *Sapientiae*, quem vt canonicum adlegauerat, nisi quod eo loco ab ecclesiis *Africanis* iam ante se habitus fuerit. Quae res ex sua ipsius regula, quam antea in libro de *doctrina christiana* dederat, non sensu strictissimo canonicum eum facit, quia ab omnibus ecclesiis Orientis & bona parte Occidentis auctoritas diuinae scripturae illi abiudicata fuit. Adeoque, licet hi libri in ecclesia *Africana* sub nomine scripturae canonicae lecti fuerint, non tamen parem in reliquis auctoritatem habuere, quia ab omnibus in vniuersum non nisi pro apocryphis, vel, vt alii vocant, ecclesiasticis tantum, reputati fuerunt, quandoquidem in ecclesia ad instructionem tantum morum & aedificationem plebis, non ad confirmanda fidei dogmata, legi permittebantur. Atque haec sunt, quae ipsemet CAIETANVS de praxi tradit ecclesiae, antequam concilium *Tridentinum* nouum canonem scripturae definiuit. Istos libros dicit [*m*] non esse canonicos, id est, regulares ad firmandum ea, quae sint fidei: posse tamen dici canonicos, siue regulares, ad aedificationem fidelium, vtpote in canone bibliorum receptos & auctoritate praeditos. Et cum hac distinctione discerni posse putat AVGVSTINVM

(*k*) Gregor. magn. moral. in Iob. lib. XIX. c. XIII. Qua de re non inordinate agimus, si ex libris licet non canonicis, sed tamen ad aedificationem ecclesiae editis, testimonium proferamus.

(*l*) Aug. de praedestin. lib. I. c. XIV. tom. VII. p. 553. Non debuit repudiari sententia libri sapientiae, qui meruit in ecclesia Christi, de gradu lectorum ecclesiae Christi tam longa annositate recitari, & ab omnibus christianis, ab episcopis vsque ad extremos laicos, fideles, poenitentes, catechumenos cum veneratione diuinae auctoritatis audiri.

(*m*) Caietan. in fine comment. in histor. vet. testam. Ad Hieronymi limam reducenda sunt tam verba conciliorum quam doctorum. Et iuxta illius sententiam libri isti non sunt canonici, id est, regulares, ad firmandum ea quae sunt fidei: possunt tamen dici canonici, id est, regulares, ad aedificationem fidelium, vtpote in canone bibliae ad hoc recepti & auctorati. Cum hac distinctione discernere poteris dicta Augustini & scripta in prouinciali concilio Carthaginensi.

et

et concilium *Carthaginense*, quorum dicta ad limam HIERONYMI reducenda ſint. Si quis vero exiſtimet, AVGVSTINVM aut eccleſiam *Africanam* plus intelligere, reſponderi poteſt, eorum auctoritatem nihil valere aduerſus generalem totius eccleſiæ conſenſum per omnia retro ſæcula, primam canonis conſtitutionem in concilio *Tridentino* antegreſſa; quem conſenſum pleniſſime & ſolidiſſime demonſtrauit COSINVS epiſcopus in excellenti libro, quem inſcripſit, *Scholaſtical Hiſtory of the Canon of Scripture*, vbi teſtimonia ſcriptorum per ſingula ſæcula ſuo quodque ordine producit, vt non multa eis [*] addi poſſint, & prorſus ſuperuacaneum ſit, lectorem hac in re demorari, quum ad præſens inſtitutum noſtrum ſufficiat obſeruaſſe, hoſce libros controuerſæ auctoritatis ſub nomine vel apocryphorum, vel eccleſiaſticorum, vel canonicorum, in pleriſque antiquis eccleſiis legi conſueuiſſe.

§. XVII.

Breuis verſionum ſcripturæ, in antiqua eccleſia adhibitarum, enarratio.

VNVM ſupereſt, de quo breuiter adhuc ediſſerere non alienum abs re fuerit, antequam huic capiti finem imponamus. Sunt id verſiones ſcripturarum, quæ in veteri eccleſia adhiberi conſueuerunt. Non eſt mihi animus heic denuo probare, (quod iam libro vltimo ſatis abunde factum eſt,) ſcripturas in vulgarem linguam translatas, atque ita in ſingulis eccleſiis lectas fuiſſe, ſed quod hoc loco obſeruabimus, hoc tan-

(*) Teſtimoniis ab epiſcopo COSINO citatis lector eruditus addere poteſt teſtimonium FRANCISCI GEORGII *Veneti*, ex ordine eorum, qui regulam obſeruant *Franciſci*, qui paullo ante repurgata ſacra vixit: Problemat. in ſcriptur. tom. VI. ſect. V. problem. CLXXXIV. Pariſ. MDCXXII. 4to. *Cur Raphael venit in comitatum Tobiæ?* Reſpond. *Quamuis hiſtoria ſit ſine certo auctore, NEC IN CANONE HABEATVR, tamen quia admittitur legenda in eccleſia tamquam vera, huius quoque rei rationem adſignare conabimur.* Heic librum Tobiæ manifeſto reiicit de canone, nec aliter de eo, quam de vulgari hiſtoria loquitur, quam in eccleſia legere licitum ſit. Quæ verba adeo diſplicuere *Romani indicis expurgatorii* curatoribus, vt ea deleri iuſſerint cum multis aliis eiuſdem auctoris locis, vbi in verſionem vulgatam, tamquam corruptam ac falſam, animaduertit eiuſque errores ad fontem *Hebræum* corrigit, cuius ille erat ſcientiſſimus, quamuis aliis in rebus ſuos haberet næuos. Vid. index libror. prohibitorum & expurgandorum per Sotomaior. p. 417. Madriti MDCLXVII. fol.

tum est: Quod generatim LXX. interpretum versione vsi fuerint, vbi populus linguam *Græcam* loqueretur, vel istiusmodi versiones in alias linguas, quæ ex ista essent deriuatæ. Nullam enim versionem bibliorum, de *Hebræo* quidem adornatam, in ecclesia *Latina* habuerunt ad ætatem vsque HIERONYMI, sed tales duntaxat, quæ de *Græca* versione LXX. interpretum erant factæ. Hæc enim versio per omnes ecclesias in vsu erat, excepta fortassis ea *Syriæ* parte, in qua *Syriaca* lingua præualebat, hoc est in *Osdrœne* & *Mesopotamia*, vbi versione *Syriaca* vtebantur, de *Hebræo* non multo post apostolorum ætatem adornata. Hæc vetus dicebatur versio in oppositione alius, quæ posterioribus ætatibus de septuaginta interpretum versione facta erat. In reliquis Orientis partibus LXX. virorum versio communis erat versio. Hæc autem temporis tractu & exemplorum varietate valde corrupta fuit, quam ob caussam a diuersis viris eruditis, qui in hoc opere desudarunt, reuisa fuit & correcta, maxime quidem ab ORIGENE & HESYCHIO *Aegyptio*, & LVCIANO *Antiocheno*, duobus martyribus, qui in persecutione *Diocletianea* mortem pro *CHRISTO* oppetiuere. Hinc, vti HIERONYMVS [*n*] narrat, factum est, vt tria exempla editionis septuaginta interpretum in ecclesiis orientalibus adhiberentur. *Alexandria & Aegyptus*, inquit, *in septuaginta suis*, HESYCHIVM *laudat auctorem. Constantinopolis vsque Antiochiam* LVCIANI MARTYRIS *exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab* ORIGENE *elaboratos* EVSEBIVS & PAMPHILVS *vulgauerunt: Totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat.* ORIGENES duo præterea hac in materia præstitit. Primo quidem biblia edidit, quæ *hexapla* vocauit, quod sex haberent columnas, quarum prima authenticos scripturarum libros *Hebraicis* scriptos litteris [*o*], secunda eosdem libros *Græ-*

(*n*) Hieron. præfat. in librum paralipomenon. (tom. III. pag. 655. edit. Paris. MDCXLIII.)

(*o*) Euseb. lib. VI. c. XVI. *Τοσαύτη δὲ εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀπηκριβωμένη ἐξέτασις, ὡς καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν· τάς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφὰς, κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι· ἀνιχνεῦσαί τε τὰς τῶν ἑτέρων παρὰ τοὺς ἑβδομήκοντα τὰς ἱερὰς γραφὰς ἡρμηνευκότων ἐκδόσεις· καί τινας ἑτέρας παρὰ τὰς κατημαξευμένας ἑρμηνείας ἐναλλαττούσας, τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἐφευρεῖν. ἃς οὐκ οἶδ-*

cis

cis litteris, tertia versionem AQVILAE *Iudæi*, quarta versionem SYMMACHI, quinta versionem *septuaginta*, & sexta versionem THEODOTIONIS *Ebionitæ* exhibebat. Hisce postea duas alias addidit versiones, *Nicopoli* iuxta *Actium* & *Hierichunte* inuentas, atque hæ *octopla* eius conficiunt. Et interiecto aliquo tempore aliam minorem editionem publicauit, versiones solum *septuaginta*, AQVILAE, SYMMACHI & THEODOTIONIS complectentem, quam appellauit *tetrapla*. Deinde septuaginta edidit, additamentis THEODOTIONIS ad supplenda loca, quæ defuerant, intermixtis; hæc quidem asteriscis designans, virgulis autem, quæ ex superfluo videbantur apposita, nec in *Hebræo* exstabant. Verum hæc duarum versionum permixtio postero

---

ὅθεν ἔκ τινων μυχῶν τὸν πάλαι λανθανούσας χρόνον ἀνιχνεύσας, εἰς φῶς προήγαγεν, ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλότητα, τίνος ἄρ' εἶεν οὐκ εἰδώς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὕροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικηπόλει· τὴν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε· ἔν γε μὴν τοῖς ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται· ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου, τοῦ υἱοῦ Σεβήρου· ταύτας δὲ ἁπάσας ἐπὶ ταὐτὸν συναγαγών, διελών τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν· ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἐν τοῖς τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας. *Tantam curam ac diligentiam in diuinis scripturis perscrutandis adhibebat Origenes, vt Hebraicam etiam linguam didicerit, & authenticos scripturarum libros Hebraicis scriptos litteris, qui apud Iudæos habentur, sibi comparauerit: aliorum quoque, qui præter septuaginta interpretes sacras scripturas interpretati sunt, editiones peruestigauerit: nonnullas denique interpretationes a tritis illis & vulgatis, Aquilæ scilicet ac Symmachi & Theodotionis diuersas repererit. Quas quidem ille ex nescio quibus erutas angulis, in quibus iamdudum delituerant, primus in lucem produxit. Et quum obscurum incompertumque haberet, cuiusnam essent auctoris, hoc solum de ipsis adnotauit, alteram quidem a se repertam fuisse Nicopoli iuxta Actium: alteram vero in alio quodam loco. Quin etiam in Hexaplis psalmorum exemplaribus, post insignes illas quatuor editiones quum non quintam modo, sed etiam sextam & septimam apponeret versionem, rursus in principio vnius notauit, inuentam illam fuisse Hierichunte in dolio, temporibus Antonini Caracallæ, qui Seueri filius fuit. Has igitur omnes interpretationes quum in vnum corpus collegisset, & per certa cola ac membra distinxisset, & sibi inuicem e regione opposuisset, vna cum ipso Hebraico textu: Hexaplorum nobis exemplaria reliquit; postea vero editionem Aquilæ & Symmachi ac Theodotionis cum septuaginta interpretum versione seorsum in tetraplis digessit.*

tempore confusionem quamdam peperit, & HIERONYMVS de ea queritur [p], tamquam re magnæ audaciæ, eamque ob caussam in ecclesiæ *Latinæ* vsum nouam septuaginta versionem [q] condidit. Huc vsque omnes ecclesiæ versione septuaginta interpretum vsæ erant, exceptis ecclesiis *Syriacis*, vt antea diximus, exceptoque vno libro *Danielis*, qui in omnibus ecclesiis secundum versionem legebatur THEODOTIONIS, quemadmodum idem HIERONYMVS [r] diuersis in locis narrat, maxime in præfatione sua in *Danielem* [s], quia *septuaginta* translatio

(p) Hieron. præfat. in paralipom. (tom. III. opp. p. 685. edit. Par. MDCXLIII.) Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens: vt vnus dissentiens, statim, ceteris inter se consentientibus, arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in editione septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quo minus fuerat, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur aliis licuit non tenere, quod semel susceperant, & post septuaginta cellulas, quæ vulgo sine auctore iactantur, singulas cellulas aperuere: hocque in ecclesiis legitur, quod septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant Latini mei, qui, inuiolata editione veteri, ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, quod his maius est, apostolis auctoribus comprobem?

(q) Hieron. præfat. in Iosue. (ibid. p. 681.) Et vt in primis, quod sæpe testatus sum, sciat, me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut amici mei criminantur, sed pro virili portione, offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant: Vt pro Græcorum ἐξαπλοῖς, quæ & sumtu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant: & sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inueniant, quod requirunt: maxime quum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices; & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit, quod ei visum est: & vtique non possit verum esse, quod dissonat.

(r) Hieron. præfat. in Iosue. Quare Danielem iuxta Theodotionis traditionem ecclesiæ susceperunt?
Id. comment. in Dan. c. IV. (tom. IV. opp. p. 504. edit. Parif. MDCXLIII.) Exceptis LXX. translatoribus, qui hæc omnia, nescio qua ratione, prætericrunt, tres reliquæ collegam interpretati sunt. Vnde, iudicio magistrorum ecclesiæ, editio eorum in hoc volumine repudiata est, & Theodotionis vulgo legitur: quæ & Hebræo & ceteris translationibus congruit.
Id. apolog. contr. Ruffin. lib. II. c. IX. (519. c. edit. Parif.) De Daniele breuiter respondebo - - me docuisse lectorem, ecclesias Christi hunc prophetam iuxta Theodotionem legere & non iuxta septuaginta translatores.

(s) Hieron. præfat. in Danielem. (tom. III. p. 695.) Danielem prophetam iuxta septuaginta interpretes domini saluatoris ecclesiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione: Et cur hoc acciderit, nescio --- Hoc vnum adfirmare possum, quod multum a veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit.

huius

huius libri magis corrupta erat, quam vllius alius partis ſcripturarum. Innumera autem vitia in hac verſione aliis in locis reperiebantur, partim ex ipſo conſilio interpretum (qui nonnulla de ſuo addiderunt, alia omiſerunt, ſæpius ſenſum pro arbitrio ſuo mutarunt, maxime vbi ſcriptura de ſancta *TRINITATE* ſacratum aliquod teſtatur, vti fuſe in præfatione ſua in pentateuchum oſtendit HIERONYMVS [*t*], vbi hiſtoriam explodit, qua ſeptuaginta cellulis diuiſi, & diuinitus inſpirati verſionem adornaſſe dicuntur) partim ex magna exemplorum varietate, & grandibus corruptionibus, quæ librariorum ignorantia & negligentia in ea irrepſerunt: Et id quidem in ipſa *Græca* LXX. virorum exemplaria & *Latinas* verſiones, quæ ex iis conditæ erant. Quam ob cauſſam HIERONYMVS, *Chromatii* & *Heliodori* aliorumque piorum antiſtitum in eccleſia *Latina* inſtinctu, nouam pſalmorum ac veteris teſtamenti verſionem ex *Hebræo* conficiebat: nonnullis quidem ei ad tempus ſeſe magnopere opponentibus. Licet enim multi hoc inſtitutum laudarent, nouamque verſionem in eccleſia lectitarent; alii tamen reprehendebant, & RVFFINVS & alii acriter in ipſum inuehebantur, vt qui eccleſiam culparet, quæ *ſeptuaginta* & deriuatas hinc verſiones ab apoſtolorum inde temporibus adhibuerit atque laudauerit. Ipſemet AVGVSTINVS [*u*] hoc inſtitutum ei diſſuadebat, & quum eſſet finitum, nolebat iſtam verſionem in diœceſis ſuæ eccleſiis legi, veritus ne populus of-

(*t*) Hieron. præfat. in Pentateuch. (ibid. p. 625.) Denique, vbi ſacratum aliquod ſcriptura teſtatur, de patre, & filio & ſpiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi ſatisfacerent & arcanum fidei non vulgarent. Et neſcio quis primus auctor, ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo exſtruxerit, quibus diuiſi eadem ſcriptitarint.

(*u*) Aug. epiſt. XIX. ad Hieronym. (tom. II. opp. p. 84. c. edit. Baſil. MDLXIX.) De interpretatione tua iam mihi perſuaſiſti, qua vtilitate ſcripturas volueris transferre de Hebræis, vt ſcilicet ea, quæ a Iudæis prætermiſſa vel corrupta ſunt, proferre, in medium. --- Ideo autem deſidero interpretationem tuam de Septuaginta, vt & tanta Latinorum interpretum, qui qualeſcumque hoc auſi ſunt, quantum poſſumus imperitia careamus: & hi, qui me inuidere putant vtilibus laboribus tuis, tandem aliquando, ſi fieri poteſt, intelligant, propterea me nolle tuam ex Hebræo interpretationem in eccleſiis legi, ne contra Septuaginta auctoritatem, tamquam nouum aliquid proferentes, magno ſcandalo perturbemus plebes Chriſti, quarum aures & corda illam interpretationem audire conſueuerunt, quæ etiam ab apoſtolis approbata eſt.

fenderetur. Narrabat ſimul ei [w], quantus tumultus in eccleſia quadam *Africæ* factus ſit, quum quidam epiſcopus interpretationem eius introduxiſſet, quam reponere coactus ſit, volens poſt magnum periculum non remanere ſine plebe. Verum aliis in locis facilius admiſſa fuit noua iſta HIERONYMI interpretatio. Nam gradatim a viris doctis in expoſitionibus ſuis adhiberi cœpta eſt. GREGORIVS MAGNVS [x] vtraque verſione vſus eſt, *Hieronymianam* nouam, alteram autem veterem nuncupans translationem; quarum hæc poſterior alias *Itala*, *vulgata* & *communis* appellabatur, quod in omnibus *Latinis* & *Italicis* eccleſiis adhiberetur. Hodierna *Latina* vulgata translatio nec antiqua vulgata, nec HIERONYMI noua, ſed mixta ex vtraque eſſe viris eruditis [y] creditur. Pſalmi in hodierna vulgata non de *Hebræo*, ſed ab HIERONYMO de LXX. interpretum verſione, ab LVCIANO emendata, traducti ſunt. Reliqui libri ad fontem *Hebræum* propius quam ad LXX. accedunt, id quod, eos aliquid de verſione HIERONYMI habere, oſtendit. Pſalmi autem *Romæ* ſemper legebantur ſecundum ver-

(w) Auguſtin. epiſt. X. ad Hieronym. Quidam frater noſter epiſcopus, quum lectitare inſtituiſſet in eccleſia, cui præeſt, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter abs te poſitum apud Ionam prophetam, quam erat omnium ſenſibus memoriæque inueteratum. Factus eſt tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus & inflammantibus calumniam falſitatis, vt cogeretur epiſcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum teſtimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia an malitia, hoc eſſe in Hebræis codicibus, reſponderunt, quod & Græci & Latini habebant atque dicebant. Quid plura? Coactus eſt homo velut mendoſitatem corrigere, volens poſt magnum periculum non remanere ſine plebe.

(x) Gregor. M. epiſt. ad Leandr. ante moral. in Iob. in fine. Nouam translationem diſſero, ſed quam probationis cauſſa exigit, nunc nouam nunc veterem per teſtimonia adſumo, vt quia ſedes apoſtolica, cui Deo auctore præſideo, vtraque vtitur, mei quoque labor ſtudii ex vtraque fulciatur.

(y) Walton. prolegom. X. n. 9. pag. 71. circ. med. Certum eſt, in omnibus vulgatam non eſſe Hieronymi, nam præter pſalmos & ea, quæ ex veteri vulgata, vel ex Theodotione addidit, vt in additionibus ad Eſtheram & Danielem eſt videre, etiam in reliquis libris vbique multa occurrunt, quæ Hieronymi non eſſe, cuilibet clarum eſt: nam in multis conuenit cum veteri vulg. ſine LXX. vbi verſio ſept. ab Hebr. differt; ſæpe cum Theod. Symm. Aq. ſæpiſſime etiam aliter habet, quam Hieronymus in operibus ſuis vertendum cenſuit: vnde puram Hieronymi non eſſe, ſed mixtam, facile eſt colligere.

ſionem

sionem veterem, atque hic mos obtinuit vsque ad PIVM V. pontificem, qui versionem HIERONYMI, cum emendationibus de LXX. editione compositam, in eius locum substitui iussit. Atque ita vetus translatio psalmorum *psalterium Romanum*; & HIERONYMI noua versio *psalterium Gallicanum* appellari cœpit, quod hæc statim in ecclesia *Gallicana* esset recepta. Hoc MABILLONIO [z] obseruatur & BONAE [*] cardinali ex BERNONE AVGIENSI & WALAFRIDO STRABONE, qui *Gallorum* & *Germanorum* aliquos secundum emendationem, quam HIERONYMVS de LXX. editione composuit, psalterium cantare dicit, *Romanis* adhuc psalmos ex corrupta vulgata editione cantantibus. Quæ editio etiam nunc in basilica *Vaticana Romæ*, in

(z) Mabillon. de cursu Gallican. p. 395. 396. In primis Galli antiquitus peculiari psalterii versione vsi sunt, scilicet ea, quæ a sancto Hieronymo emendata est. Audiendus hac de re Walafridus Strabo de rebus ecclesiasticis c. XXV. *Psalmos autem quum secundum LXX. interpretes Romani adhuc habeant; Galli & Germanorum aliqui secundum emendationem, quam Hieronymus pater de LXX. editione composuit, psalterium cantant: quam Gregorius Turonensis episcopus a partibus Romanis mutuatam in Galliarum dicitur ecclesiis transtulisse.* De re ipsa eadem est Bernonis Augiensis abbatis sententia: de tempore vero, quo hæc versio a Gallis recepta est, hic cum Walafrido non consentit. Bernonis verba eo lubentius refero, quod accepta sint ex eius epistola inedita ad Meginfridum & Bennonem, vbi de Hieronymo agens: *Inter cetera*, inquit, *ex emendata LXX. interpretum translatione psalterium ex Græco in Latinum vertit, illud cantandum omnibus Galliæ ac quibusdam Germaniæ ecclesiis tradidit. Et ab hoc GALLICANVM PSALTERIVM appellauit, Romanis adhuc ex corrupta vulgata editione psalterium canentibus, ex qua Romani cantum composuerunt, nobisque vsum cantandi contradiderunt. Vnde accidit, quod verba, quæ in diurnis vel in nocturnis officiis canendi more modulantur, intermisceantur, & confuse nostris psalmis inserantur, vt a minus peritis haud facile possit discerni, quid nostræ vel Romanæ conueniat editioni.* cetera.

(*) Bona rer. liturgic. lib. II. c. III. n. IV. Priore editione pura, qualis erat ante S. Hieronymum, vtebantur olim omnes ecclesiæ occidentales; Romana præsertim cum omnibus suburbicariis, vt constat ex antiquorum patrum commentariis in psalmos; donec idem psalterium ab ipso Hieronymo interpolatum primum quidem in Gallia, nescio quo tempore, vnde Gallicanum nuncupatum est, deinde in aliis regionibus introductum fuit. In omnibus autem vrbis Romæ ecclesiis vetus illud permansit vsque ad Pium V. qui ipsum sustulit, & in sola basilica Vaticana reliquit, in qua nunc etiam religiosissime recitatur, & nouissime sublatis mendis, quæ irrepserant, pristinæ integritati restitutum est.

eccle-

ecclesia AMBROSII *Mediolani*, & in ecclesia *Marci* euangelistæ *Venetiis*, legitur. Quid? BONA non erubescit dicere, quod honorificentius ac vtilius ecclesiæ futurum fuisset, si vetus psalterii versio fuisset retenta, quandoquidem nunc magna dissonantia inter *missale* & *breuiarium* sit, dum idem psalmus & idem canticum aliis verbis in missa [†], nimirum secundum veterem translationem, aliis in officio, secundum nouam versionem, canatur. Qua de re tamquam abusu loquitur, sed mitissime, quia, quamuis id esset veteris regulæ, in *sacramentario* GREGORII, missa *Mozarabica* & liturgia *Ambrosiana* obseruatæ, violatio, PIO tamen pontifice præcipiente hæc correctio facta erat.

POSSEMVS heic diuersas res alias subnectere, quæ ad antiquam libros scripturæ in capita, versus, canones, sectiones, & subsectiones, diuidendi rationem, ab hodierna eos in capita & versus diuidendi ratione prorsus diuersam, spectant: Quia autem huiusmodi obseruationes valde intricatæ sunt per se, nec ad cultum ecclesiasticum, de quo nunc agimus, pertinent, ideo eas hoc loco prætermittimus, vna cum multis aliis istiusmodi ritibus miscellaneis, qui peculiari quadam dissertatione critica seorsum explanari melius possunt; progressuri nunc ad proximam cultus publici partem in *missa catechumenorum*, quæ erat *sermo* siue *homilia*, statim post psalmorum aliarumque scripturarum lectionem haberi solita, antequam vllæ preces vel pro specialioribus hominum ordinibus, catechumenis videlicet, energumenis, pœnitentibus, ceteris, vel pro vniuerso ecclesiæ christianæ statu, fierent.

(†) Bona ibid. n. V. Inconueniens & merito visum est, quod idem psalmus & idem canticum aliis verbis in missa, aliis in officio cantaretur. Hæc autem dissonantia ablato nunc veteri psalterio sæpe occurrit. Cæterum ista hoc loco notare libuit, non vt quemquam carperem, sed ne prisca ecclesiæ disciplina ignoraretur.

LIBRI DECIMI QVARTI
CAPVT QVARTVM
DE CONCIONIBVS, ET RITIBVS EO SPECTANTIBVS, IN VETERI ECCLESIA.

§. I.

Omnes ſermones antiquis temporibus vocati homiliæ, diſputationes, adlocutiones, tractatus, *& ſimilibus nominibus aliis.*

PSALMORVM lectionumque de ſacris ſcripturis recitationem, antequam catechumeni dimitterentur, proxime excipiebat ſermo, quem vel epiſcopus, vel alius quiſpiam ab epiſcopo delegatus, habebat ad populum. Quod quum præſentibus catechumenis fieret, pro parte miſſæ catechumenorum habebatur. Tales ſermones communiter appellari ſolebant *homiliæ*, a *Græco* vocabulo ὁμιλίαι, quod quemcumque ſermonem, quo populus inſtituitur, ſignificat, ſiue ab ipſo concionatore compoſitum, ſiue de libro, ab alio quopiam compoſito, lectum; quamquam ex hodierna loquendi ratione generatim ad poſteriorem ſenſum reſtringatur. Inter *Latinos* frequenter vocantur *tractatus*, quemadmodum ex multis CYPRIANI, OPTATI, AMBROSII, AVGVSTINI, HIERONYMI, GAVDENTII, CHRYSOLOGI, aliorumque locis, a FERRARIO [a] collectis, apparet, quæ heic nihil attinet interponere. Hoc vnum tantummodo obſeruamus, quod hoc vocabulum quamcumque ſcripturæ ſacræ expoſitionem ſiue tractationem ſignificet, tam quæ ſcriptis quam quæ voce fiat. Et in vtroque ſenſu tractatores & explanatores ſcripturæ opponuntur canonicis & authenticis, prophetis, euangeliſtis ac apoſtolis, qui ex diuina ſcripſerunt inſpiratione, & quorum auctoritas ſimpliciter & abſolute infallibilis erat & authentica; quod de nullis explanatoribus, quantacumque pietate ac doctrina excellentibus, dici poteſt, qui meditationes ſuas ſine vllo eiuſmodi peculiari ſubſidio dictauerunt. Hanc diſtinctionem crebro inculcat AVGVSTINVS. *Ego fateor, caritati tuæ*, inquit, ſcribens

(a) Ferrar. de ritu concion. lib. I. c. II. p. 2. 3. 4. 5. 6. edit. Parif. MDCLXIV. 8vo.

ad HIERONYMVM [b], *solis eis scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in iis offendero litteris, quod videatur contrarium veritati: nihil aliud, quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non adsequutum esse, quod dictum est, vel me minime intellexisse, non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinaque praepolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt; sed quia mihi per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt.* Sic iterum in libro de *catechizandis rudibus* [c] scriptores diuinitus inspiratos sub nomine *canonicorum* ab omnibus aliis distinguit, quos *tractatores* appellat. Vt CLAVDIANVS MAMERTVS [d] de omnibus interpretibus sub nomine *tractatorum*, de sacris vero scriptoribus sub appellatione *authenticorum* loquitur. AVGVSTINVS [e] & HIERONYMVS [f] saepe de sermonibus loquuntur sub nomine *disputationum;* TERTVLLIANVS [g] eos vacat *adlocutiones*, diuidens vniuersum officium in

(*b*) Augustin. epist. XIX. ad Hieron. cap. I.

(*c*) Aug. de catechis. rudibus, c. VIII. tom. IV. p. 298. (p. 901. c. edit. Basil.) Nec ipse sane inutiliter interrogatur, quibus rebus motus sit, vt velit esse christianus: vt si libris ei persuasum esse videris, siue *canonicis* siue vtilium *tractatorum*, de his aliquid in principio loquaris, collaudans eos pro diuersitate meritorum canonicae auctoritatis & exponentium solertissimae diligentiae, &c.

(*d*) Mamert. de statu animae lib. II. c. X. Sed nunc locus & tempus est, vt sicut a philosophis ad *tractatores* ad *authenticos* gradum consequar, ita &c. It. lib. I. c. II. Post *authenticorum* plurimos *tractatores* &c.

(*e*) Augustin. tractat. LXXXIX. in Ioan. (tom. IX. opp. p. 462. c. edit. Basil.) Quomodo id fieri possit, si adiuuante domino per nos demonstrari potest: quia *haec disputatio* est iam claudenda, nunc non potest.
Id. Confess. lib. V. c. XIII. Studiose audiebam *disputantem* (Ambrosium) in populo non intentione, qua debui, sed quasi explorans eius facundiam, vtrum conueniret famae suae, ac maior minorue profiueret, quam praedicabatur, & verbis eius suspendebar intentus.

(*f*) Hieron. epist. XXII. ad Eustoch. c. XV. Post horam nonam in commune concurritur, psalmi resonant, scripturae recitantur ex more, & completis orationibus, cunctisque residentibus, medius, quem patrem vocant, incipit *disputare*: quo loquente tantum silentium fit, vt nemo alium respicere, nemo audeat exscreare; dicentis laus in fletu est audientium &c.

(*g*) Tertull. de anima c. IX. Iam vero prout scripturae leguntur, aut psalmi canuntur, aut *adlocutiones* proferuntur, aut petitiones delegantur.
Ita apud Gregor. magn. *sermo simpliciter vocatur* locutio. Hom. V. (tom.

qua-

quatuor partes, ſcripturarum lectionem, pſalmorum recitationem, adlocutionum prolationem, & petitionum delegationem. Inter *Græcos* frequenter appellantur λόγοι, quod vocabulum *Latino ſermonum*, reſpondet. Antiquiſſimum nomen *euangelium* eſt & ἐυαγγελίζεσθαι, ſermonibus apoſtolorum magis proprium & peculiare; adeoque raro aut numquam aliis quibusdam ab eccleſiaſticis ſcriptoribus tributum. Generalius nomen in ſcriptura eſt διδασκαλία, *doctrina:* Vnde prædicantes verbum *Paulo* apoſtolo dicuntur διδάσκαλοι, *doctores* 1 Cor. XII, 28. 29. quod VINCENTIVS LIRINENSIS idem ac *tractatores* [h] poſteriorum ætatum eſſe obſeruat. *Paulus* quoque vocabulum κήρυγμα, *præconium* 1 Cor. II, 14. & in multis aliis epiſtolarum ſuarum locis [i] adhibet. Atque ita interdum ab eccleſiaſticis ſcriptoribus poſt ipſum adhibetur. Diligenter autem notandum eſt, vocabula κηρύσσειν & κήρυγμα apud *Græcos* plane diuerſam rem ſignificare, nimirum illam partem officii diaconi, quam ille tamquam communis κήρυξ ſiue *præco* eccleſiæ peragebat, dictitando vſitatas precum formulas populo, in quibus ſe coniungere debebant, & prouocando illos, tamquam dux & director eorum in reliquis diuini cultus partibus vniuerſis. Qua de re plura loquendi occaſionem habuimus libro quodam antecedente [*], vbi ordinarium diaconorum officium per ſingula conſiderauimus, & oſtendimus, non habuiſſe eos in caſibus ordinariis auctoritatem vel concionandi, vel euchariſtiam conſecrandi, vel baptizandi, ſed quidquid huiuſmodi fecerint, hoc eos ex ſpeciali feciſſe mandato. Adeoque antiqui illi canones, qui de prædicatione [k] diaconorum

I. opp. p. 1205. edit. Par. MDCCV.) In ea *locutione*, quæ ad vos nudius tertius facta eſt. Hom. IX. Caritati veſtræ colloquimur, eidem omnipotenti Deo gratias referentes, quia poſt tot opaca ſyluarum, tandem læti ad campos exiuimus, in quibus liberis greſſibus *locutionis noſtræ* intrepidum pedem ponamus.

(*h*) Vincent. commonitor. c. XL. Doctores, qui *tractatores* nunc appellantur.

(*i*) Vid. 1 Cor. I, 21. cap. XIV, 15. 2 Tim. IV, 17. Tit. I, 3.

(*) Lib. II. c. XX. §. X. XI. vol. I. p. 310. ſeqq.

(*k*) Conc. Ancyr. can. II. πεπαῦσθαι αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τῆς τοῦ ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. *Ipſos* [*diaconos*] *ab omni ſacerdotali miniſterio ceſſare, & panem vel calicem offerendi vel* prædicandi.

loquun-

loquuntur, non de recitatione sermonum, siue de verbi diuini prædicatione, sed de actu proclamandi ad populum intelligendi sunt, quo de peragendis diuinis officiis tales monitiones illi dabant, quas tamquam communes præcones ecclesiæ dare iussi erant.

§. II.

Concionari proprium episcoporum & presbyterorum, non diaconorum, officium in casibus ordinariis.

EQVIDEM diaconis, necessitate id exigente, homilias patrum legere licitum erat, quemadmodum lectiones recitabant scripturarum: Quæ ratio est, a concilio *Vasensi* [l] data, cur, presbytero ægrotante, id facere illis sit permittendum. *Si presbyter,* inquit synodus, *aliqua infirmitate prohibente per se ipsum non potuerit prædicare, sanctorum patrum homiliæ a diaconibus recitentur. Si enim digni sunt diaconi, quæ Christus in euangelio loquutus est, legere: Quare indigni iudicentur, sanctorum patrum expositiones publice recitare?* Verum si ab istiusmodi casibus discesseris, rarius veniam legendi quidem homiliam illis indultam esse, reperies. Nam verbi diuini prædicatio olim in præcipuis episcopi functionibus ponebatur: adeo vt in *Africanis* ecclesiis presbytero numquam permissum fuerit concionari coram episcopo in ecclesia cathedrali, ad AVGVSTINI vsque ætatem; sed episcopus hoc officio ipse semper defungebatur, & AVGVSTINVS primus erat de presbyteris in hac mundi parte, qui præsente episcopo suo prædicandi veniam vmquam obtinuit, quemadmodum e POSSIDIO [m] vitæ eius scriptore alibi audiuimus. Equidem in ecclesiis orientalibus presbyteri nonnumquam licentiam habebant concionandi in ecclesia maiore, idque præsente episcopo; at vero hoc non eo spectabat, vt officio suo absolueretur episcopus; sed hic nihilominus sermonem eodem tempore recitabat post presbyterum, quemadmodum ex praxi CHRYSOSTOMI & FLAVIANI *Antiochiæ* aliisque exemplis posthac videbimus.

Concil. Tolet. IV. c. XXXIX. al. XL. (tom. V. p. 1716.) Vnum orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, *prædicat*.

(*l*) Concil. Vasens. II. c. II.

(*m*) Possid. vit. Augustin. c. V. cit. lib. II. c. III. §. IV. (m) vol. I. p. 87.

IN

In minoribus ciuitatis & regionis circumiacentis ecclesiis hoc officium ad presbyteros, tamquam proprios episcopi adiutores, deuoluebatur; diaconi autem, excepto in ante memoratis casibus, id peragendi non habebant auctoritatem. Vt adeo hoc officium prædicandi euangelium tunc temporis proprium episcoporum & presbyterorum officium esse crederetur; & episcopus per se ipse hoc administraret in ecclesia cathedrali coniunctim cum presbyteris suis, vel solus sine illis; & vicaria presbyterorum suorum opera, vbi præsens esse non posset, in minoribus ecclesiis. Bene multa loca in antiquis monumentis ad hanc materiam spectantia, tam in imperialibus legibus, quam canonibus ecclesiasticis & præstantissimorum patrum scriptis, reperiuntur, quæ partim hoc, tamquam necessarium episcopalis & pastoralis functionis officium, vrgent, partim de eius neglectione conqueruntur, partim etiam censuras & pœnas hac in re delinquentibus minantur. CHRYSOSTOMVS [n] in illud *Pauli* ad *Timotheum*, *Oportet esse episcopum* **διδακτικὸν**, *aptum ad docendum*, ait: *Ista* (sobrium esse atque vigilantem, temperantem, hospitalem &c.) *& in subditis plerumque videas (oportet enim hos in istis æquales esse rectoribus). Verum quoniam oportet episcopum &, quæ sunt rectoris, habere: idcirco subiunxit, aptum ad docendum: hoc quippe a subditis nequaquam exigitur, ceterum illi ante omnia adesse debet, qui huiusmodi suscepit officium.* Et iterum in illud ad *Titum*: *Tenacem* τῦ κατὰ διδαχὴν λόγυ, *fidelis illius sermonis, qui ad doctrinam facit, vt potens sit exhortari, & contradicentes arguere. Non vides*, inquit, *vt Paulus orbem converterit, longe lateque maiora perfecerit, quam Plato & omnes huiusmodi ceteri? At forte dicturus es, signorum gratia hoc illum potuisse peragere. Non ex signis tantum hoc ille potuit: nam si apostolorum euoluas actus, sæpius illum vi doctrinæ obtinuisse comperies, quam virtute signorum, eodemque iugiter vtitur. Vt possit exhortari in doctrina sana, hoc est, ad suorum custodiam & euersionem hostium. Et contradicentes arguere. Nam nisi*

(n) Chrysostom. homil. X. in 1 Tim. III. p. 1569. (p. 464. ed. Francof. MDCXCVII.) *σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον· ταῦτα ἐπειδὴ καὶ τῶν ἀρχομένων ἔχουσιν οἱ πολλοί, [δεῖ γὰρ αὐτοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα τοῖς ἄρχουσιν ἴσους εἶναι] δεικνὺς τὸ τῶν ἐπισκόπων ἐξαίρετον, ἐπήγαγε· διδακτικόν· τοῦτο γὰρ οὐκέτι ὁ ἀρχόμενος ἀπαιτεῖται· μάλιστα δὲ τοῦτο πάντων προσεῖναι δεῖ τῷ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένῳ.*

hoc poſſit, omnia pereunt: niſi quis aduerſus hoſtes pugnare didicerit & captiuare omnem intelligentiam in obedientiam Chriſti, cogitationemque deſtruere. Qui, inquit, *ignorat rectum, ſanamque doctrinam, vt oportuerit, tradere*, πόῤῥω ἔϛω θρόνȣ διδασκαλικȣ̃ [o], *porro a ſede epiſcopali* (doctrinæ) *arceatur.* Vbi obſeruandum eſt, CHRYSOSTOMO ſedem epiſcopalem dici *ſedem doctrinæ*, ſiue *thronum docendi*, quia prædicatio ſanæ doctrinæ tam neceſſaria officii epiſcopalis pars credebatur, vt ſine ea epiſcopus eſſe non poſſet. Similiter AMBROSIVS, munus epiſcopi deſcribens, id facit præcipue vocando illud *officium docendi*; modeſte querens durum fatum, quo ſibi refugienti impoſitum ſit officium ſacerdotis [p], hoc eſt, quod inuitus creatus ſit epiſcopus; vnde factum ſit, vt prius docere cœperit quam diſcere. Factus enim erat epiſcopus, quum adhuc eſſet catechumenus. SIDONIVS [q] APOLLINARIS eamdem officii epiſcopalis dat deſcriptionem, itidem modeſte cum AMBROSIO de pondere profeſſionis ſibi impacto conquerens, quod inuitus factus epiſcopus, ante compulſus ſit docere, quam diſcere, & ante prædicare aliis bonum, quam facere, tamquam ſterilis arbor, quum non haberet ope-

(o) Chryſoſtom. homil. II. in Tit. p. 1703. (p. 632. edit. Francof.) *ȣ̓κ ὁρᾷς Παῦλον τρεψάμενον τὴν οἰκȣμένην ἅπασαν, καὶ μειζόνως ἰσχύσαντα καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν σημείων, φησίν· ȣ̓κ ἀπὸ τῶν σημείων μόνον· εἰ γὰρ ἐπέλθοις τὰς πράξεις τῶν ἀποϛόλων, πολλαχȣ̃ αὐτὸν εὑρήσεις ἀπὸ τῆς διδασκαλίας κρατȣ̃ντα καὶ πρὸ τῶν σημείων· ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινȣ́σῃ, τȣτέϛι, πρὸς φυλακὴν τῶν οἰκείων, πρὸς ἀνατροπὴν τῶν ἐχθρῶν, καὶ τȣ̀ς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν· τȣ́τȣ γὰρ μὴ ὄντος, πάντα οἴχεται· ὁ γὰρ ȣ̓κ εἰδὼς μάχεσθαι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ αἰχμαλωτίζειν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τȣ̃ χριϛȣ̃ καὶ λογισμȣ̀ς καθαιρεῖν, ὁ ȣ̓κ εἰδὼς ἃ χρὴ περὶ ὀρθῆς διδάσκειν διδασκαλίας, πόῤῥω ἔϛω* θρόνȣ διδασκαλικȣ̃.

(p) Ambroſ. de offic. lib. I. c. I. Titul. capitis. Epiſcopi proprium munus, docere populum. It. Quum iam effugere non poſſimus officium docendi, quod nobis refugientibus impoſuit ſacerdotii neceſſitudo. - - Homines diſcunt prius, quod doceant, & ab illo accipiunt, quod aliis tradant. Quod ne ipſum quidem mihi accidit. Ego enim de tribunalibus atque adminiſtrationis inſulis ad ſacerdotium raptus, docere vos cœpi, quod ipſe non didici. Itaque factum eſt, vt prius docere inciperem, quam diſcere.

(q) Sidon. lib. V. epiſt. III. Indigniſſimo tantæ profeſſionis pondus impactum eſt, qui miſer ante compulſus docere, quam diſcere, & ante præſumens bonum prædicare, quam facere, tamquam ſterilis arbor, quum non habeam opera pro pomis, ſpargo verba pro foliis.

ra

ra pro pomis, ſpargere coactus ſit verba pro foliis; intelligens neceſſitatem concionandi, officium epiſcopi ſuſcipienti ſibi impoſitam. CYRILLVS, eccleſiæ *Alexandrinæ* præſul, ſimiliter officium epiſcopi [r] ἀξίωμα διδασκαλικὸν, *dignitatem docendi* vocat. Et in concilio ſexto generali, in quo *Maximus* epiſcopus *Antiochenus* propter hæreſin officio pellebatur, non committendum eſſe, dicitur, vt in *doctoris ſede* [s] reſideat, hoc eſt, in officio epiſcopali maneat, cuius pars ſpecialis erat verbi diuini prædicatio. Regula in *canonibus apoſtolicis* eſt [t]: *Epiſcopus, aut presbyter, clerum vel populum negligens & non docens eos pietatem, ſegregetur: ſi autem in ſocordia perſeueret, deponatur.* Illius enim erat, clerum docere æque ac populum, illiſque explanare ſcripturas. Vnde HIERONYMVS inter cetera & hoc nomine laudat GREGORIVM NAZIANZENVM, quod vir eloquentiſſimus & præceptor ipſius fuerit, quo ſcripturas explanante [u] didicerit. Erant, qui hoc docendi munere immunes eſſe cupiebant, dicentes, populum exemplo ſuo docere ſe velle. Quibus hunc in modum reſpondebat HIERONYMVS [x]: *Sacerdotis innocens, ſed abſque ſermone, conuerſatio, quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentio nocet. Nam & latratu canum baculoque paſtoris luporum rabies deterrenda eſt.* ATHANASIVS [y] *Dracontium*, epiſcopum recens ordinatum,

(r) Cyrill. epiſt. ad monachos in concil. Epheſ. part. I. c. XXVIII. (tom. III. concil. p. 423. a.) εἰ δὲ μὴ ἕλοιτο ταῦτα πρᾶξαι, ἀλλότριον αὐτὸν εἶναι καὶ ξένον τοῦ χοροῦ τῶν ἐπισκόπων καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος. *Sin ea facere recuſarit, ab epiſcoporum cœtu, nec non a* miniſterii dignitate *ſe prorſus alienum extorremque eſſe intelligat.*

(s) Concil. VI. general. act. XII. (concil. tom. VI. p. 937. c.) οὐδαμῶς ὁ θεῖος κανὼν παραδέχεται τοῦ λοιποῦ εἰς διδασκαλικὸν καθίσαι θρόνον. *Nullatenus diuina regula de cetero ſuſcipit in* doctoris ſede *reſidere.*

(t) Canon. apoſt. c. LVIII. ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἀμελῶν τοῦ κλήρου, ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ τῇ ῥᾳθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

(u) Hieron. de ſcriptor. c. CXVII. Vir eloquentiſſimus, præceptor meus, quo ſcripturas explanante didici.

(x) Id. epiſt. LXXXIII. ad Oceanum.
Id. epiſt. II. ad Nepot. Quod Aaron & filios eius, hoc epiſcopum & presbyteros eſſe, nouerimus. - - Recordemur ſæpe, quod apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus, *Paſcite eum, qui in vobis eſt, gregem domini*, cetera.

(y) Athan. epiſt. ad Dracont. tom. I. p. 954. (p. 264. edit. Pariſ. MDCXCVIII.)

his

his grauibus verbis compellabat: *Priusquam gratiam episcopatus accepisses, nulli notus eras: iam vero ordinatus quum sis, te populi exspectant, vt cibum illis subministres, scripturarum nempe doctrinam, qui si, dum exspectant, fame laborent teque solum ipse alas, ac interim veniat dominus noster Iesus Christus, nosque eius conspectui sistamus; quam quæso inuenias tui purgandi rationem, quum ipse esurientes suas oues conspiciat?* AVGVSTINVS [z] in homilia quadam *de anniuersario episcopalis ordinationis die* hanc officii episcopalis partem graphice describit, tamquam rem profunde impactam suis sensibus, seque intime adficientem. Primo plebi suæ narrat, quanta sarcina a Deo sibi imposita sit in propheta *Ezechiele* c. XXXIII. quæ lectio in ista solemnitate recitata erat, in qua hæc plena timoris verba erant: *Posui te exploratorem. Si dixero peccatori, Morte morieris; & tu tacueris, & ille in peccato suo mortuus fuerit: ille quidem in peccato suo morietur digne & iuste, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Quæ in verba, respectu habito ad suum ipsius officium, ita fatur: *Erogator sum. Si non erogem & pecuniam seruem, terret me euangelium. Possim enim dicere: Quid mihi est tædio esse, hominibus dicere iniquis: Inique agere nolite, sic agite, sic agere desistite? quid mihi est oneri esse hominibus? Accepi, quomodo viuam, quomodo iussus sum, quomodo præceptus sum. Adsignem quomodo accepi, de aliis me reddere rationem quomodo mihi! Euangelium me terret. Nam ad istam securitatem otiosissimam nemo me vinceret. Nihil est melius, nihil dulcius, quam diuinum scrutari, nullo strepente, thesaurum. Dulce est, bonum est, prædicare, arguere, corripere, ædificare, pro vno quoque satagere magnum onus, magnum pondus, magnus labor. Quis non refugiat istum laborem? Sed terret euangelium. Processit quidam seruus & ait domino suo: Sciebam, te, hominem molestum, metere, vbi non seminasti: seruaui pecuniam tuam, nolui eam erogare, tolle, quod tuum est. Si aliquid minus est, iudica: si integrum est, noli mihi molestus esse. Ait autem ille: Serue nequam, ex ore tuo te condemnabo, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris*

πρὶν μὲν λάβῃς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς χάριν, ὐδεὶς ἐγίνωσκέ σε· γενόμενον δὲ λοιπὸν, οἱ λαοὶ προσδοκῶσι φέροντά σε τροφὴν αὐτοῖς, τὴν ἐκ τῶν γραφῶν διδασκαλίαν· ὅταν τοίνυν οἱ προσδοκῶντες λιμώττωσι, σὺ δὲ σαυτὸν μόνον τρέφῃς, καὶ ἔλθῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ιησῦς χριςὸς, ἡμεῖς τε αὐτῷ παραςῶμεν, ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν, ὁρῶντος αὐτῦ τὰ ἴδια πρόβατα λιμώττοντα;

(z) Augustin. serm. XXV. ex L. tom. X. p. 173. (p. 474. 475. ed. Basil. MDCLXIX.)

vique

vtique exegissem illam. Plura in eamdem sententiam lector studiosus inueniet in epistolis BASILII [a], in querelis NAZIANZENI [b] & CYPRIANI [c], quæ heic transcribere supersedemus. Nihil autem notatu dignius est, quam quod CHRYSOSTOMVS [d] in homilia *in parabolam decem millium debitoris* dicit, vbi ratio-

(*a*) Basil. epist. LXI. - - ὥστε καὶ ποιμένας ἀναδεικνύναι τοὺς τοῖς ἴχνεσι τῶν πατέρων ἀκολουθοῦντας, καὶ τὸν λαὸν τοῦ κυρίου μεθ' ἐπιστήμης ποιμαίνοντας - - - *vt & pastores ostenderet patrum insistere vestigiis, populum domini cum scientia pascere.* Epist. CLXXXV. περὶ τῶν λοιπῶν ἐκεῖνα παραινεῖν ἔχομεν, ὅτι προσήκει πᾶσαν ἀποθεμένους κατήφειαν, ἑαυτῶν γενέσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν πρόνοιαν τῆς ἐκκλησίας διαναστῆναι· ὅπως ἂν ὁ ἅγιος θεὸς ἐπιμεληθῇ τοῦ ἰδίου ποιμνίου, καὶ παράσχοιτο ὑμῖν ποιμένα κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα, ποιμαίνοντα ὑμᾶς μετ' ἐπιστήμης. *Quod ad reliqua attinet, hortamur, vt omni posita mæstitia, sicut conuenit, ad vos ipsos redeatis, & ad necessariam ecclesiæ curam exsurgatis, quo Deus & gregis sui curam gerat, & pastorem vobis pro sua ipsius voluntate largiatur, qui vos cum scientia pascat.* Epist. CCXCIII. οὐχὶ γελᾶται τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὡς ἄνευ λαοῦ καὶ κλήρου ἐπισκόπων περιερχομένων, καὶ ὄνομα ψιλὸν περιφερόντων, οὐδὲν δὲ κατορθούντων εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης καὶ σωτηρίας; *Nonne mysterium illud magnum ludibrio exponitur, dum sine populo & sine clero deambulant episcopi, nudum tantum nomen circumferentes, nec quidquam omnino facientes, ad promouendum illud pacis & salutis euangelium?*

(*b*) Nazianz. orat. I. de fuga p. 15. αὐτὴν δὲ τὴν τοῦ λόγου διανομήν, ἵνα τελευταῖον εἴπω τὸ πρῶτον τῶν ἡμετέρων, τοῦ θείου λέγω καὶ ὑψηλοῦ, καὶ ὃ νῦν πάντες φιλοσοφοῦσιν, εἰ μέν τις ἄλλος θαῤῥεῖ, καὶ πάσας διανοίας ὑπολαμβάνει, θαυμάζω τοῦτον ἐγὼ τῆς συνέσεως, ἵνα μὴ λέγω τῆς εὐηθείας. *Iam ipsam* verbi distributionem (*vt* quod nostrorum omnium primum est, *postremo loco dicam*) *diuini inquam verbi & excelsi distributionem, quam omnes hac ætate profitentur, si quis est alius, qui præfidenti animo suscipiat, aut cuiusuis ingenii esse censeat, hunc ego solertiæ nomine admiror, ne dicam stultitiæ.* It. orat. XXXII. p. 519. οἱ δὲ τῆς ὠδῖνος ἐγγύς, ὅσοι τὸ μὲν ἀσεβὲς φεύγουσι, τὸ δὲ εὐσεβὲς οὐ παῤῥησιάζονται, εἴτε οἰκονομίᾳ τινὶ χρώμενοι περὶ τὸν λόγον, εἴτε δειλίᾳ πρὸς τοῦτο καταφεύγουσι, *alii [præfecti ecclesiastici] a partus doloribus non longe absunt, ii nimirum, qui impietatem quidem fugiunt, sed pietatem libero atque intrepido animo minime prædicant, siue consilio quodam in fidei doctrina vtentes, siue ob metum atque ignauiam eo confugientes.* Id. tractat. de episcopis tom. II. p. 304. a. Quod ad orationem attinet, pedes esto rusticoque dicendi & imperito genere vtitor, cetera.

(*c*) Cyprian. de lapsis p. 123. (p. 89. ed. Fell. Amstelod.) Episcopi plurimi, quos & hortamento esse oportet ceteris & exemplo, diuina procuratione contemta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias aberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari.

(*d*) Chrysostom. homil. I. tom. V. p. 9. (edit. ibid. Francof.) οὐχ οἱ ἔξωθεν δὲ

nem, quam episcopus Deo reddere debeat, ita describit: *Non solum saculares magistratus, sed & illi, qui ecclesiæ præsunt, suæ præfecturæ rationes dabunt, & præcipue isti sunt, qui maiores, acerbiores, & graviores pœnas sustinebunt. Cui enim verbi administratio commissa est, diligenter ibi examinabitur, annon segnitie, aut inuidia aliquid omiserit eorum, quæ dicenda erant, & per opera exhibuerit; an omnia explicuerit, nihilque ab illo occultatum sit, quod dictu operæ pretium erat. Rursus qui episcopatum adeptus est, quanto ad maiorem molem imperii adscendit, tanto maioribus conuenietur rationibus, non solum de doctrina & pauperum patrocinio, sed etiam de examinatione ordinandorum aliisque sexcentis.* Ex quibus verbis manifestum est, docere populum, necessariam episcopalis functionis & ordinationis partem fuisse creditam. Et vt alterum ex his *Pauli* verbis probat, *Manus facile nemini imposueris, neque particeps fias alienæ culpæ;* ita alterum ex eiusdem apostoli verbis ad *Hebræos* demonstrat, [*] *Parete,* inquientis, *iis, qui præsunt vobis & subiacete: Nam illi vigilant pro animabus vestris tamquam rationem reddituri.* Quod argumentum est, vt ille recte obseruat, comminationis terrore animum concutiens. Idem ille CHRYSOSTOMVS innumera alia hanc in rem habet in excellentissimis libris suis de sacerdotio, quos eo consilio composuit, vt officia describeret episcopi, inter quæ laborem ingentem, concionibus [e] disputationibusque publi-

μόνον ἄρχοντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες τῆς οἰκείας ἀρχῆς ὑφέξουσι τὸν λόγον· καὶ μάλιστα οὗτοί εἰσιν, οἱ ἐπὶ πλέον τὰς πικρὰς καὶ βαρείας εὐθύνας ὑπέχοντες· καὶ γὰρ ὁ τοῦ λόγου τὴν διακονίαν ἐγκεχειρισμένος ἐξετασθήσεται μετὰ ἀκριβείας ἐκεῖ, εἰ μήτε ὄκνῳ, μήτε φθόνῳ παρεῖδέ τι τῶν δεόντων εἰπεῖν, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπέδειξεν, ὅτι πάντα διεστείλατο, καὶ οὐδὲν ἔκρυψε τῶν συμφερόντων· πάλιν ὁ τὴν ἐπισκοπὴν λαχὼν, ὅσῳ πρὸς μείζονα ὄγκον ἀναβέβηκε, τοσούτῳ πλείονα ἀπαιτηθήσεται λόγον, οὐχὶ διδασκαλίας μόνον καὶ πενήτων προστασίας, ἀλλὰ καὶ χειροτονιῶν δοκιμασίας, καὶ μυρίων ἑτέρων.

(*) Chrysost. de sacerdot. lib. VI. c. I. οὐ γὰρ μέχρις αἰσχύνης ἡ ζημία, ἀλλὰ καὶ αἰώνιος ἐκδέχεται κόλασις· τὸ γὰρ, πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· εἰ καὶ πρότερον εἶπον, ἀλλ᾽ οὐδὲ νῦν σιωπήσομαι· ὁ γὰρ φόβος ταύτης τῆς ἀπειλῆς συνεχῶς κατασείει μου τὴν ψυχήν. *Neque enim dedecoris tantum atque ignominiæ pœna; sed etiam æterni supplicii multa nos illic exspectat. Illud enim:* Parete iis &c. *tametsi prius iam a me dictum est, tamen ne nunc quidem reticebo. Huius enim comminationis terror animum mihi adsidue concutit.*

(e) Chrysost. ibid. lib. V. c. I. ἐπεί τόγε πρᾶγμα αὐτὸ σωτηρίας τε καὶ πολλῶν γίνεται πρόξενον ἀγαθῶν, ὅτ᾽ ἂν τοὺς διακονουμένους εὕρῃ σπουδαίους τε ἄνδρας καὶ

ce

ce ad populum habendis impenſum, refert. Et quum eſſent, qui, vt ignorantiam ſuam & imperitiam in ſtudiis, in concionibus & diſputationibus excuſarent, dicebant, vitam religioſam potiſſimum in epiſcopo requiri; reſpondet CHRYSOSTOMVS, non nuda facta ſatis eſſe ad hoc, vt alios quis edoceat, niſi & cum his verba accedant, & alios doctrina [f] non minus quam exemplo ſuo ducat : Vtrumque alterius ſubſidio indigere ad conſummatam ædificationem. Cum pluribus in eamdem ſententiam, quæ hoc loco prætcrimus, quia in antecedente quodam libro [*] vberius ea tradidimus, vbi de generalibus eccleſiaſtcæ functionis officiis tractandi habuimus occaſionem.

QVAE ita pathetice a priuatis hominibus vrgentur, ea maiori cum auctoritate leges eccleſiaſticæ & imperiales iniungunt, vtræque ad inculcandum hoc officium conſpirantes. Concilium *Laodicenſe* [g] hac de re loquitur, tamquam epiſco-

ἀγαθῶν· τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ὁ πολὺς πόνος, ὁ περὶ τὰς διαλέξεις τὰς κοινῇ πρὸς τὸν λαὸν γινομένας ἀναλισκόμενος. *Res ipſa & ſalutis & plurimorum bonorum conciliatrix eſt, ſi illius adminiſtratio in ſtudioſorum ac proborum virorum manus inciderit. Id igitur quid eſt? Nempe labor ingens concionibus diſputationibuſque publice ad populum habendis impenſus.*

(f) Chryſoſtom. ibid. lib. IV. c. VIII. οὗτος ὁ τελειότατος τῆς διδασκαλίας ὅρος, ὅταν καὶ δι' ὧν πράττωσι, καὶ δι' ὧν λέγωσι, τοὺς μαθητευομένους ἐνάγωσι πρὸς τὸν μακάριον βίον, ὃν ὁ Χριστὸς διετάξατο· οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ποιεῖν πρὸς τὸ διδάσκειν· καὶ οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος· ὃς γὰρ ἂν, φησι, ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται· εἰ δὲ τὸ ποιῆσαι, διδάξαι ἦν, περιττῶς τὸ δεύτερον ἔκειτο· Καὶ γὰρ ἤρκει εἰπεῖν, ὃς ἂν ποιήσῃ μόνον· νῦν δὲ τῷ διελεῖν ἀμφότερα, δείκνυσιν, ὅτι τὸ μὲν τῶν ἔργων ἐστί, τὸ δὲ τοῦ λόγου, καὶ ἀλλήλων δεῖται ἑκάτερα πρὸς τελείαν οἰκοδομήν. *Hic demum doctrinæ terminus conſummatiſſimus, quum ſacerdotes tum factis, tum verbis eos, quos erudiunt, ad beatam vitam a Chriſto inſtitutam conducunt. Neque enim nuda facta ſatis ſunt ad hoc, vt alios edoceas, niſi & cum his verba accedant: quæ vox non mea eſt, ſed ſeruatoris noſtri Ieſu.* Quiſquis enim, *inquit*, fecerit, ſimul ac docuerit, hic magnus vocabitur. *quod ſi is, qui facit, idem & doceret, ſuperuacaneum certe id foret, quod ſecundum additum eſt: dixiſſe enim ſatis erat, quiſquis fecerit tantum. Itaque, quod vtraque illa diſtinxerit, oſtendit, alias eſſe operum partes, alias ſermonis, atque vtrumque alterius ſubſidio indigere ad conſummatam ædificationem.*

(*) Lib. VI. cap. III. §. II. volum. II. p. 345. ſeqq.

(g) Concil. Laodicen. c. XIX. περὶ τοῦ δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι. *Oportere ſeorſum primum,* poſt epiſcoporum ſermones, *catechumenorum orationem peragi.*

po consueta, vt sermonem semper habeat ante, quam catechumeni dimittantur. Idem & concilium *Valentianum* in *Hispania* facit, quando catechumenis & pœnitentibus immo & ipsis gentilibus sermonem episcopi audire permittit [*h*], quia hac ratione nonnulli ex infidelibus ad fidem CHRISTO dandam perducti esse noscantur. Hæc concilia ne iniungunt quidem episcopis, vt concionentur, sed hanc iugem & generalem praxin eorum esse, supponunt. Concilium autem *Trullanum* [*i*] disertius ad modum iniungendi loquitur, *Oportet*, inquiens, *eos, qui præsunt ecclesiæ, in omnibus quidem diebus, sed præcipue in dominicis, omnem clerum & populum docere pietatis & rectæ religionis eloquia, ex diuina scriptura colligentes intelligentias & iudicia veritatis.* Et in legibus imperialibus diuersa seuera sæcularis magistratus edicta habentur in eamdem sententiam. In *codice Theodosiano* exstat lex, a tribus imperatoribus *Gratiano*, *Valentiniano* & *Theodosio* coniunctim facta, hanc habens inscriptionem: *De munere seu officio episcoporum in prædicando verbo Dei.* Lex ipsa sic habet [*k*]: *Qui diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo confundunt aut negligendo* (id est non prædicando) *violant & offendunt, sacrilegium committunt.* Eadem lex etiamnum in codice *Iustinianeo* integra interposita [*l*] legitur. In alia quadam lege *Arcadii* atque *Honorii* [*m*] episcopi vocantur viri, qui in diuersis regionibus suis populum insinuatione christianæ religionis doctrinæ, speciatim de obsequio & obedientia, ciuilibus magistratibus præstanda, a monachis au-

(*h*) Concil. Valent. can. I. (tom. IV. concil. p. 1617.) quatenus salutaria præcepta domini nostri Iesu Christi, vel *sermonem sacerdotis*, non solum fideles, sed etiam catechumeni ac pœnitentes, & omnes, qui ex diuerso sunt, audire licitum habent. Sic enim *pontificum prædicatione* audita nonnullos ad fidem attractos euidenter scimus.

(*i*) Concil. Trull. c. XIX. (tom. VI. conc. p. 1151.) *Ὅτι δεῖ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας ἐν πάσαις μὲν ἡμέραις, ἐξαιρέτως δὲ ταῖς κυριακαῖς, πάντα τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν ἐκδιδάσκειν τοὺς τῆς εὐσεβείας λόγους, ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀναλεγομένους τὰ τῆς ἀληθείας νοήματά τε καὶ κρίματα.*

(*k*) Cod. Theodos. lib. XVI. tit. II. de episcopis leg. XXV.

(*l*) Cod. Iustin. lib. IX. titul. XXIX. de crimine sacrilegii leg. I.

(*m*) Cod. Theod. lib. IX. tit. XL. de pœnis leg. XVI. Ad episcoporum sane culpam (vt cetera) redundabit, si quid forte in ea parte regionis, in qua ipsi populos christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, ex his, quæ fieri hac lege iubemus, a monachis perpetratum esse cognouerint, nec vindicauerint.

tem,

tem, inſpectioni ipſorum ſubditis, ſæpius violata, moderari debeant. Et alia quadam lege *Theodoſii* [n] omnes hæretici in illicitis conuentibus ſuis profana præcepta vel docere, vel diſcere prohibentur. Maxime iis, qui antiſtites inter eos vocantur, fidem inſinuare, quam non habeant, vel miniſtros creare, quod non ſint, interdicitur. Id quod officia ordinandi & concionandi, æqualiter ab epiſcopis catholicis requiri ſolita, & ius illa peragendi, quod hæretici epiſcopi ſibi arrogauerint, meram vſurpationem fuiſſe, oſtendit. Generatim id liquet, quod, vt concionandi officium initio epiſcopis, tamquam ſupremis gregis *Chriſti* paſtoribus, demandatum fuit: Ita per omnes regulas ac leges, eccleſiaſticas pariter & ciuiles, & per omnia vincula religionis hoc officium aſſidue ac diligenter exſequi compulſi fuerint, quomodo etiam vniuerſim ex magnæ obligationis, cui ſuberant, ſenſu feciſſe reperiuntur. Nonnulli etiam ex eccleſia *Romanenſi* (vbi hæc functionis epiſcopalis pars cum magna hominum offenſione per tot ætates neglecta eſt) ſerio eam optauerunt reuiuiſcere, deque ea reſtauranda laborarunt. HABERTVS pro ea contendit, & rem dicit notatu digniſſimam [o] ad excitandum eos, quibus ſcribit, nempe, „ſcire ſe „expertumque eſſe, plus eſſe momenti in vnius epiſcopi verbo ad populum, quam in ſexcentis aliorum quantumuis excultis orationibus ac elaboratis„. Sed reuertor ad eccleſiam antiquam.

§. III.

Singularis eccleſiæ Romanæ *conſuetudo, qua per diuerſas ætates nullos ſermones* Sozomeno *&* Caſſiodoro *habuiſſe dicitur.*

QVVM igitur ex dictis certo conſtet, negotium prædicandi verbum Dei ordinarie ab ipſis epiſcopis in ſuis ipſorum eccleſiis fuiſſe peractum, vel coniunctim cum presbyteris vel ſine illis: Permirum omnino eſt audire, quod de eccleſia *Romana* ætatis ſuæ narrat SOZOMENVS [p], quod nec ab epiſco-

(n) Cod. Theod. lib. XVI. tit. V. de hæreticis leg. XXIV. Nuſquam profana præcepta vel docere vel diſcere: Ne antiſtites eorumdem audeant fidem inſinuare, quam non habent, & miniſtros creare, quod non ſunt.

(o) Habert. archieratic. part. VII. obſeruat. V. p. 01.

(p) Sozom. lib. VII. c. XIX. οὔτε δὲ ὁ ἐπίσκοπος, οὔτε ἄλλος τις ἐνθάδε ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκει· παρὰ δὲ Ἀλεξανδρεῦσι μόνος ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος· φασὶ δὲ τοῦτο ὑ

 po,

po, nec alio quopiam ſermones illic ad populum fieri conſueverint, quod omnium aliarum eccleſiarum conſuetudini fuerit contrarium. Nam *Alexandriæ* ſolum ciuitatis epiſcopum ſine presbyteris concionari, eamque conſuetudinem, quum antea non fuiſſet, introductam eſſe, ex quo *Arius* presbyter, de doctrina fidei diſſerens, noua dogmata inuexerit: Et in aliis eccleſiis ab epiſcopo ſimul & presbyteris hoc fieri: *Romæ* nec ab illo nec ab his. PAGIVS [*q*] & QVESNELLVS [*r*] SOZOMENVM erraſſe, & quum *Græcus* fuerit, hanc relationem ex incerto rumore accepiſſe, exiſtimant, quia LEO pontifex, cuius ætate SOZOMENVS vixerit, non tantum conſtanter ad populum concionatus ſit, ſed id agere ſui etiam officii eſſe declarauerit, veritus [*s*], ne ſibi daretur vitio, ſi huic officii & miniſterii ſui parti deeſſet. VALESIVS [*] autem ab altera parte SOZOMENVM vera narrare confidenter adfirmat, quia CASSIODORVS, qui ſenator, conſul & præfectus prætorio *Romæ* fuit, eumdem hunc morem eccleſiæ *Romanæ* retulerit in *hiſtoria* ſua *tripartita*. Nec ante *Leonem* papam, qui hos ſermones, ſcripta iam SOZOMENI hiſtoria, habuerit, ſermones vllius *Romani* pontificis ad populum habitos produci poſſe exiſtimat. Non

---

πρότερον εἰωθὸς ἐπιγενέσθαι, ἀφ' οὗ Ἄρειος πρεσβύτερος ὢν περὶ τοῦ δόγματος διαλεγόμενος ἐνεωτέρισε.

(*q*) Pagi critic. in Baron. an. LVII. §. III. †

(*r*) Queſnel. diſſert. VI. de ieiunio ſabbati & diſſert. I. de vita Leonis.

(*s*) Leo ſerm. III. de epiphania (tom. VII. bibliothec. patr. max. p. 1005. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Quamuis ſciam, dilectiſſime, quod ſanctitatem veſtram hodiernæ feſtiuitatis cauſa non lateat, eamque ſecundum conſuetudinem euangelicus vobis ſermo reſerauerit: tamen vt noſtri nihil deſit officii, loqui de eadem, quod dominus donauerit, audebo.

(*) Valeſ. in Sozomen. lib. VII. c. XIX. Mirum eſt, quod heic ait Sozomenus, Romæ nec epiſcopum, nec alium quemquam, in eccleſia ſermonem habuiſſe ad populum. Nec eſt, quod quis ſuſpicetur, heic Sozomenum falli: Nam Caſſiodorus, qui Romæ vixerat & Romanam eccleſiam frequentauerat, hunc morem eccleſiæ Romanæ retulit in hiſtoria ſua tripartita. Quod procul dubio facturus non erat, ſi id falſum eſſe comperiſſet. Exſtant quidem ſermones Leonis papæ, quos Romæ habuit ad populum. Verum id recentius eſt Sozomeno. Nec ante Leonem papam ſermones vllius Romani pontificis ad populum habitos proferri poſſe exiſtimo. Obiiciet fortaſſe aliquis ſermonem Liberii papæ, quem habuit Romæ in eccleſia S. Petri die natalis dominici, præſente Bononienſi epiſcopo, ad Marcellinam ſororem Ambroſii & alias virgines, quæ tunc virginitatem in eccleſia profitebantur.

mihi

mihi sumo hanc controuersiam inter hos viros doctos decidere; sed tantum dico, quod, vtcumque fuerit tempore SOZOMENI, aliter ætate IVSTINI MARTYRIS obtinuisse videatur, quando *Antonino Pio* & senatui vrbis *Romæ*, vbi eo tempore vixit & scripsit, apologiam suam exhibuit. In ea enim conuentuum christianorum, die dominico agi solitorum, describens rationem, expressis verbis dicit, quod post lectionem apostolorum & prophetarum *προεστὼς*, *præsidens* siue *episcopus* [t] orationem habeat, qua populum instruat, & ad imitationem tam pulchrarum rerum, quas legi audissent, cohortetur. Vbi fas est statuamus, quod *Romæ* & ad senatum *Romanum* scribens, certe de vsitata ecclesiæ *Romanæ* consuetudine ac praxi loquatur. Et si ætate SOZOMENI alius mos ibi fuerit, mutatio quædam in isto temporis interuallo facta sit, oportet. Fortassis consuetudinem, ex qua per diaconum celebrium scriptorum homiliæ inter alias lectiones, vel statim post illas lectæ sunt, adsumserunt, (quemadmodum in quibusdam ecclesiis homilias EPHRAEM SYRI & libros CLEMENTIS ROMANI & HERMETIS *pastorem* legisse eos, supra [*] ostendimus; & in antiquo lectionario frequenter lectiones ex homiliis AVGVSTINI, AMBROSII aliorumque præscriptæ reperiuntur, vt nunc est in *breuiario Romano.*) Et hoc locum sermonum supplere potuit, donec LEO vetustam rationem concionandi in ecclesiam *Romanam* denuo introduxit, quæ postea per quingentos annos iterum exoleuit, vsque dum PIVS V. alter LEO, hanc praxin rursus suscitauit, quemadmodum a SVRIO [u], vno de ipsius ecclesiæ *Rumanensis* scriptoribus, condocemur.

Quem tractatum Ambrosius totum descripsit in lib. III. de velandis virginibus. Sed responderi potest, hunc Liberii sermonem non fuisse ad populum, sed exhortationem duntaxat, & allocutionem ad Marcellinam virginem. Atqui Sozomenus hoc loco de sermonibus loquitur, qui fiebant ad populum inter missarum solemnia, quas Græci homilias vocant. Certe verbum *διδάσκειν* proprie de iis sermonibus dicitur. Præterea etsi concedamus, sermonem tunc a Liberio habitum esse; nihil hoc facit aduersus Sozomenum. Id enim extra ordinem factum est a Liberio in gratiam Marcellinæ. Sozomenus vero loquitur de more recepto & vsitato in ecclesia Romana.

(t) Iustin. apol. II. p. 98. *εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος*, προεστὼς *διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται.*

(*) Cap. III. §. XIV. pag. 89. 90.

(u) Surius histor. ap. Blondell. apolog. pro sentent. Hieronymi p. 58. Nunc pan-

§. IV.

§. IV.

An laici concionandi veniam vmquam habuerint in vetere eccleſia.

ALIA autem quæſtio datur, quæ, reſpectu habito ad veterem eccleſiam, hoc loco ſoluenda eſt, nimirum: Num laici ex auctoritate publica veniam habuerint faciendi ſermones ad populum. Hoc eos priuatim tamquam catechiſtas in ſcholis catecheticis *Alexandriæ* aliisque in locis feciſſe, non eſt dubium. Nam ORIGENES catechumenis inſtituendis *Alexandriæ* præfectus eſt a *Demetrio* ante, quam in ordinem [x] clericorum eſſet receptus. Et HIERONYMVS [y] multos celebres viros longa ſibi ſerie in iſta ſchola ſucceſſiſſe ait, qui ideo *doctores eccleſiaſtici* appellati ſint. Verum hæc res diuerſa erat a publica verbi prædicatione in eccleſia. Nonnunquam monachi, qui tantum erant laici, publice in eccleſia concionari audebant: Verum hoc improbabatur & puniebatur, tamquam functionis ad eos non ſpectantis vſurpatio. Omnes monachi olim, vt monachi ſolum ſpectati, non niſi laici erant, quemadmodum alibi [*] ſatis probatum dedimus: Adeoque, tamquam monachi nullo iure ad vllam eccleſiaſticæ functionis partem gaudebant. Speciatim HIERONYMVS [z] monachum non docentis, ſed plangentis officium habere ait, & aliam monachorum eſſe cauſſam, aliam clericorum: clericos [†] paſcere oues, monachos autem paſci. Hinc quum quidam monachi in orientalibus partibus circa *Antiochiam*, cognitione ſua ac ceteris animi dotibus confidentes, publice in eccleſiis ver-

ciores e Romanæ eccleſiæ communicatoribus præſules, pauciſſimi vero preſbyteri docendi labore deſunguntur: inter vrbicos pontifices vix vnus ab anno domini M. aliquoties (ſi Surio commentat. rer. in orbe geſtar. ſingulari teſti fides) concionatus Pius V. obſtupeſcentem miraculi nouitate Romam perculit.

(x) Euſeb. lib. VI. c. III. ἔτος δ' ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, καθ' ὃ τοῦ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλείου. *Annum ætatis octauum decimum agebat tunc, quum catechumenis inſtituendis præfectus eſt.*

(y) Hieron. de ſcriptor. c. XXXVI. †

(*) Lib. VII. c. II. §. VII. volum. III. p. 20.

(z) Hieron. epiſt. LV. ad Riparium. Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium.

(†) Id. epiſt. I. ad Heliodor. Alia monachorum eſt cauſſa, alia clericorum: Clerici paſcunt oues, ego paſcor.

bum

bum Dei prædicare ſibi ſumerent, LEO papa binas litteras ad *Maximum* epiſcopum *Antiochenum* [*a*] & *Theodoritum* mittebat, quibus illos monebat, vt illorum audaciæ ſeſe opponerent. *Illud quoque*, inquiebat, *conuenit præcauere, vt præter eos, qui ſunt diuini ſacerdotes, nullus ſibi ius docendi & prædicandi audeat vendicare, ſiue ſit ille monachus, ſiue laicus, qui alicuius ſcientiæ nomine glorietur.* In quibuſdam tamen caſibus homini laico ſpeciatim hoc negotium concionandi dabatur, atque tunc ex epiſcopi, ad hoc eum delegantis, auctoritate ad illud tempus facere id poterat. Ita ORIGENES, vt narrat EVSEBIVS [*b*], ab *Alexandro Hieroſolymitano* & *Theoctiſto Cæſarienſi* epiſcopis rogatus fuit, vt publice in eccleſia diſſereret & diuinas ſcripturas, tametſi nondum ordinatus, exponeret. Et quum DEMETRIVS ALEXANDRINVS contra hoc moneret, numquam antea viſum, nec

(*a*) Leo epiſt. LX. al. LXII. ad Maximum Antiochen. It. epiſt. LXI. al. LXIII. ad Theodoritum epiſcopum Cyri. Adiicientes & illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorumdam regionis veſtræ verbo mandaſtis per vicarios noſtros, & hoc ſpecialiter ſtatuentes, vt præter domini ſacerdotes nullus audeat prædicare, ſeu monachus, ſiue ille ſit laicus, qui cuiuslibet ſcientiæ nomine glorietur.

(*b*) Euſeb. lib. VI. c. XIX. Ἐν Καισαρείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἔνθα καὶ διαλέγεσθαι, τάς τε θείας ἑρμηνεύειν γραφὰς ἐπὶ τῦ κοινῦ τῆς ἐκκλησίας οἱ τῇδε ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τῦ πρεσβυτερίυ χειροτονίας ὐδέπω τετυχηκότα αὐτὸν ἠξίυν· ὃ καὶ αὐτὸ γένοιτ' ἂν ἔκδηλον, ἀφ' ὧν περὶ τύτυ Δημητρίῳ γράφοντες, Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ Θεόκτιστος ὁ Καισαρείας, ὧδέ πως ἀπολογῦνται· προσέθηκε δὲ τοῖς γράμμασιν, ὅτι τῦτο ὐδέποτε ἠκύσθη· ὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ παρόντων ἐπισκόπων λαϊκὺς ὁμιλεῖν· ὐκ οἶδ' ὅπως προφανῶς ὐκ ἀληθῆ λέγων· ὅπυ γῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τὺς ἀδελφὺς, καὶ παρακαλῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων· ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὔελπις ὑπὸ Νέωνος, καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσυ· καὶ ἐν Συνάδοις Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικῦ.

Epiphan. hæreſ. LXIV. n. II. *dicere videtur, quod tunc fuerit presbyter, ſed ſine dubio fallitur. Verba eius hæc ſunt:* τὴν Παλαιστίνην, τυτέστι τῆς Ἰυδαίας κατοικεῖν γῆν εἵλετο· ἀνελθὼν γῦν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὡς τοιῦτος ἐξηγητὴς, καὶ λόγιος, προετρέπετο ἀπὸ τῦ ἱερατείυ· Φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ πρεσβυτερίυ κατηξιῶσθαι τὸ πρὶν, πρινὴ τῦ θῦσαι, προτρεπόμενοι [al. προτρεπομένων] ὡς ἔφην, αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εἰπεῖν κ. τ. λ. *In Palæſtina ſiue Iudæa domicilium conſtituit. Forte contigit, vt Hieroſolymam profectus, vt erat ſacrarum litterarum egregius & eruditiſſimus interpres, ab ſacerdotum collegio (nam & ipſe, priuſquam ſacrificaret, ad ſacerdotii gradum perueniſſe dicitur) ad verba in eccleſia facienda ſollicitaretur.*

adhuc factum fuisse, vt præsentibus episcopis laici concionarentur; *Alexander* datis ad illum litteris respondebat, in eo ipsum a veritate longissime aberrare. Nam sicubi reperiantur, qui fratribus prodesse possint, eos sanctos episcopos adhortari solere, vt ad populum conciones habeant. Sic *Euelpidem Larandis* rogatum esse a *Neone*: *Paulinum Iconii* a *Celso*; *Theodorum* apud *Synada* ab *Attico*. Hi omnes igitur speciale mandatum concionandi ab episcopis suis habuerunt, adeoque quidquid alias inusitati & a regula ecclesiæ alieni hac in re esset, vsurpationis tamen incusationi haud erat obnoxium. HALLIERVS celebris doctor *Sorbonicus* laicis hoc ex indulgentia [c] facere licuisse putat: idque e concilii *Carthaginensis* quarti [d] canone existimat posse deduci, vbi dicitur: *Laicus præsentibus clericis, nisi ipsis rogantibus, docere non audeat.* Vetustus *commentarii* [e] *in epistolas* auctor, sub nomine AMBROSII, hac de re ita loquitur: *Vt cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & euangelizare & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At vbi autem omnia loca circumplexa est ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cetera officia in ecclesiis sunt ordinata, vt nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod sciret non sibi creditum vel concessum. Hinc ergo est, vnde nunc neque diaconi in populo prædicant, neque clerici, vel laici baptizant.* Quod heic inter initia, id est in diebus apostolorum, concessum esse dicitur, eius quidem rei fides sit penes auctorem. Si omnibus in vniuersum hoc negotium, sine vlla præuia debitarum qualitatum ac dotium examinatione, simpliciter & absolute datum fuisse putat, singularis omnino eius est opinio: sin autem duntaxat existimat, omnes extraordinaria spiritualium donorum mensura præditos libertatem habuisse hæc dona nonnumquam coram publicis conuentibus concionando exercendi, sine vlla externa ordinatione, præter donum spiritus prophetiæ: nihil amplius dicit, quam quod optimus quisque verborum *Pauli* 1 Cor. XIV, 31. *Potestis omnes per singulos prophetare*, interpres concedit. Hoc est, omnes dono prophetiæ præditos,

(c) Hallier de hierarch. ecclesiast. lib. I. c. VII. p. 67. Laicis non nisi ex indulgentia illud attingere debere. Id. p. 79. ibid.

(d) Concil. Carthagin. IV. c. XCVIII.

(e) Ambrof. commentar. in Ephes. IV. p. 948. edit. Basil. MDLXVII.

non

non omnes & ſingulos chriſtianos promiſcue, verbum adhortationis in eccleſia [*f*] facere potuiſſe. Verum quum talia extraordinaria ſpiritus prophetiæ dona æuo apoſtolico peculiaria quodam modo eſſent, hoc ſequentium ætatum eccleſiæ regula eſſe non poterat. Hinc, ceſſantibus hiſce donis, eccleſia alia regula prudenter vtebatur, vt præter eos, qui ordinaria delegatione eſſent vocati, nemini hoc officium peragere permitteret, niſi forte extraordinariæ ingenii artes, (quales erant in ORIGENE) ſpiritualibus illis donis quodam modo reſpondentes, laicis libertatem dona ſua in beneficium eccleſiæ exercendi indulgere ſuaderent. Vel ſi neceſſitas diaconis officium concionandi imponeret, vbi epiſcopus & presbyteri infirmitate vel aliis obſtaculis impediti, illud perficere non valebant. Nam ante memoratus auctor diaconos prædicare in populo diſerte negat, vtpote quod officium ſciant non ſibi creditum vel conceſſum. Idem auctor *conſtitutionum* [*g*] & multi alii dicunt. Vnde, quum diaconis hæc poteſtas non data fuerit, niſi in quibuſdam ſpecialioribus caſibus, eo minus mirum videri nobis debet, quod ſpiritualibus donis ceſſantibus, laicis generatim negetur.

§. V.

Mulieribus numquam permiſſum concionari.

MVLIERES, quantiſcumque donis inſtructæ, numquam

(*f*) Eſtius in 1 Cor. XIV, 31. Non omnes fideles: quia iam dixerat c. XII. *Num quid omnes prophetæ?* ſed omnes prophetiæ donum habentes, vt ſenſus ſit; Quamuis ex ſpiritu prophetico loquamini, mirari tamen non debetis, quod iubeam priorem tacere, & loquendi vices alteri concedere. Nam in poteſtate veſtra eſt, eum ſeruare ordinem, vt ſingulatim, alius poſt alium, etiam omnes prophetetis. Certe in eo, quod dicit *omnes*, permittere videtur, vt aliquando plures tribus in vno conuentu prophetent. Vid. & Beza in h. l.

(*g*) Conſtitut. lib. III. c. XX. *ἀλλὰ μόνον, τὸν μὲν πρεσβύτερον διδάσκειν, ἀναφέρειν, βαπτίζειν, εὐλογεῖν τὸν λαόν· τὸν δὲ διάκονον ἐξυπηρετεῖσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις· τουτέστι, διακονεῖν, οὐ μὴν τὰ λοιπὰ διενεργεῖν. Solum presbyter doceat, offerat, baptizet, benedicat populo; diaconus vero miniſtret epiſcopo, ac presbyteris; hoc eſt, miniſterium ſeu diaconatum exerceat ſed non peragat cetera.*

Vigil. epiſt. ad Ruſtic. concil. tom. V. p. 554. d. Adieciſtis etiam exſecranda ſuperbia, quæ nec leguntur, nec ſine ſui pontificis iuſſione aliquando ordinis veſtri homines præſumſerunt, auctoritatem vobis prædicationis contra omnem conſuetudinem vel canones vindicare.

vel ex apoſtolorum vel ſuccedentium ætatum regula publice in eccleſia concionandi habuerunt libertatem. Apoſtolus diſerte ait: *Mulieres in eccleſiis taceant: non enim permittitur illis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit, ſi quid autem volunt diſcere, domi maritos ſuos interrogent. Turpe enim eſt mulieri loqui in eccleſia.* 1 Cor. XIV, 34. 35. Et iterum: *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* 1 Tim. II, 11. 12. Et hæc regula exacte ſemper obſeruata fuit in eccleſia vetere. Idem concilium *Carthaginenſe*, quod laicis, rogatis a clericis, docere permittit, mulieribus hoc facere quocumque in caſu interdicit, *Mulier*, inquiens, *quamuis docta* [h] *& ſancta viros in conuentu docere non præſumat.* Poterant autem priuatim docere mulieres, & catechumenas ad baptiſmum præparare. Idem enim concilium *Carthaginenſe* in diaconiſſis, ad miniſterium baptizandarum mulierum eligendis, inter alia requirit [i], vt *tam inſtructæ ſint ad officium, vt poſſint apto & ſano ſermone docere imperitas & ruſticas mulieres, tempore quo baptizandæ ſint, qualiter baptizatori interrogatæ reſpondeant, & qualiter accepto baptiſmate viuant.* Et auctor breuiorum adnotationum in epiſtolas *Pauli* ſub nomine HIERONYMI [k], diaconiſſas in orientalibus eccleſiis dicit in ſexu ſuo miniſtrare in baptiſmo & in miniſterio verbi, docentes quidem feminas priuatim, non publice in eccleſia. Hæc res in nonnullis hæreticis conuentibus multo extendebatur longius: Nam ſacerdotes feminas ordinabant, quod auctor *conſtitutionum* [l] gentilis impietatis erratum, non Chriſti inſtitutum, eſſe dicit. TERTVLLIANVS [m] in hæreticorum conuentibus mulieres dicit

(h) Concil. Carthag. IV. c. XCIX.

(i) Ibid. can. XII.

(k) Hieron. comment. in Rom. XVI, 1. Sicut etiam nunc in orientalibus diaconiſſæ mulieres in ſuo ſexu miniſtrare videntur in baptiſmo, ſiue in miniſterio verbi, quia priuatim docuiſſe feminas inuenimus &c.

(l) Conſtitut. lib. III. c. IX. *εἰ δὲ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διδάσκειν αὐταῖς οὐκ ἐπετρέψαμεν, πῶς ἱερατεῦσαι ταύταις παρὰ φύσιν τις συγχωρήσει; τοῦτο γὰρ τῆς τῶν ἑλλήνων τὸ ἀγνόημα, θηλείαις θεαῖς ἱερείας χειροτονεῖν, ἀλλ' οὐ τῆς χριστοῦ διατάξεως. Quod ſi in præcedentibus non permiſimus feminis docere, quo pacto quiſpiam præter naturam eis fungi ſacerdotio concedet? Nam deabus feminis ſacerdotiſſas creare, gentilis impietatis erratum eſt, non autem Chriſti inſtitutum.*

(m) Tertull. de præſcript. c. XLI. Ipſæ mulieres hæreticæ quam procaces, quæ

doce-

docere & disputare, exorcismos agere & administrare baptismum: Quae omnia regulae [n] apostoli 1 Cor. XIV, 35. contraria esse pronuntiat, qui adeo non dederit feminis docendi potestatem, vt ne interrogare quidem publice in ecclesia eis permiserit. Et quum quidam auctoritatem *Pauli* pro hoc ipso, e sic vocatis *actis Pauli & Theclae*, adlegarent, respondet, librum esse spurium & auctorem conuictum atque confessum esse, se eum finxisse, & propterea ecclesiae censuras subiisse. *Montanistarum* secta nota erat a consuetudine dandi hanc libertatem feminis, sub obtentu inspirationis a spiritu: adeo vt non tantum prophetissas suas haberent, cuiusmodi erant *Prisca* & *Maximilla*, *Montani* placita primae omnium amplexae, sed etiam mulieres ad episcopatus & presbyterii dignitatem, eueherent, vt *Quintillam* & *Priscillam*, quas, vt EPIPHANIVS [o] & AVGVSTINVS [p] narrat, inter *Pepuzianos* (qui *Montanistarum* propago erant) summis sacerdotii officiis honorarunt. EPIPHANIVS [q] idem imputat *Collyridianis*, sic dictis, quod collyridem siue tor-

audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere.

(n) Id. de baptismo c. XVII. Petulantior mulierum, quae vsurpauit docere, vtique non etiam tinguendi ius sibi pariet, nisi quae noua bestia euenerit similis pristinae: vt quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat. Quod si quae Pauli perperam scripta legunt, exemplum Teclae ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt; sciant, in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, conuictum atque confessum, id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. Quam enim fidei proximum videretur, vt is docendi & tinguendi daret feminae potestatem, qui ne discere quidem constanter mulieri permisit. Taceant, inquit, & domi maritos suos consulant.
Id. de veland. virgin. c. IX. Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii, sortem sibi vendicare.

(o) Epiphan. haeres. XLIX. Pepuz. n. II. *ἐπίσκοποί τε παρ' αὐτοῖς γυναῖκες, καὶ πρεσβύτεροι γυναῖκες. Apud eosdem mulieres episcopi sunt & presbyteri.*

(p) August. haeres. XXVII. Pepuzian. Tantum dantes mulieribus principatum, vt sacerdotio quoque apud eos honorentur.

(q) Epiphan. haeres. LXXVIII. Antidicomarian. n. XXIII. *ὡς εἰς ὄνομα τῆς ἀειπαρθένου κολλυρίδα τινὰ ἐπιτελεῖν καὶ συνάγεσθαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ εἰς ὄνομα τῆς ἁγίας παρθένου ὑπὲρ τὸ μέτρον τὶ πειρᾶσθαι ἀθεμίτῳ, καὶ βλασφήμῳ ἐπιχειρεῖν πράγματι, καὶ εἰς ὄνομα αὐτῆς ἱερουργεῖν διὰ γυναικῶν, ὅπερ τὸ πᾶν ἐστιν ἀσεβὲς, καὶ ἀθέμιτον, ἠλλοιωμένον ἀπὸ τοῦ κηρύγματος τοῦ ἁγίου πνεύματος. Adeo, vt in*

tam panis in *Mariæ* virginis nomen & honorem ſacrificantes offerrent, contra quos ille verboſe diſputat, non tantum ob eorum idololatriam in offerendo ſanctæ virgini ſacrificio, ſed quod etiam mulieribus officium ſacerdotis committerent, facerentque per eas ſacrificia, quod numquam, ex quo mundus conditus ſit, factum eſſe dicit: & ſi ſacerdotium vlli mulieri mandatum foret, nulli potius quam *Mariæ* illud in nouo teſtamento committi debuiſſe. FIRMILIANVS in litteris ſuis ad *Cyprianum* [r] alius iſtiuſmodi mulieris inter *Cataphrygas* facit mentionem, quæ ſpiritu prophetico ſe agi dictitans, concionari, orare, baptizare & euchariſtiam adminiſtrare in publicis eorum conuentibus auſa ſit. Vt adeo hæc communis praxis inter hæreticos fuerit, ſed ſemper improbata & impugnata ab eccleſia Dei, quæ regulæ apoſtolicæ exacte inhærens, non permittebat mulieribus publice docere in eccleſia, quantalibet pietate & doctrina excellere ſibi viderentur, ſed id muneris viris reſeruabat, quibus initio erat demandatum.

---

virginis nomen & honorem collyridem ſiue tortam panis ſacrificantes offerant, & conuentus habeant: in ſanctiſſimæ, inquam, virginis nomen modum omnem prætergreſſos nefariam rem, & cum Dei contumelia coniunctam adgredi, hoc eſt, in illius nomen per mulieres ſacrificia facere. Quod quidem impium ac ſceleſtum eſt, & a ſancti ſpiritus doctrina prorſus alienum.

Id. hæreſ. Collyridian. n. II. III. καὶ οὐδαμοῦ γυνὴ ἱεράτευσεν· ἐλεύσομαι δὲ καὶ εἰς τὴν καινὴν διαθήκην· εἰ ἱερατεύειν γυναῖκες θεῷ προσετάσσοντο, ἢ κανονικόν τι ἐργάζεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἔδει μᾶλλον αὐτὴν τὴν Μαρίαν ἱερατείαν ἐπιτελέσαι ἐν καινῇ διαθήκῃ κ.τ.λ. *Numquam mulier ſacerdotio (in veteri teſtamento) functa legitur. Atque vt ad nouum teſtamentum accedamus: ſi ſacerdotium mulieribus mandatum foret, aut canonicum quiddam in eccleſia præſtare liceret, nulli potius quam Mariæ illud in nouo teſtamento committi ſacerdotis officium debuit, cetera.*

(r) Firmil. epiſt. LXXV. ad Cyprian. p. 223. (pag. 323. edit. Amſtelod.) Emerſit ſubito quædam mulier, quæ in extaſi conſtituta, propheten ſe præferret, & quaſi ſancto ſpiritu plena ſic ageret. --- Atqui illa mulier, quæ prius per præſtigias & fallacias dæmonis, multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter auſa eſt, vt & inuocatione non contemtibili ſanctificare ſe panem & euchariſtiam facere ſimularet, & ſacrificium domino, non ſine ſacramento ſolitæ prædicationis offerret; baptizaret quoque, vſitata & legitima verba interrogationis vſurpans, vt nihil diſcrepare ab eccleſiaſtica regula videretur.

§. VI.

§. VI.

In vna eademque congregatione duo vel tres sermones nonnumquam habiti.

SPECTATIS sic personis, quibus hoc officium exsequendi potestas data fuit, proxime iam considerandum est, qua ratione illud peragi consueuerint. Atque heic obseruare licebit, nonnumquam duos vel tres sermones in eadem congregatione fuisse habitos, primum quidem a presbyteris & deinde ab episcopo, qui plerumque, si præsens esset, hanc publici cultus partem paterna adhortatione finiebat. *Constitutionum* [s] auctor hanc hac de re præscribit regulam: *Quum recitabitur euangelium, omnes presbyteri ac diaconi, vniuersusque populus magno cum silentio stent: Post hæc presbyteri exhortentur populum, singuli nimirum, non autem omnes, & cunctorum postremus episcopus, qui similis est rectori nauis.* Ita autem obtinuisse in ecclesiis orientalibus, quarum consuetudines auctor iste præcipue describit, euidenter e CHRYSOSTOMI apparet sermonibus, quos habuit adhuc presbyter *Antiochiæ.* In his enim perspicue de *Flauiano* episcopo, tamquam post se concionaturo, loquitur, istiusmodi officiosis verborum vtens blanditiis: *Sit igitur* [t] *vobis tempus tacendi, quo detur & præceptori tempus loquendi.* Et iterum [u]: *Hæc seruantes redeamus domum, quin potius hæc seruantes excipiamus perfectiorem doctoris exhortationem. Nam nostra quidem, qualiacumque sunt, habent iuuentutis ostentationem: huius autem qualiacumque fuerint, cana quadam prudentia sunt ornata.* Infinitum foret & superuacaneum, omnia loca producere in medium, quæ in CHRYSOSTOMO [x] aliisque scriptoribus, BASILIO, GREGORIO NYS-

(s) Constitut. lib. II. c. LVII. *ὅταν ἀναγινωσκόμενον ᾖ τὸ εὐαγγέλιον, πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς στηκέτωσαν μετὰ πολλῆς ἡσυχίας - - καὶ ἑξῆς παρακαλείτωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαὸν, ὁ καθεὶς αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ ἅπαντες· καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἐπίσκοπος, ὃς ἔοικε κυβερνήτῃ.*

(t) Chrysost. homil. II. de verbis Iesaiæ tom. III. p. 853. (p. 740. c. edit. Francof.) *γενέσθω ἐν ἡμῖν καιρὸς τοῦ σιγῆσαι, ἵνα γένηται καιρὸς τῷ διδασκάλῳ τοῦ λαλῆσαι.*

(u) Homil. III. ibid. p. 864. (p. 749. a.) *ταῦτα φυλάσσοντες, ἀναχωρήσωμεν οἴκαδε· μᾶλλον δὲ ταῦτα φυλάσσοντες, δεξώμεθα καὶ τὴν τελειωτέραν τοῦ καλοῦ διδασκάλου παραίνεσιν· τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα, οἷα ἂν εἴη, ἔχει τὰ τῆς νεότητος δείγματα· τὰ δὲ τούτου, οἷα ἂν ᾖ, πολιᾷ κεκόσμηται τῷ φρονήματι.*

(x) Homil. XXXI. de Philogonio tom. I. p. 309. (p. 313. c. edit. Francof.) *ἀλλ' ὅμως ἐφ' ἑτέραν ἀναγκαίαν ὑπόθεσιν ὁ λόγος ἡμῖν ἐπείγεται· διὰ τοῦτο τῷ κοινῷ*

SENO, THEODORETO, AVGVSTINO [y] & HIERONY-

πατρὶ, καὶ ζηλωτῇ τοῦ μακαρίου Φιλογονίου ταῦτα καταλιπόντες εἰπεῖν, ὅτε ἀκριβέστερον ἡμῶν εἰδότι τὰ ἀρχαῖα πάντα, πρὸς ἑτέραν δημηγορίας ὁδὸν βαδιούμεθα. *Verum ad aliam necessariam materiam nobis festinat oratio, eoque communi patri beatique Philogonii sectatoris haec dicenda relinquentes, vt qui melius nobis teneat, quidquid est antiquitatum, ad aliam concionandi rationem transeamus.*

Homil. XLVIII. de Romano tom. I. p. 621. (p. 540. edit. Frf.) ἐβουλόμην ἄχρι τέλους ἐγχορεῦσαι τῇ τοῦ μάρτυρος ὑποθέσει· ἀλλ' ὁ τῆς συμμετρίας ἐπέστη καιρὸς, καί μοι σιωπᾷν ἐγκελεύεται, ὑμῖν τε γὰρ πρὸς ὠφέλειαν ἱκανὰ τὰ ῥηθέντα, καὶ ἀναγκαῖα τοῦ πατρὸς τὰ διδάγματα πρὸς τὸν τῶν ῥηθέντων ἀπαρτισμόν. *Voluissem equidem in huius martyris argumento triumphantem & exsultantem orationem ad finem vsque deducere: at enim iusti spatii tempus aduenit, & vt sileamus hortatur: nam & vobis ad vtilitatem, quae dicta sunt, sufficiunt & necessaria sint patris documenta, vt dicta illa perficiantur.*

Homil. LIII. de poenit. tom. I. p. 662. (p. 585.) ταῦτα ἀρκεῖ πρὸς διόρθωσιν, διόπερ ἀνάγκη καταπαῦσαι τὸν λόγον· καὶ γὰρ τῆς τοῦ πατρὸς φωνῆς ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι. *Haec sobriis ad correctionem sufficiunt. Quare necesse, orationem supprimere: nam cupio patris audire vocem.* Vid. Homil. LIX. de Babyla. p. 721. Homil. XXXI. (al. XXXIII.) de natali Christi tom. V. p. 476. Homil. XLVII. & LXVI. ibid. Homil. in psalm. XLVIII. p. 813. Homil. XXXVI. in 1 Cor. p. 652.

(y) Basil. homil. XVIII. in Barlaam. tom. I. p. 443. ἀλλὰ τί παιδικοῖς ἐλαττῶ τὸν ἀριστέα ψελλίσμασι; ταῖς μεγαλοπρεπεστέραις τῶν εἰς αὐτὸν ὕμνων παραχωρήσωμεν γλώτταις· τὰς μεγαλοφωνοτέρας τῶν διδασκάλων ἐπ' αὐτῷ καλέσωμεν σάλπιγγας· ἀνάστητέ μοι νῦν ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι, τὴν τοῦ στρατηγοῦ κολοβωθεῖσαν εἰκόνα ταῖς ὑμετέραις μεγαλύνατε τέχναις. κ. τ. λ. *Sed quid puerili balbutie victorem extenuo? Quin magnificentioribus laudum ipsius linguis cedamus; insonantiores doctorum tubas ad illius praeconia aduocemus. Exsurgite, nunc o praeclari athleticorum gestorum pictores, mutilam ducis imaginem vestro illustrate artificio, & obscurius a me depictum coronatum athletam, vestrae industriae coloribus conspicuum reddite, cetera.*

Gregor. Nyssen. in sui ordinat. tom. II. p. 40. 41. οὐκ οὖν μηκύνωμεν ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ προοίμιον, ἐνσχολάμενοι τῷ θαύματι τῶν προλαβόντων· ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε· ὁ δὲ κόρος ἀπὸ γλυκασμάτων ἐστίν· τούτοις γὰρ ὑμᾶς ὁ προλαβὼν λόγος ἐτιθήνατο. *Ne igitur longius vobis, fratres, sermonis exordium protrahamus: cum mirificis eorum, qui ante nos dixerunt, orationibus operam dederitis: Iam saturati estis: iam diuites facti estis; a rebus quippe dulcibus satietas gignitur, quibus nimirum vos abunde praecedens sermo enutriuit.*

Theodoret. in 1 Cor. XIV, 31. αὕτη μέχρι τοῦ παρόντος ἡ τάξις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μεμένηκε, καὶ τῶν διδασκάλων οἱ μὲν ἐν ταύτῃ τῇ πανηγύρει, οἱ δὲ ἐν ἑτέρᾳ τῷ λαῷ διαλέγονται. *Hic ordo mansit in ecclesiis in praesens vsque tem-*

MO

MO [z] occurrunt; quorum hic poſtremus contrariam conſuetudinem in quibusdam eccleſiis (per *Aegyptum* videlicet & *Africam*) reprehendit, vbi epiſcopi presbyteris concionari non permittebant, ſibi ſolis id muneris reſeruantes, quod ille contemtum presbyterorum interpretatur, quaſi aut inuideant, aut non dignentur audire; quum tamen regula apoſtolica habeat: *Si quid alii fuerit reuelatum ſedenti, prior taceat: poteſtis enim per ſingula prophetare, vt omnes diſcant & omnes ſolatio confirmentur.* 1 Cor. XIV, 30. 31. Si duo vel plures epiſcopi in eadem præſentes eſſent congregatione, nonnulli eorum, alius poſt alium, concionari ſolebant, locum vltimum præcipuo & honoratiſſimo reſeruantes, vti *Epiphanium* & *Ioannem* epiſcopum *Hieroſolymorum* in eccleſia *Hieroſolymitana* eodem tempore alterum poſt alterum concionatos eſſe, auctor eſt HIERONYMVS [†]. Neque quidquam communius & vulgatius hac praxi erat *Conſtantinopoli*, vbi multi ſæpe epiſcopi ad procurandum aliquod in aula neg-

pus & ex doctoribus alii quidem in hac concione, alii vero in alia ad populum verba faciunt.

Auguſtin. ſerm. in Pſalm. XCIV. Ego vellem, fratres, vt patrem noſtrum potius audiremus: ſed & hoc bonum eſt, vt patri obediamus. Id. in Pſalm. XCV. Dominus & frater meus Seuerus adhuc differt lætitiam noſtram de ſermone, quem nobis debet. In Pſalm. CXXXI. Iuſtum quidem erat, cariſſimi, vt fratrem potius audiremus collegam meum, præſentem omnibus nobis. Et modo non negauit, ſed diſtulit. Et ideo hoc indico caritati veſtræ, vt prior obtemperarem iubenti. Extorſit enim mihi, vt eſſet modo auditor meus, eo ſane pacto, vt & ego ſim ipſius.

(z) Hieron. epiſt. II. ad Nepot. p. 11. ſ. Peſſimæ conſuetudinis eſt, in quibuſdam eccleſiis, tacere presbyteros & præſentibus epiſcopis non loqui, quaſi aut inuideant aut non dignentur audire. cetera.

(†) Hieron. epiſt. LXI. ad Pammach. c. IV. Recordare quæſo illius diei, quando ad horam ſeptimam inuitatus populus ſpe ſola, quaſi poſtea auditurus Epiphanium eſſet, detinebatur, quid tunc concionatus ſis, nempe contra Anthropomorphitas, qui ſimplicitate ruſtica Deum habere membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitrantur, furens & indignans loquebaris: oculos & manus & totius corporis truncum, in ſenem dirigebas, volens illum ſuſpectum facere ſtultiſſimæ hæreſeos. Poſtquam laſſus ore arido, reſupinaque ceruice ac trementibus labiis conticuiſti; & tandem totius populi vota completa ſunt: quid tibi fecit delirus & fatuus ſenex? ſurrexit, vt ſe indicaret pauca dicturum eſſe, ſalutataque & voce & manu eccleſia, Cuncta, inquit, quæ loquutus eſt collegio frater, ætate filius, contra Anthropomorphitarum hæreſin bene & fideliter loquutus eſt, cetera.

otium, vel agitanda cum patriarcha de rebus ecclesiæ consilia, eodem simul tempore præsentes erant.

§. VII.

Singulis sæpe diebus quibusdam in locis & certis temporibus veteres concionati patres.

QVIBVSDAM in locis sermones singulis habebant diebus, maxime ieiunii quadragesimalis tempore, & diebus festis paschalibus. CHRYSOSTOMI homiliæ in *Genesin* per duarum quadragesimarum decursum, omnibus diebus continua serie sibi succedentibus, recitatæ sunt, quemadmodum facile percipiet, quisquis eas perlustrare volet. Celebres illius homiliæ de *statuis* in eumdem modum & eodem tempore habiti sunt. Facile etiam foret, bene multa loca in aliis eius sermonibus notare, speciatim in primo, tertio & quinto volumine [*a*], vnde eos diebus aliis alios proxime insequutis, recitatos esse, videre est. Eamdem praxin inter monachos *Aegyptios* obseruat HIERONYMVS [*b*], quod singulis diebus cantatis psalmis lectisque scripturis & precibus factis, pater (ita presbyterum sibi præsidentem vocabant) sermonem habere solitus sit, ad eleuandum eorum mentes ad futuræ beatitudinis contemplationem, quo sermone cunctos adeo inflammatos esse dicit, vt moderato suspirio & oculis ad cælum eleuatis intra se dixerint: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam!* PAMPHILVS in apologia sua pro ORIGINE idem de eo refert, quod ferme quotidie [*c*] sermones extempore habuerit ad populum. Neque quisquam AVGVSTINI homilias inspicere potest, quin eum vbique fere [*d*] videat remittere ad sermones factos *heri* & *hesterno die*, quo ipso vel dies aliquis in cursu hebdomadali, vel certe

(*a*) Chrysostom. tom. I. hom. IX. XXV. XXXII. XL. XLII. XLVI. XLIX. LXXI. Tom. III. in Psalm. XLIV. & L. hom. I. II. IV. & V. de verbis Esaiæ. Tom. V. homil. II de Lazoro. hom. XXX. XXXIV. XLVIII. LVI. LXII. LXIII. &c.

(*b*) Hier. epist. XXII. ad Eustoch. c. XV. Post horam nonam in commune concurritur, psalmi resonant, scripturæ recitantur ex more, & completis orationibus cunctisque residentibus, medius, quem patrem vocant, incipit disputare, cetera.

(*c*) Pamphil. apol. pro Orig. inter opera Orig. tom. I. p. 756. Tractatus pene quotidie habebat in ecclesia &c.

(*d*) Augustin. serm. II. in Psalm. LVIII. (tom. VIII opp. p. 594.) *Hesternus sermo* protractus debitorem me in hodiernum reliquit. Serm. in Psalm. LXIII.

festus

festus dies martyris cuiusdam denotatur. Nam festi dies martyrum magna semper cum solemnitate celebrabantur, nec vmquam homiliam aliquam panegyricam, ad populum ad imitationem virtutum martyrum excitandum, his diebus habere praetermittebant. Quomodo ex AVGVSTINI sermonibus *de sanctis* & e quamplurimis in operibus CHRYSOSTOMI apparet, qui istiusmodi occasionibus [e] fuerunt recitati. In *Gallia* etiam *Caesarius*, celebris episcopus ecclesiae *Arelatensis*, fere quotidie concionatus est. Vitae enim illius scriptori [f] frequenter ad matutinas & lucernales preces homilias recitasse dicitur, vt nullus esset, qui se de ignorantia excusaret. Et concilium *Trullanum* [g] canonem habet ad hanc praxin promouendam.

§. IIX.

Duo in vna die multis in locis habiti sermones.

Et hoc ad aliam nos deducit obseruationem, quae hac in materia commode fieri potest, Quod multis in locis duos per diem sermones, ad meliorem populi aedificationem, habuerint. HERBERTVS THORNDIKIVS [h] & HAMONDVS LESTRANGIVS [i] addubitant, an haec praxis late se extenderit. Ille exempla dari dicit concionum, tam vespere quam

Hesterno die multa audiuit caritas vestra, nec hodie tamen huic festiuitati negare potuimus nostram seruitutem. Serm. II. in Psalm. LXVIII. Posterior pars psalmi, de quo *hesterno die* loquuti sumus caritati vestrae, *hodie* nobis explicanda remanserat. Serm. II. in Psalm. LXX. Commendauimus *hesterno* die titulum eius &c. Serm. II. in Psalm. XC. Sicut non dubito meminisse caritatem vestram, qui *hesterno die* sermoni adfuistis, psalmum, quem coeperamus exponere, ne ad terminum perueniret, angustia temporis impediuit. Hoc, qui *heri* adfuistis, recordamini: qui non adfuistis, agnoscite. Serm. II. in Psalm. CI. *Hesterno die* audiuimus cuiusdam pauperis gemitum in oratione, cetera. Et passim in sermonibus de tempore & de sanctis.

(e) Chrysostom. tom. I. serm. XXXI. de Philogonio. serm. XL. de Iuuentino. Et sequentes de Pelagia, Ignatio, Romano, Meritio, Iuliano, Luciano, Bernice, Eustathio &c.
Aug. serm. in Psalm. LXXXI. Vide etiam, quae de veterum sermonibus, diebus sabbati & stationariis habitis, libro antecedente diximus.

(f) Cyprian. Tolonensis vit. Caesarii c. IV. ap. Mabillon. de cursu Gallicano p. 404. Frequenter etiam ad matutinos & lucernarium propter aduenientes recitabat homilias, vt nullus esset, qui se de ignorantia excusaret.

(g) Concil. Trullan. c. XIX. cit. supra §. II. litt. (i) pag. 116.

(h) Thorndike *of Religious Assemblies* chap. X. p. 405.

(i) Lestrange *of Divine offices* chap. IV. p. 98.

mane habitarum, in antiqua ecclesia, sed specialioribus tantum temporibus & occasionibus, & idcirco de nulla regula vel consuetudine ecclesiæ conuictus est. Hic consuetudinem *Cæsareæ* tantum in *Cappadocia*, vbi vixit BASILIVS, & in *Cypro* obtinuisse ait. BASILIVM homilias quasdam in *hexameron* [k] in precibus vespertinis habuisse. Sed SOCRATEM [l] hanc consuetudinem ad hæc loca adstrinxisse putat, quia de ea loquatur, tamquam peculiari horum locorum more, quod episcopi & presbyteri illic diebus sabbati & dominico sermones habeant vespere ad lucernam. WITTENHALLVS episcopus diuersam ab illis fouet [m] opinionem: In ciuitatibus & basilicis maioribus morem existimat fuisse pastoribus, vt diebus dominicis mane & post meridiem concionarentur. Et hanc suam opinionem diuersis testimoniis e CHRYSOSTOMO confirmat, cuius de homiliis vna quædam inscribitur [n]: *Exhortatio ad eos, quos pudet post cibum sumtum accedere ad concionem vespertinam.* Et in alia [o] homilia in illos inuehitur, qui ipsius consuetudinem concionandi post prandium veluti nouam quamdam & miram damnabant, maiorem se caussam habere dicens damnandi prauam illam consuetudinem, ex qua nonnulli post

(*k*) Vid. Basil. in hexameron. hom. II. Μικροῖς ἕωθεν ἐνδιατρίψαντες ῥήμασι, τοσοῦτον ἀποκεκρυμμένον τὸ βάθος τῆς διανοίας εὕρομεν, ὥστε τῶν ἐφεξῆς παντελῶς ἀπογνῶναι. *Perquam paucis immorati verbis*, hodie mane *tantum in illis delitescentem ac reconditam inuenimus sententiarum profunditatem, vt de iis, quæ deinceps sequuntur, prorsus desperemus.* Homil. VII. γένοιτο δὲ ὑμῖν καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῆς τροφῆς ἐπιτραπέζια διηγήματα, ὅσα τε ἕωθεν ὑμῖν καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐπῆλθεν ὁ λόγος. *Vtinam & inter secundas epulas, hæc omnia vobis mensarii sermones sint, quæ vobis hodierno die, partim* ex oriente, *partim* occidente sole *oratio transegit ac obtulit.* Homil. IX. Πῶς ὑμῖν ἡ ἑωθινὴ τῶν λόγων τράπεζα κατεφάνη; *Qualisnam verborum mensa visa vobis est matutina?*

(*l*) Socrat. lib. VI. c. XXI. †

(*m*) Wettenhal *Duty of Preaching* chap. III. p. 779.

(*n*) Chrysost. homil. X. in Genes. προτροπὴ πρὸς τοὺς ἐρυθριῶντας μετὰ τὴν ἑστίασιν παραλαβεῖν τῇ συνάξει κατὰ τὴν ἑσπέραν.

(*o*) Homil. I. de Lazaro (tom. V. p. 33[illegible] edit. Francof.) οἶδα, ὅτι πολλοὶ καταγνώσονται τῶν λεγομένων, ὡς καινήν τινα καὶ παράδοξον συνήθειαν εἰσαγόντων τῷ βίῳ· ἀλλ᾽ ἐγὼ μειζόνως τῆς πονηρᾶς καταγνώσομαι συνηθείας, τῆς νῦν κατεχούσης ἡμᾶς· ὅτι γὰρ μετὰ τροφὴν καὶ τράπεζαν, οὐχ ὕπνον οὐδὲ εὐνήν, ἀλλ᾽ εὐχὰς καὶ θείων γραφῶν ἀνάγνωσιν διαδέχεσθαι χρή.

cibum

cibum ac mensam ad somnum & cubile ire solebant. Alio loco hanc praxin longo *CHRISTI* sermone ad discipulos suos post vltimam cœnam [*p*] defendit. Et in alia homilia, ad populum *Antiochenum* [*q*] habita, magnopere eos laudat, quod pransi in ecclesiam venerint compleuerintque concionem. Et hæc omnia a WETTENHALLO citata sunt, quibus addi possunt, quæ in homilia de *diabolo tentatore* [*r*] dicit, quod episcopus sermonibus adfuerit præsens, quos mane & post meridiem reci-

(*p*) Chrysost. homil. IX. ad popul. Antioch. p. 121. (p. 108. edit. Francof.) ὁ τραπέζης, ὡς ἔοικε, μετασχὼν αἰσθητῆς, ἐνόμισεν ἀνάξιον εἶναι, μετὰ τροφὴν αἰσθητὴν ἐπὶ θείων λογίων ἀκρόασιν ἐλθεῖν· ἀλλ' εἰ δικαίως τοῦτο νομίζουσιν· οὐδὲ γὰρ ἄν, εἰ τοῦτο ἦν ἄτοπον, τοὺς μακροὺς καὶ πολλοὺς ἀνήλωσεν ὁ χριστὸς λόγους, μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ μυστικόν. *Qui corporalem attigit mensam, vt videtur, indignum esse putauit, post corporis nutrimentum ad diuinorum auditionem eloquiorum venire. Sed non recte in hoc sentiunt; neque enim, si hoc esset absurdum, multos & longos impendisset sermones Christus post illam mysticam cœnam.*

(*q*) Chrysost. hom. X. ad popul. Antioch. p. 132. (p. 116. fin. ed. Francof.) χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν, ὅτι τὴν παραίνεσιν ἡμῶν, ἣν ὑπὲρ τῶν μὴ νηστευόντων καὶ διὰ τοῦτο ἀπολιμπανομένων ἐποιησάμεθα πρώην, εἰς ἔργον ὑμεῖς ἐξηνέγκατε· καὶ γὰρ πολλοὺς οἶμαι τῶν ἠριστηκότων παρεῖναι τήμερον, καὶ τὸν καλὸν ὑμῖν σύλλογον τοῦτον πληροῦν. *Gaudeo & gratulor omnibus vobis, quod admonitionem nostram, quam pro non ieiunantibus & propterea absentibus nuper feci, re præstitistis. Arbitror enim, multos iam pransos hodie adesse, & pulchram hanc nobis implere concionem.*

(*r*) Chrysost. homil. XXV. de diabolo tentatore tom. I. p. 318 & 319. (p. 284. edit. Francof.) Ὁ μὲν Ἰσαὰκ ἐπιθυμήσας ποτὲ ἄριστον ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ παιδὸς φαγεῖν, τὸν παῖδα εἰς τὴν θήραν ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς οἰκίας· οὗτος δὲ ὁ Ἰσαὰκ ἐπιθυμήσας ἄριστον ἐκ τῶν ἡμετέρων χειρῶν λαβεῖν, οὐχ ἡμᾶς ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς οἰκίας, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς τὴν ἡμετέραν ἔδραμε τράπεζαν· τί τούτου φιλοστοργότερον γένοιτ' ἄν; τί δὲ ταπεινότερον; ὃς οὕτω θερμὴν ἐπιδείξασθαι τὴν ἀγάπην κατηξίωσεν καὶ τοσοῦτον καταβῆναι ἠνέσχετο; διά τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς, καὶ τὸν τόνον τῆς φωνῆς, καὶ τὴν δύναμιν τῶν πολλῶν καταβαλόντες ἀπὸ τῆς ἑωθινῆς διαλέξεως, ἰδόντες τὴν πατρικὴν ὄψιν, εὐθέως ἐπελαθόμεθα τῆς ἀσθενείας, ἀπεθέμεθα τὸν ὄκνον. κ. τ. λ. *Isaac quidem quum exoptasset aliquando prandium filii manibus paratum comedere, filium ex ædibus ad venationem emisit: hic vero noster Isaac quum exoptasset prandium sumere manibus nostris paratum, non ex ædibus nos emisit, sed ipse nostram ad mensam occurrit. Quis maiorem paternum amorem vmquam exhibuit? quis humilitatem maiorem eo, qui tam ardentem dignatus est ostendere caritatem, tantumque voluit se demittere? Quamobrem nos etiam, qui & vocis intentionem & multorum virtutem* matutina sermocinatione *depressimus, paterni vultus adspectu recreati continuo infirmitatis obliti sumus, torporem excussimus, cetera.*

 taue-

tauerit. Iſte enim ſermo habebatur poſt meridiem eodem die, quo ſermonem viceſimum primum ad recens baptizatos habuerat, vt expreſſis verbis adfirmat. Ita homiliæ decima quinta & vndeuiceſima ad populum *Antiochenum de vitando iuramento* eodem die [*s*] habitæ videntur. Et homilia eius *de ferendis æquo animo reprehenſionibus* ſermo fuit veſpertinus. Nam in ea [*t*] ſic populum alloquitur: *Vos autem ne pigeat, etiamſi veſpera deprehendat. Pro Paulo omnis noſter ſermo eſt, pro Paulo inquam, qui per triennium die ac nocte diſcipulos docuit.* In homilia *in Heliam & in viduam* [*u*], ſuperueniente veſpera ſe impeditum eſſe dicit, quo minus ſermonem quemdam ex illis, quos diebus ieiunii habuerit, ad finem potuerit perducere. Et in homilia in *Geneſin* [*x*] claris verbis indicat, ſe tunc ſermonem recitaſſe veſpertinum. Nam conuerſa ad populum oratione ſic fatur: *Scripturas vobis enarramus, vos vero auerſis a nobis oculis, ad lucernas, & ad eum, qui lucernas accendebat, cor conuertiſtis. Quantum porro eſt hoc ſocordiæ, nobis relictis, huic attendere? Ignem ego quoque accendo, qui latet in ſcripturis, & in noſtra lingua ſuccenditur lucerna doctrinæ. Hoc illo maius eſt lumen ac melius: Non enim oleo madens ellychnium, vt iſte, accendimus; ſed irrigatos pietate animos audiendi cupiditate inflammamus.* Tota alluſio & ſimilitudo oſtendit, quod veſpere concionatus

(*s*) Chryſoſt. homil. XV. ad popul. Antiochen. tom. I. p. 198.

(*t*) Chryſoſt. homil. XIII. de ferendis reprehen. tom. V. p. 194. (p. 176. edit. Frf.) *ὑμεῖς δὲ μὴ ἀποκάμητε, κἂν ἑσπέρα καταλάβοι· ὑπὲρ γὰρ τοῦ Παύλου πᾶς ἡμῖν ὁ λόγος, Παύλου τοῦ τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν τοὺς μαθητὰς διδάσκοντος.*

(*u*) Chryſoſt. homil. LIV. in Heliam & viduam. tom. V. p. 722. (homil. LVII. p. 645. edit. Francof.) *Ἐν ταῖς ἡμέραις, αἷς ἐνηστεύομεν ἅπαντες, τοὺς περὶ τῆς ἐλεημοσύνης πολλάκις ἑλόμενοι κινῆσαι λόγους, ἐξεκρουόμην, τῆς ἑσπέρας καταλαμβανούσης, καὶ τοῦ λόγου διακοπτούσης τὸν δρόμον. Diebus illis, quibus ieiunabamus omnes, quum ſæpenumero ſermonem inſtituere de eleemoſyna ſtatuiſſem, ſuperueniente veſpera ſum impeditus, quæ nobis curſum orationis intercepit.*

(*x*). Serm. IV. in Geneſ. tom. II. p. 902. (p. 745. edit. Francof.) *περὶ γραφῶν ὑμῖν διηγούμεθα, ὑμεῖς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστήσαντες ἡμῶν, πρὸς τὰς λαμπάδας καὶ τὸν τὰς λαμπάδας ἅπτοντα μετεστήσατε· καὶ πόσης τοῦτο ῥαθυμίας, ἡμᾶς ἀφέντας τούτῳ προσέχειν; πῦρ ἀνάπτω κἀγὼ τὸ ἀπὸ τῶν γραφῶν καὶ ἐπὶ τῆς γλώττης τῆς ἡμετέρας λαμπάδιον καίεται, τὸ τῆς διδασκαλίας· τοῦτο μεῖζον καὶ βέλτιον τὸ φῶς ἐκείνου τοῦ φωτός· οὐ γὰρ δὴ θρυαλλίδα διάβροχον ἐλαίῳ, καθάπερ οὗτος, ἐξάπτομεν, ἀλλὰ ψυχὰς ἐν εὐσεβείᾳ ἀρδομένας τῇ τῆς ἀκροάσεως ἀνάπτομεν ἐπιθυμίᾳ.*

ſit, quum lampades accenderentur, quæ res anſam ei dedit comparationem inſtituendi, inter materiale lumen lampadum & ſpirituale lumen ſacrarum ſcripturarum. Et in homilia tertia de *pœnitentia* [y], vt plures ne nominemus, ἕως ἑσπέρας ad veſperam vſque ſe non deſiturum eſſe, dicit, vſque dum abſolveret, quod cœperit. Ex quibus omnibus apparet, non ex hac illaue occaſione illud factum fuiſſe in eccleſia CHRYSOSTOMI, ſed conſtantem & ordinariam eius fuiſſe conſuetudinem. Et in eccleſia *Latina* nonnumquam iſtiusmodi exempla, etſi non ita crebra, deprehendimus. AVGVSTINVS non ſolum quotidie, ſed ſæpius etiam bis eodem die concionatus eſt. Vti ex duobus ſermonibus in pſalmum LXXXVIII. liquet, quorum in poſteriore [z] ait: *Ad reliqua pſalmi, de quo in matutino loquuti ſumus, animum intendite, & pium debitum exigite.* GAVDENTIVS etiam, epiſcopus *Brixienſis* [a], bis ſe in vigiliis ante paſcha docuiſſe dicit. Et probabile eſt, eamdem conſuetudinem aliis quoque in locis fuiſſe obſeruatam. Nam in hac ſolemnitate ſpeciatim diſtinctionem faciebant in ſermonibus ſuis, habentes vnum ad catechumenos, alterum ad neophytos, ſiue recens baptizatos. Vt GAVDENTIVS ſecundum ſuum tractatum ſiue ſermonem ad neophytos factum fuiſſe, eodem loco narrat. Idem dicunt AMBROSIVS [b], THEODORETVS [c] & AVGV-

(y) Chryſoſt. homil. III. de pœnit. tom. IV. p. 559. (p. 489. edit. Francof.) ἐκ ἀφίςαμαι ἕως ἑσπέρας, ἕως ἂν αὐτὸ λύσω.

(z) Aug. ſerm. II. in Pſalm. LXXXVIII.

(a) Gaudent. tractat. IV. Carnalem Iudaicæ paſchæ obſeruantiam, ſpiritualibus typis refertam, trino iam tractatu docuimus; ſemel heſterno die & *bis in vigiliis.* Id. tract. V. Oportebat in illa nocte vigiliarum ſecundo tractatu - - congrua neophytis explanari.

(b) Ambroſ. de iis, qui myſteriis initiantur c. 1. *De moralibus* quotidianum ſermonem habuimus, quum vel patriarcharum geſta, vel prouerbiorum legerentur præcepta: vt hic informati atque inſtituti adſueſceretis maiorum ingredi vias, eorumque iter carpere, ac diuinis obedire mandatis, quo renovati per baptiſmum eius vitæ vſum teneretis, quæ ablutos deceret. Nunc *de myſteriis* dicere admonet, atque ipſam ſacramentorum rationem edere: quam ante baptiſmum ſi putaſſemus inſinuandam nondum initiatis, prodidiſſe potius quam edidiſſe æſtimaremur.

(c) Theodoret. quæſt. XV. in Num. Ἀσήμως διὰ τὰς ἀμυήτους περὶ τῶν θείων διαλεγόμεθα μυστηρίων· τούτων δὲ χωριζομένων, σαφῶς τὰς μεμυημένους διδάσκομεν. *Obſcure propter non initiatos diſſerimus de diuinis myſteriis: his vero ſemotis initiatos aperte docemus.*

STINVS [d], quemadmodum alio loco [†] ostendimus, vbi de distinctione, inter catechumenos & fideles facta, sumus loquuti. Ad priores de moralibus tantum, ad posteriores de profundioribus capitibus religionis ac abstrusioribus fidei articulis sermones habebantur. Hinc AVGVSTINVS [e] alio loco dari quædam dicit, ad quæ intentior flagitetur auditor: & ideo eum non præcipitare, sed differre potius debere concionatorem. Et in alia homilia [f] in diem paschatis breuitatem eius excusat, quia iterum concionari debeat infantibus, vti eo tempore homines recens baptizatos vocabant. Catecheses CYRILLI huiusmodi erant. Et probabiliter homiliæ mysticæ ORIGENIS, quarum duos libros conscripsit, RVFFINO [g] memoratos & HIERONYMO, eiusdem naturæ fuerunt. Vtcumque autem est, satis testimoniorum vidimus, quod sæpenumero plures eodem die sermones habuerint.

§. IX.

Non adeo frequentes in villis & vicis.

VERVM hoc de ciuitatibus & maioribus ecclesiis maxime intelligendum est. Nam in parœciis ruralibus sermones non adeo fuerunt frequentes. *Qui vrbes incolunt,* inquit CHRYSOSTOMVS, [h] *adsidua doctrina fruuntur: At qui degunt in agris, non tanta largitate potiuntur. Itaque doctorum penuriam martyrum abundantia solatus est Deus, & ita disposuit, vt plures apud illos martyres sepelirentur. Illi doctorum quidem linguam perpetuo non audiunt, sed martyrum vocem e sepulchro resonantem & ipsos alloquentem, quæ multo maiori virtute* pollet.

(d) Aug. serm. I. ad neophyt. in append. tom. X. p. 845. Dimissis iam catechumenis, vos tantum ad audiendum retinuimus, cetera.

(†) Lib. I. c. IV. §. VIII. volum. I. p. 40.

(e) Augustin. tractat. LXII. in Ioan. Intentior flagitatur auditor: Et ideo eum præcipitare non debet, sed differre potius disputator.

(f) Augustin. homil. LXXXII. de diuersis. Satis sint vobis pauca ista, quoniam & post laboraturi sumus, & de sacramentis altaris hodie infantibus disputandum est.

(g) Ruffin. inuect. II. contr. Hieron. citat. a Valesio not. in Euseb. lib. VI. c. XXIV. Scripsit in Genesin libros XIII. *Mysticarum homiliarum libros duos.*

(h) Chrysostom. homil. LXV. de martyribus tom. V. p. 973. (homil. LXVIII. p. 872. edit. Francof.) οἱ μὲν τὰς πόλεις οἰκοῦντες συνεχοῦς ἀπολαύουσι διδασκαλίας· οἱ δὲ ἐν ἀγροικίᾳ ζῶντες, οὐ τοσαύτης μετέχουσι ἀφθονίας· τὴν πενίαν τοίνυν τῶν διδασκόντων ἐν τῇ δαψιλείᾳ τῶν μαρτύρων παραμυθούμενος ὁ θεὸς, ᾠκονόμησε πλείους παρ᾽ ἐκείνοις ταφῆναι μάρτυρας· οὐκ ἀκούουσι διδασκάλων γλώττης ἐκεῖνοι διηνεκῶς, ἀλλὰ μαρτύρων φωνῆς ἀπὸ τοῦ τάφου διαλεγομένης αὐτοῖς καὶ μείζονα ἰσχὺν ἐχούσης.

pollet. Magni ſæpe conuentus ad monumenta martyrum celebrabantur: Nam in anniuerſariis eorum diebus vniuerſa ciuitas prodibat ad memoriam eorum recolendam in eccleſiis, vbi iacebant ſepulti; quemadmodum CHRYSOSTOMVS heic & alibi [i] narrat. Aliis autem temporibus præcipuus eorum conuentus ad audiendas conciones in eccleſiis ciuitatis agebatur. Non niſi ineunte demum ſæculo ſexto conſuetudo concionandi per parochias rurales in eccleſia *Gallicana* generatim inualuit. Circiter illam enim tempeſtatem decretum in concilio *Vaſenſi* ann. DXXIX. factum eſt in hanc ſententiam [k]: *Hoc etiam pro ædificatione omnium eccleſiarum & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non ſolum in ciuitatibus, ſed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris poteſtatem. Si presbyter, aliqua infirmitate prohibente, per ſe ipſum non potuerit prædicare, ſanctorum patrum homiliæ a diaconibus recitentur.* Vt adeo hoc intuitu præſentis eccleſiæ conditio felicior veteris eccleſiæ conditione ſtatui poſſit; ſiquidem vix vllam eccleſiam apud nos in agris inuenias, quin ſingulis diebus dominicis per integrum annum presbyter aliquis vel diaconus ſermonem in ea habeat ad populum.

(*i*) Chryſoſt. homil. LXXII. de S. Droſide tom. V. p. 989. & 990. (homil. LXX. p. 885. edit. Francof. ἔνδον μὲν ὂν ἐν τῇ πόλει ἐνδιατρίβοντας ὁ σφόδρα εἰκὸς τὰ τοιαῦτα μελετᾷν καὶ φιλοσοφεῖν· ἐξελθόντας ἔξω τειχῶν, καὶ πρὸς τοὺς τάφους τούτους ἐλθόντας καὶ τὸ πλῆθος τῶν κατοιχομένων θεασαμένους ἀνάγκη πᾶσα καὶ ἑκόντας καὶ ἄκοντας τούτους ἀπὸ τῆς ὄψεως δέξασθαι τοὺς λογισμοὺς, καὶ δεξαμένους ὑψηλοτέρους γενέσθαι, καὶ τῆς πρὸς τὰ βιωτικὰ πράγματα συμπαθείας ἀπαλλαγῆναι. *Si in vrbe remanſiſſemus, non admodum veriſimile eſt, nos talia meditaturos ac philoſophaturos fuiſſe, at extra pomerium egreſſos, & ad hæc ſepulcra venientes, atque hanc defunctorum multitudinem ſpectantes neceſſe plane fuit, vellemus, nollemus, hoc conſpectu admonitos has cogitationes animo voluere, ac ſublimiores fieri, dum illas voluimus, omnemque erga res ſæculares affectum exuere.* Ibid. p. 887. διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὸν γενναῖον τοῦτον θαυμάζω πατέρα, ὅτι γαληνῆς ἡμέρας ἐπιλαβόμενος ἐνταῦθα ἡμᾶς ἐξήγαγε, προηγουμένης δὲ καὶ ὁδηγούσης τῆς μακαρίας Δροσίδος, ἧς τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν. *Propterea nimirum & generoſum hunc patrem laudo, quod arrepta ſerenæ diei occaſione nos huc eduxerit, præcedente nos viamque nobis monſtrante beata Droſide, cuius memoriam celebramus.*

(*k*) Concil. Vaſenſ. II. c. II.

§. X.

De diuerſis eorum concionandi methodis.

PROXIMVM, quod obſeruandum nobis occurrit, diuerſa ſunt genera ſermonum & diuerſæ methodi concionandi. Iam obſeruauimus [*], differentiam quamdam inter ſermones ad catechumenos & ſermones ad fideles habitos interceſſiſſe; Verum hoc præcipue ad materiam & argumentum eorum attinebat. Quod hoc loco obſeruamus, ad rationem & methodum concionandi potius ſpectat, quo reſpectu in quatuor genera diſtinguebantur. Erant 1) expoſitiones ſcripturæ, 2) ſermones panegyrici in ſanctos & martyres, 3) ſermones in ſpecialiora tempora, occaſiones & feſtiuitates, 4) ſermones de ſpecialioribus doctrinis & argumentis moralibus, ad illuſtrandam veritatem contra hæreſin, & commendandum virtutis exercitium in oppoſitione prauitatis morum atque impietatis. Horum generum omnium exempla in CHRYSOSTOMO & AVGVSTINO, peritiſſimis illis concionatorum in eccleſia *Græca* & *Latina* duumuiris, reperiuntur. AVGVSTINVS quidem homilias quaſdam in integros ſacræ ſcripturæ libros habet, nec non in pſalmos & euangelium *Ioannis*. Habet & alias, vt vocantur, *de ſanctis*, quæ ſunt laudationes ſanctorum & martyrum. Alias, dictas de *tempore*, quas in feſtiuitatibus & maioribus ſolemnitatibus eccleſiæ recitauit, e. g. in natiuitate, epiphania, quadrageſima, paraſceue, paſchate, pentecoſte & diebus dominicis per integrum annum; Alias, dictas *de diuerſis*, quæ miſcellaneæ ſunt de capitibus doctrinalibus & argumentis moralibus. Ita ſimiliter in CHRYSOSTOMO, habemus homilias eius, ad modum commentationis, in totum librum *Geneſis*, in pſalmos & euangelia *S. Matthæi* & *S. Ioannis*, & omnes *S. Pauli* epiſtolas. Rurſus, panegyricos eius in ſanctos & martyres; Homilias eius in notas feſtiuitates, paſcha, pentecoſten &c. & tandem, morales illius & doctrinales ſermones varii argumenti, de pœnitentia, fide, caritate, humilitate, religionis chriſtianæ veritate, diuinitate *CHRISTI*, aliiſque magni ponderis capitibus, prout temporum ratio & *iudæorum*, gentilium ac hæreticorum oppoſitio de his rebus plane & familiariter ad populum dicendi ipſi impoſuit neceſſitatem. Homiliæ eius, quæ inſtar commen-

(*) Vid. §. VIII. pag. 131. ſeq.

men-

mentarii, in hunc illumue ſcripturæ librum conſcriptæ ſunt, duabus tantum partibus ſolent conſiſtere: expoſitione partis cuiuſdam capitis & concluſione morali in vtile quoddam argumentum, de quo ediſſerendi vltima explanatorum verborum pars occaſionem dederat. Reliquis autem eius homiliis communiter vtile aliquod prælóquium præmittitur, non ſemper ad argumentum, quod ſequebatur, ſpectans, ſed tale, quale auditorii ſui neceſſitas vel in rebus reprehenſionis vel laudationis requirere videbatur. In vtroque autem hoc genere, potiſſimum excellebat in hoc, vt ſcripturam maxime proprio & genuino ſenſu ſuo explanaret (non indulgens figuratis interpretationibus, vti tunc multorum mos erat) & iſtiuſmodi vtiles obſeruationes de illa faceret, quæ ſtatui accommodatæ erant & conuenientes auditorum, quibus eas validiſſimis rationibus & ſumma diuinæ eloquentiæ vi, ſeueritatem grauitatemque chriſtiani oratoris decente, applicabat. Hæc vera animi eius imago eſt, prout eam recentior quidam doctus criticus [l] deſcribit, adeoque non inconſultum fuerit, verba eius, quibus eam nobis repræſentat, heic interponere, vt ſtudioſæ iuuentutis mentes ad legendum illius ſcripta tanto acrius incitentur. „Eſt hic pater, inquit, inter eloquentiſſimos oratores chriſtia-„nos paucis ſecundus. Eoque ipſius eloquentia pluris eſt fa-„cienda, quod ſit liberior atque expeditior. Tanta eſt rerum „ac verborum in ipſo copia ac vbertas, quanta alibi nuſquam „reperiatur. Illius, quamquam, quemadmodum GREGORIVS „NAZIANZENVS & BASILIVS, *Atticam* puritatem non vſque „ſectetur, grandis & ſublimis eſt ſtilus. Multa in ipſius dictio-„ne puritas ac ſuauitas ineſt. Ipſius ſermo multo ſale conſper-„ſus, egregiis figuris ornatus eſt. Orationem innumeris fere „modis variat atque amplificat. Sagax in conuenientiis rerum „inueſtigandis, exemplis ac ſimilitudinibus abundat. Popu-„laris eius eloquentia ad concionandum accommodatiſſima „eſt. Natiuus eſt eius ſtilus, facilis ac grauis. Negligentiam „& adfectationem nimiam pari cura vitat. Nec incultior eſt „nec ornatior. Sine mollitie terſus eſt ac politus. Figuras o-„mnes apte ac percommode adhibet, quibus vti ſolent optimi

(l) Du Pin. biblioth. vol. III. p. 34. (p. 67. edit. Pariſ. MDCXCIII.)

„oratores, verum insulsas argutias ac infacetas subtilitates in„primis abhorret. Poëtarum ac profanorum auctorum cogi„tatis, vt & iocis a grauitate christiana recedentibus, absti„net. Nobilis est eius scriptio, sermo grandis, methodus ac„curata, cogitationes eius sublimes sunt. Vt tenerrimus pa„ter ac vigilantissimus pastor loquitur. Sæpius inter concio„nandum auditores suos compellat, eosque, qua sanctum epi„scopum decet, lenitate ac claritate adloquitur. Christianæ „religionis veritates mirum quanta luce perfundat. Audito„res suos miro quodam cogitationum ordine ac artificio recre„at, rationum pondere persuadet & ad adsensum cogit. Cla„ra ac facilia sunt ipsius documenta, descriptiones ac narra„tiones iucundæ ac elegantes. Tanta eius motibus lenitas ac „suauitas inest, vt auditores vltro ac cum voluptate persuade„ant. Eius orationes, longiores licet, tædium numquam cre„ant, vbique in iis noui occurrunt lepores ac sales, qui lecto„res suauiter adficiunt ac excitant; nusquam tamen fictis lu„minibus ac inutilibus figuris nitet CHRYSOSTOMVS, quippe „cuius scopus vnicus est, auditores suos ad piam ac sanctam „vitam adducere, aut veritates necessarias eos docere. Omnes „obseruationes negligit, quæ plus subtilitatis habent quam v„tilitatis; difficiliores in medium non adfert; sensus mysticos „ingenii sui ostentandi caussa non eruit. Mysteria temerario „ausu non rimatur, certusque ea esse ἀκατάληπτα, ea capere „non conatur. Satis habet, si manifestas ac euidentes verita„tes, quæ sine salutis dispendio ignorari non possunt, clare ac „perspicue proposuerit. Ea præcipue vrget, quæ ad mores „spectant, veritatibus meræ contemplationis raro immoratur, „docti ac eruditi famam non aucupatur, neque suam eruditio„nem ostentat, ita tamen, de quacumque re loquatur, apte, „concinne ac solide loquitur, vt facile iudices, eius doctri„nam ac eruditionem summam esse, vt in omnibus disciplinis, „ita præsertim in vera theologia„. In hunc modum insigni iudicio præditus ille criticus hunc celeberrimum ac eloquentissimum concionatorem depingit. Et sane quisquis homilias eius diligenter euoluerit (inprimis in volumine primo & quinto, vbi sermones maximo studio elaborati habentur, nec non ho-

homilias in *S. Matthæum*, *S. Ioannem* & *S. Pauli* epiſtolas, vbi in applicationibus moralibus excellit) is ſermones illius repræſentatæ animi imagini omnino reſpondere, facile intelliget, dummodo diuerſæ rationi ac methodo tum vſitatæ, methodo ſermonum præſentis æui non adeo conuenienti, veniam aliquam indulgeat. Animus mihi olim erat, volumen ſelectiſſimorum ſermonum illius, quos, quum ab aliis ſtudiis per integrum annum infeliciter depulſus eſſem, animi relaxandi cauſſa verteram, in vulgus emittere: at vero quum non ſint omnino hodiernæ inuentionis, multoſque homines rebus diuerſiſſime adfici ſciam, ad legendum hæc ſcripta in authentico eos excitare malui, vbi ſeligere ipſi poterunt, quæ ad vſum ſuum & imitationem facere obſeruauerint. Quod ad illos attinet, qui nihil legere ſuſtinent, niſi quod vel hodiernum eſt, vel ad hodiernam methodum elaboratum, eos ego nec ad CHRYSOSTOMVM nec vllum antiquum patrem alium legendum adlexero. Qui autem ſtili elegantias, pietatis veſtigia, ac diuinæ & virilis eloquentiæ diuitias, vbique fere in hoc auctore ſeſe offerentes, percurrere & ſcite ſeligere non grauabuntur, eis adfirmare auſim, numquam futurum, vt tempus perdidiſſe & exſpectatione ſua prorſus fruſtratos eſſe ſe intelligant. Homiliæ BASILII ad CHRYSOSTOMI homilias rerum ſoliditate, ſtili elegantia, cogitationum ingenuitate, verborum acrimonia & grauitate proxime accedunt. Quædam quaſi pietatis vena per vtraſque æqualiter fluit, & nonnullis *Baſilianæ* ad puritatem ac perfectionem *Atticam* propius accedere creduntur. Poſt hoſce duo GREGORII, NYSSENVS & NAZIANZENVS, pro maximis diuinæ eloquentiæ magiſtris habentur, quamquam poſterior potius luxurietur & lectoribus propter crebriores longioreſque ſimilitudines ac digreſſiones tædium adferat. Homiliæ EPHREM SYRI in magno etiam pretio fuerunt in vetere eccleſia, adeo vt poſt lectionem ſcripturarum in multis eccleſiis recitarentur, quemadmodum ex HIERONYMO [m] antea percepimus. Summopere laudantur a SOZOMENO [n] & PHO-

(*m*) Hieron. de ſcriptor. cap. CXV. cit. ſupr. c. III. §. XIV. ſub litt. (o pag. 89.

(*n*) Sozom. lib. III. c XVI. *ἔτι γοῦν τῶν μὲν, εἴ τις πρὸς τὴν Σύρων ἢ ἑτέραν γλῶτταν μεταβάλλοι τὰ γράμματα, καὶ τὴν καρυκείαν, ὡς εἰπεῖν, ἀφέλοιτο τῶν ἑλληνικῶν γλωττισμάτων, αὐτίκα φωρᾶται, καὶ προτέρας ἀποῤῥεῖ χάριτος· ἐπὶ δὲ*

TIO [*o*] propter ſtili elegantiam & cogitationum ſublimitatem, a qua non omnino recedant de *Syriaca* lingua in *Græcam* translatæ. GREGORIVS NYSSENVS [*p*] copioſior in illius laudatione eſt, & ſpeciatim obſeruat, quod ſermones eius morales tanta adfectuum copia referti ſint, & tanta vi polleant, vt duriſſimum quemque valeant commouere. *Quis enim*, inquit, *eius de humilitate orationem legens, non omnem mox de ſe exiſtimationem & ſtultam arrogantiam deponat, ac ſe omnium abiectiſſimum confiteatur? Quis ea, quæ de caritate conſcripſit, lectitans, non ſic accendatur, vt ad quoduis etiam ſubeundum*

τῶν Ἐφραὶμ λόγων οὐχ οὕτως· περιόντος τε γὰρ αὐτοῦ, καὶ εἰσέτι νῦν, ἃ συνεγράψατο πρὸς ἑλληνίδα φωνὴν ἑρμηνεύουσι· καὶ οὐ πολὺ ἀποδεῖ τῆς ἐν ᾗ πέφυκεν ἀρετῆς· ἀλλὰ καὶ ἑλλην ἀναγινωσκόμενος, ἐπίσης τῷ σύρος εἶναι θαυμάζεται. *Iſtorum [Græcorum] quidem ſcripta, ſi quis in Syriacam aut alium linguam conuerterit, & condimenta, vt ita dicam, Græci leporis abſtulerit, ſtatim deprehenduntur, & priſtinam gratiam amittunt. In libris autem Ephraim idem non accidit. Nam & ipſo adhuc ſuperſtite libri eius in Græcum ſermonem translati ſunt, & vſque ad hoc tempus transferuntur: nec tamen a domeſtica ac natiua præſtantia multum recedunt.*

(*o*) Phot. cod. CXCVI. ἐν τούτοις τοῖς παραινετικοῖς λόγοις τοῦ ἁγίου θαυμάσειεν ἄν τις, ὅσον μὲν ἐμβαθύνεται τὸ πειθον, ὅσον δ' αὐτῶν ἀποστάζει τὸ ἡδύνον, καὶ ὅλως εἰς ὅσον βρύει τὸ ἦθος· ἡ γὰρ λέξις καὶ τὰ σχήματα, οὐ θαυμαστὸν εἰ πρὸς τὸ κοινότερον τῆς ὁμιλίας καὶ ἠμελημένον νένευκεν· οὐ γὰρ εἰς τὸν γεννήτορα τῶν νοημάτων, ἀλλ' εἰς τὸν ταῦτα μεταφρασάμενον, ἡ αἰτία διαβαίνει· ἐπεὶ οἵγε τῆς Σύρας φωνῆς τὴν ἀκρίβειαν ἠσκημένοι, ἐπὶ τοσοῦτον ταῖς λέξεσι καὶ τοῖς σχήμασιν αὐτὸν ἴσασιν εὐδοκιμῆσαι, ὡς ἀμφήριστον εἶναι, πότερον διὰ ταῦτα, ἢ διὰ τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν, ἡ τοσαύτη χάρις καὶ δύναμις τῶν ἐκείνου πρόεισι λόγων· οὐ θαυμαστὸν οὖν ἡ τῆς φράσεως, ταπεινότης· ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμαστὸν, ὡς καὶ διὰ χυδαιότητος τοιαύτης ῥημάτων τηλικαύτη σωτηρία καὶ ὠφέλεια τοῖς προσέχουσι προχεῖται. *In his admonitoriis ſancti viri ſermonibus, iure quis admiretur, quam alte penetret perſuadendi vis, quantumque ab his fluat iucunditatis, quam denique adfectuum copia referti ſint. Oratio tamen eius, ac figuræ, nihil mirum, ſi ad conſuetum homiliarum vſum & inelaboratum dicendi genus vergant. Non enim in auctorem ſenſuum, ſed in horum interpretum ea conferenda culpa. Qui namque Syriacæ ſunt linguæ bene periti, verbis adeo ac tropis excellere norunt, vt ambiguum ſit, ab hiſce an a ſenſu recondito tanta eius dicendi vis atque elegantia proficiſcatur. Quamobrem non tam dictionis humilitas admiranda, quam illud ſuſpiciendum, quomodo per tantam verborum vilitatem tanta ſalus atque vtilitas in legentes velut effundatur.*

(*p*) Nyſſen. vit. Ephrem Syri tom. III. p. 603. d. τίς ἐντυχὼν αὐτοῦ τῷ περὶ ταπεινοφροσύνης λόγῳ, οὐ πᾶσαν μὲν εὐθὺς οἴησιν ἐκμιμήσει· ἀλλ' οὐδὲ παντὸς ταπεινότερον ἑαυτὸν ἐκκηρύξει; τίς τοῖς περὶ ἀγάπης ἐπιβαλὼν, οὐχ ὑπὲρ ἀγάπης προ-

dum

dum periculum paratus ſit? Quis illa euoluens, quibus virginitatem laudat, non ſe Deo caſtum corpore animoque offerre contendat? Quis audiens vel legens eius ſermones, quibus iudicium extremum, ſiue ſecundum illum CHRISTI aduentum, deſcribit, non ita corde & animo adficiatur, quaſi ad illud iudicium iamiam ſiſtendus eſſet, metuque repente ſic exhorreſcat, ac ſi aduerſus ipſum ſententia iudicis feratur. Nam ita futurum iſtud Dei iudicium accurate ac plene expreſſit, & ob oculos omnium ſtatuit præclarus ac ſanctus hic vir, vt ad eius cognitionem aliud nihil videatur deeſſe, niſi vt res ipſa agatur ac coram fiat. Hæc eiuſmodi ſermonum iſtius patris deſcriptio eſt, quæ neminem non ad introſpiciendos illos facile poterat inducere. Diſputatur hodie inter criticos, num iſtæ homiliæ, quæ ſub nomine eius circumferuntur, genuinus illius fœtus ſint? Nonnulli eas penitus reiiciunt, & qui maxime pro illis contendunt, non nihil fortaſſis de natiua ſua elegantia ac maieſtate perdidiſſe fatentur, quando primum de *Syro* in *Græcum* & de *Græco* in *Latinum* ſermonem fuerunt translatæ. Vnde non adeo confidenter adfirmauerim, illas charactéri exacte reſpondere, quem GREGORIVS NYSSENVS eis, quæ ipſius ætate tantæ admirationi erant, ttibuit. Quod ad ORIGENIS eorumque, qui eum ſectati ſunt, homilias attinet, licet quodam elegantiarum genere inſtructæ ſint & pietatem ſpirent, ita tamen plenæ ſunt allegoricarum & tropologicarum interpretationum, vt nec bonæ explicationes ſint, nec bonæ homiliæ, & a maieſtate ac ſimplicitate homiliarum CHRYSOSTOMI multum omnino recedant. Inter *Latinos*, CYPRIANI ſermones morales, ſiue homiliæ, ſiue tractatus, quos paucos habemus, excellentes ſunt in ſuo genere. Atque tales multæ ſunt de homiliis AVGVSTINI, AMBROSII, LEONIS MAGNI, & PETRI RAVENNATIS, qui ob eloquentiam ſuam *Chryſologus*, & *Latinus Chryſoſtomus* appellatus fuit; quamquam eius eloquentia diuerſi generis ſit, ſimilior SENECAE,

---

κινδυνεῦσαι σπουδάσει; τίς τοῖς περὶ παρθενίας προσομιλήσας, οὐχ ἁγνὸν ἑαυτὸν ψυχῇ τε καὶ σώματι θεῷ ἀγωνίσεται παραστῆσαι; τίς τοῖς περὶ κρίσεως, ἤτοι δευτέρας χριστοῦ ἐλεύσεως ἐγκύψας, οὐ παρίστασθαι τῷ ἐκεῖθεν κριτηρίῳ νομίσει; καὶ σύντρομος γενόμενος τὴν τελευταίαν ἤδη ἀπόφασιν κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθήσεσθαι δοκήσει; οὕτως γὰρ παρέστησε τὸ μέλλον τοῦ θεοῦ δικαστήριον ὁ ἀοίδιμος καὶ προφητικώτατος οὗτος ἀνήρ, ὡς μηδὲν μὲν ἕτερον ὑπολείπεσθαι γνώσεως, μόνον δὲ τῷ ἔργῳ τούτῳ, καὶ τῇ πείρᾳ καταμαθεῖν.

quam TVLLII vel DEMOSTHENIS eloquentiæ, quam CHRYSOSOMVS expreſſit.

§. XI.

Sermones extemporales valde vſitati inter veteres.

DE his autem omnibus aliam diſtinctionem obſeruare debemus, quod licet multi horum ſermonum præmeditati eſſent, & ſtudioſe elaborati, litteriſque ante conſignati, nonnulli tamen extempore etiam, ſine vlla præuia compoſitione, recitati, & ex ore a ταχυγράφοις, ſiue notariis, veloci manu ſcribendi artem callentibus, excepti fuerint. ORIGENES primus fuit, qui hanc concionandi viam ingreſſus eſt in eccleſia. EVSEBIVS [q] autem dicit, id eum tum demum feciſſe, quum iam ſexagenario maior eſſet, & ex diuturna exercitatione maximum dicendi vſum ſibi comparaſſet, & conciones, quas habuerit ad populum, a notariis excipi permiſiſſe, quum id antea fieri numquam conceſſiſſet. PAMPHILVS in apologia [r] pro ORIGENE paullo clarius loquitur: Nam hoc indicium laboris ac ſtudii, in meditando ac prædicando Dei verbo ab eo poſiti, eſſe dicit, quod non tantum plurimos tractatus in illud elabo-

(q) Euſeb. lib. VI. c. XXXVI. ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα φασὶν ἔτη τὸν Ὠριγένην γενόμενον ἅτε μεγίστην ἤδη συλλεξάμενον ἐκ τῆς μακρᾶς παρασκευῆς ἕξιν, τὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ λεγομένας αὐτῷ διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι· οὐ πρότερόν ποτε τοῦτο γενέσθαι συγκεχωρηκότα.

(r) Pamphil. apol. pro Orig. inter opera Origen. tom. I. p. 756. Quod præ ceteris verbo Dei & doctrinæ operam dederit, dubium non eſt ex his, quæ ad nos laboris & ſtudii eius certiſſima deſignantur indicia: Præcipue vero per eos tractatus, quos pene quotidie in eccleſia habebat extempore, quos & deſcribentes notarii ad monumenta poſteritatis tradebant.

GVILIELMVS CAVEVS *homilias eius in Geneſin, Exodum, Leuiticum & Numeros omnes extemporales fuiſſe exiſtimat. Vid. hiſtor. litter.* vol. I. p. 78. (p. 57. b. edit. Geneu.) *vbi hac de re ita loquitur.* Alias homilias meditate conſcriptas edidit; Alias ex tempore recitatas ab actuariis excipi permiſit. Priores variis temporibus elucubrauit: Extemporales vero omnes (quæ litteris mandatæ ſunt) poſt LX. ætatis annum pronuntiatæ ſunt. Ex vtroque genere multæ extant. *Homiliarum myſticarum in Geneſin* libri II. *Commentariorum in Geneſin* libri XIII. - - Exſtant Latinæ (a Ruffino verſæ) *homiliæ* XVII. diuerſæ autem a myſticis *extemporales* fuiſſe videntur. - - *Homiliæ in Exodum XII.* a Ruffino verſæ. *Extemporales* videntur. - - *Homiliæ in Leuiticum XVI.* exſtant ex Ruffini verſione. *Extemporales* videntur. - - *Homiliæ in Numeros XXVIII.* extant ex Ruffini verſione & *extemporales* fuiſſe videntur.

raue-

rauerit, ſed etiam pene quotidie ſermones in eccleſia ex tempore habuerit, quos notarii ex ore ipſius excipientes ad monimenta poſteritatis tradiderint. *Catecheſes* CYRILLI eiuſdem generis eſſe exiſtimantur. Nam in ſingularum fere principio in inſcriptione legitur σχεδιασθεῖσα, hoc eſt, ex SVIDAE aliorumque criticorum interpretatione, *ex tempore facta*. *Pierium* hoc modo ſcripturas expoſuiſſe, auctor eſt HIERONYMVS [*s*]. CHRYSOSTOMVS quoque hac methodo concionandi nonnumquam vſus eſt, quum eſſet ingenio ad inueniendum promto & linguam haberet volubilem. SOZOMENVS [*t*] narrat, populum poſt reditum eius ab exilio tanto deſiderio audiendi eum flagraſſe, vt coactus fuerit epiſcopale ſolium conſcendere, & extemporalem habere orationem, quæ hodieque in ſecundo operum eius volumine [*u*] *Latine* exſtat. SVIDAS [*x*] etiam de eo perhibet, quod plurimas orationes in laudem martyrum promte & ex tempore habuerit, quippe qui flumine eloquentiæ ipſas *Nili* cataractas ſuperarit. Et ex multis eius homiliis apparet, quod ſæpius in medio ſermone ex re quadam fortuito interiecta occaſionem arripuerit eloquentiam ſuam ab argumento, quod præ manibus haberet, auertendi, orationemque ex tempore ad populum, ſiue laudationis ſiue reprehenſionis gratia, conuertendi, prout videlicet rerum ratio poſceret, quemadmodum in illo ſermone ſupra §. VIII. memorato, vbi populo oculos ab ipſo auertente, & ad lucernas, & ad eum, qui lucernas accendebat, eos conuertente, occaſionem arripiebat ſocordiam [*y*] ipſorum reprehendendi, quod ipſum relinquerent, qui maius eis lumen de ſacris ſcripturis accenderet.

(*s*) Hieron. procœm. in Hoſea. Pierii quoque legi tractatum longiſſimum, quem in exordio huius prophetæ die vigiliarum dominicæ paſſionis extemporali & diſerto ſermone profudit.

(*t*) Sozom. lib. VIII. c. XIIX. ἀναγκασθεὶς δὲ καὶ σχέδιόν τινα διεξῆλθε λόγον, *Coactus itaque* extemporalem *quoque* habuit orationem.

(*u*) Chryſoſtom. ſermo poſt reditum tom. II. p. 49. in appendice. (tom. V. pag. 912. ſeqq. edit. Francof. MDCXCVIII.)

(*x*) Suidas, voce Ἰωάννης tom. I. p. 1258. (tom. II. p. 130. edit. Kuſteri Cantabrig. MDCCV.) τὰς τῶν μαρτύρων δὲ πανηγύρεις ἐπήνεσεν ἐν τῷ σχεδιάζειν ἀνεμποδίστως, καὶ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κατάρρειν ὑπὲρ τοὺς Νειλῴους καταρράκτας.

(*y*) Chryſoſtom. homil. IV. in Geneſ. tom. II. p. 902. cit. §. VIII. litt. (x) pag. 134.

Et ſunt plures aliæ iſtiuſmodi compellationes & obſeruationes in ipſius homiliis, quas ex tempore factas eſſe oportet, quia earum occaſio prævideri non potuit, quum res meræ fortuitæ eſſent & aduentitiæ. Neque vero CHRYSOSTOMVS ſolus fuit, cuius eum eloquentia ad ſermones extemporales idoneum fecit. Nam RVFFINVS, in laudem GREGORII NAZIANZENI & BASILII loquens, exſtare dicit vtriuſque ingenii monimenta magnifica tractatuum, quos ex tempore [z] in eccleſiis declamarint. Ex quibus ſe denas ferme ſingulorum oratiunculas transfudiſſe in *Latinum* adſerit. Eadem narrat de *Attico* SOCRATES, quando ait, antea quidem, quum adhuc in presbyterii gradu eſſet conſtitutus, ipſum orationes a ſe compoſitas, quas memoriter didiciſſet, in eccleſia recitaſſe; Poſtea vero ex laboris aſſiduitate fiduciam nactum, ex tempore loqui [a] & panegyricam concionandi rationem ſectari cœpiſſe; Illiuſque ſermones ita probatos fuiſſe auditoribus, vt ſcriptis eos mandarint [*]. SOZOMENVS quidem aliter rem narrat. In concionibus enim eccleſiaſticis eum mediocrem [b] fuiſſe dicit, adeo vt ſermones illius nec digni, qui exſcriberentur, nec prorſus eruditionis expertes auditoribus viſi ſint. Vtcumque autem res ſe habuit, in eo certe ambo conſentiunt, quod, in quocumque fuerint pretio, ſermones extemporales [†] fuerint. SIDONIVS APOLLINARIS [c] idem de *Fauſto*, epiſcopo *Regienſi* in *Gallia*, videtur narrare. Nam quaſdam eius prædicatio-

(z) Ruffin. hiſtor. lib. II. c. IX.

(a) Socrat. lib. VII. c. II. *πρότερον μὲν ἡνίκα ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ ἐτάττετο, ἐκμαθὼν οὓς καὶ ἐπόνει λόγους, ἐπ' ἐκκλησίας ἐδίδασκε· μετὰ δὲ ταῦτα σὺν τῇ φιλοπονίᾳ καὶ παῤῥησίαν κτησάμενος, ἐξ αὐτοσχεδίου καὶ πανηγυρικώτερον τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο.*

(*) Not Cl. Binghamus heic Socratem non inſpexiſſe videtur, nam prorſus contrarium dicit, & idem ac Sozomenus: ſtatim enim addit: *οὐ μήν τοι τοιοῦτοι ἦσαν οἱ λόγοι, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἀκροατῶν σπουδάζεσθαι ἢ γραφῇ παραδίδοσθαι. Nec tamen eius conciones huius modi fuerunt, vt ab auditoribus vel plauſu exciperentur, vel ſcriptis mandarentur.*

(b) Sozom. lib. VIII. c. XXVI. *μέτριος δὲ πρὸς τοὺς ἐπ' ἐκκλησίας λόγους, ὡς μήτε γραφῆς ἀξίους νομίζεσθαι τοῖς ἀκροαταῖς, μήτε παιδείας παντελῶς ἀμοίρους.*

(†) Not. Nihil hac de re dicit Sozomenus.

(c) Sidon. lib. IX. ep. III. ad Fauſtum Regienſem. Licet prædicationes tuas, nunc *repentinas*, nunc, quum ratio popoſcerit, elucubratas, rauco plauſu audierim, &c.

nes

nes siue conciones *repentinas*, quasdam autem *elucubratas* appellat. Neque quidquam certius est, quam quod AVGVSTINVS sæpe ex tempore concionatus sit. Aliquoties enim in loco scripturæ verba fecit, quæ fortuito in ecclesia lecta fuerant, & de quibus nihil nouerat ante, quam eo veniret. Cuius rei indubitatum exemplum habemus in homilia quadam [*d*], vbi se in præsenti aliquid loqui iuberi dicit in aliquem psalmum, quem ipse lectori cantandum non imperarit, sed quem lector pro arbitrio suo in ecclesia censuerit legendum. Et alio loco narrat [*e*], certum psalmum se mandauisse cantari a lectore, in quem concionari propositum sibi fuisset, lectorem autem quodam modo perturbatum alium eius loco legisse; debuisse ergo se sermonem ex tempore habere in eum psalmum, qui ita casu in ecclesia lectus sit. POSSIDIVS [*f*] etiam in vita eius sermonis cuiusdam facit mentionem, in quo AVGVSTINVS re, quam sibi proposuisset, relicta aduersum *Manichæorum* errorem disputare cœperit; id autem eum dicit credidisse prouidentia Dei factum, qui forte aliquem errantem in populo & errorem doceri & curari voluisset. Et probabile omnino est, multos de sermonibus illius in psalmos fuisse extemporales, quia sæpe

(*d*) Augustin. serm. XXVII. ex L. tom. X. p. 175. (p. 477. edit. Basil. MDLXIX.) cit. supr. c. I. §. VI. sub litt. (d) pag. 10.

(*e*) Aug. in Psalm. CXXXVIII. p. 650. (pag. 1586. edit. Basil. MDLXIX.) Psalmum nobis breuem parraueramus, quem mandaueramus cantari a lectore, sed ad horam, quantum videtur, perturbatus, alterum pro altero legit. Maluimus ergo nos in errore lectoris sequi voluntatem Dei, quam nostram in nostro proposito.

(*f*) Possid. vit. Aug. c. XV. Scio ego non solum ipse Possidonius præsul, qui vitam hanc conscripsi, verum etiam alii fratres & conserui, qui nobiscum tunc intra Hipponensem ecclesiam cum eodem sancto viro viuebant, nobis pariter ad mensam constitutis eum dixisse: Aduertistis hodie in ecclesia meum sermonem, eiusque initium & finem contra meam consuetudinem processisse, quoniam non eam rem terminatam explicuerim, quam proposueram, sed pendentem reliquerim. Cui respondimus: Ita nos in tempore miratos fuisse scimus & recognoscimus. At ille: Credo, ait, quod forte aliquem errantem in populo dominus per nostram obliuionem & errorem doceri & curari voluerit: In cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Nam quum propositæ quæstionis latebras pertractarem, in alium sermonis excursum perrexi, atque ita, non conclusa vel explicata quæstione, disputationem terminaui magis aduersum Manichæorum errorem, vnde nihil dicere decreueram disputans, quam de iis quæ asserere proposueram.

 phrasi

phrasi ista vtitur, *Quantum Deus donauerit:* Quæ indicare videtur, quod sine præuia meditatione & compositione sit loquutus. Sermonem ipsius in psalmum LXXXVI. huiusmodi fuisse, in propatulo est. Nam illum explicaturus sic ait [g]: *Hic psalmus, quantum dominus donare dignatur, cum vestra caritate tractandus modo est, propositus a beatissimo præsente patre nostro. REPENTINA propositio me grauaret, nisi me continuo proponentis oratio subleuaret.* Et sane continuo concionandi negotium adeo necessarium esse, statuebant, vt, quum per temporis angustias ante orationem componere non possent, diuinam gratiam & peculiare spiritus auxilium in istiusmodi repentina pii laboris susceptione sibi adfuturum non dubitarent. Immo vero GREGORIVS MAGNVS, qui hac etiam ratione explanandi quosdam de difficillimis scripturæ libris, speciatim *Ezechielis* vaticinia, vsus est, non dubitat dicere [h], inuenisse se multa in sacro eloquio, quæ solus intelligere non potuerit, coram fratribus autem suis positus intellexerit.

§. XII.

Quid intellexerint per concionari per spiritum?

HVIVS rei intuitu, auxilii spiritus sancti tam in componendis quam recitandis suis sermonibus sæpius meminisse solent. Ita CHRYSOSTOMVS [i] in homilia quadam dicit, quum multos adesse & refertam conuiuiis mensam videat, exspectare se etiam spiritus gratiam menti suæ insonituram. In alia [k] ait: *Non ex me ipso talia me dixisse arbitror: Sed Deum talia prouidentem in mentem nostram verba misisse.* Et rursus [l] de *Flauiano* episcopo suo, post ipsum statim concionaturo, loquens, *Nobis,*

(g) Aug. in Psalm. LXXXVI.

(h) Gregor. Magn. homil. XIX. in Ezech. p. 1134. Non hoc temeritate adgredior, sed humilitate. Scio enim, quia plerumque multa in sacro eloquio, quæ solus intelligere non potui, coram fratribus meis positus intellexi &c.

(i) Chrysostom. homil. XXIII. de verbis apostol. Habentes eamdem fidem &c. tom. V. p. 331. (p. 297. edit. Francof. ἐπεὶ οὖν πλήρης ἡμῖν ἡ τράπεζα, προσδοκῶ καὶ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ἐνηχῆσαι ἡμῶν διανοίᾳ.

(k) Chrysost. homil. II. ad popul. Antioch. tom. I. p. 30. (p. 21. edit. Francof.) οὐκ οἶμαι ταῦτα ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ εἰρηκέναι, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ τὰ μέλλοντα προειδότος εἰς τὴν διάνοιαν τὴν ἡμετέραν ἐμβεβληκέναι τὰ ῥήματα.

(l) Chrysost. homil. II. de verbis Iesaiæ tom. III. p. 331. (p. 740. edit. Francof.)

inquit,

inquit, *accidit hodie illud euangelii, post deterius vinum id quod melius est infertur. Et quemadmodum illud vinum non vitis genuerat, sed virtus Iesu Christi fecerat: ita & huius sermonem non humana profundit cogitatio, sed spiritus sancti gratia.* AVGVSTINVS quoque de istiusmodi illapsibus ac auxiliis spiritus in concionando sæpe loquitur. Quod interdum donum Dei [*m*], interdum vero reuelationem [*n*] spiritus, aliquando etiam adiumentum domini [*] vocat. Speciatim vno quodam loco de sua loquens tergiuersatione concionandi coram certis episcopis, quum esset adhuc iuuenis, introducit eos in hunc modum respondentes [*o*]: *Si sermo deest, pete & accipies. Non enim vos estis, qui loquimini: sed quod donatur vobis, hoc ministratis nobis.* Si quis hasce & similes loquutiones veterum minus benigne interpretari velit, facere poterit, vt istam concionandi ex spiritu rationem firmare videantur, quam nonnulli admodum arroganter iactant, quasi nihil loquantur, nisi quod spiritus sine vllo interprete illis dictitet, quemadmodum apostolis per extraordinariam inspirationem id vsu venit. Quod foret, cuilibet tam extemporali quam elucubrato sermoni eamdem cum euangelio normam fallere & falli nesciam tribuere. De quo enthusiasmi genere veteres ne per somnium quidem cogitarunt. Nam non obstante spiritus adiuuantis gratia, qua de loquuntur, ingens semper discrimen inter rationem concionandi apostolis propriam,

---

τὸ τοῦ εὐαγγελίου ἐκεῖνο γέγονε σήμερον, μετὰ τὸν ἐλάττονα γὰρ οἶνον ὁ βελτίων εἰσκομίζεται· καὶ καθάπερ ἐκεῖνον οὐκ ἄμπελος ἔτεκε τότε, ἀλλ' ἡ δύναμις ἐποίησε τοῦ Χριστοῦ· οὕτω καὶ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἀνθρωπίνη προχέει διάνοια, ἀλλ' ἡ τοῦ πνεύματος χάρις.

(*m*) Augustin. serm. XVII. de verbis apost. tom. X. p. 132. (p. 343. edit. Basil. MDLXIX.) Hesterno die de iustificatione nostra, quæ nobis est a domino Deo nostro, sermo productus est, ministrantibus nobis *donante illo*, audientibus vobis. Et passim.

(*n*) Augustin. serm. XV. de verb. apost. Ad apostolicam lectionem aures & animam attendat sanctitas vestra, adiuuante nos adfectu vestro apud dominum Deum nostrum, vt ea, quæ illic nobis *reuelare* dignetur, ad vos apte atque salubriter proferre possimus.

(*) August. ibid. serm. XIV. Hodie *adiuuante domino*, placuit nobis hinc eloqui.

(*o*) August. serm. XLVI. de tempore, tom. X. p. 240. (tom. IX. p. 1042. edit. Basil. MDLXIX.) It. de doctrina christiana lib. IV. c. XV. plura in eamdem habet sententiam. Vid. sub litt. (r) sequ.

et eam, qua ipſi vtantur, ſtatuunt, illam falli neſciam & authenticam, (quomodo antea ex AVGVSTINO [p] aliiſque audiuimus) ſemetipſos autem interpretes ſcripturarum errori obnoxios, appellantes. Quidquid ergo de auxilio ſpiritus dicunt, de ordinario auxilio intelligendum eſt, quod homines a ſpiritu, piis conatibus opitulante, ſtudiis ac laboribus ſuis expetere poſſunt atque exſpectare, quod, dum religioſe in ipſius miniſterio ſint occupati, Deus ipſis haud defuturus, ſed opem laturus ſit labori, quem præ manibus habeant, accommodatam, maxime ſi eam ſinceris ac ardentibus precibus demiſſe implorauerint.

§. XIII.

Cuiusmodi preces ante concionem, inter ipſam concionem & poſt eam ad Deum factæ ſint.

ET hanc ob cauſſam mos erat concionatori, ſermonem ſuum cum breui auxilii diuini petitione auſpicari populumque, vt pro ſe orarent, excitare. AVGVSTINVS, facta in ante memorata homilia auxilii ſpiritus mentione, ſtatim ſubiungit [q]: *His coarctatus anguſtiis quo me conferam, niſi ad ſancta veſtigia caritatis? Eamque deprecor, vt donet mihi aliquid dignum de ſe dicere, quo & meum ſuppleam miniſterium & veſtrum ſatiem deſiderium.* Et in libro ſuo de *doctrina chriſtiana*, vbi multas præclaras concionandi regulas tradit, inter alia dicit, oratorem chriſtianum tum pro ſe tum pro aliis precari debere, antequam docere ordiatur [r]; *Noſter eloquens*, inquit, *orando pro ſe, ac pro illis, quos eſt adloquuturus, ſit orator, antequam dictor* (al. *doctor*). *Ipſa hora iam vt dicat accedens, priuſquam exſerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet quod biberit, vel quod impleuerit fundat. Quum enim de vnaquaque re, quæ ſecundum fidem, delectationemque tractanda ſunt, multa ſint, quæ dicantur & multi modi, quibus dicantur ab eis, qui hoc ſciunt; quis nouit, quid ad præſens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, niſi qui corda omnium videt. Et quis facit, vt quod oportet, & quemadmodum oportet, dicatur a nobis, niſi in cuius manu ſunt, & nos & ſermones noſtri.* Hinc licet, virum eccleſiaſticum diſcere quæ docenda ſunt, facultatemque docendi

(p) Aug. epiſt. XIX. ad Hieron. cit. ſupra §. I. huius capit. ſub litt. (b) pag. 106.

(q) Auguſt. homil. XLVI. de tempore.

(r) Auguſt. de doctrin. chriſtian. lib. IV. c. XV. (tom. III. opp. p. 78. edit. Baſil.)

di ſibi comparare debere, dicat, a Deo tamen omne auxilium exſpectandum eſſe monet, quando ſubiungit [s]: *Ad horam vero ipſius dictionis illud potius bonæ menti cogitet conuenire, quod dominus ait: Nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Si ergo loquitur in eis ſpiritus ſanctus, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis, qui tradunt diſcentibus Chriſtum!* Hunc ego locum enarraui fuſius, quia nobis oſtendit, quatenus ab ſpiritus auxilio in concionibus ſuis pependerint veteres, & cuiuſmodi preces fuerint, quas communiter ante ſermonem fecerint: videlicet non communes preces eccleſiæ (vt quidam falſo exiſtimant, qui omnes veteris eccleſiæ ritus ex præſentis æui conſuetudinibus metiuntur) ſed breuiores iſtæ preces de obtinendo ſpiritus auxilio, quo tum concionatores in loquendo, tum populi in audiendo dirigantur. Et vbicumque vllam precum ante ſermonem factarum mentionem in antiquis ſcriptoribus inuenimus, de his breuibus tantum precibus intelligendum id eſt. Talis eſt illa precatio AVGVSTINI in vna homiliarum ſuarum in pſalmos, quæ his verbis incipit: *Attendite ad pſalmum* [t]: *Det nobis dominus aperire myſteria, quæ heic continentur.* Aliam ita orditur [u]: *Iuſſerunt domini fratres* (epiſcopos intelligit tunc præſentes) *& in ipſis dominus omnium, vt ipſum pſalmum adſeram ad vos intelligendum, quantum dominus donat. Adiuvet orationibus veſtris, vt ea dicam, quæ oportet me dicere, & vos audire: vti omnibus nobis ſit vtilis ſermo diuinus.* Hoc ſenſu CHRYSOSTOMVS intelligendus eſt, quando dicit [w]: *Sermoni oratio debet anteire. Sic apoſtoli dicunt: Nos in oratione ac ſermonis doctrina perſeuerabimus. Sic Paulus facit, quum in exordiis ſuarum epiſtolarum orat, vt perinde quaſi lumen lucernæ lux ipſa orationis regat ſer-*

(s) Auguſt. ibid.

(t) Auguſtin. in pſalm. XCI.

(u) Auguſt. in pſalm. CXXXIX.

(w) Chryſoſtom. homil XXVIII. de incomprehenſibili Dei natura, tom. I. p. 363. (p. 325. fin. edit. Francof.) *πρότερον εὐχὴ καὶ τότε λόγος, οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν· ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ποιεῖ ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν ἐπιστολῶν εὐχόμενος, ἵν' ὥσπερ λύχνου φῶς, οὕτω τὸ τῆς εὐχῆς φῶς προοδοποιήσῃ τῷ λόγῳ.*

monem

monem ac dirigat. Talis est illa precationis formula, quam AMBROSIVS [x] mox concionaturus pronuntiare solitus esse dicitur: *Obsecro, domine, & suppliciter rogo, da mihi semper humilem scientiam, quæ ædificet, da mitissimam & sapientem eloquentiam, quæ nesciat inflari, & de suis bonis super fratres extolli: pone, quæso, in ore meo verbum consolationis & ædificationis & exhortationis per spiritum sanctum tuum, vt bonos ad meliora valeam exhortari, & eos, qui peruerse gradiuntur, ad tuæ rectitudinis lineam reuocare verbo & exemplo. Sint verba, quæ dederis seruo tuo, tamquam acutissima iacula, & ardentes sagittæ, quæ penetrent, & incendant mentes audientium ad timorem & amorem tuum.* Verum hæc potius priuata precatio AMBROSII inter Deum & ipsum videtur fuisse, vti WETTENHALLVS [y] & THORNDIKIVS [z] eam accipiunt: Qui tamen in vna re falluntur, quando communes preces ecclesiæ sermoni præmitti, nec alias preces nisi has ipsas ante sermonem fieri consueuisse, statuunt. Nihil enim certius est, quam quod communes preces non cœperint nisi sermone finito; & quod tamen istiusmodi breues precationes de gratia & auxilio spiritus obtinendo, de quibus nunc loquimur, factæ sint, negotio concionandi & audiendi peculiariter aptatæ, nec ad rem aliam respicientes. Interdum preces populi cum illis coniungi requirebantur, vti ex illo loco AVGVSTINI [a] in homilia quadam in psalmos apparet, vbi ait: *Adsit nobis apud dominum Deum nostrum iste adfectus precum vestrarum: Et si non propter nos, certe propter vos donare dignetur, quod heic absconditum habet.* In homiliis ORIGENIS in *Genesin, Exodum, Leuiticum, Numeros, libros Regum, Ieremiam, Ezechielem* & *Lucam* quam plurimæ istiusmodi breues precationes leguntur, non tantum in principio sermonum eius, sed nonnumquam etiam in medio, si qua abstrusiora scripturæ loca consideranda ei essent; generatim in clausula aliam istiusmodi breuem precationem facit paucis verbis argumento, de quo loquutus est, accommodatis, modo pro se & populo orans, modo populum, vt pro semetipsis & concionante orent,

(x) Ambros. orat. ap. Ferrarium de concionibus veter. lib. I. c. VIII.
(y) Wettenhal. *Gift of Prayer* chap. IV. p. 116.
(z) Thorndike's *Just Weights and Measures* chap. XVI.
(a) Augustin. in psalm. CXLVII. p. 599. (p. 1707. edit. Basil. MDLXIX.) Vid. homil. I. de diuersis: Orate, vt possimus &c.

exhortans. Quas preces quum DALLAEVS in notiſſimo libro ſuo de *obiecto cultus religioſi* [*b*] copioſius produxit, hoc loco deſcribere superſedeo. Facere tamen non poſſum, quin obſeruem, quod, vt AVGVSTINVS ſermonem breui precatione ſæpius exorſus eſt, ita eum alia quadam eiuſdem generis precatione finierit. Nonnullæ huiuſmodi precationum formulæ etiam nunc in quarumdam homiliarum eius fine leguntur. In vna quadam [*c*] hanc longiuſculam inuenimus formulam: *Conuerſi ad dominum Deum patrem omnipotentem puro corde, & quantum poteſt paruitas noſtra, maximas atque vberes gratias agamus, precantes toto animo ſingularem manſuetudinem eius, vt preces noſtras in beneplacito ſuo exaudire dignetur, inimicum quoque a noſtris actibus & cogitationibus ſua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentem gubernet, ſpirituales cogitationes concedat, & ad beatitudinem ſuam perducat, per Ieſum Chriſtum filium ſuum.* Et in multis homiliis aliis ad hanc precationem, tamquam notam formulam [*d*] frequenter ab ipſo in clauſula ſermonum adhibitam, reſpicitur, *Conuerſi ad dominum &c.* Nonnumquam variat & contrahit hanc formulam, prout ſermonis ſui argumentum id exigit. Sic in longa homilia de reſurrectione [*e*], quum dixiſſet fore, vt in futuro ſæculo ſancti perpetuo vacent & videntes Deum laudent, applicatis huc his pſaltæ verbis: *Beati, qui habitant in domo tua, in ſæcula ſæculorum laudabunt te;* ſermonem omnem hac precatione terminat: *Conuerſi ad dominum, ipſum deprecemur pro nobis & pro omni plebe ſua, adſtante nobiſcum in atriis domus ſuæ: quam cuſtodire protegereque dignetur: per Ieſum Chriſtum filium eius, dominum noſtrum, qui cum eo viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.* In alia homilia (cuius fragmentum a SIRMONDO [*f*] citatur, vti in EVGIPPII collectionibus ex operibus AVGVSTINI exſtat) aliam

(*b*) Dallæ. de obiecto cult. relig. lib. III. c. XIII. tot. p. 412-417.

(*c*) Auguſt. ſerm. XXX. de verbis dom. tom. X. (p. 122. edit. Baſil.) Vid. ſerm. CII. de diuerſis, & CXX. & ſerm. XVIII. ex editis a Sirmondo.

(*d*) Auguſtin. de verb. dom. ſerm. VII. in fine. *Conuerſi ad dominum.* ſerm. XIII. ſerm. XXXII. ſerm. XL. ſerm. XLII. & paſſim in homiliis de diuerſis.

(*e*) De diuerſis ſerm. CXXI.

(*f*) Fragment. homil. ex Eugippii theſauro. lib. II. c. CCLXXXVIII. ap. Sirmond. not. in Auguſt. homil. XVIII. a ſe edit. (tom. X. opp. p. 1671. a. edit. Baſil. MDLXIX.)

habet formulam, his verbis conceptam: *Conuerſi ad dominum, benedicamus nomen eius, det nobis perſeuerare in mandatis ſuis, ambulare in via recta eruditionis ſuæ, placere illi in omni opere bono.* Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quod veteres iſtiuſmodi breuioribus precationibus tam in principio, quam fine, & nonnumquam, occaſione ita ferente, in medio quoque ſermonum ſuorum vſi ſint, & quod hæ ipſæ a communibus eccleſiæ precibus diſtinctæ fuerint.

§. XIV.

Salutatio, Pax vobis, *communiter ante ſermones vſurpata.*

ANTEQVAM concionari inciperent, multis in locis communem ſalutationem, *Pax vobis*, adhibere ſolebant, quæ viitata erat præfatio & introductio ad omnia ſancta officia, ad quam populus reſpondebat, *Et cum ſpiritu tuo.* Auctor *conſtitutionum* hoc vocat πρόσρησιν, hanc epiſcopo modo ordinato dans regulam [g]: *Poſt lectionem legis & prophetarum ac epiſtolarum & actorum, atque euangeliorum, ordinatus eccleſiam ſalutet, dicens: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, caritas Dei ac patris, & communicatio ſpiritus ſancti, cum omnibus vobis: ac vniuerſi reſpondeant; Et cum ſpiritu tuo. Et poſt ſalutationem,* (μετὰ τὴν πρόσρησιν) *populum alloquatur verbis exhortationis.* Hunc vero auctorem eccleſiæ non impoſuiſſe nouam conſuetudinem, ex CHRYSOSTOMO apparet, qui in diuerſis homiliis eius facit mentionem. In tertia homilia in epiſtolam ad *Coloſſenſes* ait: *Quum ingreſſus fuerit is, qui præeſt eccleſiæ, ſtatim dicit: Pax vobis. Quando ſermonem facit & concionatur* [h]: *Pax vobis.* Et paullo ante dicit, epiſcopum hoc dicere ἐν προσρήσεσι, per quod vocabulum ſermones eorum intelligit, aut certe formulam ſalutandi ipſam, quæ ſermonem introducit, quomodo auctorem *conſtitutionum* vocem illam accipere,

(g) Conſtit. lib. VIII. c. V. μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τȢ νόμȢ καὶ τῶν προφητῶν, τῶντε ἐπιστολῶν ἡμῶν καὶ τῶν πράξεων, καὶ τῶν εὐαγγελίων ἀσπασάσθω ὁ χειροτονηθεὶς τὴν ἐκκλησίαν, λέγων· ἡ χάρις τȢ κυρίȢ ἡμῶν ἸησȢ χριστȢ, ἡ ἀγάπη τȢ ϑεȢ καὶ πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία, τȢ ἁγίȢ πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ μετὰ τȢ πνεύματός σȢ· καὶ μετὰ τὴν πρόσρησιν, προσλαλησάτω τῷ λαῷ λόγȢς παρακλήσεως.

(h) Chryſoſtom. homil. III. in Coloſſ. p. 1339. (p. 173. ſub fin. edit. Francof.) ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εὐθέως λέγει· εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ὁμιλῇ, εἰρήνη πᾶσιν.

modo

modo vidimus. CHRYSOSTOMVS [i] addit, quod populus reddat ſalutationem pacis ei, qui dederit, dicens: *Et cum ſpiritu tuo.* Alibi [k] dicit: *Nihil eſt, quod cum pace valeat & concordia comparari. Propterea quoque quum ingreditur pater* (id eſt, epiſcopus), *non prius ad hanc ſedem adſcendit, quam vobis omnibus pacem fuerit precatus, & quum ſurgit, non prius docere vos incipit, quam omnibus pacem dederit.* Aliis in locis rationes pandit huius conſuetudinis, primam eius originem declarans & ſcopum. Antiquum enim morem fuiſſe, dicit, in diebus apoſtolorum, quum ſpiritus ſanctus omnia regeret, & vnumquemque doctorum moneret & adflaret, vt populus concionaturo diceret, *Pax cum ſpiritu tuo*, eumque morem adhuc in eccleſia obtinere. *Quando*, inquit, *inceperimus dicere* [l], *populus reſpondet, Et cum ſpiritu tuo, oſtendens, quod olim ſic dicebant, non ſua moti ſapientia, ſed ſpiritu.* Quod extraordinariæ inſpirationis donum licet deſiiſſet, omnes tamen concionatores adhuc a ſpiritu duci & adiuuari credebantur, gradu quodam minore. Hinc alio loco [m] ait: *Niſi eſſet ſpiritus ſanctus in hoc communi patre ac doctore* (epiſcopum intelligit) *quum ſacrum tribunal* (thronum epiſcopalem) *adſcendit, ac vobis omnibus pacem dedit, eique ſimul omnes acclamaſtis, Et cum ſpiritu tuo: idcirco non quum adſcendit tantum, neque vos quum adfatur, neque quum pro nobis orat, hac illi voce acclamatis, ſed quum menſæ ſacræ adſiſtit, tremendum ſacrificium oblaturus,* cetera. Atque hinc intelligere

(i) Chryſoſt. ibid. p. 1339. *ἀντιδιδόντες τῷ διδόντι τὴν εἰρήνην, πολεμοῦμεν; λέγεις καὶ τῷ πνεύματί σου κ. τ. λ.*

(k) Chryſoſt. homil. LII. in eos, qui paſcha ieiunant tom. V. p. 713. (homil. LV. p. 637. edit. Francof.) *οὐδὲν εἰρήνης ἴσον καὶ συμφωνίας· Διὰ τοῦτο καὶ εἰσιὼν ὁ πατὴρ, οὐ πρότερον ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβαίνει τοῦτον, ἕως ἂν ἅπασιν ὑμῖν εἰρήνην ἐπεύξηται· καὶ ἀναστὰς οὐ πρότερον ἄρχεται τῆς πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίας, ἕως ἂν ἅπασι δῷ τὴν εἰρήνην.*

(l) Chryſoſt. homil. XXXVI. in 1 Cor. p. 652. (p. 405. c. edit. Francof.) *ἐπειδὰν ἀρξώμεθα λέγειν, ὁ λαὸς ἀντιφθέγγεται, τῷ πνεύματί σου, δεικνὺς ὅτι τὸ παλαιὸν οὕτως ἔλεγον, οὐκ οἰκείᾳ σοφίᾳ, ἀλλὰ τῷ πνεύματι κινούμενοι.*

(m) Chryſoſt. homil. XXXVI. de pentecoſt. tom. V. p. 553. (ſerm. XXXIX. p. 493. fin. edit. Francof.) *εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ, οὐκ ἂν ὅτε πρὸ μικροῦ ἀνέβη ἐπὶ τὸ ἱερὸν βῆμα τοῦτο καὶ πᾶσιν ἔδωκεν εἰρήνην, καὶ ἐπεφθέγξασθε αὐτῷ κοινῇ πάντες, καὶ τῷ πνεύματί σου· διὰ τοῦτο οὐκ ἀναβαίνοντι μόνον, οὐδὲ διαλεγομένῳ πρὸς ὑμᾶς, οὐδὲ εὐχομένῳ ὑπὲρ ὑμῶν ταύτην ἐπιφθέγγεσθε τὴν ῥῆσιν, ἀλλ' ὅταν παρὰ τὴν ἱερὰν ταύτην ἑστήκῃ τράπεζαν· ὅταν τὴν φρικτὴν ἐκείνην θυσίαν ἀναφέρειν μέλλῃ.*

possumus, quæ de CHRYSOSTOMO post reditum eius ab exilio SOZOMENVS [n] & alii narrant, quod multi de populo eum ad ecclesiam deductum, antequam illi, qui ipsum condemnauerant, mutata sententia absoluissent, vtut recusantem compulerint, solio episcopali conscenso, pacem sibi dare & habere orationem. OPTATVS de eadem consuetudine in *Africa*, tam in initio quam fine sermonum loquitur. *Episcopalis tractatus*, inquit [o], *probatur salutatione geminata. Non enim aliquid incipit episcopus ad populum dicere, nisi primo in nomine Dei populum salutaverit. Similes sunt exitus initiis. Omnis tractatus in ecclesia a nomine Dei incipitur, & eiusdem Dei nomine terminatur.* Atque inde probat, *Macarium*, ministrum imperatoris, non suscepisse in se officium episcopi inter catholicos, vti quidem *Donatistæ* falso criminibantur: Nam licet in populo eum aliquid loquutum esse constet, alius tamen rei insinuandæ caussa loquutum esse, non concionandi, quod episcoporum sit, quod ipsi semper incipiant finiantque cum hac salutatione; *Macarium* vero ista salutatione non fuisse vsum, neque adeo concionatum. BONA [p] etiam ATHANASII epistolam ad *Eustathium* citat, qua in episcopos inuehitur *Arianos*, qui quum initio sermonis blandum illud proferrent: *Pax vobis*, tragœdias tamen excitarent & alios adfligerent. Quando autem nulla epistola sub hac inscriptione inter opera ATHANASII exstat, fides huius rei sit penes auctorem nostrum.

(n) Sczom. lib. VIII. c. XIIX. *ἄγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν· παραιτούμενόν τε, καὶ πολλάκις ἰσχυριζόμενον, χρῆναι πρότερον τοὺς καταψηφισαμένους αὐτοῦ πάλιν ἀποψηφίσασθαι, ὡς ἱερεῦσι θέμις, ἠνάγκασαν τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσειπεῖν, καὶ εἰς τὸν ἐπισκοπικὸν καθίσαι θρόνον· ἀναγκασθεὶς δὲ, καὶ σχέδιόν τινα διεξῆλθε λόγον.*

(o) Optat. lib. III. ad calc. lib. VII. p. 112. (p. 83. 84. edit. MDCLXXIX.) Episcopalis tractatus - - - terminatur. Quis vestrum audet dicere, episcoporum more Macarium populum salutare? Igitur quum *nec salutauerit*, antequam aliquid loqueretur, nec salutare ausus sit, postquam loquutus sit, nec manum imposuerit, nec sacrificium Deo ritu episcopali obtulerit: quid est, quod dicitis, pollui potuisse episcopale collegium: quum ab omni episcoporum officio Macarium videatis alienum?

(p) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. V. n. I. Athanasius tandem epistola ad Eustathium inuehitur in quosdam episcopos, qui quum initio &c.

§. XV.

§. XV.

Vſus autem ſalutationis angelicæ, vulgo Aue Maria *dictæ*, ante *ſermones, incognitus veteribus.*

NON poſſum autem, quin hoc loco obſeruem, inter omnes breuiores precationes, a veteribus ante ſermones vſurpatas, nullam *ſalutationis angelicæ*, hodie in eccleſiæ *Romanenſis* praxi adeo communis & tritæ, haberi mentionem. Preces eorum vniuerſæ ad Deum dirigebantur, & inuocatio auxilii ſanctæ virginis *Mariæ* ante ſermones res erat, quæ nulli in mentem veniebat. Qui eius vſum probare omnium maxime nituntur, originem eius non altius quam ex ſæculo decimo quinto poſſunt repetere. FERRARIVS [q] enim ingenue fatetur, VINCENTIVM FERRERIVM primum fuiſſe ex ſcriptoribus eccleſiaſticis, qui eam ſermonibus ſuis vmquam præmiſerit. BARONIVS ne vnum quidem verbum de antiquitate illius in vniverſis duodecim centuriis ſuis habet; quum ſit hac de re apud veteres rerum eccleſiaſticarum & ritualium librorum ſcriptores perfectum ſilentium, vſque dum *Dominicanus* ille concionator, nimio cultus ſanctæ virginis zelo abreptus, ante ſermones ſuos eam adhibere cœpit; cuius ab exemplo (celeberrimus enim æui ſui concionator erat) tantam exiſtimationem & auctoritatem nacta eſt, vt non ſolum omnibus eorum ſermonibus præmiſſa, ſed etiam orationi dominicæ in *breuiario Romano* iuncta fuerit. FERRARIVS, quæcumque ad excuſandam hanc nouitatem dicere potuit, dixit; nihil autem hanc hyperduliam ab idololatria liberare poterit; & ſane cenſuræ in ERASMVM parcere poterat, qui de ea falſe aliquid dixit, nimirum ob id concionatores introduxiſſe hanc virginis ſalutandæ conſuetudinem in ipſo concionum initio, vt imitarentur poëtas ethnicos, virginem ſcilicet matrem pro Muſa ſubſtituentes. Nam EPIPHANIVS multo acerbiora contra eam dicturus fuiſſet,

(q) Ferrar. de ritu concion. lib. I. c. XI. p. 30. (p. 42. edit. Pariſ. MDCLXIV. 8uo.) Non ita vetus eſſe laudabile hoc eccleſiæ inſtitutum, ex eo facile crediderim, quod beatus Vincentius Ferrerius, qui floruit anno domini MCCCCX. primus ex omnibus ſcriptoribus eccleſiaſticis illius meminerit, dum ſingulis ſermonibus ſuis præmittit ea verba, *Salutetur beata virgo.* Fatendum vt ſit, illud vel a Beato Vincentio initium habuiſſe, vel certe ipſius Vincentii temporibus cœpiſſe frequentari.

iſſet, ſi talem occaſionem in hanc idololatriam inuehendi habuiſſet, qualem habuit vituperandi idololatriam *Collyridianorum.* Tunc enim iſta idololatria in ſexu femineo ſubſtitit, neque in pulpitis, vel vlla liturgiæ veteris eccleſiæ parte locum obtinuit, quando concionatores ab eo duntaxat gratiam & opem petere conſueuerunt, qui illius vnus ſolus dator eſt.

§. XVI.

Nonnumquam ſermonibus quædam benedictio præmiſſa.

PORRO obſeruamus, quod vt ſermonibus ſuis breuem aliquam precationem præmittere ſoliti, ita eos nonnumquam cum breui quadam benedictionis formula exorſi ſint. Hoc publicarum calamitatum & miſeriarum, vel fauſtæ ex illis liberationis temporibus peculiare fuiſſe videtur. Vtriuſque generis exempla in ſermonibus CHRYSOSTOMI ad populum *Antiochenum* habemus, quum metuendum ipſis eſſet, ne ciuitas irati imperatoris mandato deſtrueretur. Quartum enim ſermonem ſic inchoat [*]: *Benedictus Deus, qui dolentes animas veſtras conſolatus eſt, & vacillantes mentes confirmauit.* [**] Vndecima, [***] duodecima, [†] decima tertia, & [††] viceſima homiliæ idem fere

(*) Chryſoſt. homil. IV. ad popul. Antiochen. Ευλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ παρακαλέσας τὰς ὀδυνωμένας ὑμῶν ψυχὰς, ὁ στηρίξας δονουμένας ὑμῶν τὰς διανοίας.

(**) Chryſoſt. homil. XI. Ευλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ ποιῶν πάντα καὶ κατασκευάζων αὐτά. *Benedictus Deus, qui omnia fecit & præparauit.*

(***) Homil. XII. καὶ χθὲς εἶπον, εὐλογητὸς ὁ θεὸς, καὶ σήμερον τὸ αὐτὸ τοῦτο πάλιν λέγω. *Et heri dixi, Benedictus Deus, & hodie hoc ipſum rurſus dicam.*

(†) Homil. XIII. Ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ τῶν αὐτῶν προοιμίων, ὧν χθὲς καὶ πρὸ ἐκείνης ἠρξάμην, καὶ σήμερον ἄρξομαι, καὶ ἐρῶ νῦν· εὐλογητὸς ὁ θεός. *Ab eodem principio & iiſdem proœmiis, quibus heri & nudius tertius cœpi, & hodie incipiam. Dicam & nunc: Benedictus Deus.*

(††) Homil. XX. Ἀπὸ τῆς ῥήσεως, ἀφ᾽ ἧς ἀεὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν κινδύνων πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰώθειν ἀγάπην προοιμιάζεσθαι, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ταύτης καὶ σήμερον ἄρξομαι τοῦ πρὸς ὑμᾶς λόγου, καὶ ἐρῶ μεθ᾽ ὑμῶν· εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ τὴν ἱερὰν ταύτην ἑορτὴν μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πολλῆς καταξιώσας ἡμᾶς ἐπιτελέσαι σήμερον, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποδοὺς τῷ σώματι, καὶ τὸν ποιμένα τοῖς προβάτοις, τὸν διδάσκαλον τοῖς μαθηταῖς, τὸν στρατηγὸν τοῖς στρατιώταις, τὸν ἀρχιερέα τοῖς ἱερεῦσιν· εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ ποιῶν ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν. κ. τ. λ. *A verbo, a quo ſemper in periculorum tempore apud caritatem veſtram exordiri conſueueram, ab eodem, inquam, & hodie apud vos ſermonem incipiam & dicam vobiſcum: Benedictus Deus, hanc nos vobiſcum ſacram ſolemnitatem cum gaudio & lætitia multa hodie celebrare digna-*

habent

habent initium. Et homiliam poſt reditum ab exilio recitaturus hæc [r] præfatur: *Quid dicam? Quid loquar? Benedictus Deus, hunc egrediens dixi ſermonem: hunc iteraui reuertens.* Et hoc ſe feciſſe exemplo *Iobi* dicit, qui non minus in aduerſis quam proſperis rebus ſemper dixerit, *Sit nomen Domini benedictum!*

§. XVII.

Sermones nonnumquam ſine vllo textu, nonnumquam vero in plures vno textus habiti.

PRAETEREA ex his [s] & diuerſis aliis homiliis CHRYSOSTOMI aliorumque ſcriptorum apparet, interdum ſine vllo textu, vt vocant, eos fuiſſe concionatos; tractantes tantummodo iſtiuſmodi materias, quas iſto tempore ad ædificationem plebis facere crederent. Vt plurimum autem textum ſuum ex paragrapho quodam pſalmorum vel lectionum, quæ legebantur, eligebant. Interdum etiam ita rem inſtituebant, vt in pſalmum, epiſtolam & euangelium ſimul concionarentur, ſi vel caſu vel ex ipſorum præceptione factum eſſet, vt de eodem argumento agerent. Ita AVGVSTINVS de materia laudis ac gratiarum actionis ex epiſtola, pſalmo & euangelio [t] eodem tempore verba faciebat, quia in ſingulis aliquid erat, quod ad hanc materiam ſpectabat. Numquam vero tam exiguam ſacræ ſcripturæ rationem habuerunt, vt textum ex ethica ARISTOTELIS pro concione propoſuerint, vti quemdam de *Romanenſibus* concionatoribus *Lutetiæ Pariſiorum, Melanchthone* ſuis auribus audiente, feciſſe, SIXTINVS AMAMA [u] narrat.

tus, & qui caput corpori reddidit, & paſtorem ouibus, præceptorem diſcipulis, militibus ducem, ſacerdotibus pontificem. Benedictus Deus, qui ex ſuperabundanti facit, quam petimus, aut cogitamus.

(r) Chryſoſt. homil. poſt reditum tom. II. in appendice. (tom. V. p. 912. ed. Frf.) *Τί εἴπω; ἢ τί λαλήσω; εὐλογητὸς ὁ θεὸς, τῦτο εἶπον ἐξιὼν τὸ ῥῆμα, τῦτο πάλιν ἐπαναλαμβάνω.*

(s) Chryſoſt. homil. III. IV. V. VI. ad popul. Antiochenum.

(t) Auguſtin. de verbis apoſtol. ſerm. X. tom. X. p. 112. Has tres lectiones, quantum pro tempore poſſumus, pertractemus, dicentes pauca de ſingulis & quantum conari poſſumus, adiuuante domino, non in aliqua earum immorantes, &c.

(u) Sixtin. Amama orat. de barbarie. In nonnullis quoque locis eo deuentum fuit, vt textus ex *ethica Ariſtotelis* pro concione propoſuerint & interpretati ſint; id quod dominus Melanchthon ſuis ſe auribus audiuiſſe teſtatur.

§. XVIII.

§. XVIII.

Sermones eorum semper de arduis & grauibus materiis.

NEQVE vero rebus leuibus ac ludicris, nec fabulosis ac fictis narrationibus, auditores suos morabantur, qualibus concionatorum sermones ante repurgata sacra abundarunt, qua de re ERASMVS ROTERODAMVS [x], IOANNES FABER [y],

(x) Erasm. encom. moriæ p. 176. (p. 378. tom. IV. opp. edit. Froben. MDXL. folio) Audiui quemdam eximie stultum, errani, doctum volebam dicere, qui in concione celeberrima diuinæ triadis mysterium explicaturus, quo & doctrinam suam non vulgarem ostentaret, & theologicis satis faceret auribus, noua prorsus ingressus est via, nimirum a litteris, syllabis & oratione, tum a concordia nominis & verbi, adiectiui nominis & substantiui, mirantibus iam plerisque, ac nonnullis Horatianum illud apud se mussitantibus: Quorsum hæc tam putida tendunt. Tandem huc rem deduxit, in grammaticorum rudimentis sic expressum ostenderet totius triadis simulacrum, vt nemo mathematicorum in puluere posset euidentius depingere. Atque in hac oratione θεολογώτατος ille totos octo menses ita desudarat, vt hodie quoque magis cæcutiat, quam talpæ, nimirum tota luminum acie ad ingenii cuspidem auocata. Verum haud pœnitet hominem cæcitatis, ac paruo quoque putat emtam eam gloriam. Auditus est nobis alius quidam octogenarius, adeo theologus, vt in hoc Scotum ipsum renatum putes. Is explicaturus mysterium nominis Iesu, mira subtilitate demonstrauit, in ipsis litteris latere, quidquid de illo dici possit. Etenim quod tribus duntaxat inflectitur casibus, id manifestum esse simulacrum diuini ternionis. Deinde quod prima vox Iesus, desinat in s, secunda Iesum, in m, tertia Iesu, in u, in hoc ἄῤῥητον subesse mysterium: nempe tribus litteris indicantibus, eum esse summum, medium & vltimum. Restabat mysterium his quoque retrusius, mathematica ratione. Iesum sic in æquales diffidit portiones, vt scilicet penthemimeres in medio resideret. Deinde docuit, eam litteram apud Hebræos esse ש, quam illi Syn appellent, porro Syn, Scotorum opinor lingua, peccatum sonat: atque hinc palam declarari, Iesum esse, qui peccata tolleret mundi. Hoc tam nouum exordium sic inhiantes admirati sunt omnes, præcipue theologi, vt parum abfuerint, quin illis acciderit, quod olim Niobæ, quum mihi propemodum euenerit, quod ficulno illi Priapo, qui magno suo malo Canidiæ saganæque nocturna sacra spectauit &c.

(y) Ioan. Faber declamat. de humanæ vitæ miseria ap. Hottinger. histor. eccles. sæcul. XVI. part. IV. p. 1371. Concionatorum vicem persæpe vehementer indolui, quibus nescio quæ putida commentaria reuoluenda sunt, quoties ad populum declamandum est. Aucupantur nonnulli sedulo quidem, sed parum scite, vt Meffret. Quædam non vsquequaque recepta, sed propemodum anilia referunt aliqui, vt Discipulus. Multi nimium secure dormiunt, Quæ, malum, insania est, diuinum oratorem pro euangelica veritate somnia quædam & anicularum visiones & terriculamenta referre? Miserebat me eorum, quibus illa deliria facessebant negotia. - - Sola diuini verbi decla-

IOAN-

IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS [z] & complures viri docti alii tantopere & iuste quidem conquesti sunt. Exemplum ex libro quodam concionum ordinis theologici *Viennensis* ann. Chr. circiter MCCCCXXX. scripto, qui sine dubio publicæ apud ipsos auctoritatis fuit, exhibet HOTTINGERVS, quod propter singularem suam raritatem, & vt discrimen inter antiquam & recentiorem populare auditorium ædificandi rationem ostendamus, ex ipso heic transscribemus, vti in historia sua rem enarrat. „Pagina 456, inquit [a], ex apocryphis quibus„dam deliramentis refert, triginta aureos, quibus seruatorem „prodidit *Iudas*, cusos esse ab *Abrahami* parente *Tharacho*, fabro „peritissimo, a quo, auctoritate & iussu regis *Nimrodi* primum „nummum signatum orbis terrarum habuerit. Hæreditario „iure hos triginta nummos cessisse *Abrahamo*, quibus ab *Ephro*„*ne* sepulchrum emerit. Inde ad *Ismaëlitas* deuenisse, qui *Iose*„*phum* eodem pretio suum fecerint. *Iosepho* autem in *Aegypto* „fratribus frumentum vendenti fuisse redditos, & thesauro

mandi facultas rudior, quam hæc ætas docta ferat, atque impurior videbatur. Non enim sine magno meo vel stomacho legi vulgus sermologorum, vt vocant. Nam occurrerunt pleraque barbara & indigniora, quæ vel doctus homo legeret, vel imbiberet auris christiana, quæ conatus sum, &c.

(z) Hotting. XVI. sæcul. part. III. p. 263. In cærimoniis plerique exponendis, quam fidei articulis tradendis erant occupatiores. Habeo hac de re Beati Rhenani iudicium, epistola perquam familiari a. C. MDXVIII. Basilea ad Zuinglium, in Heluetiorum eremo adhuc commorantem, perscripta, quod ex ipso autographo in lucem producemus: *Nihil est, quod magis doleat, quam quod video, christianum populum passim cærimoniis nihil ad rem pertinentibus onerari, immo meris næniis. Et caussam non aliam reperio, quam quod sacerdotes per summularios istos & sophisticos theologos decepti ethnicam aut iudaicam doctrinam docent. De vulgo sacerdotum loquor. Neque enim me latet, te tuique similes purissimam Christi philosophiam ex ipsis fontibus populo proponere, non Scoticis aut Gabrielicis interpretationibus deprauatam; sed ab Augustino, Ambrosio, Cypriano, Hieronymo germane & sincere expositam. Deblaterant illi nugas in eo loco stantes, vbi, quidquid dicitur, populus verissimum esse putat, de pontificia potestate, de condonationibus, de purgatorio, de fictis diuorum miraculis, de restitutione, de contractibus, de votis, de pœnis inferorum, de Antichristo, &c.* vid. p. 264. 265. seqq.

(a) Id. sæcul. XV. p. 63. 64.

Bernardi de consider. lib II. c. XIII. de istis nugis hoc est iudicium: *Inter seculares nugæ, nugæ sunt; in ore sacerdotis blasphemiæ.*

„regio additos. Ex theſauro paullo poſt *Moſem* obtinuiſſe, „quum a rege ad ſubigendam *Aethiopiam* mitteretur. Ea occa-„ſione reginæ *Sabæ* a *Moſe* fuiſſe oblatos, dotis loco. Poſtea „vero, quam *Aethiopum* regina *Salomonem* ſalutaſſet, argenteos „illam nummos eidem donaſſe. Qui iterum gazophylacio „regio addicti, *Nebucadnezaris* tandem vrbem occupantis præ-„dæ ceſſerint. Quumque regem quemdam *Arabiæ* haberet in „comitatu ſuo, ex cuius poſteris vnus eorum fuerit regum, „qui Chriſtum *Bethlehemi* honoribus & muneribus adfecerint, „hoc ei *Nebucadnezarem* munus ſponte deſtinaſſe. Atque ſic a „rege illo orientali tam ſplendidum donum b. Virgini fuiſſe „conſecratum. *Mariam* vero filium ſuum ſiſtentem, munus „hoc ſacrum templo eſſe voluiſſe. Atque hoc ipſum tandem „argentum pretium proditionis fuiſſe. Addit etiam argente-„os iſtos (quos aureos ante vocauerat) poſt *CHRISTI* paſſio-„nem toto orbe diſperſos & ſanctis adnumeratos reliquiis eſ-„ſe. Vnum quidem oſtendi *Romæ*, ad introitum baſilicæ *Petri*; „ſed aureum eſſe, & nummo *Anglico* maiorem.„

VIX fieri potuiſſe crediderim, vt tam abſurdæ tamque ridiculæ fictiones inter vitæ æternæ regulas de pulpitis publica auctoritate recitarentur, niſi ex indubiis documentis ſæpius demonſtratum eſſet [*b*], quod eorum breuiaria & legendæ æque ac ſermones, ante reformationem iſtiuſmodi fabulis referti fuerint; quamquam hanc fabulam fictiones quaſcumque in *legendis aureis* (de quibus LVDOVICVS VIVES [*c*] & MELCHIOR CANVS [*d*] tantopere queruntur) antecellere, & IACOBVM

(*b*) *Vid.* Patrick's *Devotions of the Roman Church.* London 1674. 8uo.

(*c*) Lud. Viues de tradend. diſciplinis lib. V. p. 360. Not. Hunc librum non habeo, neque locum deſcribere poſſum. Inueni autem fortuito ap. Hotting. hiſtor. eccleſ. ſæcul. XVI. ſect. III. p. 260. alium locum ex lib. II. p. 38. citat. eiuſdem argumenti: Indigna eſt, inquit Viues, diuis & hominibus chriſtianis illa ſanctorum hiſtoria, quæ Legenda aurea nominetur, quam neſcio cur auream appellant, quum ſcripta ſit ab homine ferrei oris, plumbei cordis. Quid fœdius eſt libro? O quam pudendum eſt nobis chriſtianis, non eſſe præſtantiſſimos noſtrorum diuorum actus verius & accuratius memoriæ mandatos, ſiue ad cognitionem, ſiue ad imitationem tantæ virtutis, quam de ſuis ducibus, de philoſophis & ſapientibus hominibus tanta cura Græci & Romani perſcripſerint?

(*d*) Can. loci theologic. lib. XI. c. VI. p. 553. (p. 333. citante Hottingero l. c. p. 753.)

DE

DE VORAGINE in fingendo ſtupidi aſini inſtar fuiſſe exiſtimem, ſi cum iſtis hominibus comparetur. Iam videamus, quemadmodum vetus concionandi ratio ab hac diſcreparit. IVSTINVS MARTYR illam planam & ſimplicem, ſed valde vtilem & ædificationis plenam rationem fuiſſe, auctor eſt. Conventum enim chriſtianorum die ſolis enarrans, in quo commentaria apoſtolorum aut ſcripta prophetarum legebantur, *Deinde*, inquit, *lectore quieſcente præſidens* (i. e. epiſcopus) *ſermonem habet, quo populum inſtruit & ad imitationem tam pulchrarum rerum* [e] *cohortatur.* De quibusnam materiis verba facere coram populo ſoliti ſint, ex GREGORIO NAZIANZENO [f] videre eſt, quando de difficultate concionandi loquens, inter alia ita fatur: *Mihi quidem res minime vulgaris paruique ſpiritus eſſe videtur, perinde ac tritici menſuram tempeſtiue cuique dare, & dogmatum noſtrorum veritatem cum iudicio diſpenſare. Hoc eſt ea omnia, quæ ſacra philoſophia de mundis, vel de mundo, diſſeruit, de materia, de mente, & intelligentibus naturis, tam melioribus quam deterioribus, de prouidentia omnia conſtringente atque gubernante, tum quæ modo rationi conſentaneo euenire videntur, tum quæ modo terrenæ atque humanæ*

Dolenter hoc dico potius, quam contumelioſe, multo a Laërtio ſeuerius vitas philoſophorum ſcriptas, quam a chriſtianis vitas ſanctorum, longeque incorruptius & integrius Suetonium res Cæſarum expoſuiſſe, quam expoſuerint catholici, non res dico imperatorum, ſed martyrum, virginum, & confeſſorum. Illi enim in probis, aut philoſophis, aut principibus, nec vitia, nec ſuſpiciones vitiorum tacent, in improbis vero etiam colores virtutum produnt. Noſtri autem plerique vel adfectibus inſeruiunt, vel de induſtria quoque ita multa confingunt, vt eorum me nimirum non ſolum pudeat, ſed etiam tædeat. Hos enim intelligo eccleſiæ Chriſti cum nihil vtilitatis attuliſſe, tum incommodationis plurimum. Nominibus parco, quoniam huius loci iudicium morum etiam eſt, & non eruditionis tantum, in qua liberior poteſt eſſe cenſura. Nam quæ morum eſt, hæc debet profecto eſſe & in viuos cautior, & in mortuos reuerentior. Certum eſt autem, qui ficte & fallaciter hiſtoriam eccleſiaſticam ſcribunt, eos viros bonos atque ſinceros eſſe non poſſe, totamque eorum narrationem inuentam eſſe aut ad quæſtum, aut errorem, quorum alterum fœdum eſt, alterum perniciosum.

(e) Iuſtin. apolog. II. p. 98. vid. græc. cit. §. III. ſub litt. (t) pag. 119.

(f) Naz. orat. I. de fuga p. 15. Ἐμοὶ δ᾽ οὖν πρᾶγμα φαίνεται, οὐ τῶν φαυλοτάτων, οὐδὲ ὀλίγου τοῦ πνεύματος διδόναι κατὰ καιρὸν ἑκάςῳ τοῦ λόγου τὸ σιτομέτριον, καὶ οἰκονομεῖν ἐν κρίσει τὴν ἀλήθειαν τῶν ἡμετέρων δογμάτων, ὅσα περὶ κόσμων ἢ κόσμου πεφιλοσόφηται, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ νοῦ καὶ τῶν νοερῶν φύσεων, βελτιόνων τε καὶ χειρόνων, περὶ τῆς τὰ πάντα συνδεούσης τε καὶ διεξαγούσης προ-

rationi repugnante accidere videntur: Quæ de prima nostra constitutione & postrema refectione: de typis, de veritate ac testamentis: de Christi aduentu tam primo quam secundo, & incarnatione & reuersione, de resurrectione, de fine, de iudicio ac retributione, tam tristiore quam splendidiore. Et quod caput est, quæcumque de principe ac beata trinitate credenda sunt. Similem in modum CHRYSOSTOMVS præcipua capita, de quibus concionari soleat, auditoribus suis ad animum reuocat, *Quid quæso*, inquiens [g], *ex iis, quæ necessaria sunt, te poterimus docere, quum semel aut iterum annis singulis ad nos ventites, de anima nimirum, de corpore, de immortalitate, de regno cælorum, de pœnis, de gehenna, de Dei longanimitate, de indulgentia, de pœnitentia, de baptismo, de remissione peccatorum, de istis mundi cum superioris tum inferioris creaturis, de hominum natura, de angelis, de improbitate dæmonum, de diaboli fraudibus, de recta fide, de corruptis hæresibus? siquidem ista & multo plura nosse christianum oportet, horumque omnium reddere rationem iis, qui sciscitentur.*

§. XIX.

Et modo quodam excitandis adfectibus & captui auditorum aptissimo, nimirum cum perspicuitate, delectatione ac robore argumentorum recitati.

QVEMADMODVM ita sollicite seligebant sermonum suorum materias, ita non minus sollicite materias bene selectas vtilissimo ac suauissimo dicendi genere pronuntiare studebant;

νοίας, ὅσατε κατὰ λόγον ἀπαντᾷν δοκεῖ, καὶ ὅσα παρὰ λόγον τὸν κάτω καὶ τὸν ἀνθρώπινον· ἔτι ὅσα περὶ τῆς πρώτης ἡμῶν συστάσεως καὶ τῆς τελευταίας ἀναπλάσεως, τύπων τε καὶ ἀληθείας καὶ διαθηκῶν, καὶ χριστοῦ παρουσίας πρώτης τε καὶ δευτέρας, σαρκώσεώς τε καὶ παθημάτων καὶ ἀναλύσεως, ὅσα τε περὶ ἀναστάσεως, περὶ τέλους, περὶ κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως σκυθρωποτέρας τε καὶ ἐνδοξοτέρας· τὸ κεφάλαιον, ὅσα περὶ τῆς ἀρχικῆς καὶ βασιλικῆς καὶ μακαρίας τριάδος ὑποληπτέον.

(g) Chrysost. hom. XXIV. de baptism. Christi tom. I. p. 309. (p. 276. edit. Francof. MDCXCVIII.) τί γὰρ, εἰπέ μοι, διδάξαι σε τῶν ἀναγκαίων δυνησόμεθα, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἢ δεύτερον παρ' ἡμῖν φοιτῶντα, περὶ ψυχῆς, περὶ σώματος, περὶ ἀθανασίας, περὶ βασιλείας τῶν οὐρανῶν, περὶ κολάσεως, περὶ γεέννης, περὶ μακροθυμίας θεοῦ, περὶ συγγνώμης, περὶ μετανοίας, περὶ βαπτίσματος, περὶ ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, περὶ τῆς κτίσεως ταύτης τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω, περὶ ἀνθρώπων φύσεως, περὶ ἀγγέλων, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων κακουργίας, περὶ τῶν μεθοδειῶν τοῦ διαβόλου, περὶ πολιτείας, περὶ δογμάτων, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, περὶ τῶν διεφθαρμένων αἱρέσεων; ταῦτα γὰρ καὶ πολλῷ πλείονα τούτων τὸν χριστιανὸν εἰδέναι χρὴ, καὶ τούτων πάντων ἀποδιδόναι λόγον τοῖς ἐρωτῶσιν.

vt legitimo christianæ eloquentiæ scopo responderent, &, quemadmodum sapientissimus rex *Salomon* loquitur, mala sua aurea tanto pulchriora apparere facerent, in figuris apposita argenteis. Scopus oratoris christiani, obseruante AVGVSTINO [*h*], est defendere rectam fidem ac debellare errorem & bona docere & mala dedocere. Primum horum planam & perspicuam requirere dicit narrationem: secundum, documenta & ratiocinationem: & tertium, artem ac potestatem mouendi mentes & adfectiones. Et in his singulis faciendis oratorem christianum, vti non nisi iusta, & sancta & bona dicat, ita agere quantum possit, quum ista dicat, vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter [*i*] audiatur. Vt intelligenter audiatur, omnia dicere plane & perspicue & ad hominum captum accommodate. Summam eloquentiam nullius vsus esse, credit, nisi possit intelligi. *Quid enim prodest*, inquit, *clauis* [*k*] *aurea, si aperire, quod volumus, non potest? Aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quærimus, nisi patere, quod clausum est?* Quocirca oratorem christianum de eo potissimum laborare ait, vt perspicuus sit in dicendo, nec vmquam existimare, vlli veritati eloquentia sua se satis fecisse, nisi eam cum sufficienti euidentia hominibus, mediocri intelligendi facultate præditis, tradiderit. Esse res quasdam natura sua ita comparatas, vt a vulgo hominum intelligi nequeant, quamuis planissime ab oratore dicantur, quæ propterea raro vel numquam, nisi summa vrgeat ne-

(*h*) Augustin. de doctrin. christ. lib. IV. c. IV. Debet diuinarum scripturarum tractator & doctor, defensor rectæ fidei ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere: atque in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere, nescientibus quid agatur, quid exspectare debeant intimare. - - Si docendi sunt, qui audiunt, narratione faciendum est, si tamen indigeat, vt res, de qua agitur, innotescat. Vt autem quæ dubia sunt certa fiant, documentis adhibitis ratiocinandum est. Si vero, qui audiunt, monendi sunt potius quam docendi, vt in eo quod iam sciunt, agendo non torpeant, & rebus adsensum, quas veras esse fatentur, accommodent, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes, & increpationes, comminationes & coërcitiones, & quæcumque alia valent ad commouendos animos, sunt necessaria.

(*i*) August. ibid. c. XV. Agat noster iste eloquens, quum & iusta & sancta & bona dicit: neque enim alia debet dicere: agat ergo, quantum potest, qui ista dicit, vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur.

(*k*) Ibid. c. XI.

ceſſitas, in populari concione [*l*] tractandæ ſint. Ob eamdem cauſſam, qui perſpicuitati ſtudeat & euidentiæ, negligere aliquando verba cultiora, nec curare, quid bene ſonet, ſed quid bene indicet atque declaret audientibus, quod oſtendere intendat. Dari enim quamdam diligentem negligentiam, hoc in caſu opportunam & accommodatam eccleſiaſticis doctoribus, quos nonnumquam improprie loqui oporteat, ſi a vulgo intelligi aliter non poſſint. Ita, exempli cauſſa, in *Africa oſſum* pro *os* concionatores dicere ſolere notat. *Si*, inquit [*m*], *non piguit dicere interpretes noſtros: Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: quoniam ſenſerunt ad rem pertinere, vt eo loco pluraliter enuntiaretur hoc nomen, quod in Latina lingua tantummodo ſingulariter dicitur: cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem oſſum potius quam os dicere, ne iſta ſyllaba non ab eo, quod ſunt oſſa, ſed ab eo, quod ſunt ora intelligantur, vbi Afræ aures de correptione vocalium vel productione non iudicant. Quid enim prodeſt locutionis integritas, quam non ſequitur intellectus audientis, quum loquendi omnino nulla ſit cauſſa, ſi quod loquimur non intelligunt, propter quos vt intelligant, loquimur?* Et hanc ipſam ob cauſſam ſine dubio tot *Africanæ* linguæ idiotiſmi in ſcriptis AVGVSTINI reperiuntur, quia nonnumquam a grammatica puritate & proprietate linguæ *Latinæ* deflectere, quam ab auditoribus ſuis non intelligi maluit. Et hæc erat laudabilis illa concionatorum ad vulgi captum accommodatio, tanti æſtimata veteribus, qui primum & præcipuum doctoris eccleſiæ officium eſſe credebant, ita loqui, vt ab auditoribus ſuis intelligatur. Hoc eſt, quod in ATHANASIO tantopere laudat NAZIANZENVS [*n*], quod ſtilum ſuum auditorio ſuo ita accommodauerit, vt, ſi cum humilioribus ipſi res fuerit, ad eorum captum ſe demiſerit, ſi cum ſublimiori mente præditis, altius adſurrexerit. Et vnus quidem caſus erat, in quo obſcurius loqui adfectabant, ſi nimirum ad con-

(*l*) Auguſt. ibid. c. IX. Sunt quædam, quæ ſua vi non intelliguntur, aut vix intelliguntur, quantolibet & quantumlibet, quamuis planiſſime dicentis verſentur eloquio, quæ in populi audientiam, vel raro, ſi aliquid vrget, vel numquam omnino mittenda ſunt.

(*m*) Ibid. c. X.

(*n*) Naz. orat. XXI. de laud. Athan. p. 396. *πρὸς τοὺς ταπεινοτέρους, ὑψηλότερος τοῖς μετεωροτέροις.*

cio-

cionem mixtam verba facerent, vbi catechumeni præſentes erant, quibus profundiorem myſteriorum religionis chriſtianæ cognitionem ad tempus de induſtria celabant, adeoque tecta quadam ratione de illis loquebantur, vſurpantes illud *ἴσασιν οἱ μεμυημένοι*, *norunt initiati*, vtpote qui bene intelligebant, quamvis illi obſcuris tantum verbis propter catechumenos loquerentur: Cuius de diſciplinæ ac conſuetudinis rationibus copioſius ſupra [*] diximus, neque adeo plura hac de re in medium proferri neceſſe eſt.

PROXIMVM, quod in oratore ſuo chriſtiano laudat AVGVSTINVS, eſt, quod id agat, vt audiatur *libenter*. Etſi enim plana veritatis declaratio illis ſatisfacere poſſit, qui in verbis nil niſi verum ament; pleroſque tamen ſermone ſuaui ac ornato delectari, qui ſi fiat inſuauiter, ad paucos quidem ſtudioſiſſimos ſuum peruenire fructum, qui ea, quæ diſcenda ſint, quamuis abiecte inculteque [*o*] dicantur, ſcire deſiderent: ſed quoniam inter ſe habeant nonnullam ſimilitudinem veſcentes atque dicentes, propter faſtidia plurimorum etiam ipſa, ſine quibus viui non poteſt, alimenta condienda eſſe. Hoc intuitu effatum antiqui cuiuſdam oratoris laudat, qui vere dixerit, ita [*p*] dicere debere eloquentem, vt doceat, vt delectet, vt flectat. Et quoſdam auditores, vt teneantur ad audiendum, delectandos eſſe, idque fieri, ſi orator ſuauiter loquatur. Eamdem regulam CHRYSOSTOMVS etiam inculcat, officium deſcribens epiſcopi, cuius functionem hac in re tanto difficiliorem eſſe [*q*] dicit, quod aures ſuas vulgus adſuefecerit, non vt ad vtilitatem, ſed vt ad voluptatem potius audiant. Et hanc rem concionatori ſtudium & laborem adferre; qui, etiamſi popularem auram pariter ac cenſuram contemnere, tamen eam auditorum ſuorum rationem habere debeat, vt ipſum libenter

(*) Lib. X. c. V. volum. IV. p. 119. ſequ.

(*o*) Auguſtin. de doctrin. chriſt. lib. IV. c. XI.

(*p*) Aug. ibid. c. XII.

(*q*) Chryſoſt. de ſacerdotio lib. V. c. I. *οὐ γὰρ πρὸς ὠφέλειαν, ἀλλὰ πρὸς τέρψιν, ἀκούειν εἰθίσθησαν οἱ πολλοί· -- γενναίας ἐν δεῖ κἀνταῦθα ψυχῆς, καὶ πολὺ ἡμετέραν ὑπερβαινούσης σμικρότητα· ἵνα τὴν ἄτακτον καὶ ἀνωφελῆ τοῦ πλήθους ἡδονὴν κολάζῃ, καὶ πρὸς τὸ ὠφελιμώτερον μετάγειν δύνηται τὴν ἀκρόασιν· ὡς αὐτῷ τὸν λαὸν ἕπεσθαι καὶ εἴκειν.*

ad

ad ſui ædificationem audiant. Non autem in quolibet concionatore ISOCRATIS terſus læuor, DEMOSTHENIS ampla ſublimitas, THVCYDIDIS verenda maieſtas, PLATONIS excellens dignitas requirebatur, vt idem CHRYSOSTOMVS [r] loquitur. Qui minus eloquenter dixerit, cum tamen delectaturum auditores ſuos, adfirmat AVGVSTINVS, dummodo communes eloquentiæ regulas obſeruet, vt nihil *obtuſe, deformiter, frigide;* ſed omnia *acute, ornate, vehementer* dicat: Quæ AVGVSTINI regulæ [s] in hoc ipſo negotio ſunt. Si quis ad hanc exoticæ eloquentiæ perfectionem pertingere non valebat, erat virilis quædam & maieſtatica eloquentia, atque ars dicendi ſapienter, qua carere illi non poterant, quos ſtudium & operam ſuam in ſacris ſcripturis ponere iuuabat. In illis enim res non ſolum magnæ & diuinæ ſunt, ſed dictio etiam eloquens & ornata, quemadmodum AVGVSTINVS [t] in diuerſis exemplis ex apoſtolorum & prophetarum ſcriptis oſtendit; ſtilus in illis reperitur non iuueniliter luxuriantis & exſultantis ingenii (qui virilem eloquentiam minus deceret) ſed qui dignitati ac auctoritati diuinitus inſpiratorum auctorum congruit, qui eloquentia loquuti ſunt, tum ipſos tum res ipſorum decente; tali videlicet, quæ ſummorum ſæpenumero oratorum eloquentia nihilo inferior eſt, ſed ſoliditate & ſapientia ſua (quæ vere diuina eſt eloquentia) longe eam tranſcendit. Proinde qui in phraſi & ſenſu ſcripturarum bene verſati erant, eaſque in ſuos ipſorum aliorumque vſus apte conuertere didicerant, eis vera eloquentia ad ſermones ſuos cum audientium delectatione faciendos deeſſe non poterat. Et ſane ipſa applaudendi publice in eccleſia concionatoribus conſuetudo (de qua plura ſequenti §. XXVII.) euidens teſtimonium eſt, quod communiter cum plauſu & approbatione fuerint auditi.

(r) Chryſoſt. ibid. lib. IV. c. VI. *ἐγὼ δὲ εἰ μὲν τὴν λειότητα Ἰσοκράτους ἀπῄτουν, καὶ τὸν Δημοσθένους ὄγκον, καὶ τὴν Θουκυδίδου σεμνότητα, καὶ Πλάτωνος ὕψος κ. τ. λ.*

(s) Aug. de doctrin. chriſt. lib. IV. c. V. Quum alii faciant obtuſe, deformiter, frigide; alii acute, ornate, vehementer; illum ad hoc opus iam oportet accedere, qui poteſt diſputare, vel dicere ſapienter, etiamſi non poteſt eloquenter. - - Sapienter autem dicit homo tanto magis vel minus, quanto in ſcripturis ſanctis magis minuſue profecit.

(t) Auguſtin. ibid. cap. VI. & VII. tot.

VLTI-

VLTIMVM, quod AVGVSTINVS in oratore chriſtiano laudat, eſt, quod operam det, vt audiatur *obedienter*; hoc eſt, vt cum conuictione ac perſuaſione audientium dicat; mentes eorum idoneis ſolidiſque conuincendo rationibus; & adfectus excitando, eoſque in obſequium pertrahendo iſtiuſmodi argumentis ac methodis, quæ varias humanæ naturæ adfectiones commouere, voluntatem flectere & imperio fidei ſubiicere valent. Hoc ſi fecerit orator ſacer, ſummum culmen attigit. Tunc de auditoribus ſuis quaſi volentibus triumphat, perfectam ac iucundam de illis adeptus victoriam. Nam, vti rurſus obſeruat AVGVSTINVS, antequam homines ad adſenſum & obſequium ab oratore flectantur, ab eo victi non ſunt. Fieri enim poſſe dicit, vt doceantur [u] & delectentur, & tamen non adſentiantur; ſine quo illa duo nihil proſint. Quando autem eloquentia ſua eorum voluntates flexit & lucratus eſt, tum omnis obſtinatio ſubacta eſt & perfecta reportata victoria. Iam hoc fit, vt AVGVSTINVS heic oſtendere pergit, ſi orator auditores eo valet adducere, vt ament quod pollicetur, timeant quæ minatur, oderint quod arguit, quod commendat amplectantur, quod dolendum exaggerat, doleant, quum quid lætandum prædicat, gaudeant, miſerentur eorum, quos miſerandos ante oculos dicendo conſtituit, fugiant eos, quos cauendos terrendo proponit: & quidquid aliud grandi eloquentia fieri poteſt, ad commouendos animos auditorum, non quid agendum ſit, vt ſciant, ſed vt agant, quod agendum eſſe iam ſciunt. Hoc *grandem eloquentiam* & *grauem* [x] appellat, eamque ei ſermonis generi opponit, quod *ſpumeum verborum ambitum* vocat, qualis haud vlli materiæ, multo minus grauitati religioſi ſermonis de rebus omnium maxime arduis & ſeriis, conueniat, vbi non niſi magna dicantur, vtpote quæ non ad temporariam hominum ſalutem, ſed ad ſempiternam

(u) Auguſt. ibid. c. XII. Ideo autem victoriæ eſt flectere, quia fieri poteſt, vt doceatur, & delectetur, & non adſentiatur. Quid autem illa duo proderunt, ſi deſit hoc tertium?

(x) Ibid. c. XIII. Ipſe iam remanet ad conſenſionem flectendus eloquentiæ granditate &c. c. XIV. Nec illa ſuauitas delectabilis eſt, qua non quidem iniqua dicuntur, ſed exigua & fragilia bona *ſpumeo verborum ambitu* ornantur, quali nec magna atque ſtabilia decenter & *grauiter* ornarentur.

 bea-

beatitatem & sempiternum interitum spectent. Nam si orator christianus de rebus sæcularibus loquatur, etiamsi in se paruæ sint, magnas tamen esse ratione modi, quo eas tractet; quia de illis agat respectu habito ad iustitiam, caritatem & pietatem in earum vsu, quæ in rebus quamlibet paruulis magnæ sint. Exempli gratia *Paulum* apostolum, de itione aliorum cum aliis in ius de caussis sæcularibus loquentem 1 Cor. VI, 1. sqq. omnem adhibere grandis eloquentiæ vim, indignari, corripere, exprobrare, increpare, minari, animi sui adfectum crebra & aspera vocis mutatione testari, non quod sæcularia negotia meruerint hæc omnia, sed propter iustitiam, caritatem, pietatem, quæ virtutes in istis negotiis adeo periclitarentur. Ita rursus obseruat [*y*], calicem aquæ frigidæ in se rem minimam esse atque vilissimam, non autem ideo minimum aliquid atque vilissimum esse, quando dominus dicat, quod, qui eum dederit discipulo eius, non sit perditurus mercedem suam. Addit, accidisse aliquando, vt, quum hac de re ipse loqueretur ad populum, & Deus adesset, vt non incongrue diceret, tamquam de illa aqua frigida quædam flamma surgeret, quæ etiam frigida hominum pectora ad misericordiæ opera facienda spe cælestis mercedis accenderet. Sed enim porro obseruat, quod licet [z] doctor ecclesiasticus debeat rerum dictor esse magnarum, non tamen semper eas debeat granditer dicere; sed submisse, quum aliquid doceatur; temperate, quum aliquid vituperetur vel laudetur. Quum vero aliquid agendum sit, & ad eos loquatur, qui hoc agere debeant, nec tamen velint, tunc ea, quæ magna sint, dicenda esse, ait, granditer, & ad flectendos animos congruenter. Et aliquando de vna eademque re magna & submisse dicendum, si doceatur: & temperate, si prædicetur: & granditer, si auersus inde animus vt conuertatur, impellatur. Ita, si quis de Deo loquatur, vt doceat vnitatem trinitatis, eum debere nisi submissa disputatione agere, vt res ad dignoscendum difficilis, quantum detur, possit intelligi. Non heic ornamenta, sed documenta requiri, non heic vt aliquid agat, flectendum esse auditorem, sed potius vt discat,

(*y*) Augustin. de doctrin. christian. lib. IV. c. XVIII.
(z) Ibid. c. XIX.

in-

instruendum. Quum autem laudetur Deus, siue de se ipso, siue de operibus suis, tum magnam faciem pulchræ ac splendidæ dictionis oboriri, ad laudandum eum, quem nemo conuenienter laudet, nemo quomodocumque non laudet. At si non colatur, aut cum illo vel etiam præ illo colantur idola, siue dæmonia, siue quæcumque creatura, quantum hoc malum sit, atque vt ab hoc malo auertantur homines, debere vtique granditer dici. Diuersa trium istorum generum dicendi exempla ex scripturis sacris & veteribus scriptoribus, CYPRIANO & AMBROSIO, adfert, & tandem subiungit [a]: *In his, quos duos ex omnibus proponere volui, & in aliis ecclesiasticis viris, & bona & bene, id est, sicut res postulat, acute, ornate, ardenterque dicentibus, per multa eorum scripta vel dicta possunt hæc tria genera reperiri, & adsidua lectione vel auditione, admixta etiam exercitatione, studentibus innotescere.* Atque ita, si veterum concionatorum imaginem ex AVGVSTINI delineatione nobis repræsentare velimus, hæc summatim fuerit; Quod eorum sermones semper de rebus arduis ac cælestibus egerint, & stilus eorum rei tractandæ responderit, hoc est, planus, elegans, grandis & acutus fuerit; ad instruendos, ad delectandos & inflammandos, ad conuincendos & flectendos auditorum animos apprime vtilis & accommodatus. Et si methodus eorum a nostra diuersa, vel non ita exacta & euidens auditoribus fuerit; id consuetudini & temporibus, in quibus vixerunt, adscribendum est. Habet enim suas quæque ætas peculiares res & proprium rerum gustum. Et quamquam hodiernam concionandi methodum auditoribus vtilissimam esse credo; tamen, si quæstio illa celebratissimorum oratorum regulis ac praxi decidenda foret; Vtrum aperta an tecta methodus ad eligendum aptissima esset, sententiam pro veteribus latum iri certum est. Vtcumque autem fuerit, si hac in parte aberrasse intelliguntur, aliis excellentiis id compensauerunt, perspicuitate videlicet sua & euidentia, elegantia ac venustate, sublimitate cogitationum & elocutione, &, quod præcipuum omnium est, ardenti pietate & vitæ sanctimonia, doctrinæ ipsorum congruente, maximumque robur & efficaciam omnibus ipsorum sermonibus addente. Nam, vt AVGV-

(a) August. de doctrin. christian. c. XXI.

STINVS vltimo loco [b] recte obseruat, „Habet, vt obedienter audiatur, quantacumque granditate dictionis maius pondus vita dicentis: Nam qui sapienter & eloquenter dicit, viuit autem nequiter, erudit quidem multos studiosos, quamuis animae suae sit inutilis, sicut scriptum est: *Scribae & Pharisaei in cathedra Moysis sederunt, quae dicunt, facite, quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt*, cetera. Multis itaque prosunt dicendo, quae non faciunt: sed longe pluribus prodessent faciendo, quae dicunt. Abundant enim, qui malae vitae suae defensionem ex ipsis suis praepositis & doctoribus quaerunt, respondentes corde suo, aut etiam, si ad hoc erumpunt, ore suo, atque dicentes, *Quod mihi praecipis, cur ipse non facis?* Ita fit, vt eum non obedienter audiant, qui se ipse non audit, & Dei verbum, quod eis praedicatur, simul cum ipso praedicatore contemnant; cuius autem vita inculpata est, eius ipsum exemplum est grandis eloquentia, & est ei quasi copia dicendi forma viuendi [c].„ Atque per hasce methodos, tam per eloquentiam quam per exemplum suum veteres tantum ab auditoribus suis impetrarunt, vt saepe publico plausu ab illis exciperentur, gemitus eorum audirent, viderent lacrimas, & quod omnium iucundissimum erat, dulces laboris sui fructus in eorum inuenirent obedientia sinceraque conuersione. Sed de his mox plura, vbi, additis adhuc duabus tribusue obseruationibus de concionatoribus, ad auditores deueniemus.

§. XX.

Non fuisse partem antiquae oratoriae mouere adfectus gesticulationibus & vanis rerum imaginibus.

INTER haec vnum obseruandum mihi est cum negatione: Non fuisse videlicet antiquam oratoriae partem, ad auditorum suorum adfectus concitandos, animosque permouendos externa quaedam signa, fictasque personas & res in sermonibus suis producere in medium, quemadmodum hodie in ecclesia *Romanensi* moris est, maxime in concionibus de *IESV CHRISTI* do-

(b) Aug. de doctrin. christian. c. XXVII.

(c) Augustin. ibid. c. XXVIII. Si autem ne hoc quidem potest, ita conuersetur, vt non solum praemium sibi comparet, sed etiam praebeat aliis exemplum & sit ei quasi copia dicendi forma viuendi.

mini

mini noſtri paſſione, oſtendere crucis imaginem, fictam *CHRISTI* perſonam ad columnam adligati, & virgis ad necem fere cæſi producere; diſcindere velum, clauos promere, & alia cruciatuum inſtrumenta auditorum oculis ſubiicere, vt dolorem excitent in eorum pectoribus, eliciantque ex oculis lacrimas. FERRARIVS [d] iſtiuſmodi conſuetudinem inter veteres non fuiſſe, concedit, & niſi prudenter & appoſite id fiat, riſum magis excitare quam mouere dolorem, fatetur. Et quodnam ex his duobus producatur ſæpius, id quidem tam ex rerum iſtarum natura, quam ex ſapientium virorum querelis, facile ad hariolandum eſt. Quæ FERRARIVS adfert ex CHRYSOSTOMO [e], ad auditores ſuos in hunc modum loquente: *Antea vos rogaui, vt Ioannis caput abſciſſum adhuc calido ore diſtillans ſumentes, ſic domum quiſque ſuam redeatis, & putetis, ante oculos habere ipſum vocem emittentem, & dicentem: Odio habete iugulatorem meum, iuramentum; quod ira non potuit tyranni, hoc periurii neceſſitas effecit, & quando nempe omnibus publice audientibus arguebatur, increpationem generoſe tulit tyrannus: quum vero ſe in iuramentorum neceſſitatem adegit, tunc illud beatum caput abſcidit. Hoc ipſum igitur & nunc peto, &*

(d) Ferrar. de ritu concion. lib. I. c. XXXI. Scio, per multis non admodum probari concionatores illos, qui ad excitandos affectus animoſque permouendos, externa ſigna, fictaſque perſonas, ac corporeas quaſdam imagines, producunt nonnumquam in auditorum proſpectum. Quibus ego, vt id, quid ſentio, dicam, haud repugnanter adſentior; ob eam potiſſimum cauſſam, quod in iis producendis, quædam ſæpe occurrunt, quæ viſum magis excitent, quam moueant dolorem. Quoniam tamen oculorum ſenſus omnium acerrimus eſt, validiuſque irritant animos, quæ oculis ſubiiciuntur, quam quæ demiſſa per aures influunt; non grauate conceſſerim, poſſe non numquam, præſertim in concionibus de venerandis Chriſti domini cruciatibus, ad multitudinis animos ſollicitandos & commouendos (ſi modo prudenter iſtud & opportune, non frigide & affectate procedat) ſigna quædam externa proferri, nec non & ſuppliciorum inſtrumenta in auditorum conſpectu poni.

(e) Chryſoſt. hom. XIV. ad populum Antiochen. p. 177. (p. 157. edit. Francof.) παρεκάλεσα πρώην ὑμᾶς τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου λαβόντας ἀποτετμημένην, καὶ θερμοῦ τοῦ αἵματος ἔτι ἀποστάζουσαν, οὕτως ἀπελθεῖν οἴκαδε ἕκαστον, καὶ νομίζειν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρᾷν αὐτὴν φωνὴν ἀφιεῖσαν καὶ λέγουσαν· μισήσατέ μου τὸν σφαγέα τὸν ὅρκον· ὅπερ ἔλεγχος οὐκ ἐποίησε, τοῦτο ὅρκος ἐποίησεν· ὅπερ θυμὸς τυραννικὸς οὐκ ἴσχυσε, τοῦτο ἐπιορκίας ἀνάγκη παρασκεύασε· καὶ ὅτε μὲν ἠλέγχετο δημοσίᾳ πάντων ἀκουόντων, ἤνεγκε γενναίως τὴν ἐπιτίμησιν ὁ τύραννος, ὅτε δὲ εἰς ὅρκων ἀ-

petere non desistam, vt quocumque abierimus, hoc gestantes caput abeamus, & omnibus clamans ostendamus, & iuramentum condemnans, quamuis namque valde simus ignaui & negligentes, capitis illius oculos intuiti, terribiliter nos respicientis & minantis, fræno omni vehementius per timorem huiusmodi repressi, cohibere & auertere facile poterimus linguam a iurandi præcipitio: Quæ, inquam, FERRARIVS sic e CHRYSOSTOMO adducit, ea huc non faciunt: Nam rhetoricum tantum schema est, efficiens duas vsitatas apud oratores figuras, *hypotyposin* & *prosopopœiam*, hoc est viuidam rei descriptionem & personæ cuiusdam loquentis introductionem; quæ figuræ sunt, ad efficiendam in animis audientium iustam sollicitudinem accommodatæ, non autem exemplum isti consuetudini præbent, qua homines ad risum potius concitantur, cuius in antiqua ecclesiæ oratoria nullum vspiam vestigium conspicitur.

§. XXI.

De longitudine sermonum.

PROXIME post materiam & stilum sermonum, quæstio fieri potest de eorum longitudine. FERRARIVS [f] & alii quidam confidenter statuunt, generatim vnius horæ spatio fuisse eos terminatos. Verum FERRARIVS docere nescit, quo instrumento horam suam dimensi sint veteres concionatores; neque enim adfirmare audet, quod concionati sint, vti veteres *Græci* & *Romani* oratores declamarunt, ad clepsydram, quod tamen ille eodem iure dicere potuisset, quo, omnibus eorum sermonibus vnius horæ spatium præfinitum fuisse, dixit, non ex meliori vero ratione, quam quod nonnumquam horæ

νάγκην ἑαυτὸν ἐνέβαλε, τότε τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἀπέτεμε κεφαλήν· τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ νῦν παρακαλῶ, καὶ παρακαλῶν οὐ παύομαι, ὥστε ὅπου περ ἂν ἀπίωμεν, ταύτην βαστάζοντες τὴν κεφαλὴν απιέναι, καὶ πᾶσιν αὐτὴν ἐπιδεικνύναι βοῶσαν, καὶ τῶν ὅρκων κατηγοροῦσαν· κἂν γὰρ σφόδρα ὦμεν ῥάθυμοι, τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς κεφαλῆς ἐκείνης ὁρῶντες φοβερὸν εἰς ἡμᾶς βλέποντας, καὶ ἀπειλοῦντας ὀμνύουσι, χαλινοῦ παντὸς ἐντονώτερον τῷ φόβῳ τούτῳ σωφρονισθέντες, ἄγχειν καὶ ἀποστρέφειν δυνησόμεθα ῥᾳδίως τὴν γλῶτταν ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους ὁρμῆς.

(f) Ferrar. de ritu concion. lib. I. c. XXXIIII. Prolixiori dicentis oratione auditorum animos abalienari potius ac debilitari, quam erigi ac conciliari, fatentur omnes. Huic igitur certo ac communi malo vt medicinam facerent ecclesiæ patres in concionando, determinatum dicendi tempus, fereque vnius horæ spatio conclusum, aut ipsi sibi præscribebant, aut ab aliis præfinitum religiose obseruabant.

ser-

ſermonis mentionem faciant, quo ipſo nihil amplius quam tempus in genere ſignificant, quemadmodum *hora tentationis*, & *hora venit*, & *hora mea nondum venit*, ſæpius in ſcripturis vſurpatur. Melior & aptior WETTENHALII [g] epiſcopi obſeruatio eſt, quod eorum ſermones ſæpius oppido breues fuerint. Inveniuntur multi in tomo decimo operum AVGVSTINI, quos quis intra octo partes ſexageſimas horæ, nonnullos autem intra dimidium iſtius temporis interuallum, diſtincte pronuntiare decenterque recitare potuerit. Et iſtiuſmodi multæ ſunt ex homiliis LEONIS, CHRYSOLOGI, MAXIMI, CAESARII ARELATENSIS, aliorumque patrum *Latinorum*. Nonnullæ AVGVSTINI multo longiores ſunt, atque tales ſunt maximam partem CHRYSOSTOMI, NAZIANZENI, NYSSENI & BASILII homiliæ; ſed vix vlla earum horam durauerit, & multæ ne dimidiam quidem horam. Et ſi conſideres, quod ſæpenumero duos treſue ſermones ſimul habuerint, vti in CHRYSOSTOMI eccleſia fieri conſueuiſſe oſtendimus, abſurdum foret cogitare, quod eorum quiſque horam abſoluerit, quum vniuerſum miniſterium non amplius duas horas durauerit in totum; quomodo CHRYSOSTOMVS [h] in ſermonibus ſuis ſæpius declarat,

(g) Wettenhal's *Gift of Preaching* chap. 2. p. 666.

(h) Chryſoſt. homil. XLVIII. de inſcript. altaris tom. V. p. 648. (homil. LI. tom. V. p. 580. edit. Francof. MDCXCVIII.) ἐγὼ ȣ̓δὲν τοιȣ̃το λέγω, ὅτι ἑπτὰ ἡμέρας ἄργησον, ȣ̓δὲ δέκα ἡμέρας, ἀλλὰ δύο μοι δάνεισον ὥρας τῆς ἡμέρας, καὶ τὰς λοιπὰς αὐτὸς ἔχε. *Non impero, vt ſeptem decemue diebus ab operibus abſtineas, ſed* duas mihi diei horas vt commodes, *reliquas ipſe tibi habeas.* Homil. L. de vtilit. lection. ſcriptur. ibid. p. 676. (homil. LIII. p. 605.) προσέχωμεν τοίνυν τῇ ἀναγνώσει, μὴ τὰς δύο μόνον ταύτας ὥρας, [ȣ̓ γὰρ ἀρκεῖ ἡμῖν εἰς ἀσφάλειαν ἡ ψιλὴ αὕτη ἀκρόασις] ἀλλὰ διηνεκῶς. *Lectioni ergo ſimus intenti, non* duas *tantum has* horas [*non enim ad ſecuritatem ſufficit hæc auditio nuda*] *ſed perpetuo.* Homil. XXIV. de baptiſmo Chriſti tom. I. p. 309. (p. 273. edit. Francof.) τί δὲ λέγω περὶ ἡμέρας ὁλοκλήρȣ; ὅπερ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ἐποίησεν ἡ χήρα, τȣ̃το ποίησον ἐπὶ τȣ̃ καιρȣ̃ σὺ τῆς ἡμέρας· καθάπερ ἐκείνη δύο κατέβαλεν ὀβολȣ̀ς, καὶ πολλὴν παρὰ τȣ̃ Θεȣ̃ ἐπεσπάσατο τὴν εὔνοιαν· ȣ̆τω καὶ σὺ δύο δάνεισον ὥρας τῷ Θεῷ, καὶ μυρίων ἡμερῶν κέρδος εἰς τὴν οἰκίαν εἰσάξεις τὴν σήν. *Sed quid de integro die loquor? Vel id vnum, quod in eleemoſyna vidua fecit, tu in huius diei tempore facito: quemadmodum illa duos obolos miſit, multamque a Deo gratiam iniuit, ſic & tu* dua horas Deo commoda, *& ſexcentorum dierum lucrum in domum tuam importabis.*

hoc

hoc tamquam argumentum vrgens ad populum, cur libenter diuino cultui vacare debeant, quia de ſeptem diebus hebdomadis vnum tantum ſibi reſeruarit Deus, & iſtius diei non plures quam duas horas cultui ſuo commodari iuſſerit, quemadmodum vidua illa duos obolos in ærarium miſerit, multamque a Deo gratiam inierit.

§. XXII.

Vtrum vnuſquiſque ſacras conciones ab ſe ipſo, an ab alio compoſitas, pronuntiare debuerit.

PORRO quæri poteſt, vtrum omnes concionatores ſermones ab ſe ipſis compoſitos pronuntiare debuerint, an vero aliorum homilias recitandi habuerint libertatem? Ad quod iam quodam modo reſponſum eſt, quod celebrium concionatorum homiliæ, exempli gratia CHRYSOSTOMI & EPHRAEM SYRI, aliorum ſermonum loco de pulpito in multis eccleſiis legi conſueuerint. CAESARII ARELATENSIS homilias in eccleſiis *Gallicanis* lectas fuiſſe, auctor eſt MABILLONIVS [*i*]; vbi etiam diaconi, ſi presbyter, aliqua infirmitate prohibente, concionari non poſſet, veterum patrum homilias in eccleſiis ruralibus legendi auctoritatem a concilio *Vaſenſi* [*k*] habuerunt. Neque vero hæc ſolorum diaconorum conſuetudo, ſed & ab ipſiſmet epiſcopis nonnumquam idem factum fuit. Et CYRILLVM quidem ALEXANDRINVM multas *Græciæ* totius epiſcopis ſcripſiſſe homilias, atteſtatur GENNADIVS [*l*], *Cyrillus*, inquiens, *Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, homilias compoſuit plurimas, quæ ad declamandum a Græcis epiſcopis memoriæ commendantur.* De SALVIANO, eloquentiſſimo presbytero *Maſſilienſi*, idem GENNADIVS [*m*] ait: *Saluianus Maſſilienſis eccleſiæ presbyter ſcripſit*

(*i*) Mabillon. de liturg. Gallican. lib. II. p. 99. In homiliario Sancti-Gallenſi, litteris maiuſculis ab annis mille ſcripto, duo ſermones habentur pro die dominica ante natale domini, ſed inſcripti hoc modo: *Dicendum* ſeu *dictum ante natale domini*, ſine vlla mentione aduentus per totum illud corpus homiliarum, quæ per annum tunc legebantur, *pleræque ex Cæſario epiſcopo Arelatenſi.*

(*k*) Concil. Vaſenſ. II. c. II. (apud Labb. eſt conc. III. tom. IV. p. 1680.) Si presbyter, aliqua infirmitate prohibente, per ſe ipſum non potuerit prædicare, *SS. patrum homiliæ a diaconis recitentur.*

(*l*) Gennad. de ſcriptor. c. LVII.

(*m*) Gennad. ibid. c. LXVII.

ſcho-

ſcholaſtico & aperto ſermone multa, e quibus iſta legi, de virginitatis bono &c. homilias epiſcopis ſactas multas, quod FERRARIVS [n] & CAVEVS non de homiliis coram epiſcopis, ſed in eorum vſum factis, intelligunt: vnde etiam eodem loco *epiſcoporum magiſter* GENNADIO vocatur, quod ipſi elegantes homilias ab eo compoſitas recitarent. FERRARIVS & SIRMONDVS [o] idem de dictionibus quibuſdam ſacris ENNODII obſeruant, quas ab ipſo ſcriptas, ab aliis autem deinde recitatas eſſe dicunt. AVGVSTINVS hanc quæſtionem ex inſtituto conſiderat, & caſum inde format conſcientiæ. Poſteaquam enim omnes eloquentiæ chriſtianæ regulas illis tradidiſſet, qui ad componendas orationes eſſent idonei, tandem eſſe quoſdam dicit, qui bene pronuntiare poſſint, quid autem pronuntient, excogitare non poſſint. Neque eos ſeuere damnat, vel a concionando imperioſe reiicit, ſed potius magno amoris adfectu in eorum gratiam ſic loquitur [p]: *Quod ſi ab aliis ſumant eloquenter ſapienterque conſcriptum, memoriæque commendent, atque ad populum proferant; ſi eam perſonam gerunt, non improbe faciunt. Sic enim, quod profecto vtile eſt, multi prædicatores veritatis fiunt, nec multi magiſtri, ſi vnius veri magiſtri id ipſum dicant omnes, & non ſint in eis ſchiſmata. Nec*

(n) Ferrar. de ritu concion. lib. II. c. XIV. Aliquos conſueuiſſe aliquando, vt ſuas, pronuntiare aliorum homilias, facile credet, quicumque eorum meminerit, quæ & de Cyrillo Alexandrino epiſcopo & de *Saluiano Maſſilienſi* prodidit Gennadius; - - Saluianus ſcripſit - - multa ex quibus legi - *homilias epiſcopis factas*.
Caue hiſtor. litterar. vol. I. p. 346. (p. 245. edit. Geneuenſ.) Homiliæ multæ coram epiſcopis, vel *in vſum epiſcoporum factæ*.

(o) Ferrar. l. c. Ennodius (id quod etiam ab eruditiſſimo viro Iacobo Sirmondo adnotatum fuit) ſacram ſecundam ſcripſit ipſe quidem, ſed vt gratiam iniret ab Honorato, Nouariæ epiſcopo, qui eam pronuntiauit vt ſuam. Tertia etiam ab Ennodio compoſita eſt, ſed a Stephano Vicario recitata. Ipſamet autem earumdem ſacrarum inſcriptio hoc idem haud obſcure indicat. etenim ſecundæ titulus is eſt, *Dictio miſſa Honorato epiſcopo Nouarienſi in dedicatione baſilicæ apoſtolorum, vbi templum fuit idolorum.* Tertia vero ita inſcribitur, *Dictio data Stephano V. S. Vicario, dicenda Maximo epiſcopo.* Verba enim illa, *Miſſa, Data, Dicenda* ſatis reuincunt, ſcriptas quidem illas ab Ennodio, ſed ab aliis deinde dictas. Exſtant aliæ id genus nonnullæ dictiones apud eumdem Ennodium, quas qui leget, fatebitur procul dubio, ab ipſo fuiſſe certe elucubratas, ſed ab aliis omnino pronuntiatas.

(p) Auguſtin. de doctrin. chriſtian. lib. IV. c. XXIX.

deterrendi sunt isti voce Hieremiae prophetae, per quem Deus arguit eos, qui furantur verba eius, vnusquisque a proximo suo. Qui enim furantur, alienum conferunt: verbum autem Dei non est ab eis alienum, qui obtemperant ei, potiusque ille dicit aliena, qui quum dicat bene, viuit male. Vnde tandem concludit, licere omnino aliis aliorum eloquentia praestantium sermones pronuntiare, dummodo vitam suam ad verbum Dei componant, orentque Deum serio, vt & bene ipsi proferant, & illi, ad quos proferunt, sumant.

§. XXIII.

Sacrae conciones sanctissimae trinitatis laudatione conclusae semper ac terminatae.

NOTANDVM adhuc est, quod sermones suos semper concluserint veteres, vti nos hodie facimus, sanctissimae *TRINITATIS* laudatione, quemadmodum non solum ex sermonibus videre est AVGVSTINI, CHRYSOSTOMI, BASILII, LEONIS, FVLGENTII aliorumque, qui, posteaquam haeresin suam contra seruatoris nostri diuinitatem inuexit *Arius*, claruerunt; sed ex ORIGENIS etiam & aliorum, qui ante illam tempestatem vixerunt, vt DIONYSII *Alexandrini* & reliquorum homiliis, quas BASILIVS vidit, ex illisque antiquam illam formulam contra nonnullos defendit [q], qui ipsum innouationis incusabant, quod formulam vsurparet, qua veteres ante se semper vsos fuisse, dicebat.

§. XXIV.

Conciones vt plurimum a stantibus habitae.

FERRARIO res quaedam aduentitiae memorantur, quae vel parui momenti in se sunt, vel alibi aptius considerari possunt, verbi gratia, quod a diaconis ante conciones silentium imperatum fuerit; Quod concionaturi suggestum adscendentes textum suum, post lectionem a lectore factam, denuo legerint; Quod lectiones recitari iusserint, argumento, quod tractandum suscepissent, maxime congruentes & aptas; Quod aliquando multis ante diebus indicauerint, qui potissimum scripturae locus esset pro concione tractandus; Quod sanctorum martyrum passiones, quum anniuersarii eorum dies in ecclesia celebrarentur, ante concionem publice recitatae fuerint; Quod

(q) Basil. de spirit. sancto c. XXIX. Tom. II. opp. p. 358. 359. 360.

epi-

epiphaniæ die futuram paſchalem celebritatem inter concionandum auditoribus denuntiarint; Quod itidem inter concionandum ſtata vigiliarum ac ieiuniorum, nec non eleemoſynarum pro pauperibus collectionem indicarint; Quod de religionis myſteriis obſcure & tecte coram catechumenis dixerint; Quod epiſcopos in concione præſentes ſalutauerint; Quod auditores diſtincta loca ſibi adſignata habuerint; Quibus potiſſimum nominibus amoris & exiſtimationis appellari ab epiſcopis ſoliti ſint; Quod ex edito ſemper ac præcelſo loco in eccleſia ſermones recitati fuerint ex ambone ſiue pulpito, vel ex ſolio epiſcopi, vel ex gradibus altaris; Quod die potiſſimum dominico, die ſabbati, in feſtorum dierum vigiliis, in epiſcopatus natali die, ſiue primo ſiue anniuerſario, in baſilicorum ac altarium dedicatione conciones habitæ fuerint; Et eiuſdem generis plura, quorum alia adeo leuia ſunt, vt lectoris notitia vix digna iudicentur; alia autem, quæ plus momenti habent, in aliis huius operis partibus recenſentur & explicantur. Itaque vnum adhuc, quod ad concionatores attinet, examinabimus, vtrum videlicet ſtantes an ſedentes ſermones ſuos pronuntiarint. Generalis hodie eccleſiæ conſuetudo eſt, vt concionatores ſtent, ſedeant autem auditores. Vetus autem conſuetudo vt plurimum hodiernæ contraria fuit. Concionatores enim communiter ſedentes docebant, populus ſtans auſcultabat; nulla tamen regula hac de re præſcripta erat, ſed conſuetudo in diuerſis eccleſiis variabat. In *Africa* concionator communiter ſedebat, vti ex OPTATO [r] liquet, quando ad *Donatiſtarum* epiſcopos ſcribens ait: *Dum peccatorem arguit, & ſedentem increpat Deus, ſpecialiter ad vos dictum eſſe conſtat, non ad populum, qui in eccleſia ſedendi non habet licentiam.* Dicit hæc occaſione verborum pſalmiſtæ, *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* AVGVSTINVS ſimiliter de ſe, tamquam ſedente inter concionandum, loquitur: *Quid volo? Quid deſidero? Quid cupio? Quare loquor? Quare heic* [s] *SEDEO? Quare viuo, niſi hac intentione, vt cum Chriſto ſimul viuamus?* Et iterum [t]: *Vt ergo vos non diu teneam, præſertim quia*

(r) Optat. lib. IV. p. 78. (p. 91. edit. Pariſ. MDCLXXIX.)
(s) Auguſtin. homil. XXVIII. ex L. tom. X. opp. p. 179. (ed. Baſil. p. 485.)
(t) Aug. homil. XLIX. de diuerſis.

ego SEDENS loquor, vos ſtando laboratis. Et alio loco in quibusdam [*u*] eccleſiis & concionatori & populo ſedere licitum fuiſſe ſignificat, quando ait: *Longe conſultius in quibuſdam eccleſiis transmarinis non ſolum antiſtites ſedentes loquuntur, ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubiacent, ne quiſpiam infirmior ſtando laſſatus a ſaluberrima intentione auertatur, aut etiam cogatur abſcedere.* CHRYSOSTOMVS [*x*] etiam ſedentem ſe concionatum fuiſſe indicat, *Reſtant*, inquiens, *plura, ſed hæc ſobriis ad correctionem ſufficiant; quare neceſſe orationem ſupprimere, nam cupio patris* (id eſt, epiſcopi) *audire vocem: quoniam ipſi quidem paſtorales pueri ſubtili calamo ſibilamus, veluti ſub quercu aut fago quadam ad vmbram ſacrorum horum SEDENTES; hic autem, veluti muſicus optimus, auream citharam modulatus ſonorum conſonantia vniuerſum excitat theatrum.* In ambone autem ſiue pulpito hoc facere conſueuit, in quo ſedit, quando decantatiſſimam illam orationem increpatoriam habuit in *Eutropium* eunuchum, qui ad eccleſiam fugerat, nimioque percuſſus timore ſub altari iacebat [*y*] vti hiſtorici nobis narrant. GRE-

(*u*) Auguſtin. de catechizandis rudibus c. XIII.

(*x*) Chryſoſt. homil. I. de pœnitent tom. I. p. 662. (p. 585. ed. Francof.) *ἐξῆν μὲν οὖν καὶ πλείονα τούτων εἰπεῖν, ἀλλὰ τοῖς σωφρονοῦσι καὶ ταῦτα ἀρκεῖ πρὸς διόρθωσιν, διόπερ ἀνάγκη καταπαῦσαι τὸν λόγον· καὶ γὰρ τοῦ πατρὸς ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι· ἡμεῖς μὲν γὰρ καθὰ τὰ παιδία τὰ ποιμενικὰ λεπτῷ τῷ καλάμῳ συρίζομεν, ὥσπερ ὑπό τινα δρῦν ἢ λεύκην, τῇ σκιᾷ τῶν ἱερῶν τούτων* **καθήμενοι**· *οὗτος δὲ καθὰ μουσικός τις ἄριστος χρυσῆν ἁρμοσάμενος κιθάραν, τῇ συμφωνίᾳ τῶν κρουσμάτων ὅλον ἀνίστησι θέατρον.*

(*y*) Socrat. lib. VI. c. V. *ὁ οὖν ἐπίσκοπος, τοῦ Εὐτροπίου ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον κειμένου, καὶ ἐκπεπληγότος ὑπὸ τοῦ φόβου,* **καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος**, *ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν χάριν τοῦ ἐξακοῦσθαι, λόγον ἐλεγκτικὸν ἐξέτεινε κατ' αὐτοῦ.* *Epiſcopus* (*Chryſoſtomus*) *dum Eutropius ſub menſa altaris iaceret metu percuſſus*, ſedens in ambone, *vnde etiam antea concionari ſolebat, quo facilius ab omnibus exaudiretur, obiurgatoriam in eum habuit orationem.* Caſſiodor. hiſtor. tripartit. lib. X. c. IV. Poſt paucos dies, quum ipſe Eutropius offendiſſet imperatorem, inter refugos erat apud eccleſiam, epiſcopus vero Chryſoſtomus, Eutropio ſub altari iacente, nimioque percuſſo timore, *reſidens ſuper ambonem*, vbi ſolebat prius facere conſuete ſermonem, homiliam increpatoriam fecit aduerſus eum.

Nicephor. eccleſ. hiſtor. lib. XIII. c. IV. *τῶν βασιλείων εὐθὺς ἀποδρὰς, ἱκέτης τῇ ἐκκλησίᾳ προσέδρευε· τότε δὴ ὁ Ἰωάννης τὸ ἄτοπον διελέγχων τῆς ἐπιχειρήσεως Εὐτροπίου, λαμπρόν τινα κατ' αὐτοῦ λόγον διέξεισιν* **ἐπ' ἄμβωνος καθεσθεὶς**, *ὥσπερ ἦν εἰωθὸς ἐκείνῳ ταῖς διδασκαλίαις ποιεῖν, ἵν' ἅπαντας ἡ φωνὴ ἐπιφθάνοι.*

GO-

GORIVM NYSSENVM itidem sedisse inter concionandum, & deinde in clausula sermonis ad preces surrexisse, ex oratione quadam illius colligi potest, vbi dicit [z]: *Surgentes dicamus etiam nos ad Deum, Ne nos inducas in tentationem &c.* Quod etiam notatum est a IVSTINO MARTYRE [a], ORIGENE [b], ATHANASIO [c] & CHRYSOSTOMO [d], quos FERRARIVS citat in eosque obseruat, eorum consurrectionem in fine sermonum ad preces indicare, quod sedentes sint concionati. Quæ vera omnino obseruatio est. Sed tamen post hæc omnia non dubitat adserere, communiori more stantes loquutos fuisse antiquos patres, nisi aut senectus, aut valetudo id non pateretur. Quod certe nobis indicat, quo hominem præiudicata opinio contra euidentissima testimonia in recentioris consuetudinis gratiam possit abripere. Obseruatio, facta ab auctore com-

Ex imperialibus ædibus profugiens Eutropius supplex in ecclesia consedit; tum Ioannes absurdum Eutropii conatum arguens, ducentem am habuit orationem in ambone *seu suggestu: qui mos eius erat, quum populum doceret, vt omnes vocem eius exciperent*, sedens.

(z) Nyssen. homil. V. de orat. domin. tom. I. p. 751, ἀλλ' εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς ἀναστάντες τῷ θεῷ, ὅτι μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. *Verum* surgentes *dicamus etiam nos ad Deum, Ne nos inducas in tentationem.*

(a) Iustin. apol. p. 98. προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται· ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν. *Præsidens orationem, qua populum instruit & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet.* Sub hæc consurgimus communiter omnes, *& precationes profundimus.*

(b) Orig. homil. XX. in Numer. Et ideo *surgentes oremus*, vt inueniamus paratum semper istum gladium spiritus, per quem exterminentur & semina ipsa & conceptacula peccatorum. Id. homil. III. in Esai. Reuera abstulit opprobrium Iesus, idcirco *surgentes* oremus Deum &c. Homil. XXXVI. in Luc. Quæ omnia cognoscentes, & quam multa sint genera regnorum, *surgamus precemurque Deum &c.*

(c) Athanas. homil. de semente (tom. II. p. 72. edit. Paris. MDCXCVIII.) ἀντάρκους δὲ τῶν λόγων ἡμῶν προχωρησάντων, ἀναστάντες καὶ ἡμεῖς ἐκτείνωμεν τὰς χεῖρας. *Ceterum quia & sermo noster satis processit*, surgentes *& nos ipsi extendamus manus &c.*

(d) Chrysost. homil. contr. hæretic. ap. Ferrarium lib. II. c. IX. (c. XVII. p. 212. edit. Paris. MDCLXIV. suo) Itaque, quia ostendimus regiam dignitatem & diuinitatem spiritus, *nos cathedra exsurgentes*, vno ore & vno corde glorificemus patrem & filium & spiritum sanctum.

mentarii in epiſtolas *Pauli* [*] ſub nomine AMBROSII, plus veri ac ſolidi habet, quod epiſcopi chriſtiani ſedentes ſint concionati, & quod hæc conſuetudo ex ſynagoga adſcita fuerit: vbi ipſemet FERRARIVS fatetur & probat, communiori ritu ſediſſe ſcribas & doctores *Iudæorum*, legem in ſynagogis explicantes, tametſi exempla quædam in contrarium fuerint. Matth. XXIII, 2. ſcribæ & phariſæi dicuntur *ſedere in cathedra Moſis. CHRISTVS* etiam dominus Luc. II, 46. *inuentus eſt in templo inter doctores ſedens & docens.* Et cap. IV, 20. *Quum in ſynagoga Iſaiæ librum ſtans perlegiſſet, docturus populum ſedit.* Et Matth. V. *docturus in monte ſedit.* Luc. V, 3. *ſedens docuit de nauicula turbas.* Ioan. VIII, 2. *ſedens docuit in templo populum.* Matth. XXVI, 55. *Quotidie ſedens docebat in templo.* Hoc factum ex conſuetudine *ſynagogæ Iudaicæ*, quam eccleſia chriſtiana generatim fuit ſectata. Exempla, quæ FERRARIVS ex homiliis CHRYSOSTOMI [e] & AVGVSTINI [f] in contrarium adfert, exceptiones generalis regulæ potius ſunt, quam idonea teſtimonia pro ipſius adſertione. Res quidem in ſe non multum habet momenti, & perinde eſt, ſiue ſtans ſiue ſedens quis ſermonem ſuum pronunciet: Si quis autem vetuſtas conſuetudines enarrat, tum non debet rem quamcumque con-

(*) Ambroſ. commentar. in 1 Cor. XIV, 29. Hæc traditio ſynagogæ eſt, quam nos vult ſectari -- vt ſedentes diſputent ſeniores dignitate in cathedris &c.

(e) Chryſoſt. homil. XVI. ad popul. Antiochen. (tom. I. opp. p. 180. ed. Francof.) εἰ μὴ πολλὴν παρὰ τῶν πατέρων ὑπέστην ἀνάγκην, οὐδ᾽ ἂν ἀνέστην, οὐδ᾽ ἂν διελέχθην ὑπὸ τῆς ἀθυμίας σκοτωθεὶς τῆς ἐπὶ τῇ μικροψυχίᾳ τῇ ὑμετέρᾳ. *Niſi multam a patribus neceſſitatem ſuſtinuiſſem, neque ſurrexiſſem, neque loquutus fuiſſem dolore obtenebratus ex puſillanimitate veſtra.* Homilia XXXIII. in Matth. (p. 386. edit. Frf.) διὰ σὲ ἕστηκεν ὁ διάκονος πονῶν καὶ ταλαιπωρούμενος· τίνα οὖν ἕξεις ἀπολογίαν, μηδὲ τὴν ἐκ τῆς ἀκροάσεως αὐτῷ παρέχων ὑποδοχήν; *Cauſſa tui* rectus ſtat doctor (ita habet quidem verſio, in græco autem eſt ὁ διάκονος) *laboribus & adflictionibus adfectus. Qua igitur te excuſabis ratione, ſi ne ad audiendum quidem paratum animum præbueris?*

(f) Auguſtin. ſerm. CXXII. de diuerſis. Quamquam propter commoditatem depromendæ vocis altiore loco *ſtare* videamur, tamen in ipſo altiore loco vos iudicatis, & nos iudicamur. Id. conc. II. in pſalm. XXXII. prope finem: Adhuc quidem ſpectatores in amphitheatro forte inſaniunt, & in ſole ſedent, & nos ſi *ſtamus*, tamen in vmbraculo ſumus, & vtiliora & pulchriora ſunt, quæ ſpectamus. Id. tract. XIX. in Ioannis euangelium: Noſtis, fratres, quia ad panem ventris cum labore peruenitur, quanto magis ad panem mentis! Cum labore ſtatis & auditis, ſed *nos* cum maiore *ſtamus & loquimur.*

ſue-

ſuetudinibus & ritibus præſentis ſæculi conformare, ſed res nude, vti eas inuenit, repræſentare.

§. XXV.

Et a populo ſtante auditæ in quibuſdam, ſed non in omnibus, eccleſiis.

HACTENVS ea conſiderauimus, quæ ad concionatores ſpectant, pauca nunc de auditoribus adiicienda ſunt. De quibus iam §. vltimo obſeruatum nobis eſt ex OPTATO & AVGVSTINO, non habuiſſe populum in eccleſiis *Africanis* ſedendi libertatem, ſed generatim ſtando ſermones audire debuiſſe. FERRARIVS [g] præterea multa teſtimonia ex AVGVSTINO in rem eamdem collegit, quæ heic enarrare neceſſe non eſt. Obſeruare autem nobis licebit, eamdem conſuetudinem etiam in multis aliis eccleſiis obtinuiſſe. SIDONIVS APOLLINARIS [h] de ea, tamquam conſuetudine eccleſiæ *Gallicanæ*, ad FAVSTVM *Reienſem* duobus verſiculis ita loquitur:

Seu te conſpicuis gradibus venerabilis aræ
Concionaturum plebs ſedula circumſiſtit.

Quod porro ex homilia quadam confirmatur, quæ ſub nomine AVGVSTINI circumferri conſueuit, hodie autem a MABILLONIO & monachis *Benedictinis* in noua operum AVGVSTINI editione, CAESARII ARELATENSIS eſſe certo determinata eſt, vbi infirmioribus quidem ſedendi libertatem indulget, re-

(g) Ferrar. lib. II. c. XV. (c. XXI. edit. cit. Pariſ. suo.) ex Auguſtin. tract. XIX. in Ioann. vid. ſub anteced. litt. (f). Et tract. c. XII. Quomodo autem inter ſe omnes (euangeliſtæ) conueniant, ne veritati, quæ per alium promitur, ab alio repugnetur, quiſquis noſſe deſiderat, non in his ſermonibus, ſed in aliis laborioſis litteris quærat; nec *ſtando*, aut audiendo, ſed potius ſedendo & legendo, vel legenti aurem mentemque intentiſſimam præbendo, illa condiſcat. Homil. XXVIII. ex L. Audi ergo pſalmum, te admonuit, te, quicumque es, qui forte heic hodie *ſtas* & nocte aliquid feciſti, te admonuit &c. Sermo XLIX. de diuerſis. cit. ſub litt. (t) pag. 179. 180. Ibid. ſerm. CXXII. vid. ſub litt. (f). p. 182. Sermo II. in pſalm. XXXII. cit. ſub litt. (f). Et in pſalm. CXLVII. Gaudeo, tantam eſſe voluntatem & voluptatem in veritate verbi Dei, vt ſtudium veſtrum bonum in bono & de bono vincat ſtudium inſanorum currentium in amphitheatrum; numquid illi, *ſi tam diu ſtarent*, adhuc ſpectarent? Serm. XX. de verbis domini. Nam & modo inde aliquid agimus remoti a negotiis, ſepoſitis familiaribus curis, conueniſtis, *ſtatis*, *auditis*.

(h) Sidon. carm. XVI. ad Fauſtum Reienſem.

liquis

liquis autem omnibus, feminis non minus quam viris, hoc priuilegium denegat. *Ante aliquot dies*, inquit [i], *propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inaequalitate laborant, paterna pietate sollicitus consilium dedi, & quodammodo supplicaui, vt quando aut passiones prolixae, aut certe aliquae lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt, humiliter & cum silentio sedentes, attentis auribus audiant, quae leguntur. Nunc vero aliquae de filiabus nostris putant, quod hoc aut omnes, aut certe plures, quae sanae sunt corpore, frequenter debeant facere. Nam vbi verbum Dei coeperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere volunt. - - Vnde rogo vos, venerabiles filiae, & sollicitudine paterna commoneo, vt quando aut lectiones leguntur, aut verbum Dei praedicatur, nulla se in terram proiiciat: nisi forte quum nimium grauis infirmitas cogit.* Quae verba indicant, stationem vsitatum audientium gestum fuisse in ecclesiis *Gallicanis*. Eamdem consuetudinem etiam ecclesiis quibusdam *Graecis* fuisse, ex notabili historia colligi potest, quam de *Constantino* refert EVSEBIVS, quod quum aliquando coram ipso in regio illius palatio disseruisset, cum maxima audientium multitudine stans [k] ipse orationem audierit, & quum ab eo postulasset, vt in regali solio, quod iuxta positum esset, sedere vellet, numquam adduci potuerit, vt sederet, pium ac religiosum esse dicens, vt de rebus diuinis stantes audiant. In ecclesiis autem *Italicis* contraria consuetudo obtinuit. AVGVSTINVS enim, vt iam antecedente sectione percepimus, dicit, quod in quibusdam ecclesiis transmarinis (per quas *Italicas* sine vllo dubio intelligit) non solum antistites sedentes loquantur, sed ipsi etiam populo sedilia [l] subiaceant, ne quisquam infirmior stando lassatus a saluberrima intentione auertatur, aut etiam cogatur abscedere. Et longe melius fieri putat, vt eadem libertas, vbi decenter fieri possit, in ecclesiis etiam *Africanis* indulgeatur. *Romae* ita fuisse IVSTINI MARTYRIS aetate, ex secunda ipsius apologia luculen-

(i) Augustin. serm. XXVI. qui est CCC nouae editionis. (tom. X. p. 476. edit. Basil. MDLXIX.)

(k) Euseb. de vit. Constant. lib. IV. c. XXXIII. *πλήθους δ' ἀκροατῶν περιεστῶτος, ἔνδον ἐν αὐτοῖς βασιλείοις ὄρθως ἑστὼς, ἅμα τοῖς λοιποῖς ἐπηκροᾶτο· ἡμῶν δ' ἀντιβολέντων ἐπὶ παρακειμένῳ τῷ βασιλικῷ θρόνῳ διαναπαύεσθαι, ἐπείθετο μὲν οὐδαμῶς - - - ἑστῶτας γὰρ ὑπακούειν τῶν θείων, ὅσιον.*

(l) August. de catechiz. rudib. c. XIII. cit. sub litt. (u) pag. 180. in textu.

ter patet, dum ſurgendi verbo vtitur, quod præuiam ſeſſionem neceſſario includit: *Die*, inquit, *qui ſolis dicitur, omnes, qui in oppidis vel agris morantur, vnum in locum conueniunt, commentariaque apoſtolorum, vel prophetarum ſcripta leguntur, quamdiu hora patitur; deinde vbi is, qui legit deſiſtit, is qui præeſt, admonet & hortatur, vt ea, quæ lecta ſunt bona, imitem. Tunc SVRGIMVS OMNES* [m] *& comprecamur.* Et quum eadem res ORIGENI [n] obſeruetur & ATHANASIO [o], probabile omnino eſt, eamdem conſuetudinem in multis Occidentis eccleſiis inoleuiſſe. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS [p], populum ſermones ipſius audiſſe ſedentem, expreſſis verbis ſignificat. *Cogita*, inquit, *quot nunc eſtis, qui heic adſidetis, quot noſtrum animæ ſunt, in vna quoque tamen congrue operatur* (ſpiritus ſanctus) *& medius exſiſtens videt cuiuſque modum, cernit & cogitationem & conſcientiam, & quid loquamur & quid mente retineamus.* Et auctor *conſtitutionum* [q], qui præcipue orientalium eccleſiarum conſuetudines enarrat, populum repræſentat tamquam ſedentem ad audiendum ſermonem. Atque ita CASSIANVS [r] & HIERO-

(m) Iuſtin. apol. II. p. 98. τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται, μέχρις ἐγχωρεῖ· εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται· ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν.

(n) Orig. homil. III. in Ieſu. ſub fin. *Surgentes* oremus Deum &c. Homil. XXXVI. in Luc. Quæ omnia cognoſcentes, & quam multa ſint genera regnorum, *ſurgamus* precemurque Deum, vt auferat a nobis regnum inimici. &c.

(o) Athanaſ. homil. de ſemente. vid. ſub litt. anteced. (c) pag. 181.

(p) Cyrill. catech. XVI. n. XI. λόγισαι, πόσοι καθέζεσθε νῦν· πόσαι ψυχαὶ πάρεσμεν· ἑκάστῳ προσφόρως ἐνεργεῖ, καὶ μέσον παρὸν βλέπει ἑκάστου τὸν τρόπον, βλέπει καὶ τὸν λογισμὸν καὶ συνήδεισιν, καὶ τί λαλοῦμεν, καὶ τί νοοῦμεν.

(q) Conſtit. lib. II. c. LVIII. εἰ ἐν τῷ καθέζεσθαι ἕτερός τις ἐπέλθοι εὐσχήμων καὶ ἔνδοξος ἐν τῷ βίῳ, ἢ ξένος, ἢ ἐγχώριος - - οἱ ἀδελφοὶ διὰ τῶν διακόνων παραδεχέσθωσαν αὐτόν· εἰ δὲ τόπος οὐκ ἔστιν, ὁ διάκονος τὸν μᾶλλον νεώτερον ἐγείρας, μετὰ λόγου, ἀλλὰ μὴ μετ᾽ ὀργῆς, ἐκεῖνον καθισάτω. *Quod ſi, quum* ſedetur, *vir quiſquam ſuperueniat honeſtus, & in ſæculo clarus, ſiue alterius ſiue euiſdem regionis - - fratres eum per diaconos recipiant; atque, ſi locus deſit, diaconus omnium iuniorem, prudenter non autem præfracte, loco mouens, honoratum illum* ſedere *faciat.*

(r) Caſſian. inſtit. lib. II. c. XII. Hunc ſane canonicum, quem prædiximus, duo-

NYMVS [s] in cunctis monasteriis per *Aegyptum* obtinuisse dicunt, vt non tantum sermoni, sed recitationi etiam psalmorum aliisque lectionibus de scripturis sedentes attenderent. Vt adeo hoc ipsum indifferentibus ritibus & consuetudinibus adnumerari oporteat, de quibus generalis quædam ecclesiæ catholicæ regula non fuit data; sed quilibet consuetudinem loci istius, vbi degeret, sequutus est, & quælibet ecclesia obseruandum præscripsit, quod ad populi ædificationem omnium maxime facere crederet.

§. XXVI.

Peculiaris consuetudo ecclesiæ Africanæ *ad excitandam auditorum attentionem.*

PECVLIARIS consuetudo in ecclesia *Africana* erat, quando concionator notabile quoddam scripturæ dictum in medio sermone ex improuiso recitabat, vt populus in repetenda eius clausula cum ipso se coniungeret. AVGVSTINVS eius mentionem facit in sermone quodam [t], vbi quum hæc verba *Pauli* orsus esset, *Finis præcepti est*, antequam pergeret, populum alloquens monebat, vt reliqua istius dicti secum repeterent; quo facto omnes statim acclamabant, *caritas de corde puro.* Quo ipso eos demonstrasse dicit, quod non infructuose audierint. Et hoc sine dubio factum est, vt populus ad audiendum, legendum & recolendum scripturas excitaretur, vt occasione exigente istiusmodi vtiles earum particulas recitare possent, habentes tunc libertatem non tantum audiendi, sed etiam legendi ac recitandi eas lingua patria. Num hæc consuetudo in vllo alio loco obtinuerit, non habeo dicere; quum in AVGVSTINO tantum eam offenderim: quam ob caussam de ea loquutus sum, tamquam peculiari ecclesiæ *Africanæ* consuetudine, eo spectante, vt auditorum attentio acueretur, ostenderetur-

denarium psalmorum numerum tali corporis quiete releuant, vt has easdem congregationum solemnitates ex more celebrantes, absque eo, qui dicturus in medium psalmos surrexerit, cuncti sedilibus humillimis *insidentes*, ad vocem psallentis omni cordis intentione dependeant.

(*s*) Hieron. epist. XXII. ad Eustoch. c. XV. Completis orationibus, *cunctis residentibus*, medius, quem patrem vocant, incipit disputare &c.

(*t*) Augustin. XXXVI. ex editis a Sirmondo tom. X. p. 837. Finis præcepti est (Iam vos dicite mecum: A populo acclamatum est) Caritas de corde puro. Omnes dixistis, quod non infructuose semper audistis.

que,

que, quod legerent ſacras ſcripturas memoriæque eas tenerent.

§. XXVII.

Fauſtæ olim concionanti ab audiente populo factæ acclamationes, plauſuſque dati in eccleſia.

GENERALIOR conſuetudo erat, quando auditores publicis plauſibus & acclamationibus in eccleſia teſtabantur, quanti facerent concionatorem, & quam eius admirarentur eloquentiam, vel approbarent doctrinam. Hoc nonnumquam expreſſis verbis, nonnumquam etiam aliis ſignis, & conſenſus ac approbationis ſuæ teſtificationibus facere ſolebant. *Græcis* hoc communiter vocatur *κρότος*, quod vocabulum vtramque approbationis rationem denotat, tum eam, quæ manuum plauſibus, tum illam, quæ fauſtis vocibus & acclamationibus, declaratur. Primus eius vſus, vti SVICERVS [*u*] ex CASAVBONO [*x*] obſeruat, in theatris tantum fuit. Vnde in ſenatum deuenit; & poſtea in actus conciliorum ac ordinarios conuentus eccleſiaſticos. Non eſt noſtri iam inſtituti inquirere in acclamationes ſynodicas, ſed tantum in eas, quæ concionantibus in eccleſia fieri ſolitæ ſunt. Hæ interdum factæ verbis laudum, vti in homilia quadam PAVLI EMISENI [*y*], præſente *Cyrillo Alexandrino* dicta, inuenimus; quum enim ea verba in concione protuliſſet *Paulus*, quæ doctrinæ CYRILLI, qui prius concionatus erat, apprime conuenirent, *Peperit itaque Deipara Maria Emanuelem*, ſtatim populus, vt ſe & intellexiſſe & firmiter credere, quæ dicebantur, declararet, dicentis curſum interrumpens acclamauit in hunc modum: *Ecce fides eadem eſt donum Dei, Cyrille Orthodoxe, hoc audire cupiebamus; qui non ita loquitur, anathema ſit.* Interdum alio modo approbationem ſuam teſtificabantur, manu plaudentes, & ſimilibus vtentes geſtibus. Ita HIERONYMVS ſcribens ad *Vigilantium*, fauſtas ſibi concionanti ab

(*u*) Suicer. theſaur. eccleſ. voce *κρότος* volum. II. p. 173. ſeqq.

(*x*) Caſaubon. not. in Vulcatium Gallican. vit. Auidii Caſſii p. 89. Vid. ap. Suicerum loc. cit.

(*y*) Paul. Emiſen. homil. de incarnat. conc. tom. III. p. 1096. in actis concilii Epheſin. part. III. c. XXXI. *ἐβόησεν ὁ λαός· ἡ πίστις ἰδὲ αὐτή ἐστί Θεȣ̃ δῶρον, Κύριλλε ὀρθόδοξε· τȣ̃το ἀκȣ̃σαι ἐζητȣ̃μεν· ὁ τȣ̃το μὴ λέγων, ἀνάθεμα ἔστω.*

ipſo quondam factas acclamationes, plauſuſque datos [z] memorat: *Recordare*, inquit, *quæſo illius diei, quando, me de reſurrectione & veritate corporis prædicante, ex latere ſubſultabas & plaudebas manu, & applodebas pede, & orthodoxum conclamabas.* Iſtiuſmodi laudationem populum *Conſtantinopolitanum* CHRYSOSTOMO concionanti tribuere ſolitum, memoriæ prodidit GEORGIVS, patriarcha *Alexandrinus* [a], ita ſcribens: *Omnes mirabantur eum ob ſapientiam, ipſi a Deo datam, & quomodo ipſis diſſoluebat, quæ in diuinis ſcripturis interpretatu atque intellectu difficilia ſunt, nec non ipſi plaudebant, alii quidem chlamides ſuas attollentes: alii fimbrias cutzulon, alii vero manualia, alii denique faſciolas ſeu oraria, & clamantes, Reuera dignus es hoc ſacerdotio, o apoſtolorum tertie decime: Chriſtus te ad nos miſit, vt ſaluas faceres animas noſtras, & potares de fontibus ſalutis, quod ipſe tibi dedit &c.* In eumdem modum GREGORIVS NAZIANZENVS in inſomnio de templo *Anaſtaſiæ* narrat, quomodo populus concionanti ſibi applaudere ſolitus ſit, *Alii*, inquiens [b], *ſermonem noſtrum miris laudibus efferebant, alii ſilentio atque admiratione defixi tenebantur, alii partim verbis, partim animo ſolo ſtridebant, alii denique velut fluctus quidam vento excitati pugnabant.* HIERONYMVS ad hoc ipſum reſpicit, quando ad *Nepotianum* [c] ſcribens, ait: *Præceptor quondam meus, Gregorius Nazianzenus rogatus a me, vt exponeret, quid ſibi vellet in Luca* (cap. VI.) *ſabbatum* δευτερόπρωτον, *eleganter luſit. Docebo te, inquiens, ſuper hac re in eccleſia; in qua mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus ſcire, quod neſcis; aut certe, ſi ſolus tacueris, ſolus ab omnibus ſtultitiæ condemnaberis.* Eiuſdem conſuetudinis crebra mentio iniicitur a SIDONIO APOLLINARI [d], ISIDORO PELVSIOTA [e], & ab

(z) Hieron. epiſt. LXXV. contr. Vigilant.

(a) Georg. Alexandr. vit. Chryſoſt. ap. Ferrar. de ritu concionum lib. II. c. XX. (c. XXVI. edit. Par. MDCLXIV.)

(b) Naz. Somn. de templo Anaſtaſiæ tom. II. p. 78.

Καί ῥ' οἱ μὲν πάλλοντο, καὶ ᾔνεον, οἱ δὲ σιωπῇ
Θάμβεον, οἱ δὲ λόγῳ τρύζον ἔθ', οἱ δὲ νόῳ
Θνησκούσης ὠδῖνος ἀνακυδέος· οἱ δὲ μάχοντο,
Οἷα καθισαμένα κύματος ἐξ ἀνέμων.

(c) Hieron. epiſt. II. ad Nepotianum.

(d) Sidon. lib. IX. epiſt. III. Licet enim prædicationes tuas, nunc repentinas, nunc, quum ratio popoſciſſet, elucrabatas raucus *ploſor* audierim &c.

(e) Iſidor. lib. III. epiſt. CCCXLIII. Οὐ *μικρὸν συνετὸς ἀκροατής, ὁ μὴ μόνον*

AVGV-

AVGVSTINO [*f*] & CHRYSOSTOMO [*g*] plurimis in locis, quæ

θαύματι διακόπτων τȢ λόγȢ τὸν δρόμον, ἀλλὰ καὶ ἐπινοῶν τὰ δυσθεώρητα, καί τι παρ᾽ ἑαυτȢ εἰσφέρειν δυνάμενος. *Non parui momenti res eſt, acutus ſagax auditor, qui non tantum* ob admirationem orationis curſum interrumpit, *verum etiam ea, quæ arduæ contemplationis ſunt, excogitat, atque a ſe ipſo aliquid erogare poteſt.* Epiſt. CCCLXXXII. Εἰ καὶ, ὡς γέγραφας, ὁ λόγος τὸν κρότον ἐγέννησεν· ἀλλ᾽ ȣ̃γε καὶ ὁ κρότος τὸν λόγον ἐπέῤῥωσεν, ἔρεισμα τῷ τεκόντι φανείς. *Et ſi, vt abs te ſcriptum eſt*, oratio plauſum peperit: *at etiam* orationi plauſus robur comparauit, *quippe qui parenti adminiculi loco fuerit.*

(*f*) Auguſtin. ſermon. V. de verbis domini. Audiſtis, *laudaſtis*, Deo gratias. Semen accepiſtis, verba reddidiſtis. *Laudes* iſtæ veſtræ grauant nos potius & in periculum mittunt: toleramus illas & tremimus inter illas; tamen, fratres mei, iſtæ *laudes* veſtræ folia ſunt arborum, fructus quæritur. In Sermon. XIX. de verbis apoſtoli. Ecce chriſtianus es, eccleſiam frequentas, verbum Dei audis, de lectione verbi Dei lætiſſime commoueris. Tu *laudas tractantem*, ego quæro facientem. In ſermone XXVIII. eiuſdem libri: Quaſi vero paruus ſit fructus ſudoris huius mei, ſi omnes, qui mihi *acclamauerunt*, clament & contra te, ne falſum iurent aduerſum te. In homil. XXV. ex L. vid. ſub litt. (q) ſeq. In ſerm. XLV. de tempore. Vnde omnes acclamaſtis, niſi quia omnes agnouiſtis? Tractat. LVII. in Ioan. euangel. Hæc vobis hodie ſatis ſint, dilectiſſimi: ſi quid ſecus, quam oportet, dicentes fortaſſis offendimus, vel *laudibus veſtris* immoderatius, quam oportuit, eleuati ſumus, impetrate mundationem pedibus noſtris. In expoſitione pſalmi CXLVII. Quid de vobis *clamauit*? dilectio pacis. Quid oſtendit oculis veſtris? Vnde *clamatis*, ſi non amatis? - - neque enim *acclamaretur*, niſi amaretur. In libro de catechiz. rud. c. XIII. Sæpe etiam fit, vt qui primo libenter audiebat, vel audiendo, vel ſtando fatigatus, non iam *laudans* ſed oſcitans labia diducat, & ſe abire velle etiam inuitus oſtendat. In ſermone XVII. de diuerſis. Quando enim ſic *laudaueritis*, ſi non amaretis? quando amaretis, ſi nihil videretis? ille itaque non oſtendente formam corporis, lineamenta, colorem, pulchros motus, me non oſtendente, vos tamen videtis, amatis, *laudatis*. In libro IV. de doctrin. chriſt. c. XXVI. Quando nonnulla non iactatiuncula, ſed quaſi neceſſaria, atque, vt ita dicam, rebus ipſis extorta numeroſitas clauſularum, tantas *acclamationes* excitat, vt vix intelligatur eſſe ſubmiſſa. &c.

(*g*) Chryſoſtom. homil. I. in Geneſin (tom. II. p. 1. edit. Francof.) ȣ̉δὲ γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῆ ἐνταῦθα συνῆμεν, ἵνα ὁ μὲν εἴπῃ, ὁ δὲ κροτήσῃ ἁπλῶς τὰ λεγόμενα. *Neque enim temere & fruſtra huc conuenimus, vt vnus quidem loquatur, alius vero, quæ dicuntur,* plauſibus *excipiat.* Homil. IV. ibid. (p. 25. edit. Francof.) ἡ τῶν κρότων συνέχεια μεγίϛη ἀπόδειξις ἐγίνετο, τȢ μεθ᾽ ἡδονῆς ὑμᾶς δέχεσθαι τὰ λεγόμενα. Continui plauſus *maxime teſtabantur, quod dicta magna voluptate ſuſciperetis.* Homil. LIV. (p. 588. cit. edit.) μὴ γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῆ λέγειν βȢλόμεθα, ὥϛε τὸν παρ᾽ ὑμῶν ἔπαινον καρπώσασθαι, καὶ

 quum

quum fuſius recitet FERRARIVS, hoc loco non exiſtimo eſſe repetenda. Lector curioſus vel FERRARIVM, vel ipſa loca in auctoribus nominatis poteſt conſulere. Quibus multa alia loca addi poſſunt ex CHRYSOSTOMO [*h*], so-

ἵνα **κροτήσαντες** ὑμεῖς ἀναχωρήσητε; ἐ διὰ τἕτο [μὴ γένοιτο] ἀλλὰ διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν. *Numquid temere & in vanum dicere volumus, vt a vobis laudum fructus recipiamus, & vt* plaudentes manibus *recedatis? non hoc ſpectamus, abſit, ſed veſtram vtilitatem.* Homil. II. ad popul. Antioch. (p. 28. edit. Francof.) τί μοι τῶν **κρότων** ὄφελος τέτων; τί δὲ τῶν **ἐπαίνων** καὶ τῶν θορύβων; **ἔπαινος** ἐμὸς τὸ διὰ τῶν ἔργων ὑμᾶς ἐπιδεῖξαι τὰ λεγόμενα ἅπαντα. *Quæ mihi horum* plauſuum *vtilitas? quæ* laudum *& tumultuum?* laus *mea eſt, vt per opera vos omnia, quæ dicuntur, exhibeatis.* Homil. V. ad eumd. popul. Antioch. (p. 80.) νῦν μὲν ἐν βραχείᾳ καιρἕ ῥοπῇ **τὰ λεγόμενα ἐπαινεῖτε**, ἐὰν δὲ κατορθώσητε, διὰ πάσης τῆς ἡμέρας, καὶ διὰ παντὸς τἕ χρόνε, καὶ ἡμᾶς καὶ ὑμᾶς αὐτὲς ἐπαινέσεσθε. *Nunc quidem breui temporis momento* laudatis prædicata: *ſi vero res impleatis, per omnem diem & per omne tempus & nos & vos ipſos laudabitis.* Homil. II. de Lazaro (tom. V. p. 45. edit. Francof.) σιγᾶτε ταῦτα ἀκέοντες· πολλὴν ὑμῖν ἔχω χάριν τῆς σιγῆς ταύτης μᾶλλον, ἢ **τῶν κροτῶν**· οἱ **ἔπαινοι** λαμπρότερον ἐμὲ ποιἕσιν, ἡ σιγὴ δὲ αὕτη σωφρονεςέρες ὑμᾶς ἐργάζεται. *Tacete, qui hæc auditis, multo maiorem vobis habeo gratiam pro ſilentio, quam pro* plauſibus: *propterea, quod* plauſus *quidem ac laudes me faciunt glorioſiorem, ſilentium vero hoc vos reddit compoſitiores.* Homil. III. de incomprehenſibili Dei natura (p. 324. edit. Frf.) **ἐπῃνέσατε** τὰ εἰρημένα· μετὰ πολλἕ θορύβε καὶ κρότε τὴν παραίνεσιν ἐδέξασθε· ἀλλ᾽ ἕτως ἡμῖν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐπιδείξησθε τὲς ἐπαίνες. Laudaſtis, *quæ dixi, magno cum tumultu & plauſu admonitionem recepiſtis: ſed velim curam quoque habeatis, vt facto veſtra approbatio oſtendatur.* Homil. V. ibid. p. 348. ταῦτα λέγω, ἐχ ἵνα **ἐπαινῆτε** μόνον, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐπιδείκνυσθε. *Hæc ita doceo, non vt verbis probetis tantum &* laudetis, *verum etiam vt factis palam, animum veſtrum recepiſſe, quæ laudat, faciatis.* Hom. XXX. in act. apoſtolor. cit. ſub ſequ. litt. (u).

(*h*) Chryſoſtom. homil. I. de verbis Eſai. tom. III. p. 910. (p. 728. edit. Francof.) ἐδὲ τὴν φωνὴν τῆς **αἰνέσεως**, ἀλλὰ τὴν φωνὴν τῆς ἀταξίας, τὰς πρὸς ἀλλήλες φιλονεικίας, τὰς εἰκῆ καὶ μάτην ἐπαιρομένας χεῖρας ἐν τῷ ἀέρι, τὲς ἱππαζομένες πόδας, κ. τ. λ. *Neque prohibemus vocem* laudis, *ſed vocem abſurditatis & inconditam, ac mutuas inter vos contentiones, manus in caſſum temereque ſublatas in aërem, pedes ſupplaudentes &c.* Homil. VI. in Geneſ. p. 948. (p. 44. cit. ed.) μὴ γὰρ διὰ τἕτο λέγειν σπεδάζομεν, ὥςε ἁπλῶς τέρψαι ὑμῶν τὴν ἀκοὴν, ἢ ὡς **τἕ παρ᾽ ὑμῶν ἐπαίνε ἐφιέμενοι.** *Num hac ſola*

CRA-

CRATE [*i*] & PROSPERO AQVITANICO [*k*], diligenti isti scriptori non memorata, tametsi quatuor integra capita huic argumenta impendit.

§. XXVIII.

Conuenientius autem & decentius approbatio auditorum lacrimis, gemitibus, compunctione & obsequio declarata.

MAGIS ad rem præsentem facturum esse existimo, si ex istis locis summatim obseruemus, quod, licet veteres non prorsus repudiarint vel prohibuerint istiusmodi applausus & laudationes publicas, sed submisso & grato in Deum animo, tamquam bonarum adfectionum animi in auditoribus indices, admiserint; tamen, quia sæpius fallacia essent signa, haud laudauerint illos, qui eas concionantibus tribuerent, nec concionatores ipsos, quibus ob ipsorum duntaxat eloquentiam tribuerentur, multo minus eos, qui ex mundana quadam animi indole & populari ac vana ambitione illis velificarentur. Quod autem in auditoribus grandi eloquentia sua præcipue efficere studuerunt, id fuisse intelligitur, vt illorum mentes calefacerent, & ad lacrimas commouerent, vt in gemitus, sollicitudinem & dolorem de peccatis mitterent, vt ad consensum & obsequium sanctis regulis, quas eis concionantes proponebant, flecterent, vt rerum terrestrium contemtum in illis efficerent, vt animos eorum, adhibitis omnibus mouendi adfectiones ar-

de caussa tam studiosi in dicendo sumus, vt aures vestras oblectemus, vel quod laudari a vobis cupiamus? Homil. XXVII. in Genes. p. 358. (p. 300. edit. Francof.) *χαίρω καὶ εὐφραίνομαι ὑμῶν ὁρῶν μεθ' ἡδονῆς ἀκούοντας τὰ λεγόμενα, καὶ* **διὰ τοῦ κρότου** *δεικνύντας, ὅτι ἕτοιμοι γενέσθαι σπουδάζετε, καὶ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὴν δεσποτικὴν ταύτην παραίνεσιν. Gaudeo & lætor, quia video vos tanta voluptate, quæ dicimus audire,* & plausu ostendere, *vos studere promtos esse, & ad dominici mandati adimpletionem paratos.* Conf. homil. XVI. in illud, Si esurit inimicus tom. V. p. 220. cit. infra sub litt. (t) & homil. LVI. Quod non sit desperandum tom. V. p. 742. cit. sub litt. (s).

(*i*) Socrat. lib. VII. c. XIII. *ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τὶς ἀνὴρ, ὀνόματι Ἱέραξ, ὅς γραμμάτων μὲν τῶν πεζῶν διδάσκαλος ἦν· διάπυρος δὲ ἀκροατὴς τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου καθεστὼς καὶ περὶ τὸ* **κρότους ἐν ταῖς διδασκαλίαις αὐτοῦ ἐγείρειν** *ἦν σπουδαιότατος. Inter hos quidam fuit, nomine Hierax, humilioris litteraturæ magister: qui Cyrilli feruentissimus erat auditor:* & in eius concionibus plausus excitare solitus.

(*k*) Prosper. de vita contemplatiua lib. I. c. XXIII. vid. sub litt. seq. (n).

tibus,

tibus, ad flagrantiſſimum rerum alterius vitæ deſiderium excitarent. Hic ſummus eorum ſcopus in omnibus ſuis elaboratis, venuſtis ac facile currentibus orationibus erat, & hoc multo pluris æſtimabant, quam quoſuis applauſus populares, qui dari illis poterant. Hoc ipſis grandis credebatur eloquentia, nec vlla re magis lætabantur, quam ſi in auditorum ſuorum conuictione & conuerſione poſſent triumphare. Hunc in finem HIERONYMVS [*l*] in monitis ſuis ad *Nepotianum* hanç regulam præſcribit, vt docens in eccleſia non clamorem populi, ſed gemitum ſuſcitare lacrymaſque auditorum laudes ſuas eſſe ſtudeat. Atque ita re ipſa inter patres *Aegyptios* fuiſſe obſeruat [*m*], quando, de conuentibus eorum loquens, ita ſcribit: *Completis orationibus cunctiſque reſidentibus, medius, quem patrem vocant, incipit diſputare: quo loquente tantum ſilentium fit, vt nemo alium reſpicere, nemo audeat exſcreare, dicentis laus in fletu eſt audientium: tacitæ voluuntur per ora lacrimæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Quum vero de regno CHRISTI, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit adnuntiare ventura: videas cunctos moderato ſpiritu, & oculis ad cælum leuatis, intra ſe dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam?* Eumdem in modum concionatorem hortatur PROSPER [*n*], *Non in verborum ſplendore*, inquiens, *ſed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat; Non vocibus delectetur populi acclamantis ſibi, ſed fletibus; nec plauſum a populo ſtudeat exſpectare ſed gemitum.* AVGVSTINVS non repudiabat quidem acclamationes populi, non intermittebat tamen auditores ſuos monere, vt fructu vitæ ac operum ſuorum potius ſe paſcerent. *Tu laudas* [*o*], inquit, *tractantem: Ego quæro facientem.* Et alibi [*p*]: *Laudes iſtæ folia ſunt arborum, fructus quæritur.* Et rurſus [*q*]: *Ille nouit, ſub cuius oculis loquor, immo ſub cuius oculis cogito, non me tantum delectari laudibus popularibus, quam ſtimulari & angi, quomodo viuant, qui me laudant. Laudari autem a ma-*

(*l*) Hieron. epiſt. II. ad Nepotian. Docente te in eccleſia, non clamor populi, ſed gemitus ſuſcitetur; lacrimæ auditorum laudes tuæ ſint.

(*m*) Hieron. ep. XXII. ad Euſtoch. c. XV.

(*n*) Proſper. de vita contemplatiua lib. I. c. XXIII.

(*o*) Auguſtin. ſerm. XIX. de verbis apoſtoli.

(*p*) Aug. ſerm. V. de verbis Domini.

(*q*) Aug. homil. XXV. ex L.

le

le viuentibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi est, non voluptati. Laudari autem a bene viuentibus si dicam nolo, mentior; si dicam volo, timeo, ne sim inanitatis appetentior quam soliditatis. Ergo quid dicam? Nec plene volo, nec plene nolo. Non plene volo, ne in laude humana pericliter; non plene nolo, ne ingrati sint, quibus prædico. Et in libro de *doctrina christiana* [r], vbi de eo genere dicendi loquitur, quod *grandis eloquentia* dicatur, ait: *Non sane, si dicenti crebrius & vehementius acclametur, ideo granditer putandus est dicere: Grande autem genus plerumque pondere suo voces premit, sed lacrimas exprimit.* Notatu dignum exemplum narrat effectus, quem vnus de suis ipsius sermonibus, certa quadam occasione recitatus, habuerit in auditorum animis. „Quum, *inquit*, apud *Cæsaream Mauritaniæ* populo dissuaderem pugnam ciuilem, vel potius plusquam ciuilem, quam cateruam vocabant: Neque enim ciues tantummodo, verum etiam propinqui, fratres, postremo parentes ac filii, lapidibus inter se in duas partes diuisi, per aliquot dies continuos, & certo tempore anni solemniter dimicabant, & quisque vt quemque poterat, occidebat: Egi quidem granditer, quantum valui, vt tam crudele atque inueteratum malum de cordibus & moribus eorum auellerem pelleremque dicendo: Non tamen egisse aliquid me putaui, quum eos audirem acclamantes, sed quum flentes viderem. Acclamationibus quippe se doceri & delectari, flecti autem lacrimis indicabant. Quas vbi adspexi, inanem illam consuetudinem a patribus & auis longeque a maioribus traditam, quæ pectora eorum hostiliter obsidebat, vel potius possidebat, deuictam, antequam reipsa id ostenderent, credidi. Moxque sermone finito ad agendas Deo gratias corda atque ora conuerti. Et ecce iam ferme octo vel amplius anni sunt propitio Christo, ex quo illic nihil tale tentatum est.„ Hisce addit, esse & alia multa experimenta, quibus didicerit, homines, quid in eis fecerit sapientis granditas dictionis, non clamore potius, quam gemitu, aliquando etiam lacrimis, postremo vitæ mutatione, monstrasse. Vt adeo de pii huius patris sententia optima sermonis eiusque ornatus laus sit, si auditorum percellantur animi, si ad fletum commoueantur, si ad ob-

(r) Augustin. de doctrin. christ. lib. IV. c. XXIV.

ſequium præſtandum flectantur, quod maximarum acclamationum & plauſuum gloriam longiſſime ſuperet. Eodem modo magnus ille *Orientis* orator, CHRYSOSTOMVS, auditoribus ſuis ſæpe adfirmat, non ſe ipſorum delectari plauſibus, ſed fructibus, quos in animis eorum ſuus producat ſermo, dum nouos homines ipſos faciat. Alicubi hac de re ita loquitur [*s*]: *Magnas vobis ago gratias, quod cum animi alacritate habitos de precibus ſermones exceperitis, quod beatum me reddideritis. Beatus quippe, qui narrat in aures audientium. Id mihi non ex plauſibus laudibuſue tantum, ſed ex iis, quæ fieri a vobis cernebam, perſuaſum eſt. Quum enim, vt aduerſus inimicos preces minime funderetis, vos cohortarer, ac dicerem, nos, dum id agimus, Deum irritare ac legibus eius alias contrarias ferre (dixit enim ipſe,* orate pro inimicis, *at nos dum aduerſus inimicos oramus, petimus ab eo, vt ſuam legem ipſe diſſoluat) quum igitur hæc & talia dicerem, multos inter vos cernebam faciem percutientes & pectus, grauiter ingemiſcentes, manus in cælum tendentes, veniam a Deo propter eiuſmodi preces fuſas poſtulantes. Tum vero ego ſublatis in cælum oculis Deo gratias egi, quod tam cito vobis doctrinæ ſermo fructum protuliſſet.* Et rurſus alibi [*t*]: *Quid mihi laudes proſunt, quum vos in virtute facere progreſſus non videam? Quod vero mihi damnum oritur ex ſilentio auditorum, quum veſtram augeri conſpiciam pietatem? Laus quippe dicentis eſt non applauſus, ſed auditorum in pietate zelus & ſtudium; non tumultus excitatus, quo tempore ſermo auditur, ſed ſtudium ac diligentia,*

(*s*) Chryſoſt. homil. LVI. Quod non ſit deſperandum. tom. V. p. 742. (p. 664. edit. Francof. MDCXCVIII.) Πολλὰς ὑμῖν ἔχω χάριτας, ὅτι μετὰ προθυμίας τοὺς περὶ τῆς εὐχῆς ἐδέξασθε λόγους, ὅτι με μακάριον ἐποιήσατε. Μακάριος γὰρ ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων· οὐκ ἀπὸ τῶν κρότων καὶ τῶν ἐπαίνων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφ᾽ ὧν ποιοῦντας εἶδον, ἐπείσθην· ὅτε γὰρ ὑμῖν παρῄνουν μὴ κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἔλεγον ὅτι τὸν θεὸν παροξύνομεν τοῦτο ποιοῦντες, καὶ ἀντινομοθετοῦμεν αὐτῷ [αὐτὸς γὰρ εἶπεν, Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἡμεῖς δὲ κατευχόμενοι τῶν ἐχθρῶν, ἀξιοῦμεν αὐτὸν τὸν ἑαυτοῦ λῦσαι νόμον] ὅτε οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἔλεγον, πολλοὺς ἐν ὑμῖν εἶδον πρόσωπα τύπτοντας καὶ στήθη, στενάζοντας πικρῶς, εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνατείνοντας, συγγνώμην αἰτοῦντας περὶ τῶν τοιούτων εὐχῶν· τότε δὴ καὶ ἐγὼ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας, ηὐχαρίστησα τῷ θεῷ, ὅτι οὕτω ταχέως ὁ λόγος διδασκαλίας τὸν καρπὸν ἡμῖν ἤνεγκε.

(*t*) Chryſoſtom. homil. XVI. ibid. p. 220. (p. 200. edit. Francof.) τί γάρ μοι τῶν ἐπαίνων ὄφελος, ὅταν ὑμᾶς μὴ θεάσωμαι προκόπτοντας κατ᾽ ἀρετήν; τί δέ μοι βλάβος ἐκ τῆς σιγῆς τῶν ἀκουόντων, ὅταν αὐξομένην ὑμῶν ἴδω τὴν εὐλάβειαν; ἔπαινος γὰρ τοῦ λέγοντος οὐχ ὁ κρότος, ἀλλ᾽ ὁ περὶ τὴν εὐσέβειαν ζῆλος τῶν ἀκουόντων· οὐχ ὁ θόρυβος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀκροάσεως, ἀλλ᾽ ἡ σπουδὴ ἡ διαπαν-

quæ

quæ omni tempore exhibetur, applausus ex ore simul egreditur, & in aërem diffusus interit; quod autem meliores fiant auditores, incorruptam & immortalem cum dicenti tum obtemperantibus mercedem adfert. Clamoris vestri commendatio illustriorem oratorem heic reddit: at animæ vestræ pietas multam apud tribunal Christi doctori fiduciam acquirit. Itaque si quis eos, qui sermonem habent, diligat, non applausus sed vtilitatem diligat auditorum. Facile esset, plura alia huius generis loca e CHRYSOSTOMO transcribere, in quibus magnum istiusmodi plausuum auditorum contemtum, in comparatione cum obedientia eorum, declarat. Sed vnum duntaxat locum adhuc recitabimus, vbi omnes eos concionatores acriter reprehendit, qui, in sermonibus suis hunc solum sibi scopum præfixum habebant. *Multi* [u] *multa faciunt, vt in medio constituti longam extendant orationem: Et si plausus quidem a multitudine consequantur, quasi regnum adepti sint, gaudent: si vero cum silentio sermonem finierint, silentii tristitia sit illis gehenna molestior. Hoc ecclesias subuertit, quoniam neque vos sermonem audire quæritis compunctiuum, sed qui delectare sono valeat & verborum compositione, tamquam citharœdos & citharistas audientes. Et nos segniter & ærumnose facientes, vestras sequimur concupiscentias, quum sit opus eas excidere.* Et aliquanto post: *Hæc & nos patimur, verborum fucos conquirentes, & compositiones & elegantem iuncturam, vt delectemus, non prosimus. Considerамus, quomodo videamur admirabiles, non quomodo mores componamus. Credite mihi, vera*

τὸς τοῦ χρόνου· ὁ κρότος ἐξῆλθεν ὁμοῦ τε τοῦ στόματος, καὶ εἰς ἀέρα διαχυθεὶς ἀπώλετο· τὸ δὲ βελτίονας γενέσθαι τοὺς ἀκούοντας, ἀγήρω καὶ ἀθάνατον φέρει τὸν μισθὸν καὶ τῷ λέγοντι, καὶ τοῖς πειθομένοις· ὁ τῆς βοῆς ὑμῶν ἔπαινος ἐνταῦθα τὸν λέγοντα ποιεῖ λαμπρὸν, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ὑμῶν εὐλάβεια πολλὴν ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ χριστοῦ δίδωσι παῤῥησίαν τῷ διδάξαντι· ὥστε εἴ τις τῶν λεγόντων ἐρᾷ, μὴ τῶν κρότων, ἀλλὰ τῆς ὠφελείας τῶν ἀκουόντων ἐράτω.

(u) Chrysostom. homil. XXX in acta. (p. 276. edit. Francof.) πολλὰ πολλοὶ πράττουσιν ὑπὲρ τοῦ εἰς μέσον στάντες μακρὰν ἀποτείνειν λόγον· κἂν μὲν κρότων τύχωσι τῶν ἀπὸ τοῦ πλήθους, γέγονεν αὐτοῖς τοῦτο βασιλείας ἴσον· ἂν δὲ μετὰ σιγῆς τὸν λόγον καταπαύσωσι, γεέννης δή που μᾶλλον αὐτοῖς χαλεπωτέρα κατέστη τῆς σιγῆς ἡ ἀθυμία· τοῦτο τὰς ἐκκλησίας ἀνέτρεψεν, ὅτι καὶ ὑμεῖς οὐ ζητεῖτε λόγον ἀκοῦσαι κατανυκτικὸν, ἀλλὰ τέρψαι δυνάμενον καὶ τῷ ψόφῳ, καὶ τῇ συνθέσει τῶν ῥημάτων, καθάπερ μελῳδῶν καὶ κιθαριστῶν ἀκούοντες, καὶ ἡμᾶς ψυχρῶς καὶ ταλαιπώρως ποιοῦντες, ὅτι ταῖς ὑμετέραις ἐπιθυμίαις ἑπόμεθα, δέον ἐκκόπτειν ταύτας. Paullo post: τοῦτο πάσχομεν καὶ ἡμεῖς, κάλλη λέξεων περιεργαζόμενοι, καὶ συνθήκας καὶ ἁρμονίας, ὅπως ἡσώμεν, οὐχ ὅπως ὠφελήσωμεν· ὅπως θαυμασθῶμεν, οὐχ ὅπως διδάξωμεν· ὅπως τέρψωμεν, οὐχ ὅπως κατανύξωμεν· ὅπως κρο-

ra dico, dum mihi applauditur dicenti, per ipsum quidem tempus humanum aliquid patior (cur enim non verum fatear?) & gestio & exsulto. Postquam domum ingressus, plausores nihil adiutos esse cogitauero: & si quid profecisse debebant, per plausum & laudes amisisse, doleo, gemo & lugeo: & tamquam omnia temere dixerim, sic adficior, & mihimet ipsi dico: Quæ mihi sudorum vtilitas, quum auditores ex sermonibus nostris lucrari nihil velint? Et frequenter legem ponere cogitaui, quæ plausus prohiberet, & cum silentio congruaque tranquillitate nos audire persuaderet. Ex quibus verbis apparet, *Chrysostomum* hanc consuetudinem penitus abrogatam ex ecclesia cupiisse, quod vani & ambitiosi ingenii homines tam frequenter ea abuterentur, nihil aliud spectantes, nisi vt multitudinis applausum obtinerent. Quem in finem nonnumquam subornabant, qui sibi in ecclesia applauderent, quemadmodum de *Paulo Samosatensi* patres concilii *Antiocheni* [x] conqueruntur. Nonnumquam etiam de materiis abstrusioribus ita loqui adfectabant, vt nec populus nec ipsimet intelligerent, tantummodo vt imperitæ multitudinis

τηθῶμεν, καὶ ἐπαίνου τυχόντες ἀπέλθωμεν, οὐχ ὅπως τὰ ἤθη ῥυθμίσωμεν· πιστεύσατέ μοι, οὐκ ἄλλως λέγω· ἐπειδὰν λέγων κροτῶμαι, παρ᾽ αὐτὴν μὲν καιρὸν ἀνθρώπινόν τι πάσχω· τί γὰρ οὐκ ἄν τις εἴποι τὸ ἀληθές; καὶ γάννυμαι, καὶ διαχέομαι· ἐπειδὰν δὲ ἀπελθὼν οἴκαδε ἐννοήσω τοὺς κροτήσαντας οὐδὲν ὠφεληθέντας, ἀλλ᾽ εἴ τις καὶ ὠφεληθῆναι ἔδει, ὑπὸ τοῦ κρότου καὶ τῶν ἐπαίνων ἀπολωλεκότας, ὀδυνῶμαι, καὶ στένω, καὶ δακρύω, καὶ ὡς εἰκῆ πάντα εἰρηκὼς, οὕτω διάκειμαι, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν λέγω· τί μοι τὸ ὄφελος τῶν ἱδρώτων, τῶν ἀκουόντων οὐκ ἐθελόντων καρποῦσθαί τι παρὰ τῶν λόγων τῶν παρ᾽ ἡμῶν; καὶ πολλάκις ἐνενόησα θεῖναι νόμον τὸν κωλύοντα τοὺς κρότους, καὶ πείθοντα μετὰ σιγῆς ὑμᾶς ἀκροᾶσθαι καὶ τῆς προσηκούσης εὐταξίας.

(x) Ap. Euseb. lib. VII. c. XXX. τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μὴ δ᾽ ἐκβοῶσι τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ᾽ αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις· τοῖς δ᾽ οὖν ὡς ἐν οἴκῳ θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων. - - οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλλοντες καὶ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ, ἄγγελον τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῶν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι λέγουσι· καὶ ταῦτα οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις πάρεστιν ὁ ὑπερήφανος. *Eos qui non laudarent, nec, vt in theatris fieri solet, oraria concuterent, neque vna cum fautoribus ipsius, viris ac mulierculis, indecore auscultantibus, exclamarent atque exsilirent; sed cum grauitate ac modestia, sicut in domo Dei decet, audirent, increpabat & contumeliis adficiebat. - - Illi, qui in eius honorem psalmos canunt, & coram populo eum prædicant: ipsum, quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse dicunt, e cælo delapsum. Atque hæc ille omnium hominum superbissimus non prohibet; sed interest ipse, quum dicuntur.*

ad-

admirationem ſibi conciliarent, quæ, vti HIERONYMVS [y] hac ipſa in cauſſa queritur, id maxime ſolet admirari, quod neſcit. Quam ob cauſſam omnes pii concionatores dabant operam, vt ſollicitam ingeniorum haberent rationem; &, ſiue applauſum obtinerent, ſiue non obtinerent, vtiliter, & quantum fieri poſſet, ad captum & intelligentiam auditorum ſuorum accommodate, dicerent; omnique diuinæ eloquentiæ vi congruiſque ædificandi ac perſuadendi artibus adhibitis, ad obedientiam & cæleſtium rerum deſiderium illos flecterent. Quo ſine ſucceſſum & euentum ſermonum ſuorum, quantumlibet eloquentium & auribus iucundorum, non meliorem futurum exiſtimabant, quam ſermonis prophetæ, qui deploratur *Ezechielis* XXXIII, 32. *Es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulcique ſono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.*

§. XXIX.
Scripto exceptæ ab auditoribus ſacræ olim conciones.

VNVM reſtat, cuius heic mentio, reſpectu habito ad auditores, facienda eſt, quia ſtudium ac diligentiam, quam in attendendo ſermonibus concionatorum adhibuerint, perſpicue indicat: Nimirum, quod multi eorum artem ſcribendi celeriter didicerint, (*Græci* eos appellant ὀξυγράφους & ταχυγράφους) vt ſermones celebrium concionatorum, prout haberentur, ad verbum ſcripto poſſent excipere. Hac ratione nonnulli eorum ſermones extemporales ad poſteritatem tranſmiſſi ſunt, qui alias vna cum oratore fuiſſent exſtincti. Vti de quibusdam ORIGENIS concionibus, quas ſenex ad populum habuit, antea ex EVSEBIO [a] notatum eſt. Eamdem obſeruationem de ſuis ipſius concionibus in pſalmos habet AVGVSTINVS [b], *Placuit*, inquiens, *fratribus, non tantum aure & corde, ſed & ſtilo excipienda, quæ dicimus: Vt non auditorem tantum ſed & lectorem cogi-*

(y) Hieron. epiſt. II. ad Nepotian. Verba voluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem ſui facere, indoctorum hominum eſt. Attrita frons interpretatur ſæpe, quod neſcit, & quum aliis perſuaſerit, ſibi quoque vſurpat ſcientiam.

(a) Euſeb. lib. VI. c. XXXVI. & Pamphil. apol. pro Origen. citat. §. XI. ſub litt. (q) (r) pag. 144.

(b) Aug. in pſalm. LI. p. 201. (p. 496. edit. Baſil. MDLXIX.)

tare debeamus. SOCRATES [c] idem de CHRYSOSTOMI homiliis refert, quando ait: *Quales fuerint eius conciones, ſeu quæ ab ipſo editæ, ſeu quæ ex ore dicentis a ſcribis celeri & exercitata manu exceptæ ſunt, quam illuſtres & ad alliciendos auditorum animos accommodatæ, nihil attinet nunc dicere.* Verum non omnes concionatores ita honorabant, ſed eos duntaxat, qui eloquentiæ celebritate omnium maxime florebant. Nam de *Attico* obſeruat SOZOMENVS [d], in concionibus extemporalibus mediocrem fuiſſe eum, adeo vt ſermones eius minus digni viſi ſint notariis, qui exſcriberentur. Horum notariorum alii ab ipſo concionatore veniam habebant ſermones excipiendi, adeoque publici erant notarii, ad hoc negotium conſtituti: alii autem priuatim ſuo quiſque arbitratu id faciebant. Hæc differentia notatur ab EVSEBIO, quando ORIGENEM non niſi ſexaginta iam habentem annos notariis ſermones ſuos exſcribere permiſiſſe dicit, & a GREGORIO NAZIANZENO in oratione valedictoria, vbi inter alia ſic ad cœtum ſuum loquitur: *Valete, ſermonum meorum amatores, & curſus & concurſiones, & calami [e] tam perſpicui quam occulti.* Quibus verbis manifeſto ad duo genera ſcribarum, qui ſermones eius in eccleſia calamo exceperint, alludit. Publici notarii generatim veniam habebant, conſentiente auctore, in lucem publicam edendi ea, quæ exſcripſiſſent. Vbi concionatores dictata ab ſe recognoſcere, & quæ a feſtinantibus ſcribis vel omiſſa vel perperam ſcripta, vel a ſe ipſis non ſatis accurate in repentinis & extemporalibus ſermonibus pronuntiata eſſent, ſupplere & emendare ſolebant. Hoc ex iis liquido patet, quæ GREGORIVS MAGNVS [f], in præfatione in *Ezechielem* prophetam ait: *Homilias, quæ in beatum Ezechielem prophetam, vt coram populo loquebar, exceptæ ſunt, multis curis irruentibus in abolitione reliqueram. Sed poſt annos octo, peten-*

(c) Socrat. lib. VI c. IV. *ὁποῖοι δέ εἰσιν οἵ τε ἐκδοθέντες παρ᾽ αὐτοῦ λόγοι, καὶ οἱ λέγοντος αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ὀξυγράφων ἐκληφθέντες, ὅπως τε λαμπροί, καὶ τὸ ἐπαγωγὸν ἔχοντες, τί δεῖ νῦν λέγειν;*

(d) Sozom. lib. VIII. c. XXVII. *μέτριος πρὸς τοὺς ἐπ᾽ ἐκκλησίας λόγους, ὡς μήτε γραφῆς ἀξίους νομίζεσθαι τοῖς ἀκροαταῖς, μήτε παιδείας παντελῶς ἀμοίρους.*

(e) Nazianz. orat. XXXII. p. 528. *χαίρετε τῶν ἐμῶν λόγων ἐρασταί, καὶ δρόμοι καὶ συνδρομαί, καὶ γραφίδες φανεραὶ καὶ λανθάνουσαι.*

(f) Gregor. præfat. in Ezech.

tibus

tibus fratribus, notariorum schedulas requirere studui, easque fauente domino transcurrens, in quantum ab angustiis tribulationum licuit, emendaui. Ita rursus in epistola ad *Leonardum*, quam suæ in *Iob* expositioni præmisit, scribit: *Quamuis* [g] *eorum, quibus exponere compellebar, longe me vita transcenderet, iniuriosum tamen esse non credidi, si fluenta vsibus hominum plumbi fistula ministraret. Vnde mox eisdem coram positis fratribus priora libri sub oculis dixi; & quia tempus paullo vacantius reperi, posteriora tractando dictaui. Quumque mihi spatia largiora suppeterent, multa augens, pauca subtrahens, atque ita vt inuenta sint nonnulla, derelinquens ea, quæ me loquente excepta sub oculis fuerant, per libros emendando composui, quia & quum postrema dictarem, quo stilo prima dixeram, sollicite attendi.* Sæpius autem notarii publicabant, quæ calamo exceperant, auctore nec sciente nec consentiente. Cui tamquam clandestinæ agendi rationi nonnumquam obnuntiabant. Ita GAVDENTIVS sermones a notariis primum clam exceptos, deinde ab aliis imperfecte editos, pro suis se non agnoscere contestatur. *De illis* [h] *tractatibus*, inquit, *quos notariis, vt comperi, latenter adpositis, procul dubio interruptos & semiplenos otiosa quorumdam studia colligere præsumserunt, nihil ad me attinet. Mea iam non sunt, quæ constat præcipiti excipientium festinatione esse conscripta.* Et probabiliter ratio eiusdem querelæ in aliis quoque scriptoribus fuerit. Vtcumque autem est, magnam certe diligentiam & attentionem in istius æui auditoribus, magnamque reuerentiam & honorem doctoribus exhibitum arguit, quod pias eorum doctrinas & monitiones colligere ac conseruare tantopore adlaborauerint.

§. XXX.

Duæ animaduersiones a veteribus factæ in quosdam peruersos suos auditores. Primo, *In negligenets ac profanos auditores.*

ISTA in laudem ac honorem veterum auditorum iure suo dicuntur, neque vero diminutio bonæ eorum existimationis est, quod quidam alii illis temporibus fuerint (vti sunt quouis tempore) qui contrariam animi indolem prodiderunt, dum vel

(g) Id. præfat. in Iob.

(h) Gaudent. præfat. ad Benevolum bibl. patr. tom. II. p. 3.

parum

parum aut nihil ſtudii hac in re collocarunt, vel ex immoderato & imprudenti zelo religionem omnem in ſermone poſuerunt, de precibus aliiſque diuini cultus partibus, ſine ſermone factis, contemtim loquentes. Hoſce duos errores in contrariis extremis, alterum in exceſſu, in defectu alterum, reprehendendi occaſionem veteres nonnumquam habebant, idque, pro eo ac decebat, faciebant acriter. Quamquam CHRYSOSTOMVS magnopere mirabatur, quod populus, quum in exilium abeuntem ipſum cerneret, in fletus prorumpens diceret, ſatius fuiſſe [i], ſolem radios ſubtrahere, quam ipſius os conticere; ſæpe tamen cum dolore conqueri cogebatur de nonnullis, quod a religioſis conuentibus [k] ſe abſtinerent, vix ſemel per annum in illis comparentes; De aliis, quod ibi inter ſe diſputarent, omitterent, negligerent, aut negotia ſæcula-

(i) Chryſoſt. epiſt. CXXV. ad Cyriacum. (tom. IV. opp. p. 764. ed. Francof.) *καὶ ἔκλαιον θεωροῦντες ἡμᾶς ἐν τῇ ἐξορίᾳ ἀπερχομένους· καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτοὺς, συνέφερεν, ἵνα ὁ ἥλιος συνέστειλε τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ, ἢ ἵνα τὸ στόμα Ἰωάννου ἐσιώπησε.*

(k) Chryſoſt. homil. XLVI. in Lucian. martyr. tom. I. p. 597. (p. 528. edit. cit.) *Ὅπερ χθὲς ἐδεδοίκειν ἐξέβη, καὶ τέλος ἔλαβε νῦν, καὶ τῆς ἑορτῆς ἀπελθούσης, καὶ τὸ πλῆθος ἡμῖν συναπεδήμησε, καὶ ἐλάττων ἡμῖν ὁ σύλλογος γέγονε· καὶ ᾔδειν μὲν τοῦτο συμβησόμενον πάντως· οὐ μὴν δὲ διὰ τοῦτο τῆς παραινέσεως ἀπέστην· εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες ἐπείσθησαν οἱ χθὲς ἀκούσαντες, ἀλλ᾽ οὐδὲ πάντες ἠπείθησαν. Quod heſterno die pertimeſcebam, euenit, & ad effectum iam perductum eſt; nempe vbi feſtum præteriit, ſimul etiam multitudo nobis abſceſſit, minorque nobis cœtus eſt factus. Atque hoc equidem prorſus eventurum ſciebam, non tamen idcirco deſtiti a cohortatione: licet enim haud omnes morem geſſerint, qui heſterna luce audierunt, non tamen omnes etiam non obtemperant.* Id. homil. XLVIII. in inſcript. altaris tom. V. p. 648. (homil. LI. pag. 576. edit. Francof.) *Τί τοῦτο; ὅσον προΐασιν ἡμῖν αἱ ἑορταὶ, τοσοῦτον καὶ αἱ συνάξεις ἐλάττους γίνονται· ἀλλὰ μὴ ῥαθυμῶμεν ἡμεῖς οἱ παρόντες· ἐλάττους μὲν γίνονται τῷ πλήθει, οὐκ ἐλάττους δὲ τῇ προθυμίᾳ· ἐλάττους τῷ ἀριθμῷ, οὐκ ἐλάττους δὲ τῷ πόθῳ· ἐλάττους γίνονται, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν, καὶ μάθωμεν, τίνες μὲν συνηθείᾳ, τίνες δὲ ἐπιθυμίᾳ θείων λογίων παραγίνονται δι᾽ ἐνιαυσίου ἑορτῆς, τίνες ἐπιθυμίᾳ ἀκροάσεως πνευματικῆς. κ. τ. λ. Quid hoc ſibi vult? Quo nobis feſta vlterius progrediuntur, eo minores collectæ fiunt: ſi multitudinem ſpectes; ſin alacritatem. Ne tamen id circo deſides ſimus, qui adſumus: ſi quidem minores fiunt, animi non fiunt minores: numero fiunt minores, non adfectu. Porro idcirco minuuntur, vt qui in vobis probati ſunt, manifeſti fiant, & quinam ex conſuetudine, quinam diuinorum eloquiorum cupiditate, quinam lectionis ſpiritualis deſiderio ducti ad annuam vertitent ſolemnitatem ſciamus, cetera.*

ria

ria [*l*] eo tempore tractarent, efficerentque hac ratione, vt dæmon ille malignus, animas nactus otiosas & scopis mundatas, eis sese insinuet, & summa cum facilitate domum patentem ingrediatur; De aliis, quod ecclesiam conuerterent in theatrum [*m*], temere & frustra ad tempus eo venientes, & non nisi ad delectationem audientes, tandem vero recedentes vacui, nulla ex iis, quæ dicta sint, vtilitate percepta; De aliis denique, quod sermones ipsius verborum plausu extollerent, vita autem sua & factis nimium quantum deprimerent; de quibus plura audiuimus antea. Loco quodam eos maxime, qui conventum ecclesiæ deserebant, reprehendit exemplo *Iudæorum*, *Nonne*, inquiens, *videtis* [*n*] *Iudæos, Deo rebelles, qui spiritui sancto resistunt, duros illos ceruice? his omnino peiores sunt, qui non venerunt. Illis si dixerint sacerdotes, septem diebus ab operibus cessandum, vel decem, vel viginti, vel triginta, non contradicunt: tametsi quid illa vacatione molestius fieri potest? fores occludunt, nec ignem accendunt, nec aquam ferunt, neque aliud quidquam ad eiusmodi vsum adgredi illis permittitur: sed otio tamquam catena vinciuntur: & ne tum quidem contradicunt. At ego nihil tale dico, non impero, vt septem decemue diebus ab operibus abstineas, sed duas mihi diei horas vt commodes, reli-*

(*l*) Chrysost. homil. IV. de incomprehensibili Dei natura tom. I. p. 374. (p. 332. edit. Francof.) *ὐ δέδοικας, μὴ ποτὲ σὺ διαλεγομένυ, ῥαθυμῦντος, ὀλιγωρῦντος, δαίμων τις ἐκεῖθεν ἐπιπηδήσας σχολάζυσαν καὶ σεσαρωμένην εὑρὼν τὴν ψυχὴν, ἐπεισέλθοι μετὰ ἀδείας πολλῆς ἀθύρωτον τὴν οἰκίαν εὑρών.*

(*m*) Chrysost. homil. II. ad popul. Antiochen. tom. I. p. 31. (p. 28. edit. cit.) *ὐκ ἔστι θέατρον ἡ ἐκκλησία, ἵνα πρὸς τέρψιν ἀκύωμεν· ὠφεληθέντας ἐντεῦθεν ἀπιέναι χρὴ, κερδάναντάς τι πλέον καὶ μέγα, ὕτως ἀναχωρεῖν δεῖ. - - τί μοι τῶν κρότων ὄφελος* x. τ. λ. *Non est theatrum ecclesia, vt ad delectationem audiamus: adiutos hinc recedere oportet, lucratos quiddam amplius & magnum, sic recedere expedit. - - Quæ mihi horum plausuum vtilitas,* cetera. Vid. §. XXVII. sub litt. (g) pag. 190.

(*n*) Chrysost. homil. XVIII. de inscription. altaris tom. V. p. 648. (homil. LI. p. 580. edit. Francof.) *ὐχ ὁρᾶτε τὺς Ἰυδαίυς, τὺς θεομάχυς, τὺς ἀντιπίπτοντας τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τὺς σκληροτραχήλυς; τύτων οἱ μὴ παραγενόμενοι πάντων χείρυς εἰσίν· ἐκείνοις ἐὰν εἴπωσιν οἱ ἱερεῖς ἑπτὰ ἡμέρας ἀργῆσαι, καὶ δέκα, καὶ εἴκοσι, καὶ τριάκοντα, ὐκ ἀντιλέγυσι· καί τοι τί τῆς ἀργίας ἐκείνης χαλεπώτερον; τὰς θύρας ἀποκλείυσι, καὶ ὔτε πῦρ καίυσιν, ὐχ ὕδωρ φέρυσιν, ὐκ ἄλλο τι πρὸς τὴν χρείαν τοιαύτην μεταχειρίζειν ἐφίενται - ἀλλ' ἔστιν ἅλυσις αὐτοῖς ἡ ἀργία, καὶ ὐδὲ ὕτως ἀντιλέγυσιν· ἐγὼ δὲ ὐδὲν τοιῦτον λέγω, ὅτι ἑπτὰ ἡμέρας ἄργησον, ὐδὲ δέκα ἡμέρας, ἀλλὰ δύο μοι δάνεισον ὥρας τῆς ἡμέρας.*

quas ipse tibi habeas, & ne hanc quidem mensuram mihi tribuis. Immo vero mihi ne commodes duas horas, sed tibi ipsi, vt ex oratione patrum aliquam consolationem percipias, vt benedictionibus plenus recedas, vt omni ex parte securus abeas, vt spiritualibus acceptis armis inuictus diabolo & inexpugnabilis fias. Quid iucundius, quaeso, quam heic versari? Si enim totos dies heic transigere necesse esset, quid praeclarius? quid tutius? vbi tot sunt fratres, vbi spiritus sanctus, vbi medius Iesus, & pater eius? qualem aliam talem congregationem quaeris? qualem aliam senatum? qualem conuentum? Tot bonis referta est mensa, tot lectio scripturae, tot benedictiones, tot ipsi congressus: & tu aliam conuersationem & colloquia spectas? quanam autem venia dignus censebere? AMBROSIVS similem in modum eos, qui confabulationibus tempus in ecclesia terebant, exemplo redarguit [o] gentilium. *An quidquam est indignius*, inquit, *quam oracula diuina circumstrepi, ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur? circumsonare sacramenta confusis vocibus, quum gentiles idolis suis reuerentiam tacendo deferant?* CAESARIVS episcopus *Arelatensis* hac de re ita loquitur [p]: *Qui in ecclesia ineptis & incongruis fabulis occupatur, quasi venenum & gladium reliquis hominibus ingerere, vel praebere cognoscitur, dum verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. Qui enim talis est, & pro sua & pro aliorum destructione in die iudicii redditurus est rationem.* ORIGENES [q] & alii quidam istis hominibus narrant, sua ipsorum praxi, qua alia in re vtantur, ipsos redargui: Nam o-

καὶ τὰς λοιπὰς αὐτὸς ἔχε· καὶ οὐδὲ τοῦτό μοι τὸ μέτρον εἰσφέρεις· μᾶλλον δὲ μὴ ἐμοὶ δανείσῃς τὰς δύο ὥρας, ἀλλ᾽ ἑαυτῷ· ἵνα παράκλησίν τινα εὐχῆς δέξῃ πατέρων, ἵνα εὐλογιῶν πεπληρωμένος ἀναχωρήσῃς, ἵνα πανταχόθεν ἀσφαλὴς ἀπέλθῃς, ἵνα τὰ ὅπλα λαβὼν τὰ πνευματικὰ ἀκαταγώνιστος γένῃ καὶ ἀχείρωτος τῷ διαβόλῳ· τί ἥδυτερον, εἰπέ μοι, τῆς ἐνταῦθα διαγωγῆς; εἰ γὰρ διημερεύειν ἐνταῦθα ἐχρῆν, τί σεμνότερον; τί ἀσφαλέστερον, ὅπου ἀδελφοὶ τοσοῦτοι, ὅπου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπου Ἰησοῦς μέσος, καὶ ὁ τούτου πατὴρ, ποίαν ἑτέραν ζητεῖς συναγωγὴν τοιαύτην; ποῖον ἕτερον βουλευτήριον; ποίαν σύνοδον; τοσαῦτα ἀγαθὰ ἐν τῇ τραπέζῃ, ἐν τῇ ἀκροάσει, ἐν ταῖς εὐλογίαις, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς συνουσίαις· καὶ σὺ πρὸς ἑτέρας βλέπεις διατριβὰς, καὶ ποίαν ἔχεις συγγνώμην;

(o) Ambros. de virgin. lib. III.

(p) Caesar. Arelat. homil. XXXIV. (bibl. patr. max. tom. VIII. p. 853. h. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(q) Orig. homil. XIII. in Exod. tom. I. p. 102. (p. 63. b. edit. Parif. MDCIIII.) Nostis, qui diuinis mysteriis interesse consuestis, quomodo, quum suscipitis corpus domini, cum omni cautela & veneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim

mnem

mnem cautelam & venerationem eos adhibere erga corpus *CHRISTI* in ſacra euchariſtia; neque vero minoris piaculi eſſe, verbum Dei contemtim habere, quam ipſius corpus; adeoque illos non minus in verbi quam corporis contemtu reos futuros. Hunc in modum hominibus demonſtrabant, quanta reverentia verbi diuini prædicationi deberetur, peccatum & periculum iſtorum abuſuum illis apud animum proponendo, quod poſſent incurrere, ſi erga illud debita veneratione vti prætermitterent.

§. XXXI.

Et deinde *in immoderatos zelatores, omnem religionem in concione ponentes.*

AB altera parte non minorem dabant operam, vt homines contra ſuperſtitionem in altero extremo præmunirent. Erat enim quædam aberratio in exceſſu, æque ac defectu, reverentiæ erga ſermones. Nonnulli vana ſuperſtitione & intemperato ſtudio ſermonum ita ducebantur, vt ceteras diuini cultus partes vniuerſas inutiles & nihil ſignificantes iudicarent, niſi ſermo quidam illis eſſet additus. Iſti homines ſua habebant argumenta, quibus ſententiam ſuam tuebantur, quæ proponit, ad eaque reſpondet CHRYSOSTOMVS [r] in hunc modum: „Cur, inquiunt, ingredior eccleſiam, ſi non audio aliquem „verba facientem? Hoc, ait CHRYSOSTOMVS, omnia perdi„dit & corrupit. Quid enim opus eſt aliquo, qui verba faciat

vos creditis, & recte creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat. Quod ſi circa corpus eius conſeruandum tanta vtimini cautela, & merito vtimini: quomodo putatis minoris eſſe piaculi, verbum Dei neglexiſſe, quam corpus eius?

Auguſtin. homil. XXVI. ex L. Interrogo vos, fratres vel ſorores, dicite mihi, quid vobis plus eſſe videtur, verbum Dei an corpus Chriſti? Si verum vultis reſpondere, hoc vtique dicere debetis, quod non ſit minus verbum Dei quum corpus Chriſti. Et ideo quanta ſollicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat: tanta ſollicitudine obſeruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus, aut loquimur, de corde noſtro pereat. Quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Chriſti in terram cadere negligentia ſua permiſerit.

(r) Chryſoſtom. hom. III. in 2 Theſſ. p. 1502. (p. 381. edit. Francof.) *τί εἰσέρχομαι, φησιν, εἰ οὐκ ἀκούω τινὸς ὁμιλοῦντος; τοῦτο πάντα ἀπόλωλε καὶ διέφθειρε·*

Cc 2 et

„et ſermonem habeat? Ex noſtra ſocordia hoc vſu venit. Quid „enim opus eſt ſermone? Omnia ſunt dilucida & recta, quæ „ſunt in diuinis ſcripturis; manifeſta ſunt, quæcumque ſunt ne„ceſſaria. Sed quoniam eſtis auditores delectationis, propter„ea hæc etiam quæritis. Nam dic, quæſo, quo orationis faſtu „dicebat *Paulus*? Sed tamen conuertit orbem terræ. Quo„nam autem *Petrus*, qui erat illitteratus? At neſcio inquit, „quæ ſita ſunt inſcripturis. Quare? Num enim *Hebraica*, num „*Romana*, num alia lingua dicta ſunt? Annon *Græce* dicun„tur? Sed obſcure, inquit. Quænam ea obſcuritas, dic, quæ„ſo? Annon ſunt hiſtoriæ? Noſtine, quæ ſunt clara & dilu„cida, vt de iis, quæ ſunt obſcura, perconteris? Hiſtoriæ in„numerabiles ſunt in ſcripturis. Dic mihi vnam ex illis. Sed „non dicis. Prætextus hæc ſunt & verba. Licet, inquit, eadem „audire quotidie. Quid vero, dic quæſo, in theatris non ea„dem audis? In ſtadiis & equorum curriculis non eadem vi„des? Res autem omnes non ſunt eædem? Non idem ſol ſem„per oritur? Non iiſdem vtimur alimentis? vellem autem ex „te ſciſcitari, quoniam eadem dicis te audire quotidie. Dic „mihi, cuius prophetæ eſt locus, qui fuit lectus? & cuius a„poſtoli, aut cuius epiſtolæ? Sed non potes dicere, immo vi„deris audire noua quædam & aliena. Atque quando vis qui„dem te dedere otio & ſocordiæ, eadem eſſe dicis. Quando „autem fueris interrogatus, ita es adfectus, vt qui numquam

τί γὰρ χρεία ὁμιλητοῦ; ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ῥαθυμίας αὕτη ἡ χρεία γέγονε· Διὰ τί γὰρ ὁμιλίας χρεία; πανταςαφῆ καὶ εὐθέα τὰ παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς· πάντα τὰ ἀναγκαῖα δῆλα· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τέρψεώς ἐςε ἀκροαταὶ, διὸ τοῦτο καὶ ταῦτα ζητεῖτε· εἰπὲ γάρ μοι, ποίῳ κόμπῳ λόγου Παῦλος ἔλεγεν; ἀλλ᾽ ὅμως τὴν οἰκουμένην ἐπέςρεψε· ποίῳ δὲ Πέτρος ὁ ἀγράμματος; ἀλλ᾽ οὐκ οἶδα, φησι, τὰ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς κείμενα· διὰ τί οὐκ οἶδας; μὴ γὰρ Ἑβραϊςί; μὴ γὰρ Ῥωμαϊςί; μὴ γὰρ ἑτερογλώσσως εἴρηται; οὐχὶ Ἑλληνιςὶ λέγεται; ἀλλ᾽ ἀσαφῶς, φησι· ποῖον ἀσαφές, εἰπέ μοι; οὐχὶ ἱςορίαι εἰσί; τὰ γὰρ σαφῆ οἶδας, ἵνα περὶ τῶν ἀσαφῶν ἐρωτήσῃς· μυρίαι ἱςορίαι εἰσὶν ἐν ταῖς γραφαῖς· εἰπέ μοι μίαν ἐξ ἐκείνων· ἀλλ᾽ οὐκ ἐρεῖς· πρόφασις ταῦτα καὶ λόγοι· καθ᾽ ἡμέραν, φησὶ, τὰ αὐτά ἐςιν ἀκούειν· τί δὲ εἰπέ μοι, ἐν τοῖς θεάτροις οὐ τὰ αὐτὰ ἀκούεις; ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις οὐ τὰ αὐτὰ ὁρᾷς; τὰ δὲ πράγματα πάντα οὐ τὰ αὐτά ἐςιν; ὁ δὲ ἥλιος οὐχ ὁ αὐτὸς ἀεὶ ἀνατέλλει; τροφαῖς δὲ οὐ ταῖς αὐταῖς χρώμεθα; ἐβουλόμην σου πυθέσθαι, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ λέγεις ἀκούειν καθ᾽ ἑκάςην ἡμέραν· εἰπέ μοι, ποίου προφήτου ἐςὶ τὸ χωρίον τὸ ἀναγνωσθὲν, καὶ ποίου ἀποςόλου, ἢ ποίας ἐπιςολῆς; ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ἀλλὰ δοκεῖς ξένων ἀκούειν· ὅταν μὲν οὖν ῥαθυμῆσαι θέλῃς, τὰ αὐτὰ λέγεις εἶναι·

audi-

„audiueris. Si ſunt eadem, oporteret eadem ſcire. Tu au„tem ignoras. Dignæ ſunt res præſentes, quæ lugeantur, in„quam, & defleantur, quod fruſtra laborat, qui cudit argen„tum; hoc maxime oportet attendere, quod ſint eadem, „quoniam nullum vobis laborem exhibemus, neque peregri„na aliqua, diuerſaque & immutata dicimus. Quid vero? quo„niam illa eadem eſſe dicitis? noſtra autem non ſunt eadem, „ſed ſemper noua dicimus & peregrina, eiſne attenditis? Ne„quaquam. Sed ſi dixerimus, Cur ne hæc quidem retinetis? „Semel, inquit, audimus, & quomodo fieri poteſt, vt retinea„mus. Si dixerimus, Cur illa non attenditis? ſemper dicun„tur eadem, & vndique ſunt hæc verba ſocordiæ & prætextus.„ Ita ſanctus ille pater immoderatum eorum zelum redarguit, qui verbi Dei prædicationem ſcripturarum lectioni opponebant, huic agendi rationi vel obſcuritatem vel plenam tædio earumdem rerum repetitionem prætexentes, quum tamen fanatica quædam nouitatis adfectatio, & commentitius ſcepticiſmus, atque vitioſum vacationis a religioſis conuentibus deſiderium omnis oppoſitionis eorum fundamentum exſiſteret.

§. XXXII.

Quemadmodum homines tractati fuerint, quibus ſermones concionatorum iuſto longiores viſi.

VNVM tantummodo ſupereſt de hoc argumento obſeruandum, nimirum, Quod, vti fuerunt, quibus concionatorum ſermones non ſatis crebri vel iuſto breuiores eſſe viderentur; ita alii fuerint, qui eos quererentur iuſto eſſe longiores, conventum ante, quam ſermo finiretur, deſerere parati. Nonnulli canones admodum ſeuere in eiuſmodi auditores defini-

ὅταν δὲ ἐρωτηθῇς, ὡς ἐδέποτε ἀκέσας διάκεισαι· εἰ τὰ αὐτά ἐστιν, ἐχρῆν αὐτὰ εἰδέναι· σὺ δὲ ἀγνοεῖς· θρήνων ἄξια τὰ παρόντα, θρήνων καὶ ὀδυρμῶν, ὅτι εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ· ταύτῃ μάλιστα ἐχρῆν προσέχειν, ὅτι τὰ αὐτά ἐστιν, ὅτι ἐδένα παρέχομεν ὑμῖν πόνον, ἐδὲ ξένα τινὰ καὶ ἐνηλλαγμένα λέγομεν· τί ἔν; ἐπειδὴ ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις εἶναι, τὰ δὲ ἡμέτερα ἐ τὰ αὐτά ἐστιν, ἀεὶ ξένα λέγομεν, τέτοις προσέχετε; ἐδαμῶς· ἀλλ' ἂν μὲν εἴπωμεν, διὰ τί ἐδὲ ταῦτα κατέχετε; ἅπαξ, φησὶν, ἀκέομεν, καὶ πῶς ἔνι κατασχεῖν; ἂν εἴπωμεν, ἐκείνοις διὰ τί ἐ προσέχετέ; φατε, ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγεται· καὶ πάντοθεν ῥαθυμίας καὶ σκήψεως τὰ ῥήματα.

unt. Concilium *Carthaginense* quartum [s] tales excommunicari iubet. Alii autem mitius agunt, satis habentes, si auditores suos sui officii admonuerint, & nonnumquam ingeniosis artibus & delectabilibus apologis ad detinendum eos vtentes; nonnumquam etiam ostia occludi iubentes, vsque dum omnia essent finita. Quod speciatim de *Cæsario Arelatensi* a vitæ illius scriptore [t] memoriæ proditum est. CHRYSOSTOMVS hanc materiam paullo distinctius considerat. Imbecillitati eorum aliquid indulget, qui vsque ad longioris sermonis finem in ecclesia durare nequeant: & quum multi sermones longiores quam breuiores audire malint, ita rem instituendam esse putat, vt vtrisque fiat satis. „Quoniam, inquit [u], nonnumquam accidit, vt tanto in populo sint imbecilles nonnulli, qui sermonis prolixitatem adsequi minime possunt, ad hoc eos statui cohortari, vt quum audierint, quantum capere possunt, & cum acceptis iis, quæ sufficiunt illis, recesserint (nemo quippe vetat, neque cogit, vt vltra, quam vires ipsorum ferant, heic maneant) ne nobis ante tempus finiendi sermonem necessitatem imponant. Nam tu quidem expletus es: sed frater tuus adhuc esurit: & tu eorum, quæ dicta sunt, copia ebrius es: sed frater tuus adhuc sitit. Neque tuam imbecillitatem grauet ille plura cogendo suscipere, quam ipsius vires ferant: neque cupiditatem

(s) Concil. Carthagin. IV. can. XXIV. Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

(t) Cyprian. vit. Cæsar. c. XII. Sæpissime ostia, lectis euangeliis, occludi iussit; donec propitio Deo ipsi gratularentur, ea coërcitione se profecisse, qui solebant esse fugitiui. Vid. Cæsar. homil. XII. tot.

(u) Chrysostom. homil. LX. Dæmones non gubernare mundum tom. V. p. 784. (homil. LXIII. p. 701. edit. Francof.) ἐπειδὴ συμβαίνει εἶναί τινας καὶ ἀσθενεῖς ἐν δήμῳ τοσούτῳ, ἀδυνατοῦντας παρακολουθῆσαι τῷ μήκει τοῦ λόγου, ἐκεῖνο αὐτοῖς παραινέσαι βούλομαι· ἀκούσαντας ὅσα δύνανται δέξασθαι, καὶ τὰ ἀρκοῦντα λαβόντας ἀναχωρῆσαι [οὐδεὶς ὁ κωλύων, οὐδὲ βιαζόμενος πέρα τῆς οἰκείας μένειν δυνάμεως] τὸν μέντοι λόγον μὴ ἀναγκαζέτωσαν πρὸ τοῦ καιροῦ καὶ τῆς οἰκείας ὥρας συστέλλεσθαι· ἐνεπλήσθης γὰρ σύ· ἀλλ' ἀδελφός σου ἔτι πεινᾷ· καὶ σὺ μεθύεις τῷ πλήθει τῶν εἰρημένων, ἀλλ' ὁ ἀδελφός σου ἔτι διψᾷ, μήτε ἐκεῖνος συντριβέτω τὴν ἀσθένειαν, ἀναγκάζων πλείω τῆς οἰκείας δέξασθαι δυνάμεως· μήτε σὺ ἐπηρέαζε τῇ ἐκείνου ἐπιθυμίᾳ κωλύων ἅπαν, ὅσον δύναται δέξασθαι, λαβεῖν· τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἔξω-

eius

„eius vexes prohibendo, ne totum, quod capere poteſt, ad-„mittat. Hoc & in profanis fit menſis: alii citius, alii „tardius explentur, & neque illos hi reprehendunt, ne-„que hos illi condemnant. Verum illic quidem cito re-„cedere laudabile eſt; heic vero cito recedere non laudabile „eſt, ſed venia dignum. Illic tardius ceſſare vituperio ac „reprehenſioni obnoxium; hic vero tardius recedere laudem „& commendationem parit maximam. Quid ita? quod illic „quidem tarditas ex ingluuie naſcatur: heic vero ex ſpirituali „cupiditate ſacroque appetitu conſtantia concilietur & pati-„entia.„ In hunc modum ſanctus ille pater controuerſiam de longis & breuibus concionibus decidit, & prudenter inter fir-mos ac infirmos auditores diſtinguit, illos laudans, hoſce non condemnans; & ſermonum ſuorum prolixitatem ſine vtriusque partis offenſione quodammodo excuſans. Simili modo & ego longitudinem huius capitis lectoribus meis iam excuſo. Si qui ſunt, quos ſua voluptas trahit ad cognoſcenda omnia, quæ ad conciones veterum ſpectant, integrum illud legent, neque for-te iuſto longius eſſe iudicabunt; quorum autem non adeo a-cris eſt appetitus, illi ſuo arbitratu ſtrictim percurrere illud poſſunt, atque vſui ſuo accommodare, ſeligendo illas partes, quæ ipſorum palato maxime ſapiunt, faciuntque ad eorum in-ſtitutionem. Atque ita diſſertationi noſtræ de concionibus veterum imponimus finem.

θεν γίνεται τραπεζῶν· οἱ μὲν θᾶττον, οἱ δὲ βραδύτερον ἐμπίπλανται, καὶ οὔτε οὗτοι ἐγκαλοῦσιν ἐκείνοις, οὔτε οὗτοι τούτων καταγινώσκουσιν· ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν τὸ ταχύτερον ἀποστῆναι, ἐγκώμιον· ἐνταῦθα δὲ τὸ ταχύτερον ἀποστῆναι, οὐχὶ ἐγκώμιον, ἀλλὰ συγγνώμης ἄξιον· ἐκεῖ τὸ βραδύτερον παύσασθαι, κατηγορία καὶ μέμψις· ἐνταῦθα τὸ βραδύτερον ἀποστῆναι, ἔπαινος καὶ εὐφημία μεγίστη· τί δήποτε; ὅτι ἐκεῖ μὲν ἐξ ἀδδηφαγίας ἡ βραδύτης γίνεται· ἐνταῦθα δὲ ἐξ ἐπιθυμίας πνευματικῆς καὶ θείας ὀρέξεως ἡ παραμονὴ καὶ ἡ καρτερία συνίσταται.

LIBRI

LIBRI DECIMI QVARTI
CAPVT QVINTVM
DE PRECIBVS PRO CATECHVMENIS, ENERGVMENIS, COMPETENTIBVS ET POENITENTIBVS.

§. I.

Preces in antiqua ecclesia non ante, sed post sermonem, fieri solitæ.

FINITO sermone, statim publicæ preces ecclesiæ inchoabantur, non ante. Antiquis enim temporibus diuini cultus ordo ab hodiernæ ecclesiæ ordine paullum discrepabat. Nam olim publicæ preces maximam partem post concionem fiebant. Hoc expressis verbis IVSTINVS MARTYR in *apologia* sua adfirmat, vbi cultum christianorum die dominica describit. Primum scripturas legi dicit, deinde antistitem orationem habere, qua populum instruat; sub hæc consurgere communiter omnes, & precationes [a] profundere; hisque peractis panem offerri & vinum in eucharistia, & præpositum itidem preces & gratiarum actiones fundere, & populum fauste acclamare, dicentem, Amen. CHRYSOSTOMVS id quoque alicubi [b] adserit: *Post exhortationem*, inquiens, *statim preces fiunt.* Et alio loco [c]: *Post admonitionem preces quoque subiungit* (Paulus) *non solum sermones, sed etiam in litteris. Opus est enim & consilio & precibus. Propterea nos quoque prius consulentes* (videlicet sermone) *tunc pro vobis preces fundimus, & hoc sciunt, qui sunt sacris initiati mysteriis.* Vt adeo, quando CHRYSOSTOMVS vel alii quidam de precibus, sermoni præmissis, loquuntur, intelligendi sint vel de breui ista salutatione, qua sacerdos sub cuiuslibet officii exordium vtebatur, dicens: *Pax vobiscum*, populo respondere: *Et cum spiritu tuo;* Vel de breui quadam concionatoris precatio-

(a) Iustin. apol. II. p. 98. cit. lib. XIII. c. IX. §. I. volum. V. p. 281.

(b) Chrysost. homil. XXVIII. quæ est tertia de incomprehensibili Dei natura tom. I. p. 365. μετὰ τὴν παραίνεσιν εὐθέως εὐχή.

(c) Id. homil. XI. in 1 Thess. p. 1480. (p. 353. edit. Francof.) μετὰ τὴν παραίνεσιν καὶ εὐχὴν ἐπάγει, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς γράμμασι· δεῖ γὰρ καὶ συμβουλῆς, καὶ εὐχῆς· διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς πρότερον συμβουλεύοντες, τότε τὰς ὑπὲρ ὑμῶν εὐχὰς ποιούμεθα· καὶ τοῦτο ἴσασιν οἱ μεμυημένοι.

catio-

catione, vel de priuatis populi precibus, psalmodiæ intermixtis; non autem de precibus communibus ecclesiæ. Nam diuersi hominum ordines sermoni adesse & lectionem scripturarum audire poterant, quibus cum fidelibus in precibus se coniungere non licebat, & idcirco sermo & lectio scripturarum præmittebatur, vt istiusmodi homines vtilitatem inde possent capere, qui dimittendi erant ante, quam preces inciperent, quia illis adsistendi priuilegio nondum gaudebant.

§. II.

Quibus licuerit vel non licuerit his precibus interesse. Infideles & mere audientes exire iussi.

ISTAE preces duplicis erant generis: Preces solis fidelibus siue communicantibus peculiares, quibus nec catechumeni, nec pœnitentes, nec energumeni, nec vlli homines nondum baptizati adesse poterant: Et preces, pro his diuersis ordinibus speciatim fieri solitæ, quibus adeo adesse præsentes poterant, & tum preces istas audire, tum pro se ipsis orare. Verum ab his ipsis precibus quosdam discedere oportebat, qui sermonem in sui institutionem audiendi habebant veniam. Tales erant omnes iudæi ac infideles, & isti de catechumenis, qui distincto nomine apud *Græcos ἀκροώμενοι*, apud *Latinos* autem *audientes*, vocabantur. Hinc simul ac sermo esset finitus, antequam harum precum vllæ inchoarentur in missa catechumenorum, diaconus quidam de eminentiore loco in ecclesia proclamare solebat: *Ne quis audientium, Ne quis infidelium*; quemadmodum in *constitutionibus* sic dictis *apostolicis* [d] videre est.

§. III.

De precibus pro catechumenis. Genuina earum formula ex Chrysostomo *&* constitutionibus.

HAEC loquutus diaconus, facto silentio, iterum exclamabat: *Orate, catechumeni.* Et, *Omnes fideles pro illis cum attentione orent, dicentes: Kyrie eleison.* Tum diaconus pro eis preca-

(d) Constit. apost. lib. VIII. c. V. *πληρώσαντος αὐτοῦ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον ἀναστάντων ἁπάντων ὁ διάκονος, ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἀνελθὼν, κηρυττέτω* μή τις τῶν ἀκροωμένων· μή τις τῶν ἀπίστων. *Quum doctrinæ sermonem finierit, vniuersis consurgentibus, diaconus in excelsum locum adscendens proclamet:* Ne quis audientium, ne quis infidelium.

batur, quæ precatio in *constitutionibus* dicitur προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων, *Orationis indictio pro catechumenis*, quia erat & hortatio ad orandum, & institutio, quemadmodum pro illis orari oporteret. Duas antiquas formulas harum precum etiamnum habemus, in CHRYSOSTOMO quidem alteram, alteram in *constitutionibus*. Quæ in constitutionibus est, ita habet [e]: *Pro catechumenis omnes Deum inuocemus; vt, qui bonus & hominum amans est, benigne exaudiat eorum obsecrationes ac preces, & suscepta eorum supplicatione, opem illis ferat, detque petitiones cordis ipsorum, prout eis expedit; reuelet eisdem euangelium Christi sui; illuminet eos ac instituat, erudiat cognitione ac religione diuina, doceat mandata sua & iustificationes; inserat iustum ac salutarem timorem suum, aperiat aures cordis eorum, vt in eius lege die ac nocte occupentur; & confirmet eos in pietate: Adiuuet atque adnumeret eos sancto suo gregi, donatis iis lauacro regenerationis, indumento immortalitatis, vera vita; liberet vero illos ab omni impietate, & non det locum aduersario contra illos; mundet autem ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus; inhabitetque in eis atque inambulet per Christum suum; benedicat introitus ac exitus eorum, atque proposita moderetur iis ad commodum. Ad hæc intente pro illis supplicemus, vt remissionem delictorum consequuti per baptismi initiationem, digni fiant sanctis mysteriis & permansione cum sanctis.*

(e) Constitut. lib. VIII. c. VI. *ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων πάντες τὸν θεὸν παρακαλέσωμεν, ἵνα ὁ ἀγαθὸς, φιλάνθρωπος, εὐμενῶς εἰσακούσῃ τῶν δεήσεων αὐτῶν καὶ τῶν παρακλήσεων, καὶ προσδεξάμενος αὐτῶν τὴν ἱκεσίαν ἀντιλάβηται αὐτῶν, καὶ δῷ αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πρὸς τὸ συμφέρον, ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, φωτίσῃ αὐτοὺς, καὶ συνετίσῃ, παιδεύσῃ αὐτοὺς τὴν θεογνωσίαν, διδάξῃ αὐτοὺς τὰ προστάγματα αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα, ἐγκαταφυτεύσῃ ἐν αὐτοῖς τὸν ἁγνὸν αὐτοῦ καὶ σωτήριον φόβον, διανοίξῃ τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πρὸς τὸ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καταγίνεσθαι ἡμέρας καὶ νυκτὸς, βεβαιώσῃ δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἑνώσῃ καὶ ἐγκαταριθμήσῃ αὐτοὺς τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ποιμνίῳ, καταξιώσας αὐτοὺς τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας, τῆς ὄντως ζωῆς, ῥύσηται δὲ αὐτοὺς ἀπὸ πάσης ἀσεβείας, καὶ μὴ δῷ τόπον τῷ ἀλλοτρίῳ κατ᾽ αὐτῶν, καθαρίσῃ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐνοικήσῃ τε ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσῃ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, εὐλογήσῃ τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους, καὶ κατευθύνῃ αὐτοῖς τὰ προκείμενα εἰς τὸ συμφέρον· ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετεύσωμεν, ἵνα ἀφέσεως τυχόντες τῶν πλημμελημάτων διὰ τῆς μυήσεως, ἀξιωθῶσι τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ τῆς μετὰ τῶν ἁγίων διαμονῆς.*

TVM

Tvm diaconus ipsos catechumenos adloquens dicebat: *Surgite* [*] *catechumeni. Pacem Dei per Christum eius petite; diem quietum & sine peccato, itidem omne tempus vitæ vestræ; mortem christianam, propitium ac beneuolum Deum, veniam delictorum. Vos ipsos soli ingenito per Christum eius commendate.*

Ad quamlibet petitionem huius indictæ orationis populus, & ante cunctos pueri [**], respondere iubentur κύριε ἐλέησον, *Domine miserere.*

Post hæc diaconus capita eos inclinare iubebat & recipere benedictionem, quæ in sequenti directæ inuocationis forma sic habet:

[f] *Deus omnipotens, ingenitus & inaccessus, solus verus Deus, Deus & pater CHRISTI tui, vnigeniti filii tui, Deus paracleti* [*] *ac omnium dominus; qui per CHRISTVM discipulos in doctores constituisti ad pietatis disciplinam: Ipse & nunc respice super seruos tuos, catechisatos in CHRISTI tui euangelio; & da eis cor nouum & spiritum rectum innoua in visceribus eorum, vt cognoscant & faciant*

(*) Ibid. ἐγείρεσθε οἱ κατηχούμενοι· τὴν εἰρήνην τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ αἰτήσασθε, εἰρηνικὴν ἡμέραν καὶ ἀναμάρτητον καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ὑμῶν, χριστιανὰ ὑμῶν τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν θεὸν, ἄφεσιν πλημμελημάτων, ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε.

(**) Ibid. ἐφ᾽ ἑκάστῳ δὲ τούτων, ὧν ὁ διάκονος προσφωνεῖ, λεγέτω ὁ λαός· κύριε ἐλέησον· καὶ πρὸ πάντων τὰ παιδία.

(f) Ibid. κλινόντων δὲ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, εὐλογείτω αὐτοὺς ὁ χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος εὐλογίαν τοιάνδε· Ὁ θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπρόσιτος, ὁ μόνος ἀληθινὸς θεὸς, ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ χριστοῦ σου, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου, ὁ θεὸς τοῦ παρακλήτου (†) καὶ τῶν ὅλων κύριος· ὁ διὰ χριστοῦ διδασκάλους τοὺς μαθητὰς ἐπιστήσας πρὸς μάθησιν τῆς εὐσεβείας· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, τοὺς κατηχουμένους τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ σου καὶ δὸς αὐτοῖς καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτῶν, πρὸς τὸ εἰδέναι καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ· καταξίωσον αὐτοὺς τῆς ἁγίας

(†) *Hæc phrasis,* ὁ θεὸς τοῦ παρακλήτου, Deus paracleti *& similis locutio, quæ in precatione quotidiani officii vespertini apud hunc auctorem* lib. VIII. cap. XXXVII. *occurrit, vbi pater dicitur* ὁ τοῦ πνεύματος κύριος, dominus spiritus, *duræ sunt locutiones, & catholicis scriptoribus inusitatæ; quæ nonnullis hunc auctorem suspectum faciunt hæresis* Macedonianorum, *qui spiritus sancti diuinitatem negabant, facientes ipsum meram creaturam. Verum hæc non videtur fuisse auctoris nostri intentio, qui nusquam veram filii vel spiritus sancti deitatem negat, sed istiusmodi duntaxat titulos excellentiæ patri tribuit, vti* IVSTINVS MARTYR *ante ipsum fecit, eo quidem respe-*

Dd 2 *volun-*

voluntatem tuam in corde pleno & anima volente. Dignare illos initiatione sancta & adiuua illos ad sanctam ecclesiam tuam; & fac participes diuinorum mysteriorum; per Christum, spem nostram, qui pro ipsis mortuus est; per quem tibi gloria & adoratio in sancto spiritu in sæcula Amen. Et post hæc diaconus iubetur dicere: *Exite catechumeni in pace.*

CHRYSOSTOMVS similem indictæ a diacono precationis pro catechumenis formulam in homilia quadam sua nobis tradit. „Lex (g) ecclesiæ, inquit, ad supplicandum pro his, qui
„nondum initiati sunt, fideles excitat. Nam quum diaco-
„nus ait, *Pro catechumenis intente oremus*, nihil aliud facit, quam
„vt vniuersam fidelium multitudinem ad preces pro illis ob-
„eundas excitet. Atqui alieni adhuc sunt catechumeni.
„Nondum enim corpori Christi insiti sunt, nec mysteriorum
„participes effecti, verum a spirituali grege adhuc diuisi.

μυήσεως, καὶ ἕνωσον αὐτοὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ μετόχους ποίησον τῶν θείων μυστηρίων, διὰ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος· δι' οὗ σοι δόξα καὶ τὸ σέβας ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν· καὶ μετὰ τοῦτο ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε κατηχούμενοι.

(g) Chrysostom. hom. II. in 2 Cor. p. 740. (p. 516. edit. Francof.) τοὺς πιστοὺς ὁ νόμος διεγείρει πρὸς τὴν τῶν ἀμυήτων ἱκετηρίαν· ὅταν γὰρ ὁ διάκονος λέγῃ, ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων ἐκτενῶς δεηθῶμεν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν δῆμον ἅπαντα τῶν πιστῶν διανίστησιν εἰς τὰς ὑπὲρ ἐκείνων εὐχάς· καίτοι γε ἀλλότριοι τέως εἰσὶν οἱ κατηχούμενοι· οὐδέπω γὰρ τοῦ σώματός εἰσι τοῦ Χριστοῦ, οὐδέπω μυστηρίων ἐκοινώνησαν, ἀλλ'

ctu, quod pater sit fons deitatis & origo existentiæ filii & spiritus sancti, non vt rerum creatarum sed vt æterni sui filii & æterni spiritus sancti, in omnibus essentialibus perfectionibus ipsi æqualium, tantummodo has perfectiones ab ipso, tamquam auctore & fonte exsistentiæ suæ, vt Dei de Deo & luminis de lumine per æternam generationem & processionem deriuantium. Hoc sensu, obseruante BVLLO *episcopo*, IVSTINVS *in dialogo suo cum* Tryphone p. 358. *eamdem locutionem adhibet, loquens de filio, vti auctor noster de spiritu sancto loquitur: Dicit enim, quod pater sit* κυρίου κύριος, ὡς πατὴρ καὶ θεὸς, αἴτιός τε αὐτῷ τοῦ εἶναι, καὶ δυνατῷ, καὶ κυρίῳ, καὶ θεῷ, dominus domini, tamquam pater & Deus, & quod auctor sit eidem, vt sit, atque equidem præpotens, & Dominus & Deus vt sit: *Vbi BVLLVS recte obseruat, quod Deus pater dicatur Deus & dominus filii, non vti est dominus rerum creatarum, sed quatenus est fons diuinitatis & caussa filio, vt sit: Quæ res filium non facit creaturam, sed verum, consubstantialem & æternum filium Dei; siue, vt auctor noster alibi accuratius loquitur, hoc ipso est* υἱὸς μονογενὴς, filius vnigenitus; *hoc est verus filius patris, qui dominus filii vocatur, non vt creator, sed genitor.*

Ob

„Ob idque etiam ait, *Intente oremus.* Ne videlicet eos tam-„quam alienos abdicet ac reiiciat, ne tamquam peregrinos „non agnoſcat. Nondum enim lege ſancitam atque a *CHRI-„STO* inuectam precationem habent, nondum liberius orandi „poteſtatem nacti ſunt, ſed aliorum, qui myſteriis initiati „ſunt, ope indigent. Etenim extra veſtibula regia ſtant, lon-„geque a ſacris cancellis. Eaque etiam de cauſſa, quum „tremendæ preces fiunt, ablegantur. Quo fit, vt te quoque „hortetur diaconus, vt pro illis ores, quo membra tua fiant, „nec iam peregrini atque alieni ſint. Illud enim, *Oremus*, „non ad ſacerdotes tantum, ſed etiam ad populum ſpectat. „Nam quum ait, *Recte ſtemus, oremus*, omnes ad precandum hortatur. Ac tum precationem auſpicans ait:

Vt miſericordiſſimus ac miſerator Deus orationes eorum exaudiat; vt cordium ipſorum aures aperiat, vt audiant, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adſcenderunt. Et inſtillet ipſis verbum veritatis; vt timorem ſuum in ipſis ſeminet; Et confirmet fidem ſuam in animis eorum; Vt iuſtitiæ euangelium ipſis reuelet. Vt det illis mentem diuinam, caſtam cogitationem, vitam cum virtute coniunctam; Perpetuo, quæ ipſius ſunt, cogitare, quæ ipſius ſunt, ſapere, quæ ipſius ſunt, meditari, in ipſius lege die ac nocte morari. Intentius adhuc pro ipſis oremus, vt eripiat eos ab omni malo & abſurdo negotio,

ἔτι διῃρημένοι τυγχάνουσι τῆς ἀγέλης τῆς πνευματικῆς· - - διὰ τοῦτο καὶ ἐκτενῶς, φησι, δεηθῶμεν, ἵνα μὴ ὡς ἀλλοτρίους ἀποποιήσῃ, ἵνα μὴ ὡς ξένους ἀγνοήσῃ· οὐδέπω γὰρ εὐχὴν ἔχουσι τὴν νενομισμένην καὶ εἰσενεχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ χριστοῦ, οὐδέπω παῤῥησίαν κέκληνται, ἀλλ᾽ ἑτέρων δέονται τῶν μυσταγωγηθέντων· ἔξω γὰρ τῶν βασιλικῶν ἑστήκασι αὐλῶν, πόῤῥω τῶν ἱερῶν περιβόλων· διὰ τοῦτο καὶ σὲ παρακαλεῖ, δεῖσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἵνα μέλη γένωνται σά, ἵνα μὴ ἔτι ὦσι ξένοι καὶ ἠλλοτριωμένοι· τὸ γὰρ, δεηθῶμεν, οὐ τοῖς ἱερεῦσι λέγεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰς τὸν λαὸν συντελοῦσιν· ὅταν γὰρ εἴπῃ, στῶμεν καλῶς, δεηθῶμεν, πάντας εἰς τὴν εὐχὴν παρακαλεῖ. εἶτα ἀρχόμενος τῆς εὐχῆς φησὶν,

Ἵνα ὁ πανελεήμων καὶ οἰκτίρμων θεὸς ἐπακούσῃ τῶν δεήσεων αὐτῶν· ἵνα διανοίξῃ τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν· ὥστε ἀκοῦσαι ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· καὶ κατηχήσῃ αὐτοὺς τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· ἵνα καταςπείρῃ τὸν φόβον αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς, καὶ βεβαιώσῃ τὴν πίστιν αὐτοῦ ἐν ταῖς διανοίαις αὐτῶν· ἵνα ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύνης· ἵνα αὐτοῖς δοίῃ νοῦν ἔνθεον, σώφρονα λογισμὸν, καὶ ἐνάρετον πολιτείαν· διαπαντὸς τὰ αὐτοῦ νοεῖν, τὰ αὐτοῦ φρονεῖν, τὰ αὐτοῦ μελετᾷν· ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καταγίνεσθαι· ἔτι ἐκτενέστερον ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν, ἵνα ἐξέληται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ ἀτόπου πράγματος, ἀπὸ παντὸς ἁμαρτήματος δια-

Ab omni peccato diabolico & omni obsidione aduersarii ; vt dignetur eos in tempore opportuno lauacro regenerationis & remissione peccatorum, indumento incorruptionis ; vt benedicat introitus & exitus eorum, omnem vitam ipsorum, domos eorum & habitationes, filios eorum, vt augeat & benedicat, atque ad mensuram ætatis perductos sapientia instruat ; Vt omnia, quæ ipsis proposita erunt, ad vtilitatem dirigat.

QVO facto diaconus surgere eos iubebat & orare pro semet ipsis, dictans illis, quæ orare deberent : (*) *Angelum pacis petite, o catechumeni, pacifica vobis omnia, quæ proponentur : Pacificum hunc diem, atque omnes vitæ vestræ dies postulate : Christianos vestros fines. Vos ipsos Deo viuenti, ac Christo ipsius commendate.*

„DEMVM [**] eos, inquit CHRYSOSTOMVS, capita „inclinare iubemus, hoc videlicet argumento, preces exaudi„tas esse statuentes, quod Deus eos benedicat. Neque enim „homo est, qui benedicit, sed per illius manum ac linguam re„gi ipsi capita eorum, qui adsunt, offerimus. Ac tum incla„mant omnes, *Amen.*

PLANISSIMA hæc est enarratio secundæ precationis, ab episcopo pro catechumenis fieri solitæ, quæ heic, quemadmodum etiam in *constitutionibus*, dicitur *episcopi commendatio* siue *benedictio.*

VIRI eruditi hanc homiliam a CHRYSOSTOMO habitam fuisse putant, quum ecclesiæ *Constantinopolitanæ* esset episcopus. Quodsi ita est, concludamus necesse est, has preces fuisse formulas, tunc quidem in liturgia ecclesiæ *Constantinopolitanæ* vsitatas.

βολικᾶ, καὶ πάσης περιστάσεως τᾶ ἀντικειμένα· ἵνα καταξιώσῃ αὐτᾶς ἐν καιρῷ εὐθέτῳ τῆς τᾶ λετρᾶ παλιγγενεσίας, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τᾶ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας· ἵνα εὐλογήσῃ τὰς εἰσόδας αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδας, πάντα τὸν βίον αὐτῶν, τὰς οἴκας αὐτῶν καὶ τὰς οἰκετίας· τὰ τέκνα αὐτῶν ἵνα αὐξήσας εὐλογήσῃ, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἀγαγὼν σοφίσῃ· ἵνα κατευθύνῃ αὐτοῖς πάντα τὰ προκείμενα, ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον.

(*) Ibid. (p. 521. edit. Francof.) Τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης αἰτήσατε, οἱ κατηχέμενοι· εἰρηνικὰ ὑμῖν πάντα τὰ προκείμενα· εἰρηνικὴν τὴν παρᾶσαν ἡμέραν καὶ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν αἰτήσασθε· χριστιανὰ ὑμῶν τὰ τέλη· ἑαυτὰς ζῶντι θεῷ καὶ τῷ χριστῷ αὐτᾶ παραθέσθαι.

(**) Ibid. sub fin. εἶτα κλῖναι τὰς κεφαλὰς κελεύομεν, τεκμήριον τᾶ τὰς εὐχὰς ἀκεσθῆναι, ποιέμενοι τὸ τὸν θεὸν εὐλογεῖν· ὁ γὰρ δὴ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ εὐλογῶν, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐκείνα χειρὸς, καὶ γλώττης, αὐτῷ προσάγομεν τῷ βασιλεῖ τὰς κεφαλὰς τῶν παρεστώτων, καὶ ἐπιβοῶσιν ἅπαντες τὸ ἀμήν.

§.IV.

§. IV.

Quid intelligendum ſit per τὸ poſtulare angelum pacis *in hac formula.*

Et in hanc quidem ſententiam ego potius propendeo, quia parum diſcriminis inter hanc formulam CHRYSOSTOMI, & eam, quæ in *conſtitutionibus* habetur, intercedit. Nam in CHRYSOSTOMI formula catechumeni angelum pacis poſtulare iubentur, quod in formula *conſtitutionum* non legimus; quanquam alio in loco [h] habeatur, vbi de ordinario matutino ac veſpertino officio præcepta dantur. CHRYSOSTOMVS eiusdem huius petitionis in aliis homiliis ſæpius meminit. Exempli cauſſa in homilia tertia [i] in epiſtolam ad *Coloſſenſes*, vbi dicit, vnumquemque fidelem habere angelum, & adeſſe etiam dæmonem. *Propterea*, inquit, *oramus, & dicimus petentes angelum pacis.* Et in homilia in adſcenſionem domini noſtri *IESV CHRISTI* [k], loquens de aëre angelis bonis ac malis repleto, his quidem ſemper bella ſuſcitantibus, illis pacem hominibus perpetuo conciliantibus, ait: *Vt diſcas, angelos pacis eſſe, audi in precationibus miniſtros ſemper dicentes: Angelum pacis rogate.* Hoc ſine dubio ad ante memoratam precum formulam reſpicit, in qua catechumeni a Deo petere iubentur angeli pacis

(h) Conſtitut. lib. VIII. c. XXXVI. *ἀναστάντες αἰτησώμεθα τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ,* τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης *κ.τ.λ.* *Suſcitati poſtulemus miſericordias domini atque miſerationes eius*, angelum paci præpoſitum, *cetera.* Cap. XXXVII. *αἰτησώμεθα παρὰ κυρίου τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς, τὸν ὄρθρον τοῦτον καὶ τὴν ἡμέραν εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν,* τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, *χριστιανὰ τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν θεόν.* *Poſtulemus a domino miſericordias eius atque miſerationes, hoc matutinum & hunc diem, cunctumque peregrinationis noſtræ tempus pacatum & peccato vacuum*, angelum paci præpoſitum, *finem vitæ chriſtianum, Deum propitium & clementem.*

(i) Chryſoſt. homil. III. in Coloſſ. p. 1338. (p. 176. edit. Francof.) *διὰ τοῦτο εὐχόμεθα καὶ λέγομεν αἰτοῦντες τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης.*

(k) Chryſoſtom. homil. XXXV. in adſcenſion. domini tom. V. p. 535. (homil. XXXVIII. p. 477. edit. Francof.) *καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἄγγελοι εἰρήνης εἰσὶν, ἄκουσον ἐν ταῖς προσευχαῖς ἀεὶ λεγόντων τῶν διακόνων,* τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης αἰτήσατε.

de-

defenſionem. In eumdem modum alio loco [l] : *Diaconus, dum cum aliis precari iubet, hoc quoque imperat in oratione, vt angelum pacis rogemus, & quæ propoſita ſunt cuncta pacifica.* Quæ ipſiſſima precationis catechumenorum, ſupra memoratæ, verba ſunt.

SCOPVS horum omnium erat, non vt docerentur catechumeni preces facere ad angelos ſuos tutelares (ſecundum hodiernam rationem inſtruendi in eccleſia *Romana* [m]; licet hæc peropportuna fuiſſet occaſio catechumenos ſuos id admonendi, ſi qua iſtiuſmodi praxis in eccleſia antiqua obtinuiſſet;) ſed vt docerentur preces fundere ad Deum angelorum: Vt, qui angelos facit circumdare ſeruos ſuos, miniſterio eorum ipſos a malorum ſpirituum, bella, diſcordias & inimicitias inter homines diſſeminantium, incurſionibus tutos præſtare, atque ita ipſos & omnia ipſorum conſilia in perpetuo pacis curſu conſeruare vellet, vt chriſtianum & pacatum vitæ finem conſequerentur.

§. V.

Pueri in quibuſdam eccleſiis iuſſi hanc precationem dicere cum reliquo populo.

ALIA res, in qua formula in *conſtitutionibus* a formula in CHRYSOSTOMO differt, eſt, quod iſta pueris cum eccleſia ſpeciatim in his communibus precibus pro catechumenis ſe ſe coniungere præcipiat; quum formula, in eccleſia CHRYSOSTOMI vſurpata, nihil iſtiuſmodi memoret : Quid ? quod ipſe CHRYSOSTOMVS alio loco [n] diſerte dicat, pueros non euo-

(l) Chryſoſt. homil. LII. in eos, qui paſcha ieiunant. Tom. V. p. 713. (homil. LV. p. 637. edit. Francof.) ὁ διάκονος κελεύων εὔχεσθαι μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο ἐπιτάττει κατὰ τὴν εὐχὴν, αἰτεῖν τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης, καὶ τὰ προκείμενα πάντα εἰρηνικά.

(m) Vid. Drexel. de cultu cælitum lib. II. cap. III. n. III. p. 184. edit. Colon. MDCXXXIV. Guilielmus Baldeſanus, ſcriptor inſigniter eruditus & pius, hoc ipſum diſerte docet, ante cælites alios omnes, beatiſſimam matrem virginem, & ſecundum hanc, puriſſimos illos genios, nobiliſſimos cæli ephebos, angelos, veneratione ſingulari adficiendos. Multum debemus angelis, multum ſupra omnem modum, & præſertim ſuo quiſque tutelari angelo, cetera.

(n) Chryſoſt. homil. LXXI. in Matth. p. 624. (p. 768. edit. Francof.) Vid. cit. lib. XIII. c. VI. §. VII. vol. V. p. 218.

cari

cari ad coniungendum se in precibus pro energumenis ac poenitentibus (qui eiusdem cum catechumenis generis erant) sed tantum in precibus pro communicantibus ad altare, siue fidelibus. Quemadmodum istæ differentiæ, duas illas formulas non ad vnius eiusdemque ecclesiæ liturgiam spectare, ostendunt; ita probabile faciunt, CHRYSOSTOMVM formulam in ecclesia *Constantinopolitana*, & auctorem *constitutionum* formulam in ecclesia *Antiochena*, vel alia quadam præcipua ecclesia, cuius ritus transcriptos conlegit, vsitatam nobis tradere.

§. VI.

Quænam notitia huius precationis in aliis antiquis scriptoribus habeatur.

Ex eo itaque, quod hanc precationem proprio & congruo suo loco fiximus, reliqua loca omnia in antiquis scriptoribus, quæ de precibus pro catechumenis, vel cum catechumenis, loquuntur, interpretari possumus. Exempli caussa canonem illum concilii *Nicæni*, qui statuit *de catechumenis*, (hoc est eo ordine hominum, pro quibus istæ preces recitabantur) *qui lapsi sint, vt tribus annis inter audientes verbum sint tantummodo, post hæc vero orent* [o] *cum catechumenis.* Et canonem concilii *Neocæsariensis* [p] ita decernentem: *Catechumenus si ingrediatur ecclesiam, & in catechumenorum ordine adsistat, hic autem deprehensus fuerit peccans: si quidem genu flectit, audiat, vt non delinquat vlterius: si vero & audiens peccauerit, extrudatur.*

§. VII.

De precibus pro energumenis siue obsessis a malis spiritibus. Formula harum precum.

PROXIMVM genus hominum, pro quibus iam preces fiebant, energumeni erant, hoc est, homines a malis spiritibus agitati. Quamquam enim hi peculiari curæ exorcistarum, ordini ad ministrandum illis & ad priuatim super illos orandum

(o) Concil. Nicen. c. XIV. (tom. II. conc. p. 3[illegible].) *περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.*

(p) Concil. Neocæsar. c. V. (tom. I. concil. p. 1481.) *Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος δὲ ἁμαρτάνων· ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων· ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.*

præcipue constituto, suberant, vti libro quodam antecedente [*] plenius docuimus; tamen quum status eorum esset miser & deplorandus, christianæ misericordiæ ac caritatis esse credebatur, vt publicarum ecclesiæ precum participes redderentur, veniamque haberent preces, ad ipsorum conditionem proxime spectantes, coram audiendi. Hinc diaconus simul ac catechumenos hac consueta formula, *Exite catechumeni in pace*, dimisisset, statim dicebat: *Orate energumeni & vexati a spiritibus immundis:* Et congregationem adhortans aiebat: *Intente cuncti pro ipsis deprecemur* (quemadmodum formula huius προσφωνήσεως in *constitutionibus* [q] habet); *vt benignus Deus per Christum increpet immundos ac malos spiritus, & liberet supplices suos ab oppressione ac tyrannide aduersarii: qui increpauit legionem dæmonum & originem mali diabolum; increpet ipse nunc quoque apostatas pietatis & liberet creaturas suas a diaboli vexatione, & mundet eas, quas magna cum sapientia condidit. Adhuc intente pro ipsis precemur. Serua & erige illos Deus, in virtute tua.*

TVM inclinare eos iubebat capita, atque accipere benedictionem, quæ sequentibus verbis concepta ad ipsum CHRISTVM dirigebatur.

Qui [†] *fortem ligasti & cuncta vasa eius diripuisti; qui dedisti nobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici; qui homicidam serpentem vinctum tradidisti nobis, sicut passerem pueris; quem omnia horrent ac tremunt, a facie potestatis tuæ; qui eumdem e cælo in terram sicut fulgur decidere fecisti, non casu*

(*) Lib. III. c. IV. §. VI. & VII. volum. II. p. 26. 27. 28.

(q) Constitut. lib. VIII. c. VI. μετὰ τοῦτο ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε κατηχούμενοι, ἐν εἰρήνῃ, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς, λεγέτω· εὔξασθε οἱ ἐνεργούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς, διὰ χριστοῦ ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥύσηται τοὺς αὐτοῦ ἱκέτας ἀπὸ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου καταδυναστείας· ὁ ἐπιτιμήσας τῷ λεγεῶνι τῶν δαιμόνων, καὶ τῷ ἀρχεκάκῳ διαβόλῳ, ἐπιτιμήσῃ αὐτὸς καὶ νῦν τοῖς ἀποστάταις τῆς εὐσεβείας, καὶ ῥύσηται τὰ ἑαυτοῦ πλάσματα ἀπὸ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, καὶ καθαρίσῃ αὐτὰ, ἃ μετὰ πολλῆς σοφίας ἐποίησεν· ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν· σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς, ὁ θεὸς, ἐν τῇ δυνάμει σου.

(†) Ibid. c. VII. Ὁ τὸν ἰσχυρὸν δήσας, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας· ὁ δοὺς ἡμῖν ἐξουσίαν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων πατεῖν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· ὁ τὸν ἀνθρωποκτόνον ὄφιν δεσμώτην παραδοὺς ἡμῖν, ὡς στρουθίον παιδίοις· ὃν πάντα φρίττει καὶ τρέμει, ἀπὸ προσώπου δυνάμεώς σου· ὁ ῥήξας αὐτὸν ὡς ἀστραπὴν

locali,

locali, sed ab honore in ignominiam propter voluntariam ipsius malitiam; cuius adspectus exsiccat abyssos & minæ liquefaciunt montes, & veritas manet in æternum; quem laudant infantes & benedicunt lactentes; quem celebrant atque adorant angeli; qui respicis super terram, & facis eam tremere; qui tangis montes & fumant; qui increpas mare, & exsiccas illud, & omnia flumina ipsa deserta reddis; cuius nubes puluis pedum; qui ambulas super mare, tamquam super pauimentum: Vnigenite Deus, magni patris fili: increpa malos spiritus, & libera opera manuum tuarum ab alieni spiritus vexatione: quia tibi gloria, honos ac veneratio, & per te patri tuo, in sancto spiritu, in secula Amen.

§. IIX.

De precationibus ex Chrysostomo *& aliis.*

CHRYSOSTOMVS non habet quidem hanc integram formulam, sæpe tamen ad eam tamquam publicam ecclesiæ precationem, remittit. *Pro energumenis*, inquit [r], *& pro iis, qui in pœnitentia sunt, communia, & a sacerdote & ab ipsis vota fiunt: atque omnes vnam eamdemque precem concipiunt, precem, inquam, illam misericordiæ plenam.* Et iterum [s]: *Ob eam rem agitatos diaconus tempore illo adducit, & iubet caput tantum inclinare, atque illo corporis gestu supplicare. Quum enim eos vna cum fratribus orare non liceat, adducit eos, vt tu misereare, & quia tam acerbe vexantur, & quia vocem reddere nequeunt, tua facultate ad eorum vtaris defensionem & auxilium.* Alio

πὴν ἐξ ὀρανῦ εἰς γῆν, ὀ τοπικῷ ῥήγματι, ἀλλὰ ἀπὸ τιμῆς εἰς ἀτιμίαν, δι᾽ ἑκάσιον αὐτῦ κακόνοιαν· ὖ τὸ βλέμμα ξηραίνει ἀβύσσυς, καὶ ἡ ἀπειλὴ τήκει ὄρη, καὶ ἡ ἀλήθεια μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὃν αἰνεῖ τὰ νήπια, καὶ εὐλογεῖ τὰ θηλάζοντα· ὃν ὑμνῦσι καὶ προσκυνῦσιν ἄγγελοι. ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν· ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται· ὁ ἀπειλῶν θαλάσσην, καὶ ξηραίνων αὐτὴν, καὶ πάντας τὺς ποταμὺς αὐτὺς ἐξερημῶν· ὖ νεφέλαι κονιορτὸς τῶν ποδῶν· ὁ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης, ὡς ἐπ᾽ ἐδάφυς· μονογενὴς θεὲ, μεγάλυ πατρὸς υἱέ· ἐπιτίμησον τοῖς πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥῦσαι τὰ ἔργα τῶν χειρῶν συ ἐκ τῆς τῦ ἀλλοτρίυ πνεύματος ἐνεργείας· ὅτι σοὶ δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ διὰ σῦ τῷ πατρὶ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τὺς αἰῶνας· ἀμήν.

(r) Chrysost. homil. XVIII. in 2 Cor. p. 873. (p. 673. edit. Francof.) ὑπὲρ τῶν ἐνεργυμένων, ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ, κοιναὶ καὶ παρὰ τῦ ἱερέως, καὶ παρ᾽ αὐτῶν γίνονται αἱ εὐχαὶ, καὶ πάντες μίαν λέγυσιν εὐχὴν, εὐχὴν τὴν ἐλέυ γέμυσαν.

(s) Id. homil. III. de incomprehensibili Dei natura tom. I. p. 365. (p. 323. b. c. edit. Francof.) διὰ τῦτο καὶ τὺς ἐνεργυμένυς κατ᾽ ἐκεῖνον ἵστησιν τὸν καιρὸν ὁ διάκονος, καὶ κελεύει κλῖναι τὴν κεφαλὴν μόνον, καὶ τῷ σχήματι ποιεῖσθαι τῦ σώματος τὰς ἱκετηρίας· εὔχεσθαι γὰρ αὐτὺς μετὰ τῦ κοινῦ συλλόγυ τῶν ἀδελφῶν ὐ θέμις· διὰ τῦτο αὐτὺς ἵστησιν, ἵνα κατελεήσας αὐτὺς, καὶ τῆς συμφορᾶς, καὶ τῆς ἀφωνίας, τῇ οἰκείᾳ παῤῥησίᾳ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀποχρήσῃ προστασίαν.

loco [t] fuſius cauſſam exponit, quamobrem hæ preces pro hominibus dæmone agitatis oblationi euchariſtiæ præmittantur, & quamobrem illo tempore diaconus eos adduci & capita inclinare iubeat. *Vincula*, inquit, *perquam praua & grauia agitatio dæmonum eſt, vincula omni ferro validiora. Vt itaque tempore inſtante, quo iudex prodire, & pro tribunali ſedere ſolitus eſt, cuſtodes carceris homines, quos in vinculis tenent, omnes carcere educunt, & pro cancellis ſeptiſque fori collocant ſqualentes, ſordentes, coma expletos nimia, pannis miſerrime obductos: ſic patres ſtatuerunt, vt quum breui Chriſtum velut pro tribunali ſedere, in ipſiſque ſacramentis apparere futurum eſſet, homines dæmone agitati illi tamquam vinculis quibuſdam retenti adducerentur, non vt rerum, quas commiſiſſent, examen ſubirent, modo eorum, qui in vinculis ſunt; nec vt luerent pœnas, & ſupplicio adficerentur: ſed vt populo vniuerſaque ciuitate præſente communes pro his fierent ſupplicationes, vt omnes iugi concordia dominum communem orarent pro his, & vt miſereretur, magno clamore contenderent.* Heic licet non integram formulam recitet CHRYSOSTOMVS, perſpicue tamen tempus & argumentum precum indicat, nec non modum ſupplicationis; quod fuerit precatio communi populi voce, aliquanto ante Chriſti oblationem in euchariſtia, facta, & quidem tamquam imploratio Dei, vt miſericordiam his miſeris hominibus, in perdita conditione ſua ante ipſum iacentibus, tribuere vellet. Quo reſpiciens id alicubi [u] primam precationem miſericordiæ plenam vocat. *Prima*, inquiens, *quæ dicitur oratio, qua pro dæmoniacis deprecamur, miſericordiæ ſuæ com-*

(t) Chryſoſt. homil. IV. de incomprehenſ. tom. I. p. 374. (p. 332. Francof.) ἅλυσις πονηρὰ καὶ χαλεπὴ τῶν δαιμόνων ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, ἅλυσις παντὸς σιδήρου δυνατωτέρα· καθάπερ οὖν δικαστοῦ πρόσοδον ἔχοντος, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος καθέζεσθαι μέλλοντος, οἱ δεσμοφύλακες τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἅπαντας ἐξαγαγόντες τοῦ οἰκήματος, πρὸ τῶν κιγκλίδων καὶ τῶν τοῦ δικαστηρίου παραπετασμάτων καθίζουσιν αὐχμῶντας, ῥυπῶντας, κομῶντας, ῥάκια περιβεβλημένους· οὕτω δὴ καὶ οἱ πατέρες ἐνομοθέτησαν, τοῦ χριστοῦ μέλλοντος ὥσπερ ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθέζεσθαι βήματος, καὶ ἐπ' αὐτῶν φαίνεσθαι τῶν μυστηρίων, τοὺς δαιμονῶντας καθάπερ δεσμώτας τινὰς εἰσάγεσθαι, οὐχ ἵνα εὐθύνας ὑπόσχωσι τῶν πεπλημμελημένων, καθάπερ ἐκεῖνοι οἱ δεδεμένοι, οὐδ' ἵνα κόλασιν ὑπομείνωσι καὶ τιμωρίαν, ἀλλ' ἵνα τοῦ δήμου καὶ τῆς πόλεως ἁπάσης ἔνδον παρούσης κοιναὶ περὶ αὐτῶν ἱκετηρίαι γίνωνται, πάντων ὁμοθυμαδὸν τὸν κοινὸν δεσπότην ὑπὲρ αὐτῶν ἐξαιτουμένων, καὶ ἐλεῆσαι παρακαλέντων μετὰ σφοδρᾶς τῆς βοῆς.

(u) Chryſoſt. hom I. LXXI. al. LXXII. in Matth. p. 624. (p. 768. c. edit. Francof.) ἡ πρώτη δέησις ἐλέους γέμει, ὅταν ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων παρακαλῶμεν· καὶ ἡ

me-

memoratione plena est. Secunda, qua pro his oramus, qui pœnitentiam agunt, misericordiam humiliter quæritat. Tertia etiam, quam pro nobis ipsis fundimus, vel infantes adducit, Deum ad misericordiam lacrimis inflectentes. Vbi per primam orationem non absolute intelligit primam orationem, quæ in hac diuini cultus parte fiat; manifestum enim est, orationem pro catechumenis fuisse ei præmissam: sed quia energumeni miseriores erant quam catechumeni, & miserationis magis indigi, ideo orationem pro illis primam orationem misericordiæ plenam vocat, vt orationem pro pœnitentibus secundam orationem appellat, misericordiam quæritantem, tametsi quarta esset ordine; & orationem pro fidelibus, tertiam orationem, Deum ad misericordiam inflectentem, licet ad aliam spectaret diuini ministerii partem, de qua primo sequentis libri capite distincte sumus loquuturi.

§. IX.

De tertia precatione pro competentibus.

TERTIA precatio in ordinario huius partis diuini cultus cursu precatio erat pro competentibus, hoc est iis, qui nomina sua dederant, baptismi proxima festiuitate suscipiendi declarantes desiderium. Hæc, reor, precatio erat, per occasionem tantummodo facta, & certis tempestatibus accommodata, tempori videlicet inter mediam quadragesimam & pascha, vel aliis solemnibus baptismi temporibus, quando homines solito studiosius ad recipiendum hoc sanctissimum mysterium sese præparabant. Formulam istiusmodi precationis etiam in *constitutionibus* [w] inuenimus, vbi diaconus dimissis energumenis inclamare iubetur: Εὔξασθε οἱ φωτιζόμενοι. *Orate illuminandi baptismo, seu competentes. Intente cuncti fideles pro ipsis deprecemur, vt dominus dignos eos faciat, qui baptismate initiati in Christi mortem cum ipso resurgant, fiantque participes regni eius, ac mysteriorum eius consortes; adiuuet & adnumeret eos cum iis, qui salui fiunt in sancta ipsius ecclesia. Serua & suscita eos in gratia tua.*

δευτέρα πάλιν, ὑπὲρ ἑτέρων, τῶν ἐν μετανοίᾳ, πολὺ τὸ ἔλεος ἐπιζητοῦσα· καὶ ἡ τρίτη δὲ πάλιν, ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ αὕτη τὰ παιδία τοῦ δήμου προβάλλεται, τὸν θεὸν ἐπὶ ἔλεον παρακαλοῦντα.

(w) Constitut. lib. VIII. c. VII. Εὔξασθε οἱ φωτιζόμενοι· ἐκτενῶς οἱ πιστοὶ πάντες ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν, ὅπως ὁ κύριος καταξιώσῃ αὐτοὺς μυηθέντας εἰς τὸν τοῦ χριστοῦ θάνατον συναναστῆναι αὐτῷ, καὶ μετόχους γενέσθαι τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ κοινωνοὺς τῶν μυστηρίων αὐτοῦ, ἑνώσῃ καὶ συγκαταλέξῃ αὐτοὺς μετὰ τῶν σωζομένων ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ· σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς ἐν τῇ σῇ χάριτι.

DEINDE iubentur ſe inclinare & recipere benedictionem epiſcopi, verbis expreſſam ſequentibus [x]:

Qui per ſanctos prophetas tuos prædixiſti iis, qui initiantur ac baptizantur, Lauamini, mundi eſtote; & per Chriſtum ſanxiſti ſpiritualem regenerationem: ipſe nunc etiam reſpice in hos baptizandos, & benedic eis, & ſanctifica & præpara, vt digni fiant ſpirituali dono tuo ac vera adoratione, tuiſque ſpiritualibus myſteriis atque adgregatione cum iis, qui ſaluantur per Chriſtum, ſaluatorem noſtrum, per quem tibi gloria honor & reuerentia, in ſancto ſpiritu, in ſæcula, Amen.

NON habeo amplius, quod de his precibus notem, quia nec CHRYSOSTOMVS, nec alius quiſpiam de ſcriptoribus antiquis, quod ego quidem ſciam, quidquam de illis ſingulatim dixerunt. Tantummodo hic auctor alio loco [y] eas quotidiani matutini ac veſpertini officii partem facit, quemadmodum ſupra, vbi de illis ſub priore quodam capite loquuti ſumus, obſeruauimus. Nam concilium *Laodicenum* [z], quod ordinem diuini cultus in eccleſia conſtituit, methodumque, qua ille fieri debeat, præſcribit, de oratione catechumenorum loquitur, vt ſermonem proxime excipiente, & deinde de oratione pro pœ-

(x) Conſtitut. lib. VIII. c. VIII. Ὁ προειπὼν διὰ τῶν ἁγίων σου προφητῶν τοῖς μυουμένοις· λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· καὶ διὰ τοῦ χριστοῦ νομοθετήσας τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τοὺς βαπτιζομένους, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς, καὶ ἁγίασον, καὶ παρασκεύασον ἀξίους γενέσθαι τῆς πνευματικῆς σου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἀληθινῆς υἱοθεσίας, τῶν πνευματικῶν σου μυστηρίων, τῆς μετὰ τῶν σωζομένων ἐπισυναγωγῆς, διὰ χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

(y) Conſtitut. lib. VIII. c. XXIV. μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν, προσφωνήσει ὁ διάκονος ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων, καὶ χειμαζομένων, καὶ τῶν φωτιζομένων, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ. *Poſtquam dictus fuerit pſalmus lucernalis, recitabit diaconus orationes pro catechumenis, energumenis, competentibus & pœnitentibus.* Cap. XXXVII. ὡσαύτως ὄρθρου ὁ διάκονος, μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ὀρθρινὸν, καὶ ἀπολῦσαι αὐτὸν τοὺς κατηχουμένους, καὶ χειμαζομένους, καὶ βαπτιζομένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, καὶ τὴν ὀφειλομένην ποιήσασθαι προσφώνησιν. κ. τ. λ. *Similem in modum mane diaconus, quum dictus fuerit pſalmus matutinus, quumque ipſe dimiſerit catechumenos, energumenos, competentes & pœnitentes, feceritque ſolemnem precationem; &c.*

(z) Concil. Laodic. c. XIX. περὶ τοῦ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον, μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς. κ. τ. λ. *Oportere ſeorſum primum, poſt epiſcoporum ſermones, catechumenorum orationem*

niten-

nitentibus, & post hanc de precibus fidelium, sanctam oblationem inchoantibus, nullam autem mentionem facit orationis pro competentibus, tamquam a precibus catechumenorum distinctæ. Atque hæc vna ratio esse potest, cur alii scriptores earum haud meminerint. In aliis ecclesiis preces duntaxat erant, per occasionem fieri solitæ, certis videlicet baptismatis temporibus; adeoque mirum est, alios auctores illas præterire, nulla prorsus earum facta mentione. Verumtamen auctorem *constitutionum* inuenisse eas in libris quarumdam ecclesiarum ritualibus distinctas, non omnino improbabile est, quandoquidem istiusmodi formulæ pro competentibus hodie in ecclesia *Græca* in vsu sunt, vt in IACOBO GOAR [a] videre est; & BONA cardinalis [b] simile quid in vetustissimo sacramentorum libro reginæ *Sueciæ* obseruauit, vbi in missa dominicæ tertiæ quadragesimæ specialis oratio habetur pro illis, qui tum examinabantur & eligebantur ad baptismum festo paschatis recipiendum. Sed pergimus in considerando cultu veteris ecclesiæ.

---

peragi; & postquam exierint catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt, fieri orationem: & quum ii sub manum accesserint & secesserint, fidelium preces sic ter fieri, cetera.

(a) Goar euchölog. p. 339. Δέσποτα, κύριε, ὁ θεὸς ἡμῶν, προσκάλεσαι τὸν δοῦλόν σου τόνδε, πρὸς τὸ ἅγιόν σου φώτισμα· καὶ καταξίωσον αὐτὸν τῆς μεγάλης ταύτης χάριτος, τοῦ ἁγίου σου βαπτίσματος· ἀπόδυσον αὐτοῦ τὴν παλαιότητα, καὶ ἀνακαίνισον αὐτὸν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον· καὶ πλήρωσον αὐτὸν τῆς τοῦ ἁγίου σου πνεύματος δυνάμεως· εἰς ἕνωσιν τοῦ χριστοῦ σου, ἵνα μηκέτι τέκνον σώματος ᾖ, ἀλλὰ τέκνον τῆς σῆς βασιλείας. Εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· μεθ' οὗ εὐλογητός εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. *Dominator, domine, deus noster, seruum tuum hunc N. ad sanctam illuminationem tuam aduoca, & ingentem illam gratiam sancti tui baptismatis illi confer: exue illum vetustate & in vitam æternam illum innoua. Sancta tua virtute illum reple, atque illum Christo tuo coniunge: vt non amplius carnis filius, sed tui regni filius appareat. Placito & gratia vnigeniti filii tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono & viuifico tuo spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.*

(b) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XII. n. IV. *Hanc igitur oblationem, domine, vt propitius suscipias, deprecando, quam tibi offerimus pro famulis & famulabus, quos ad æternam vitam & beatam gratiæ tuæ - - - dinumerare, eligere, atque vocare dignatus es.*

§. X.

§. X.

De vltima precatione pro pœnitentibus.

VLTIMA precatio in hac officii parte iſta erat, quæ pro pœnitentibus fiebat, qui diſciplinæ & cenſuræ eccleſiæ ſubiacebant. Horum nonnulli, dicti *ἀκρεώμενοι* ſiue *audientes*, cum eo catechumenorum ordine dimittebantur, qui eadem appellatione *audientium* ſolebant diſtingui. Alii autem de illis, dicti *γονυκλίνοντες*, *genu flectentes* ſiue *ſubſtrati*, longius conſiſtendi veniam habebant, vt eccleſiæ preces & benedictionem epiſcopi reciperent. Quocirca, ſimul atque competentes, ſiue baptiſmo mox initiandi, dimiſſi eſſent, diaconus inclamabat [c]: *Orate pœnitentes: Intente vniuerſi pro fratribus noſtris, in pœnitentia verſantibus, precemur, vt miſericordiæ ſtudioſus Deus illis oſtendat viam pœnitentiæ; admittat eorum palinodiam ſeu retractationem, atque confeſſionem, & conterat Satanam ſub pedibus eorum velociter, liberetque illos a laqueo diaboli & violentia dæmonum, atque ipſos eripiat ab omni ſermone illicito, & omni actione turpi & mala cogitatione; condonet vero illis omnia delicta eorum, voluntaria pariter ac inuoluntaria, & deleat, quod aduerſum eos erat, chirographum, & adſcribat eos in libro vitæ; mundet autem ipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus; atque vniat illos, reſtituens in ſanctum ouile ſuum. Quia ipſe cognoſcit conformationem noſtram. Quoniam quis gloriabitur, mundum ſe habere cor; aut quis poterit dicere, purum ſe eſſe a peccato? Vniuerſi namque pœnis ſubiacemus. Adhuc pro iiſdem intentius precemur: quia gaudium oritur in cælo ſuper vno peccatore, pœnitentiam agente: vt auerſi ab omni opere illicito, adiungant ſe ad omnem actio-*

(c) Conſtitut. lib. VIII. c. VIII. *εὔξασθε οἱ ἐν τῇ μετανοίᾳ· ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν παρακαλέσωμεν· ὅπως ὁ φιλοικτίρμων θεὸς ὑποδείξῃ αὐτοῖς ὁδὸν μετανοίας· προσδέξηται αὐτῶν τὴν παλινῳδίαν καὶ τὴν ἐξομολόγησιν, καὶ συντρίψῃ τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐν τάχει, καὶ λυτρώσηται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς παγίδος τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἐπηρείας τῶν δαιμόνων, καὶ ἐξέληται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀθεμίτου λόγου, καὶ πάσης ἀτόπου πράξεως, καὶ πονηρᾶς ἐννοίας· συγχωρήσῃ δὲ αὐτοῖς πάντα τὰ παραπτώματα αὐτῶν, τά τε ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, καὶ ἐξαλείψῃ τὸ κατ' αὐτῶν χειρόγραφον, καὶ ἐγγράψῃ αὐτοὺς ἐν βίβλῳ ζωῆς· καθαρίσῃ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ ἑνώσῃ αὐτοὺς ἀποκαταστήσας εἰς τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ποίμνην· ὅτι αὐτὸς γινώσκει τὸ πλάσμα ἡμῶν· ὅτι τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; πάντες γάρ ἐσμεν ἐν ἐπιτιμίοις· ἔτι ὑπὲρ αὐτῶν ἐκτενέστερον δεηθῶμεν· ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ὅπως ἀποστρα-*

nem

nem bonam; quo hominum amator Deus obſecrationes eorum cito ſuſcipiat placide, reſtituat eis lætitiam ſalutaris, & ſpiritu principali confirmet illos, ne amplius labantur: conſortes fiant ſacrorum eius, & participes diuinorum myſteriorum: vt redditi digni adoptione, conſequantur vitam æternam. Adhuc intente omnes pro ipſis dicamus; Kyrie, eleiſon. Salua eos, Deus, & erige miſericordia tua.

His dictis diaconus eos ſurgere iubebat & inclinare capita ad accipiendam benedictionem, quæ etiam *impoſitio manuum & oratio pro pœnitentibus* vocatur, ſequentibus verbis concepta [*d*]:

Omnipotens Deus æterne, domine vniuerſorum, creator & rector cunctorum; qui hominem mundi mundum ſiue ornamentum effeciſti per Chriſtum, & legem ei dediſti innatam, & ſcriptam, vt legitime viueret, tamquam ratione præditus; quique ei, poſtquam peccauit, tribuiſti bonitatem tuam, incitamentum ad pœnitentiam: reſpice in eos, qui ceruicem animæ & corporis inclinauerunt tibi: quia non vis mortem peccatoris, ſed pœnitentiam; vt auertat ſe a via ſua mala, & viuat. Qui Niniuitarum pœnitentiam recepiſti; qui vis omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire; qui paternis viſceribus ſuſcepiſti filium illum, bonorum ſuorum decoctorem, prodigum ac luxurioſum, quod eum pœniteret facti: ipſe nunc quoque accipe ſupplicem tuorum pœnitentiam; quia non eſt, qui non peccet tibi: ſi enim iniquitates obſeruaueris, domi-

φέντες πᾶν ἔργον ἀθέμιτον, προσοικειωθῶσι πάσῃ πράξει ἀγαθῇ· ἵνα ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἢ τάχος εὐμενῶς προσδεξάμενος αὐτῶν τὰς λιτὰς, ἀποκαταστήσῃ αὐτοῖς ἀγαλλίασιν τῆ σωτηρίε, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στηρίξῃ αὐτὰς, ἵνα μηκέτι σαλευθῶσι· κοινωνοὶ γενέσθαι τῶν ἁγίων αὐτῆ ἱερῶν, καὶ μέτοχοι τῶν θείων μυστηρίων· ἵνα ἀποφανθέντες τῆς υἱοθεσίας, τύχωσι τῆς αἰωνίε ζωῆς· ἔτι ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν εἴπωμεν· κύριε ἐλέησον. σῶσον αὐτὰς ὁ θεὸς, καὶ ἀνάστησον τῷ ἐλέει σε.

(*d*) Conſtitut. lib. VIII. c. IX. παντοκράτορ θεὲ αἰώνιε, δέσποτα τῶν ὅλων, κτίστα καὶ πρύτανι τῶν πάντων· ὁ τὸν ἄνθρωπον κόσμε κόσμον ἀναδείξας διὰ χριστῆ, καὶ νόμον δὰς αὐτῷ ἔμφυτον καὶ γραπτὸν, πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν ἐνθέσμως, ὡς λογικόν· καὶ ἁμαρτόντι ὑποθήκην δὰς πρὸς μετάνοιαν τὴν αὐτῆ ἀγαθότητα· ἔπιδε ἐπὶ τὰς κεκλικότας σοι αὐχένα ψυχῆς καὶ σώματος· ὅτι ἐ βέλει τὸν θάνατον τῆ ἁμαρτωλῆ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν, ὥστε ἀποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδῆ αὐτῆ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν· ὁ Νινευϊτῶν προσδεξάμενος τὴν μετάνοιαν· ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπες σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ τὸν υἱὸν προσδεξάμενος, τὸν καταφαγόντα τὸν βίον αὐτῆ ἀσώτως, πατρικοῖς σπλάγχνοις, διὰ τὴν μετάνοιαν· αὐτὸς καὶ νῦν πρόσδεξαι τῶν ἱκετῶν σε τὴν μετάγνωσιν· ὅτι ἐκ ἔστιν ὃς ἐχ ἁμαρτήσεταί σοι, ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ, κύριε, κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι πα-

ne, domine, quis sustinebit? quoniam apud te propitiatio est; & restitue illos sanctae ecclesiae tuae, in priorem dignitatem ac honorem, per Christum Deum ac saluatorem nostrum; per quem tibi gloria, & adoratio in sancto spiritu, in saecula, Amen.

§. XI.

Quam notitiam harum precum habeamus in Chrysostomo *aliisque scriptoribus.*

CHRYSOSTOMVS nusquam has preces nobis integras tradit, frequenter tamen auditores suos ad eas remittit, tamquam eo tempore visitatas in ecclesia in hac diuini cultus parte. Audiuimus eum antea [e] dicentem: *Pro energumenis, & pro iis, qui in poenitentia sunt, communia & a sacerdote & a populo vota fiunt: atque omnes vnam eamdemque precem concipiunt, precem illam misericordiae plenam.* Et alio loco [f]: *Prima quae dicitur oratio, qua pro daemoniacis deprecamur, misericordiae suae commemoratione plena est. Secunda, qua pro his oramus, qui poenitentiam agunt, misericordiam humiliter quaeritat.* Iam exposui caussam, cur vtraeque preces istae CHRYSOSTOMO dicantur preces plenae misericordiae, & heic solum obseruare habeo, quod ante preces pro fidelibus siue communicantibus, fieri consueuerint, quemadmodum loco eodem CHRYSOSTOMVS diserte dicit; & quod certa formula conceptae fuerint, quia communi ministri & populi voce offerrentur. Concilium etiam *Laodicenum* [g] harum precum pro poenitentibus meminit, vt quae post sermonem preces pro fidelibus proxime excipiant. Et in omnibus vetustis canonibus [h], vbicumque nomina γονυκλινόντων, ὑποπιπτόντων

ρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι· καὶ ἀποκατάστησον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, ἐν τῇ προτέρᾳ ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, διὰ τοῦ χριστοῦ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, δι' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις, ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

(e) Chrysostom. homil. XVIII. in 2 Cor. cit. supra §. VIII. litt. (r) pag. 219.

(f) Chrysost. homil. LXXI. al. LXXII. in Matth. ibid. sub litt. (u) p. 220. 221.

(g) Concil. Laodicen. c. XIX. cit. supra §. IX. sub litt. (z) p. 222.

(h) Concil. Nicaen. c. XI. *ὅσοι γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοί, καὶ ἑπτὰ ἔτη* ὑποπεσοῦνται. *Quicumque germane & pura poenitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, vt fideles, & septem annis* prosternentur *supplices.*

Concil. Ancyran. c. IV. *Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων -- ἔδοξε ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι,* ὑποπεσεῖν *δὲ τρία ἔτη. De iis, qui vi sacrificarint --- visum est anno*

et

et *proſtratorum* occurrunt, hic ordo pœnitentium intelligendus eſt, qui in hac diuini miniſterii parte ad recipiendas preces eccleſiæ & antiſtitis benedictionem ſe inclinabant.

§. XII.

Qua in parte eccleſiæ hæ preces factæ fuerint.

De *Græca* itaque eccleſia ſine vlla dubitatione euictum eſt, quod particulare ibi fuerit precum pro catechumenis, energumenis ac pœnitentibus officium, ab officio altaris diſtinctum, in quo pro illis, etſi abſentibus, inter reliquos ſtatus ac ordines hominum vniuerſos iterum orabatur. Duæ autem quæſtiones remanent, paullo plus difficultatis in ſe habentes. 1.) Qua in parte eccleſiæ preces iſtæ factæ fuerint? 2.) Num iſtiuſmodi preces omnino in eccleſia *Latina* obtinuerint? Quod ad priorem attinet quæſtionem, viri quidem eruditi [*i*] in ea ſunt opinione, non tantum oblationes ad altare fieri & euchariſtiam ſumi, ſed omnes etiam preces eccleſiæ ſimiliter ibidem fundi conſueuiſſe. Quod certe de omnibus precibus in euchariſtiæ celebratione ita eſt, de his autem precibus in miſſa catechumenorum non adeo certum eſt. Primum enim diuerſi illi ordines, pro quibus iſtæ preces fiebant, & ſuper quibus cum manuum etiam impoſitione fiebant, ſtationem ſuam in diſtincta eccleſiæ parte habebant; neque eos vmquam ad altare, ad recipiendam benedictionem, euocatos eſſe legimus; ſed in quibuſdam canonibus manuum impoſitionem recipere diſerte iubentur ante apſidem [*k*], ſi quod publicum & vulgatiſſimum

---

audire, tribus autem annis ſubſterni *ac ſupplices eſſe.* Can. V. *εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον, ſi triennale ſubſtrationis tempus impleuerint.* Vid. ibid. c. VI. VII. VIII. IX. & XXV.

(*i*) Stillingfleet's *Unreaſon. of Separation* part. III. ſect. IX. p. 250. That there were Altars in all their churches, appears from hence, that not onely the oblations were made there, and the communion received, but *all the prayers of the church were made at them:* as not onely appears from the *African Code* and Saint *Auguſtin*, (which I have mentioned elſewhere) but from *Optatus*, who upbraiding the *Donatiſts* for breaking down the Altars of churches, he tells them, *that hereby they did what they could to hinder the churches Prayer, for,* ſaith he, *Illic ad aures Dei adſcendere ſolebat populi oratio.*

(*k*) Concil. Carthag. III. c. XXXII. Cuiuſcumque pœnitentia publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſam eccleſiam commouerit, ante apſidem manus ei imponatur.

cri-

crimen esset; tametsi absolutio in ordinariis casibus ad altare plerumque daretur. Iam si precatio absolutionis, quæ eorum erat reconciliatio ante altare, nonnumquam ante apsidem facta est, parum dubii est, quin aliæ preces, quæ modo introductio erant ad eorum reconciliationem, ibidem quoque factæ sint. 2.) Hæc missa catechumenorum & pœnitentium distinctum plane ministerium erat a missa fidelium, fiebatque semper plena eorum dimissio, antequam hoc posterius officium caperet initium. 3.) Expressus quidam canon in concilio *Carthaginensi* tertio exstat, qui omnem orationem ante altare ad patrem, non ad filium [*l*], dirigi iubet: At vero manifestum est, preces pro energumenis ad filium directas fuisse, vti antea [*m*] in formula, ex *constitutionibus* citata, vidimus. Vt adeo vel disciplinam ecclesiarum Orientalium a disciplina ecclesiarum Occidentalium valde diuersam fuisse oporteat; vel necessario concludendum nobis sit, hasce precationes, quarum quædam ad filium directæ sunt, ad altare non fuisse factas.

§. XIII.

Num vllæ istiusmodi distinctæ preces pro catechumenis & pœnitentibus in ecclesia Latina *fuerint.*

DIXERIT vero quispiam, preces in ecclesia *Latina* numquam ad filium fuisse directas: Aut forte tales preces pro catechumenis & pœnitentibus separatim non obtinuisse, vti quidem in liturgiis Orientalibus, distinctas ab illis precibus, quæ pro omnibus hominum ordinibus, cum ante tum post consecrationem eucharistiæ, fieri solebant. Res quidem non ita clara est, fateor, in ecclesia *Latina*, vti eam in Orientali fuisse demonstraui: Et quod difficultatem auget, hoc est, quod nonnulli auctores indicare videantur, quod simul atque sermo esset finitus, catechumeni dimissi fuerint, & tum fideles ad preces ante altare se contulerint. *Ecce*, inquit AVGVSTINVS [*n*], *post sermonem fit missa catechumenis. Manebunt fideles, venietur ad locum orationis.* Altare intelligit, vbi oratio dominica ex more

(*l*) Concil. Carthag. III. c. XXIII. Vt nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet: Et quum ad altare adsistitur, semper ad patrem dirigatur oratio.

(*m*) Vid. §. VII. pag. 217.

(*n*) Augustin. homil. CCXXXVII. de tempore tom. X. p. 385.

a solis fidelibus recitanda erat, quemadmodum ex sequentibus apparet, quando pergit: *Scitis, quo accessuri sumus, quid prius Deo dicturi sumus? Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Et AMBROSIVS [o], de eadem loquens materia, ait: *Post lectiones & tractatum, dimissis catechumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisteriis tradebam ecclesiæ.* Verum hæc testimonia non sufficiunt ad probandum, eucharistiæ celebrationem sermone finito statim cœpisse, nec alias preces vel aliud quoddam negotium intercessisse. Nam hic ipse AMBROSII locus ostendit, quod, ad minimum interdum, ecclesiæ symbolum mox baptizandis in isto temporis interuallo traditum fuerit. Et ex vno de ante citatis canonibus concilii *Carthaginensis* planum est, aliis temporibus precationem pro absolutione & reconciliatione publici cuiusdam & magni peccatoris coram apside ante missam fidelium similiter fuisse peractam. Et alter canon quasdam precationes ad filium æque ac ad patrem fuisse directas, manifesto indicat, quando vel patrem pro filio, vel filium pro patre, nominari prohibet. Quæ prohibitio minus necessaria fuisset, nisi precationes ad filium quoque dirigi consueuissent. Iam si precationes quasdam ad filium directas fuisse concedamus, ante missam fidelium siue celebrationem eucharistiæ factas esse oportet, quia isto tempore idem ille canon orationem semper ad patrem dirigi iubet. Vnde concludimus, praxin *Græcæ* & *Latinæ* ecclesiarum fuisse eamdem, & in vtraque preces fuisse pro catechumenis, energumenis, ac pœnitentibus, & ipsis quidem præsentibus, distinctas ab illis, quæ postea pro illis absentibus ad altare factæ. Atque ita primam diuini cultus partem, quam vetus ecclesia *missam catechumenorum* vocauit, absoluimus.

(o) Ambros. epist. XXXIII. ad Marcellinam sororem.

LIBER DECIMVS QVINTVS
DE
MISSA FIDELIVM.
CAPVT PRIMVM
DE PRECIBVS OBLATIONI PRAEMISSIS.
§. I.
De precatione dicta διὰ σιωπῆς, *ſiue cum ſilentio.*

DIMISSIS diuerſis catechumenorum, pœnitentium ac energumeńorum ordinibus, adeoque miſſa catechumenorum finita, ſtatim illa pars cultus publici capiebat initium, quæ proprie dicitur *miſſa fidelium*, ſiue officium euchariſticum, quia non niſi fideles ſiue communicantes (aut certe iſti de pœnitentibus, qui omnes gradus pœnitentiæ abſoluerant, dicti inde συνιϛάμενοι, ſiue *conſiſtentes*) in ea præſentes eſſe poterant. Initium huius officii faciebat precatio, a populo priuatim & ſub ſilentio facta, & hinc εὐχὴ διὰ σιωπῆς & εὐχὴ κατὰ διάνοιαν vocitata. Hoc ex canone quodam concilii *Laodiceni* diſcimus, qui totius cultus eccleſiaſtici ordinem ſummatim tradit. Quocirca, vt tanto felicius hac in re progrediamur, non inconſultum fuerit, cum hoc loco integrum interponere, quippe qui vnus de notatu digniſſimis canonibus in vniuerſo codice eſt, & multum lucis ſubſequenti diſſertationi adfundet. Verba iſtius canonis hæc ſunt [a]: *Oportere ſeorſim primum, poſt epiſcoporum ſermones, catechumenorum orationem peragi; & poſtquam exierint catechumeni, eorum, qui pœnitentiam agunt, fieri orationem: & quum ii ſub manum acceſſerint & receſſerint, fidelium preces ſic ter fieri: vnam quidem, ſcilicet primam, ſilentio: ſecundam autem & tertiam per pronun-*

(a) Concil. Laodicen. c. XIX. Περὶ τοῦ δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τὴν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς· μίαν μὲν πρώτην διὰ σιωπῆς, τὴν δὲ δευτέραν καὶ τρίτην διὰ προσφωνήσεως πληροῦσθαι, εἶθ'

tia-

tiationem impleri, deinde sic pacem dari. Et postquam presbyteri pacem episcopo dederint, tunc laicos etiam pacem dare: & sic sanctam oblationem perfici, & solis ministerio sacro deditis licere ad altare accedere & communicare.

VIRI quidam eruditi hanc orationem διὰ σιωπῆς, *sub silentio*, heic non amplius quicquam significare putant, quam preces super catechumenis, a ministro solo factas, populo non respondente; & per orationem, quæ dicitur εὐχὴ διὰ προσφωνήσεως, *oratio per pronuntiationem implenda*, preces intelligunt, factas per modum respondendi, ministro & populo alternatim sibi respondentibus. Verum hæc explicatio ad sensum huius canonis non accedit. Nam per orationem sub silentio heic intelligere debemus priuatas istas preces, quas quisque priuatim faciebat; & per orationem διὰ προσφωνήσεως tales preces, quas vniuersa ecclesia communiter fundebat, suscitata & admonita a diacono, qui diuersas formulas recitabat, docens populum, quæ precibus essent expetenda, quibus petitionibus singulis cuncti subiungebant suum Κύριε ἐλέησον, *Kyrie eleison*; & tum episcopus ἐπίκλησιν siue *inuocationem* addebat, quæ etiam *collecta* dicebatur, quod esset omnium precum populi collectio siue repetitio. Tria ista genera precum fuisse in veteri ecclesia, ex iis palam est, quæ de singulis narrantur. Et primum quidem fuisse istiusmodi preces priuatas, ab vnoquoque secreto factas, non tantum ex hoc canone, sed ex diuersis etiam vetustis scriptoribus apparet. CHRYSOSTOMVS [b] de nonnullis narrat, quod in his priuatis precibus nihil nisi vindictam in inimicos a Deo petant. *Multi*, inquit, *pronos in terram se proiicientes, terram fronte ferientes, calidas fundentes lacrimas, acerbius interius ingemiscentes, extensis manibus, multumque studium præ se ferentes,*

οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι. Καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι· καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι τοῖς ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κοινωνεῖν.

(*b*) Chrysostom. homil. LVII. de non euulgandis peccatis. tom. V. p. 762. (homil. LX p. 681. edit. Francof.) Πολλοὶ πρηνεῖς ἑαυτοὺς ῥίπτοντες, καὶ τῷ μετώπῳ τὴν γῆν τύπτοντες, καὶ θερμὰ προχέοντες δάκρυα, καὶ πικρὸν κάτωθεν στενάζοντες, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνοντες, καὶ πολλὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμενοι, τῇ θερμότητι

tes, hoc feruore ac promtitudine animi aduerſus propriam ſalutem vtuntur. Nam Deo preces offerunt non pro ſuis delictis, neque vt veniam peccatorum ſuorum petant, ſed hoc ſtudium omne conferunt aduerſus inimicos: ac perinde faciunt, ac ſi quis enſem acuat, nec aduerſus hoſtes illo genere armorum vtatur, ſed eo iugulum ſuum traiiciat. Sic & iſti non ad obtinendam ſuorum veniam delictorum, ſed ad accelerandum inimicorum ſupplicium precibus vtuntur; quod eſt ſe ipſos gladio ſuo transfigere. Aliquanto poſt ipſa huius orationis verba narrat: *Vindica me de inimicis meis, oſtende illis, me quoque Deum habere.* Ex quibus omnibus apparet, fuiſſe has priuatas populi preces, quibus abuti potuerint, non autem publicas eccleſiæ preces. Eccleſia enim filios ſuos numquam docebat male precari inimicis, ſed bene precari & pro illis orare. Verum in his priuatis precibus, quæ ad peccata confitenda & deprecanda Dei iudicia ſpectabant, mali homines omnes regulas migrandi ſibi ſumebant libertatem, ſuiſque indulgebant adfectibus, inimicis vindictam diuinam expetendo. Iam vero, licet hic grandis harum priuatarum precum abuſus eſſet, eo tamen valet, vt videamus, quæ conſuetudo fuerit eccleſiæ in permittendis eiuſmodi precibus, & quem illæ vſum ſibi deſtinatum habuerint. BASILIVS de vigiliis & nocturnis conuentibus loquens [c], perſpicue indicat, pſalmodiæ varietate, priuatis precibus intermixtis, eos ſolitos eſſe tranſigi. Et

ταύτῃ καὶ τῇ προθυμίᾳ κατὰ τῆς οἰκείας κέχρηνται σωτηρίας· οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων παρακαλοῦσι τὸν Θεὸν, οὐδὲ συγγνώμην αἰτοῦσι τῶν πλημμεληθέντων αὐτοῖς, ἀλλὰ τὴν σπουδὴν ταύτην κατὰ τῶν ἐχθρῶν κινοῦσιν ἅπασαν· ταυτὸν ποιοῦντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸ ξίφος ἀκονήσας, μὴ κατὰ τῶν πολεμίων χρῷτο τῷ ὅπλῳ, ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκείας αὐτὸ δέρης ὠθοῖ. οὕτω καὶ οὗτοι οὐχ ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ κατὰ τῆς τιμωρίας τῶν ἐχθρῶν ταῖς εὐχαῖς κέχρηνται, ὅπερ ἐστὶ, καθ' ἑαυτῶν τὸ ξίφος ὠθεῖν - - ἐκδίκησόν με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου· δεῖξον αὐτοῖς, ὅτι Θεὸν ἔχω κἀγώ.

(c) Baſil. epiſt. LXIII. ad Neocæſar. tom. III. p. 96. ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι· καὶ οὕτως ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψαλμῳδίας τὴν νύκτα διενέγκοντες **μεταξὺ προσευχόμενοι**, ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης, πάντες κοινῇ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, καὶ μιᾶς καρδίας τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν ἀναφέρουσι τῷ κυρίῳ, ἴδια ἑαυτῶν ἕκαστος τὰ ῥήματα τῆς μετανοίας ποιούμενοι. *Deinde vni ex ipſis hoc muneris dato, vt quid canendum eſt, prior ordiatur, reliqui ſuccinunt; atque ita pſalmodiæ varietate,* precibuſque ſubinde intermixtis, *noctem ſuperant. Illuceſcente iam die pariter omnes velut ore vno ac corde vno confeſſionis pſalmum domino offerunt, ac ſuis quiſque verbis pœnitentiam profitentur.*

CAS-

CASSIANVS eadem de illis tam in Orientalibus quam Occidentalibus ecclesiis tradit, quemadmodum pluribus ostendimus, loquentes de quotidiano matutino & vespertino officio, quod cum priuata peccatorum confessione in ecclesiis Orientalibus, BASILIO memorata, capiebat initium, & cum publica confessione, verbis psalmi LI facta, qui inde dicebatur *psalmus confessionis*, & *psalmus pœnitentialis* [*] pro officio matutino, finiebatur. Quod autem ad priuatas confessiones attinet, de quibus iam loquimur, & cum quibus *missa fidelium* inchoabatur, notandum porro nobis est, eas non tantum ab ipso populo sub silentio, sed a ministro etiam ecclesiæ priuatim factas esse. Cuius consuetudinis vestigia in nonnullis vetustissimis quarumdam ecclesiarum liturgiis supersunt, ab hodiernis confessionibus in *missali Romano* prorsus diuersa. Quando enim hodie in *missali Romano* peccatorum confessio sanctis & angelis non minus quam Deo fit, omnia officia, ad minimum per mille annos a *CHRISTO* nato, confessiones soli Deo factas habent. Ita est in formulis confessionis in *sacramentario* GREGORII & aliis a MENARDO publicatis. Et hoc manuscriptum est, quod BONA cardinalis tantopere laudat in reginæ *Sueciæ* bibliotheca, vtpote quod vetus missale *Gallicanum* sit. Vt hasce confessiones soli Deo, non autem sanctis & angelis, factas esse ostendamus, & fuisse omnino confessiones particulares, a sacerdote priuatim tantum διὰ σιωπῆς, (vt concilium *Laodicenum* loquitur) factas, heic transcribemus eam, quam ex vetustissimo manuscripto, tamquam *Gallicani* officii confessionem, nobis exhibet BONA [*d*]. Vocatur ibi *apologia sacerdotis*, atque sic habet:

Ante tuæ immensitatis conspectum, & ante tuæ ineffabilitatis oculos, o maiestas mirabilis, scilicet ante sanctos vultus tuos, magne Deus, & maximæ pietatis & potestatis omnipotens pater, quamlibet non sine debita reuerentia, attamen nulla officii dignitate, vilis admodum peccator accedo, & reus conscientiæ testis adsisto. Accuso me tibi & non excuso: & coram testibus confiteor iniustitiam meam tibi domino Deo meo. Confiteor inquam, confiteor sub testibus iniustitiam impietatis meæ, vt remittas impietatem peccati mei. Confiteor, quod nisi remittas, recte me pu-

(*) Vid. lib. XIII. c. X. §. XIII. volum. V. p. 333.
(*d*) Bona rer. liturgic. lib. II. c. I. n. I.

nias. Habes me confitentem reum; sed scio non nisi verbis emendantem. Verbis enim placo, operibus offendo. Conscientiam sentio, emendationem differo. Subueni ergo, subueni pietas ineffabilis. Ignosce, ignosce mihi trinitas mirabilis. Parce, parce, parce, supplico, Deitas placabilis. Exaudi, exaudi, exaudi me, rogo, his verbis illius filii tui clamantem, Pater, æterne Deus, peccaui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me vt vnum de mercenariis tuis. Et nunc, pater misericors, vnicum misericordiæ tuæ portum CHRISTO fauente peto, vt quod per me vilescit, per illum acceptum ferre digneris, qui viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

MANIFESTVM heic est, quod, vt nulla sancti vel angeli in hac precatione reperitur allocutio, ita priuata solius sacerdotis pro se ipso oratio fuerit, dum populus similiter in confessionibus suis priuatis Deo faciendis esset occupatus. Quod sensum orationis sub silentio nobis monstrat, de qua loquitur concilium *Laodicenum*, quæ prima dicitur oratio in exordio missæ fidelium.

QVOD de his priuatis precibus hoc loco addendum adhuc est, obseruatio est, de duabus vetustis loquendi formulis, quæ ad hanc materiam quodammodo respiciunt, & ad eam faciunt confirmandam. Formulæ istæ sunt *Silentium indicere*, &, *Orationem dare*, quæ ambæ ad denotandam eam consuetudinem adhibentur, qua populus ad priuatas preces procumbere iubebatur. Nonnumquam episcopus signum dare solebat, dicendo, *Oremus*, & tum populus ad priuatas suas preces se conferebat, quo facto episcopus preces eorum per modum solemnis inuocationis summatim colligebat. Ita VRANIVS [*e*] hunc ritum describit in vita PAVLINI, antistitis ecclesiæ *Nolanæ*, quando de certo quodam episcopo loquens, ait: *Ad ecclesiam processit & adscenso tribunali populum ex more salutauit, resalutatusque a populo orationem dedit, & collecta oratione spiritum exhalauit.* Interdum diaconus signum dabat, idque vocabatur, *silentium indicere*. Ita in *Gallicanis* ecclesiis fuit, quemadmodum STILLINGFLEETVS ex GREGORIO [*f*] episcopo *Turonensi* obseruat;

(*e*) Vran. vit. Paulini.

(*f*) Stillingfl. orig. Britan. c. IV. p. 223. ex Gregorii Turon. lib. VII. c. VII. *Gregorius Turonensis saith, that in the Gallican Churches the Deacon did* silen-

ſeruat; idque ſacerdos ex liturgia *Mozarabica* fecit. Vbi ille recte concludit, quod hæc phraſis, *ſilentium indicere*, non ſimpliciter ſignificet populum ad attentionem excitare, ſed quod amplius quid denotet, nimirum ad tempus priuatis ſuis precibus vacare eos debere. Idque ex his rationibus non improbabile eſſe putat. „1.) GREGORIVM *Turonenſem* loco ante memorato „dicere, quod rex tempus illud arripuerit loquendi ad populum, qui ſtatim orationem pro rege fuderit ad Deum; non „quod vlla collecta hinc pro rege fuerit recitata, neque enim „illud congruum huic rei tempus fuiſſe; ſed quod, quum tempus ſecretarum precum eſſet, ſermone regis tantopere omnes „commoti fuerint, vt pro ipſo orarent. 2.) Gentiles iuſſos *fauere linguis*, teſte BRISSONIO [g], priuata vota ſua feciſſe, & „quum ſilentii indictio per diaconos facta eiuſdem naturæ eſſe „videatur, non probabile eſſe, quod chriſtiani precibus votisque ſuis defuerint. 3.) Magnum argumentum, inquit, mihi „eſt, paruus collectarum numerus in antiquis eccleſiis; chriſtiani enim magnam temporis partem publico cultui dabant „die dominico & diebus ſtationariis (addo & in vigiliis ſuis) „at vero reliqua officia omnia tantum temporis conſumere „non poterant, quum non haberent tam longas precationes „extemporales, nec tantam tædio plenarum cærimoniarum „multitudinem in omnibus partibus, vti *breuiarium* & *miſſale* „*Romanum* introduxit; & quum collectæ vetuſtiſſimæ paucæ eſſent & breues, maxime probabile videtur, congruum temporis ſpatium datum fuiſſe priuatis precibus.„ Cuius conſue-

tium indicere; *and the Prieſt did it by the Mozarabica Liturgy, which Eugenius Robbeſius underſtands onely of making the People attentive; Which I grant was part of the Deacon's office and Deſign in commanding Silence, as appears by ſeveral paſſages in the ancient Liturgies both Greek and Latin. But there was a farther meaning in it, and that the People were for a time there to attend to their own private Prayers, appears not improbable to me on theſe Conſiderations.*

Gregorii verba hæc ſunt: Factum eſt, vt quadam die dominica, poſtquam diaconus ſilentium populis, vt miſſæ auſcultarentur, indixit, rex conuerſus ad populum diceret: Adiuro vos, o viri cum mulieribus, vt mihi fidem inuiolatam ſeruare dignemini, nec me, vt fratres meos nuper feciſtis, interimatis, cetera. - - Hæc eo dicente, omnis populus orationem pro rege fudit ad dominum.

(g) Briſſon. de formulis p. 8. 9. 10. 11.

tudinis reliquiæ in officio ordinationis ſacerdotum in eccleſia noſtra ſuperſunt, vbi ſilentium præſtari aliquamdiu iubentur ad ſecretas preces populi. Et eadem conſuetudo obſeruata fuit in *προσφωνήσει*, ſiue indictione precum, quæ erat monitio ad populum, quid in priuatis ſuis precibus orare deberent [*h*].

§. II.

De precibus διὰ προσφωνήσεως, ſiue per exclamationes ſolitas, indictis.

ATQVE hoc ipſum nos proxime deducit ad conſiderandas ſecundi generis preces, canoni *Laodiceno* memoratas, quæ ibi dicuntur *ἐυχαὶ διὰ προσφωνήσεως*, *preces per exclamationes ſolitas indictæ.* Nam non tantum erant populi ad precandum excitatio, ſed etiam inſtructio, quid potiſſimum illis, & pro quibus orandum eſſet. Formulam huius orationis in apoſtolicis habemus *conſtitutionibus*, ſtatim poſt dimiſſos catechumenos ac pœnitentes, vbi dicitur *προσφώνησις ὑπὲρ τῶν πιστῶν*, *indicta oratio pro fidelibus.* Introducitur ibi his verbis [*i*]: *Nemo eorum, quibus non licet, exeat. Qui fideles ſumus, flectamus genu. Precemur Deum per Chriſtum ejus. Omnes intenti Deum per Chriſtum eius appellemus.* Tum ſequuntur diuerſæ petitiones hoc ordine:

Pro pace & tranquillitate mundi atque ſanctarum eccleſiarum oremus; vt Deus vniuerſitatis perpetuam & ſtabilem ſuam pacem nobis tribuat; vt nos conſeruet perſeuerantes in plenitudine piæ ac religioſæ virtutis.

Pro ſancta catholica & apoſtolica eccleſia, a finibus vſque ad fines extenſa, oremus; vt dominus eam inconcuſſam & fluctibus non agitatam conſeruet atque tueatur, vſque ad conſummationem ſæculi, fundatam ſuper petram.

(*h*) Vid. Mat. Parker concion. in obitum Buceri.

(*i*) Conſtitut. apoſtol. lib. VIII. c. IX. *Μή τις τῶν μὴ δυναμένων προελθέτω· ὅσοι πιστοὶ, κλίνωμεν γόνυ· δεηθῶμεν τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ πάντες, συντόνως τὸν θεὸν διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ παρακαλέσωμεν.* Cap. X. *προσφώνησις ὑπὲρ τῶν πιστῶν· Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἐυσταθείας τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν δεηθῶμεν, ὅπως ὁ τῶν ὅλων θεὸς αἴδιον καὶ ἀναφαίρετον τὴν ἑαυτοῦ εἰρήνην ἡμῖν παρέχοιτο, ἵνα ἐν πληροφορίᾳ τῆς κατ' ἐυσέβειαν ἀρετῆς διατελοῦντας ἡμᾶς συντηρήσῃ· ὑπὲρ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ἄσειστον αὐτὴν καὶ ἀκλυδώνιστον διαφυλάξῃ καὶ διατηρήσῃ*

Et

Et pro sancta hac parœcia oremus; vt cunctorum dominus nobis donet consectari sine remissione cælestem ipsius spem, & reddere ipsi adsiduum precationis debitum.

Pro vniuerso sub cælo existente episcopatu eorum, qui recte dispertiunt verbum veritatis, oremus: & pro episcopo nostro Iacobo *ac parœciis eius oremus.*

Et pro episcopo nostro Clemente *ac parœciis eius oremus:*

Pro episcopo nostro Euodio *& parœciis eius oremus; vt misericors Deus illos ecclesiis sanctis suis præstet incolumes, honoratos, longæuos, & præbeat eis honoratam senectutem in pietate ac iustitia.*

Etiam pro presbyteris nostris oremus; vt dominus liberet illos ab omni turpi ac praua re, & concedat illis integrum & honoratum presbyterium.

Pro vniuerso Christi diaconio ac ministerio oremus; vt dominus inculpatam ipsis largiatur ministrationem.

Pro lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis & pupillis oremus.

Pro iis, qui in matrimonio & liberorum procreatione viuunt, oremus; vt dominus misereatur eorum omnium:

Pro eunuchis, in sanctitate ambulantibus, oremus:

Pro iis, qui continentem & religiosam agunt vitam, oremus:

Pro iis, qui in sancta ecclesia oblationes faciunt, ac eleemosynas pauperibus dant, oremus:

μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, τεθεμελιωμένην ἐπὶ τὴν πέτραν· καὶ ὑπὲρ τῆς ἐνθάδε ἁγίας παροικίας δεηθῶμεν, ὅπως καταξιώσῃ ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων κύριος ἀνενδότως τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ ἐλπίδα μεταδιώκειν, καὶ ἀδιάλειπτον αὐτῷ τῆς δεήσεως ἀποδιδόναι τὴν ὀφειλήν· ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῶν ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας δεηθῶμεν· καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἰακώβου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Κλήμεντος καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Εὐοδίου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν, ὅπως ὁ οἰκτίρμων θεὸς χαρίσηται αὐτοὺς ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ ἐκκλησίαις σώους· ἐντίμους· μακροημερεύοντας· καὶ τίμιον αὐτοῖς τὸ γῆρας παράσχηται ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὑπὲρ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος ῥύσηται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀτόπου καὶ πονηροῦ πράγματος, καὶ σῶον καὶ ἔντιμον τὸ πρεσβυτέριον αὐτοῖς παράσχοι· ὑπὲρ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος ἄμεμπτον τὴν διακονίαν αὐτοῖς παράσχηται· ὑπὲρ ἀναγνωστῶν· ψαλτῶν· παρθένων· χηρῶν τε καὶ ὀρφανῶν δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν συζυγίαις καὶ τεκνογονίαις δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος τοὺς πάντας αὐτοὺς ἐλεήσῃ· ὑπὲρ εὐνούχων ὁσίως πορευομένων δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν ἐγκρατείᾳ, καὶ εὐλαβείᾳ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ καὶ ποιούντων τοῖς πένησι τὰς ἐλεημοσύνας δεηθῶμεν, καὶ ὑπὲρ τῶν τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀπαρχὰς προσφε-

Pro iis, qui domino Deo nostro hostias & primitias offerunt, oremus; vt Deus optimus remuneretur eos cælestibus suis gratiis; detque iis in præsenti centuplum, & in futuro vitam æternam; atque donet ipsis pro temporariis æterna, pro terrenis cælestia.

Oremus pro recens baptizatis fratribus nostris; vt dominus eos stabiliat atque firmet.

Pro fratribus nostris mala valetudine afflictis, oremus; vt dominus liberet illos omni morbo & omni languore, sanosque restituat sanctæ suæ ecclesiæ:

Pro nauigantibus ac iter habentibus oremus:

Pro iis, qui in metallis, exsiliis, custodiis & vinculis propter nomen domini versantur, oremus:

Pro acerba seruitute oppressis oremus:

Peo inimicis & odio habentibus nos, oremus:

Pro persequentibus nos propter nomen domini, oremus; vt dominus, mitigato eorum furore, dissipet iram aduersus nos concitatam:

Pro iis, qui foris sunt & errore ducuntur, oremus; vt dominus illos conuertat:

Infantium ecclesiæ recordemur; vti dominus eos in timore suo reddat perfectos & ad mensuram ætatis perducat:

Pro nobis inuicem oremus; vt dominus gratia sua seruet nos ac custodiat vsque ad finem, & liberet nos a malo & ab omnibus scandalis operantium iniquitatem, & saluos nos ducat in regnum suum cæleste:

ρόντων κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ πανάγαθος θεὸς ἀμείψηται αὐτοὺς ταῖς ἐπουρανίοις αὐτοῦ δωρεαῖς, καὶ δῷ αὐτοῖς ἐν τῷ παρόντι ἑκατονταπλασίονα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον, καὶ χαρίσηται αὐτοῖς ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια· ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τὰ ἐπουράνια· ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος στηρίξῃ αὐτοὺς καὶ βεβαιώσῃ· ὑπὲρ τῶν ἐν ἀῤῥωστίᾳ ἐξεταζομένων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος ῥύσηται αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, καὶ σώους ἀποκαταστήσῃ τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ· ὑπὲρ πλεόντων καὶ ὁδοιπορούντων δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν μετάλλοις καὶ ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ὄντων διὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ καταπονουμένων δεηθῶμεν· ὑπὲρ ἐχθρῶν καὶ μισούντων ἡμᾶς δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν διωκόντων ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος πραΰνας τὸν θυμὸν αὐτῶν διασκεδάσῃ τὴν καθ' ἡμῶν ὀργήν· ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος αὐτοὺς ἐπιστρέψῃ· τῶν νηπίων τῆς ἐκκλησίας μνημονεύωμεν, ὅπως ὁ κύριος τελειώσας αὐτὰ ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ εἰς μέτρον ἡλικίας ἀγάγῃ· ὑπὲρ ἀλλήλων δεηθῶμεν, ὅπως ὁ κύριος τηρήσῃ ἡμᾶς καὶ φυλάξῃ τῇ αὐτοῦ χάριτι εἰς τέλος, καὶ ῥύσηται ἡμᾶς τοῦ πονηροῦ καὶ πάντων τῶν σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ σώσῃ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ὑπὲρ πά-

Pro

Pro omni anima christiana oremus:
Salua & erige nos Deus, misericordia tua.

SVPPONENDVM hic est, quod vt in prioribus precibus pro catechumenis ac pœnitentibus [*], ita heic in cuiuslibet petitionis clausula populus responderit, κύριε ἐλέησον, *domine, miserere.* Vel vt in huius orationis fine est: *Salua & erige nos Deus, misericordia tua.*

QVISQVIS vel litaniam nostram, vel preces pro vniuerso ecclesiæ *CHRISTI* statu in exordio officii nostri eucharistici, heic conferre voluerit, is facile intelliget, magnam inter illas & hanc generalem veteris ecclesiæ formulam intercedere adfinitatem. Non habemus tam perfectam formulam vel in CHRYSOSTOMI genuinis operibus, vel alio quopiam vetusto scriptore, cum qua hanc comparemus, quemadmodum antea in consideratione formulæ pro catechumenis fecimus. Reperiuntur autem adhuc hodie duæ antiquæ formulæ istiusmodi precum, sine vlla sanctorum inuocatione adiecta, altera quidem in *liturgia Ambrosiana*, & altera in vetusto officio, a WICELIO ex bibliotheca *Fuldensi* descripta, quæ quum ad hanc antiquam formulam in *constitutionibus* prope accedant, in vsum candidi lectoris ex PAMELII *liturgicorum* tom. III. p. 307. & BONAE cardinalis *rer. liturgic.* lib. II. cap. V. n. III. heic ad calcem [k] adponemus, & tum videbimus, quasnam reliquias antiquæ

σης ψυχῆς χριστιανῆς δεηθῶμεν· Σῶσον καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῷ ἐλέει σου. Vid. lib. II. c. LVII. μετὰ τοῦτο προσευχέσθω ὁ διάκονος ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, καὶ ἐκφορίων· ὑπὲρ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ἀρχόντων, ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς καθόλου εἰρήνης. *Posthaec precetur diaconus pro vniuersa ecclesia, pro toto mundo, & eius partibus & frugibus terræ, pro sacerdotibus & principibus, pro pontifice ac rege, pro pace vniuersali.*

(*) Vid. lib. XIV. c. V. §. III. pag.

(k) In codice Fuldensi litania missalis.

Diaconus omnes ex toto corde totaque mente: *Domine miserere.*

Qui respicis terram & facis eam tremere. *Oramus te domine, exaudi & miserere.*

Pro altissima pace & tranquillitate temporum nostrorum. *Oramus te Domine &c.*

Pro sancta ecclesia catholica, quæ est a finibus vsque ad terminos orbis terrarum. *Oramus te domine.*

huius

huius orationis in indubiis patrum ſcriptis offendamus. Quam-

Pro patre noſtro epiſcopo, pro omnibus epiſcopis ac presbyteris & diaconis, omnique clero. *Oramus te domine &c.*

Pro hoc loco & habitantibus in eo. *Oramus te, domine &c.*

Pro piiſſimo imperatore & toto Romano exercitu. *Oramus te domine &c.*

Pro omnibus, qui in ſublimitate conſtitutæ ſunt, pro virginibus, viduis & orphanis. *Oramus te, domine &c.*

Pro pœnitentibus & catechumenis. *Oramus te, domine &c.*

Pro his, qui in ſancta eccleſia fructus miſericordiæ largiuntur. Domine Deus virtutum exaudi preces noſtras. *Oramus te, domine &c.*

Sanctorum apoſtolorum & martyrum memores ſumus, vt orantibus eis pro nobis veniam mereamur. *Oramus te, domine &c.*

Chriſtianum ac pacificum nobis finem concedi a domino comprecemur. *Præſta, domine, præſta.*

Et diuinum in nobis permanere vinculum caritatis, dominum comprecemur. *Præſta, domine, præſta.*

Conſeruare ſanctitatem ac puritatem catholicæ fidei, ſanctum Deum comprecemur. *Præſta, domine, præſta.*

Diaconus omnes, *Domine, exaudi & miſerere.*

Altera formula ex vita Ambroſiana in dominica prima quadrageſimæ, incipiente diacono, & choro reſpondente.

Diuinæ pacis & indulgentiæ munere ſupplicantes ex toto corde & ex tota mente precamur te. *Domine miſerere.*

Pro eccleſia ſancta catholica, quæ heic & per vniuerſum orbem diffuſa eſt, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro papa noſtro N. & pontifice noſtro N. & omni clero eorum, omnibuſque ſacerdotibus ac miniſtris, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro famulis tuis N. imperatore & N. rege, duce noſtro, & omni exercitu eorum precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro pace eccleſiarum, vocatione gentium & quiete populorum, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro ciuitate hac & conſeruatione eius, omnibuſque habitantibus in ea, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro aëris temperie, ac fructu & fœcunditate terrarum, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro virginibus, viduis, orphanis, captiuis, ac pœnitentibus, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro nauigantibus, iter agentibus, in carceribus, in vinculis, in metallis, exſiliis conſtitutis, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro iis, qui diuerſis infirmitatibus detinentur, quique ſpiritibus vexantur immundis, precamur te. *Domine, miſerere.*

Pro iis, qui in ſancta eccleſia tua fructus miſericordiæ largiuntur, precamur te. *Domine, miſerere.*

Exaudi nos in omni oratione atque deprecatione noſtra, precamur te. *Domine, miſerere.*

Dicamus omnes, *Domine, miſerere.*

quam

quam enim eorum nullus eamdem nobis formulam exhibeat integram, tamen ex propinqua cognatione fragmentorum, quæ supersunt, facile ad intelligendum est, omnia ad eamdem respicere originem. Habentur enim in CHRYSOSTOMO & aliis scriptoribus diuersa istiusmodi orationis fragmenta & manifesta indicia, quod hæc vel similis formula multis in ecclesiis in vsu fuerit. Vnde non inconsultum fuerit, ista fragmenta ante, quam progrediamur, colligere.

§. III.

Formula harum precum in constitutionibus *collata cum fragmentis, apud* Chrysostomum *aliosque scriptores occurrentibus.*

CHRYSOSTOMVS in homilia quadam, ad populum *Antiochenum* recitata, formulam istiusmodi indictæ orationis in ista ecclesia in vsu fuisse, perspicue significat. Nam quasdam eius petitiones recenset, quæ formulæ in *constitutionibus* adeo similes sunt, vt non sine ratione existimes, auctorem *constitutionum* hanc formulam ex eadem habuisse origine, vnde CHRYSOSTOMVS habuit suam, videlicet ex liturgia ecclesiæ *Antiochenæ.* Ait enim, *Dum communiter* [l] *omnes diaconi vocem auditis, id imperantis ac dicentis: Oremus pro episcopo & senectute ac defensione, atque vt recte tractet verbum veritatis, & pro iis, qui heic sunt, & vbique terrarum, quod imperatum est agere, non recusatis; sed magna animi contentione preces offertis, quod, quanta sit vis concursus vestri, probe intelligatis: sciunt, quid dicam, ii, qui mysteriis sunt initiati: nam orationi catechumenorum nondum est illud permissum, quandoquidem nondum ad hanc loquendi licentiam peruenerunt; vos autem, vt pro toto terrarum orbe, pro ecclesia, quæ ad terræ fines vsque protenditur, & pro episcopis omnibus, qui eam regunt, preces offeratis, cohortatur is, qui*

(l) Chrysostom. homil. II. de obscuritate prophetiarum. Tom. III. p. 946. p. 822. edit. Francof.) κοινῇ πάντες ἀκούοντες τοῦ διακόνου, τοῦτο κελεύοντος καὶ λέγοντος, δεηθῶμεν ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ γήρως, καὶ τῆς ἀντιλήψεως, καὶ ἵνα ὀρθοτομῇ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐνταῦθα καὶ ὑπὲρ τῶν ἁπανταχοῦ, οὐ παραιτεῖσθε ποιεῖν τὸ ἐπίταγμα· ἀλλὰ μετ' ἐκτενείας ἀναφέρετε τὴν εὐχὴν, εἰδότες τῆς ὑμετέρας συνόδου τὴν δύναμιν· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα· τῇ γὰρ εὐχῇ τῶν κατηχουμένων οὐδέπω τοῦτο ἐπιτέτραπται, ἐπειδὴ οὐδέπω πρὸς τὴν παῤῥησίαν ἔφθασαν ταύτην· ὑμῖν δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας, τῆς μέχρι περάτων τῆς γῆς ἐκτεταμένης, καὶ ὑπὲρ τῶν διοικούντων αὐτὴν ἐπισκόπων ἁπάντων παρακελεύεται ποιεῖσθαι τὰς δεήσεις ὁ ταύτας διακονῶν, καὶ ὑπ-

ministrat illis, & obsequimini summo studio, ac re ipsa testamini, magnam esse orationis virtutem, quæ a populo in ecclesia communi consensu offeratur. Heic obseruandum est, fuisse hanc indictam orationem; peragebatur enim per celeusma siue per exclamationem & admonitionem diaconi, dicentis illis, pro quibus orare deberent. Deinde, fuisse orationem communicantibus peculiarem, & in celebratione eucharistiæ tantummodo vsitatam. Nam catechumenis in ea adesse & se coniungere cum fidelibus non licebat. Porro, petitiones pro vniuerso mundo, pro ecclesia in omni terrarum orbe, pro episcopis omnibus, ecclesiam vbicumque gubernantibus, & speciatim pro episcopo istius loci, *vt viuat in seram vsque senectutem, & diuina adiutus gratia recte secet verbum veritatis*, easdem esse petitiones, quæ in *constitutionibus* occurrant. Quæ res manifesto indicat, has formulas indictæ orationis eo tempore communiter in ecclesia catholica fuisse vsurpatas. CHRYSOSTOMVS alio loco de hac ipsa oratione, tamquam in commune a sacerdotibus & populo, & quidem ab vtrisque genua flectentibus vel humi se prosternentibus, peracta loquitur. Nam diuersas ecclesiæ preces enarrans, in quibus populus cum sacerdote partem habeat, *Pro energumenis*, inquit, *& pro iis, qui in pænitentia sunt, communia & a sacerdote & ab ipsis vota fiunt: atque omnes vnam eamdemque precem concipiunt, precem, inquam, illam misericordiæ plenam. Rursus quum eos, qui sacrosanctæ mensæ participes esse nequeunt, a sacris septis arcemus, ineunda est altera oratio* [m], *in qua omnes peræque consurgimus.* Heic manifesto respicitur ad orationem indictam, antequam diaconus omnes in terram se abiicere, atque ita diuersas illas petitiones facere iubebat, & deinceps signum surgendi dabat, dicendo: ἀναςῶμεν, *surgamus*, quemadmodum in *constitutionibus* redditur. Multa alia loca habet CHRYSOSTOMVS, quæ de precibus pro vniuerso ecclesiæ statu, pro episcopis, pro hoc vniuerso, pro pace publica loquuntur; quia autem specialius ad orationem respiciunt, quæ consecrationem & oblationem proxime excipiebat (vbi solemnis omnium statu-

ακέετε μετὰ προθυμίας, ἔργῳ μαρτυρᾶντες, ὅτι μεγάλη τῆς εὐχῆς ἡ δύναμις, τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ ἀπὸ τᾶ δήμυ συμφώνω ἀναφερομένης ἐςίν.

(m) Chrysost. homil. XVIII. in 2 Cor. p. 573. (p. 673. edit. Francof.) Vid. Græc. lib. XIII. c. VI. §. IX. vol. V. p. 226.

um

um commemoratio iterum fiebat) notitiam earum eo referemus, vbi de hac oratione differendi locus erit proprius.

VERVMTAMEN non possum, quin vnius adhuc rei notatu dignæ mentionem faciam ex CHRYSOSTOMO, quæ ad hanc orationem attinet, quod videlicet hæc oratio adeo communis oratio populi credita sit, vt infantes ecclesiæ in ea partem habere iussi sint. Nam in homilia quadam in *Matthæum*, loquens primum de oratione pro dæmoniacis, deinde de oratione pro pœnitentibus, tandem de hac oratione pro fidelibus, obseruat, quod prima & secunda a solo populo, tamquam misericordiam aliis exorante, offeratur; hæc autem oratio pro ipsismet fidelibus, ab innocentibus populi infantibus [*n*], Deum ad misericordiam lacrimis inflectentibus, peragatur: quia eorum innocentia & humilitas, cuius imitatores regnum cælorum maneat, preces fidelium commendet, si solemniter divinam misericordiam implorent. Quod euidenter ostendit, fuisse hanc generalem omnium ordinum hominum in ecclesia orationem. Præterea ex AVGVSTINO [*o*] notari poterit, vniversalem ecclesiam, vel certe maximam illius partem, habuisse istiusmodi preces, consecrationem eucharistiæ antecedentes, proprie dictas precationes vel deprecationes, & communem orationem, vtpote communi diaconi & populi voce peractam. In epistola quadam sua totum ecclesiæ ministerium in quinque partes dispescit, nimirum 1.) in psalmodiam, 2.) scripturarum lectionem, 3.) sermonis recitationem, 4.) deprecationem episcopi & presbyterorum, 5.) communem orationem, diaconi voce indictam: de qua ipsa nunc loquimur. Vnde intelligimus, quid sibi velit, quod diaconus dicatur *indixisse communem orationem*, quod non simpliciter populum orare iusserit, sed formulam verborum illis præiuerit, cui communia responsa sua debuerint iungere.

(*n*) Chrysost. homil. LXXI. al. LXXII. in Matth. p. 624. (p. 768. c. edit. Francof.) Vid. lib. XIII. c. VI. §. VII. vol. V. p. 218.

(*o*) Aug. epist. CXIX. ad Ianuar. c. XVIII. Quando autem non est tempus, (quum in ecclesia fratres congregantur) sancta cantandi, nisi quum legitur, aut disputatur, aut antistites clara voce deprecantur, aut communis oratio voce diaconi indicitur?

In alia epiſtola [p] miſſam fidelium, ſiue ſacramenti corporis ac ſanguinis dominici celebrationem, in quatuor partes diuidit, ſecundum diuiſionem illam *Pauli* apoſtoli 1 Tim. II, 1. *Obſecro igitur: primum omnium fieri precationes, orationes, poſtulationes & gratiarum actiones pro omnibus hominibus*, quando ait: *Eligo in his verbis, hoc intelligere, quod omnis, vel pene omnis frequentat eccleſia, vt PRECATIONES accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud, quod eſt in domini menſa, incipiat benedici: ORATIONES, quum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, quam totam petitionem fere omnis eccleſia dominica oratione concludit. --- Interpellationes autem, ſiue, vt veſtri codices habent, POSTVLATIONES, fiunt, quum populus benedicitur. Tunc enim antiſtites, velut aduocati, ſuſceptos ſuos per manus impoſitionem miſericordiſſimæ offerunt poteſtati. Quibus peractis, & participato tanto ſacramento, GRATIARVM ACTIO cuncta concludit, quam in his etiam verbis vltimam commendauit apoſtolus.* Vt adeo heic planam officii eccleſiaſtici habeamus enarrationem, & intelligamus, preces ante conſecrationem fuiſſe ſolemnes iſtas ſupplicationes, quæ a diacono & populo potiſſimum fieri & inde, *communis oratio voce diaconi indicta*, vocari conſueuerint. Alio loco quaſdam recenſet nominatim, pro quibus tunc oratum ſit. Scribens enim ad *Vitalem* quemdam *Carthaginenſem*, qui pro infidelibus non eſſe orandum ſtatuebat, nota eccleſiæ praxi eum vrget. *Exerce*, inquit, *contra orationes eccleſiæ diſputationes tuas, & quando audis ſacerdotem Dei ad altare exhortantem [q] populum Dei, orare pro incredulis, vt eos Deus conuertat ad fidem; & pro catechumenis, vt eis deſiderium regenerationis inſpiret; & pro fidelibus, vt in eo, quod eſſe cœperunt, eius munere perſeuerent; ſubſanna pias voces & dic, te non facere quod hortatur, id eſt, Deum pro infidelibus, vt eos fideles faciat, non rogare.* Heic preces pro conuerſione infidelium & perſeuerantia fidelium eaſdem eſſe videmus cum iis, quæ in *conſtitutionibus* occurrunt, & vtrobique diaconi exhortatione fieri dicuntur.

Basilivs etiam de his precibus ſub nomine *κηρυγμάτων ἐκκλησιαστικῶν* loquitur, quod non de verbi prædicatione in ec-

(p) Auguſt. epiſt. LII. ad Paulin. quæſt V.

(q) Auguſt. epiſt. CVII. ad Vital. p. 187. (p. 493. b. edit. Baſil. MDLXIX.)

cle-

clesia intelligendum est, sed de his precibus, quas diaconus, vt communis κήρυξ siue præco & director huius officii, populo pro omnibus hominum ordinibus in ecclesia faciendas iniungebat. Atque hoc modo sententiam suam ipsemet BASILIVS explicat. Scribens enim ad amicum peregre constitutum, ait: *Vt tui non sim memor in precibus meis, est impossibile, nisi prius oblitus fuerim operis illius, ad quod me dominus destinauit. Meministi siquidem* τῶν κηρυγμάτων τῶν ἐκκλησιαστικῶν *indictarum precum ecclesiæ* [r] (*ecclesiasticarum concionum*, male reddidit interpres *Latinus*) *quum sis inter fideles per Dei gratiam numeratus, quod nimirum pro iis intercedamus apud Deum, qui peregre sunt constituti, quique inter militares copias recensentur: proque iis etiam, qui libere profitentur nomen domini: & pro iis, qui fructus manifesto ostendunt spirituales, pro hisce inquam omnibus preces in sancta ecclesia fundimus. Horum autem vel cum præcipuis, vel potius cum omnibus tuam excellentiam adnumerari intelligimus.* Aliarum specialiorum precum non meminit, quia plures recensendi occasionem non habet, quam quæ ad hunc potissimum virum spectabant; dubium autem non est, quin plures eiusmodi preces aliæ in ecclesiæ *Cæsariensis* liturgia fuerint, cuiusmodi in liturgiis *Antiochenæ* & *Africanarum* ecclesiarum fuerunt. CAESARIVS, præsul *Arelatensis*, itidem de precibus indictis, tamquam in ecclesiis *Gallicanis* vsitatis, loquitur, quando in homilia quadam populum exhortans ita [s] ait: *Rogo vos & admoneo, fratres carissimi, vt quotiescumque iuxta altare a clericis oratur, aut ORATIO DIACONO CLAMANTE INDICITVR, non solum corda sed etiam corpora inclinetis. Nam dum frequenter sicut oportet, & diligenter attendo, diacono clamante: Flectamus genua, maximam partem populi, velut columnas erectas stare conspicio, quod christianis omnino nec licet, nec expedit.* Heic licet non habeantur pe-

(r) Basil. epist. CCXLI. ἐπιλαθέσθαι δέ σου ἐν προσευχαῖς ἀδύνατον· εἰ μὴ πρότερον τοῦ ἔργου ἡμῶν ἐπιλαθώμεθα, εἰς ὃ ἔταξεν ἡμᾶς ὁ κύριος· μέμνησαι γὰρ πάντως **τῶν κηρυγμάτων τῶν ἐκκλησιαστικῶν**, πιστὸς ὢν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι· ὅτι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀποδημίαις ἀδελφῶν δεόμεθα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ταῖς στρατίαις ἐξεταζομένων, καὶ ὑπὲρ τῶν παῤῥησιαζομένων διὰ τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν τοὺς πνευματικοὺς καρποὺς ἐπιδεικνυμένων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τὰς εὐχὰς ποιούμεθα· ὧν πάντως ἐν τοῖς χρόνοις, ἢ καὶ ἐν τοῖς πᾶσι νομίζομεν καὶ τὴν σὴν ἐμπεριλαμβάνεσθαι τιμιότητα.

(s) Cæsar. Arelat. homil. XXXIV.

titio-

titiones particulares, manifesto tamen ad eas, & ad duas memoratas circumstantias respicitur, hoc est, quod inflexis genibus & indicente siue mandante diacono fieri debeant.

§. IV.

De inuocatione, siue collecta, preces populi insequuta.

Et in his circumstantiis indicta illa oratio discrepabat ab insequente precatione, ab episcopo vel primario ministro facta, quam *Græci* ἐπίκλησιν, hoc est, *inuocationem*, *Latini* autem *collectam* vocabant, eo quod esset præcedentium populi precum quædam collectio & ἀνακεφαλαίωσις, siue recapitulatio. Vti prior illa precatio a diacono & populis genua flectentibus recitabatur, ita hæc ab episcopo stante offerebatur. Et idcirco diaconus post priorem illam orationem statim clamare solebat, Ἐγειρώμεθα, *Surgamus. Orantes intenti, nos ipsos atque mutuo viuenti Deo, per Christum eius, commendemus.* Postea episcopus precabatur, vt formula habet in *constitutionibus* [t]:

DOMINE omnipotens, celsissime, qui in altis habitas, sancte, qui in sanctis requiescis, originis expers, monarcha; qui per Christum dedisti nobis cognitionis prædicationem in agnitionem gloriæ tuæ ac nominis tui, quod manifestauit nobis ad comprehensionem: ipse nunc quoque respice per ipsum in hoc ouile tuum; & libera illud omni ignorantia & praua actione; & da, vt te timore timeat, ac dilectione te diligat, & contremiscat a facie gloriæ tuæ: sis eis clemens, propitius ac exauditor in precibus eorum; & custodi illos immutabiles, irreprehensos, inculpatos: vt sint sancti corpore atque anima, non habentes maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed vt sint integri, nullusque inter eos sit mutilus, vel imperfectus. Defensor, potens, personarum non acceptor:

(t) Constitut. apost. lib. VIII. c. XI. Κύριε παντοκράτορ, ὕψιστε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, ἅγιε ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενε, ἄναρχε, μονάρχε, ὁ διὰ Χριστοῦ κήρυγμα γνώσεως δοὺς ἡμῖν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς δόξης καὶ τοῦ ὀνόματός σου, ὃ ἐφανέρωσεν ἡμῖν εἰς κατάληψιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν σου τοῦτο· καὶ λύτρωσαι αὐτὸ πάσης ἀγνοίας καὶ πονηρᾶς πράξεως· καὶ δὸς φόβῳ φοβεῖσθαί σε, καὶ ἀγάπῃ ἀγαπᾶν σε, καὶ τρέμειν ἀπὸ προσώπου δόξης σου· εὐμενὴς αὐτοῖς γενοῦ, καὶ ἵλεως, καὶ ἐπήκοος ἐν ταῖς προσευχαῖς αὐτῶν· καὶ φύλαξον αὐτοὺς ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ἵνα ὦσιν ἅγιοι σώματι καὶ ψυχῇ, μὴ ἔχοντες σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ὦσιν ἄρτιοι, καὶ μὴ εἷς ἐν αὐτοῖς ᾖ κολοβὸς ἢ ἀτελής· ὁ ἀρωγὲ, δυνατὲ, ἀπροσωπόληπτε· γενοῦ ἀντιλήπτωρ τοῦ λαοῦ σου τούτου, ὃν ἐξηγόρασας τῷ τιμίῳ τοῦ Χριστοῦ σου αἵματι· προστάτης, ἐπίκουρος, ταμίας, φύλαξ,

sis

sis auxiliator populi tui huius, quem redemisti pretioso Christi tui sanguine: patronus, adiutor, propugnator, custos, murus tutissimus, vallum, firmum præsidium: quoniam ex manu tua nemo potest rapere: non enim est alius Deus sicut tu: quia in te est nostra exspectatio. Sanctifica eos in veritate tua; quoniam sermo tuus veritas est. Qui gratiæ caussa nihil agis, qui decipi non potes; libera eos omni morbo, & omni infirmitate, omni delicto, omni iniuria & fraude, a timore inimici, a sagitta volante per diem, a negotio in tenebris perambulante; & dignare illos æterna vita, quæ in Christo filio tuo vnigenito, Deo ac saluatore nostro; per quem tibi gloria & cultus in sancto spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

HAEC oratio, mea quidem sententia, eiusdem indolis est cum oratione, concilio *Laodiceno* [u] memorata, tamquam secunda ex illis, quæ διὰ προσφωνήσεως fieri dicuntur. Etsi enim auctor *constitutionum* inter orationem diaconi voce indictam, & inter inuocationem episcopi distinguit, priorem προσφώνησιν, posteriorem autem ἐπίκλησιν appellans; in diuersis tamen rebus ambæ conueniebant, vt ab oratione διὰ σιωπῆς, *sub silentio*, quæ antecedebat, possent distingui. Primum enim clara voce a ministro pronuntiabantur, ita, vt vniuersus cœtus illis se possent coniungere, vel singulis orationis diaconi petitionibus respondendo, vel in clausula orationis episcopi dicendo *Amen*; quum contra preces silentes populi eæ essent, quas per se quisque priuatim dicebat, & aliæ ab aliis diuersæ esse possent, nonnumquam etiam tales essent, vt eas audire non expediret, quia nonnulli hac opportunitate eo abutebantur, vt diuinam vindictam inimicis suis implorarent. Deinde vtraque oratio peragebatur ad exclamationem & admonitionem diaconi, adeoque nomen προσφωνήσεως habere potest. Ante vnam enim di-

τεῖχος ἐρυμνότατον, φραγμὸς, ἀσφάλεια· ὅτι ἐκ τῆς σῆς χειρὸς οὐδεὶς ἁρπάσαι δύναται· οὐδὲ γάρ ἐστι θεὸς ὥσπερ σὺ ἕτερος· ὅτι ἐν σοὶ ἡ ὑπομονὴ ἡμῶν· ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, ὅτι ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν· ἀπροσωπόληπτε, ἀπαραλόγιστε· ῥῦσαι αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, παντὸς παραπτώματος, πάσης ἐπηρείας καὶ ἀπάτης, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, τῆς ἐν Χριστῷ τῷ υἱῷ σου τῷ μονογενεῖ, τῷ θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

(u) Concil. Laodicen. c. XIX. cit. supra §. I. sub litt. (a) pag. 230. 231.

cebat,

cebat, *Flectamus genu & precemur Deum:* & ante alteram, *Surgamus, nos ipsos Deo commendemus.* Vnde hæ & istiusmodi preces omnes παραθέσεις, *commendationes* vocabantur, quoniam populum diuinæ misericordiæ & tutelæ commendabant. Quomodo in canone quodam codicis *Africani* [w] inuenimus, ita decernente: *Placuit, vt preces, quæ probatæ fuerint in concilio, siue præfationes, siue* παραθέσεις *COMMENDATIONES, siue manuum impositiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem præferantur; sed quæcumque a prudentioribus fuerunt collectæ, dicantur.* Vbi, sicut per præfationes certæ preces intelliguntur, in eucharistia adhiberi solitæ; & per manus impositiones, preces super pœnitentibus vel populo instar benedictionis factæ; ita per commendationes intelligendæ sunt partim preces pro catechumenis, & partim hæ episcopi preces pro populo, ipsos ipsorumque preces & negotia gratiæ Dei commendantes. Hic canon primum in concilio *Mileuitano* factus est, vbi quod *Græci* παραθέσεις, id *Latini* [x] *commendationes* vocant. Vsitatissimo autem nomine in ecclesia *Latina* dicebantur *collectæ*, quod hæ preces episcopi, quæ in qualibet officii parte iunctas preces diaconi & populi excipiebant, collectio essent & commendatio precum populi. Hoc sensu phrasin, *colligere orationem*, CASSIANVS [y] accipit, quando de officio in monasteriis *Aegypti* & ecclesiis Orientalibus loquens, ait: *Quum is, qui ORATIONEM COLLECTVRVS est, e terra surrexerit, omnes pariter surgunt, ita vt nullus remorari præsumat, ne non tam sequutus fuisse illius conclusionem, qui PRECEM COLLIGIT, quam suam celebrasse credatur.* Vbi obseruari licet, quod collecta accipiatur pro primarii ministri prece in clausula alicuius partis diuini officii, colligente ac concludente antegressas populi precationes. Vti heic in CASSIANO est in clausula ordinarii siue quotidiani officii matutini, quæ eadem erat cum clausula illius partis officii eucharistici,

(w) Cod. Afric. can. CIII. Ἤρεσε καὶ τοῦτο, ὥστε τὰς κεκυρωμένας ἐν τῇ συνόδῳ ἱκεσίας, εἴτε προοίμια, εἴτε παραθέσεις, εἴτε τὰς τῆς χειρὸς ἐπιθέσεις, ἀπὸ πάντων ἐπιτελεῖσθαι, καὶ παντελῶς ἄλλας κατὰ τῆς πίστεως μηδέποτε προσενεχθῆναι· ἀλλ᾽ αἵ τινες δήποτε ἀπὸ τῶν συνετωτέρων συνήχθησαν, λεχθήσονται.

(x) Concil. Mileuitan c. XII. tom. II. concil. p. 1540.)

(y) Cassian. institut. lib. II. c. VII.

quæ

quæ confecrationem proxime antecedebat, quemadmodum oftendimus antea, quando de quotidiano officio matutino alibi [z] diximus copiofius.

PARALLELVS huic CASSIANI loco eft ille VRANII [a], vbi loquens de *Ioanne* epifcopo *Neapolitano*, qui in diuini officii celebratione mortuus erat, ait: *Populo orationem dedit, & COLLECTA ORATIONE fpiritum exhalauit.* Patres concilii *Agathenfis* [b] in *Gallia* hanc rem ecclefiis *Gallicanis* perpetuam regulam effe volunt, iubentes *in conclufione matutinarum vel vefpertinarum miffarum, poft hymnos capitella de pfalmis dici, & plebem, collecta oratione ad vefperam ab epifcopo cum benedictione dimitti.* Vnde has collectas inter *Latinos* eiufdem generis preces fuiffe apparet, quas *Græci* vocarunt ἐπικλήσεις & παραθέσεις, hoc eft *inuocationes & commendationes*, quibus epifcopus preces diaconi & populi in qualibet diftincta diuini officii parte concludebat. Quemadmodum in officio catechumenorum ac pœnitentium & in quotidianarum matutinarum ac vefpertinarum precum officiis, & iam in hac parte officii communionis, quæ confecrationem anteceffit, vidimus. Qua de re non habeo addere, nifi breuem locum [c] ex AVGVSTINO, qui in libro *de dono perfeuerantiæ* manifefto indicare videtur, fuiffe petitionem quamdam in his precibus communis vfus in ecclefiis *Africanis*, qua Dei gratiam implorauit facerdos, vt daret fidelibus perfeuerare in fide vfque ad vitæ finem. Scribens enim de neceffitate gratiæ ad tutos præftandos homines contra errores *Pelagianorum*, communes preces ecclefiæ ad animum illis reuocat, quas facerdos faciat fuper fideles. *An quis*, inquit, *facerdotem fuper fideles dominum inuocantem, fi quando dixerit, Da illis, domine, in te perfeuerare vfque in finem; non folum voce aufus eft, fed faltem cogitatione reprehendere, ac non potius fuper eius talem benedictionem & corde credente & ore confitente refpondit, Amen?* Obferuari heic meretur 1.) Hanc orationem eodem modo appellari, quo apud *Græcos* in ecclefia Orientali, *inuocationem epifcopi fiue facerdotis fuper fideles.* Adeo-

(z) Lib. XIII. c. X. volum. V. pag. 315. feqq.
(a) Vran. vit. Paulin.
(b) Concil. Agathenf. c. XXX.
(c) Auguft. de dono perfeuerantiæ cap. XXIII.

que 2.) fuisse partem missæ fidelium siue officii communionis, vbi tales preces tantum fiebant. 3.) Non fuisse orationem illam a diacono indictam, in qua populus ad singulas petitiones respondebat; sed orationem, ad quam in clausula tantummodo respondebat, *Amen.* 4.) Fuisse directam inuocationem Dei, instar benedictionis, talem videlicet, qualem episcopus facere solebat, non autem exhortationem ad orandum, quam facere diaconi erat officium. 5.) Petitionem per se eamdem esse cum petitione orationis episcopi in *constitutionibus, Custodi illos immutabiles, irreprehensos, inculpatos: vt sint sancti corpore atque anima, non habentes maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed vt sint integri, nullusque inter eos sit mutilus vel imperfectus.* Quæ circumstantiæ omnes admodum probabile efficiunt, hanc orationem, quam adlegat AVGVSTINVS, eam ipsam fuisse orationem, de qua loquimur, tamquam vsitatam in clausula primæ partis celebrationis eucharistiæ in ecclesiis *Africanis.* Hæc sunt vestigia, quibus insistere debemus, percontaturi veteris ecclesiæ praxin in hac publici cultus parte, quæ solis fidelibus propria erat, sub celebrationis eucharistiæ exordium, & quæ orationi pro vniuerso militantis ecclesiæ *CHRISTI* statu in hoc mundo, sub initium sacræ communionis in ecclesia nostra fieri solitæ, respondet.

LIBRI DECIMI QVINTI

CAPVT SECVNDVM

DE OBLATIONIBVS POPVLI ALIISQVE REBVS, AD CONSECRATIONEM EVCHARISTIAE INTRODVCENTIBVS.

§. I.

De consuetis oblationibus populi ad altare.

PROXIMA huius officii pars erat magna gratiarum actio & consecratio elementorum panis & vini pro eucharistia. Quæ quum generatim ex oblationibus, a populo ad altare factis, sumerentur, necesse erit, de his oblationibus deque elementis panis ac vini, ex istis sumtis, nonnihil dicere. Vetusta erat consuetudo, ex praxi apostolica deriuata, vt omnes

com-

communicantes, qui possent, panem ac vinum, interdum alias etiam res, ad altare offerrent; ex quibus & elementa sumebantur, & commune conuiuium pauperibus parabatur. Ad hanc consuetudinem manifesto respicit apostolus, quando *Corinthiorum* abusum reprehendens, ait 1 Cor. XI, 21. *Vnusquisque suam cœnam anticipat ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* IVSTINVS MARTYR [*a*] harum oblationum meminit, *Qui copiosiores sunt*, inquiens, *& volunt, pro arbitrio quisque suo, quod visum est, contribuunt, & quod ita colligitur, apud præpositum deponitur, atque ille inde opitulatur pupillis & viduis, & his, qui propter morbum aut aliquam aliam caussam egent, quique in vinculis sunt, & peregre aduenientibus hospitibus: &, vt simpliciter dicam, indigentium is omnium curator est.* Similia de hac ætatis suæ consuetudine tradit TERTVLLIANVS, tantummodo inter collectionem menstruam & hebdomadalem distinguit. *Modicam*, inquit [*b*], *vnusquisque stipem menstrua die, vel quum velit & si modo velit, & si modo possit, apponit: Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, & pueris ac puellis, re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodiis ex caussa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fiunt.* Modo aliquam huius oblationis partem cœnæ impendi dicit, quam *Græci* vocent ἀγάπην, qua inopes non minus quam diuites excipiantur. CYPRIANVS [*c*] quoque hac de re loquitur, quando feminam quamdam opulentam, quæ nihil obtulerat, ita adfatur: *Locuples & diues es, & dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non respicis; quæ in dominicum sine sacrificio venis; quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis?* Quibus consonant verba AVGVSTINI, populum ad hanc christiani officii partem exhor-

(*a*) Iustin. apol. II. p. 98. 99. *οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ὃ βούλεται δίδωσι· καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι᾽ ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται.*

(*b*) Tertull. apol. c. XXXIX.

(*c*) Cyprian. de opera & eleemosyna p. 203. (p. 141. edit. Fell. Amstelod.)

tantis [d]: *Oblationes, quæ in altario consecrentur, offerte: Erubescere debet homo idoneus; si de aliena oblatione communicauerit.*

§. II.

Quibusnam hominibus licitum fuerit oblationes facere, & quibus non fuerit.

MAGNA erat conuenientia & adfinitas inter hasce oblationes & oblationem eucharistiæ; adeoque, vt idem nomen oblationis & sacrificii habebant, ita in multis respectibus eædem regulæ circa illas obseruabantur. *Primum* quidem, Vt nullis nisi vere communicantibus eas faciendi esset priuilegium. Nam istis temporibus priuilegium erat, facultatem habere faciendi oblationes, & minor quædam excommunicatio, isto priuilegio priuari. Oblationes eorum, qui inimicitias vel simultatem gerebant cum aliis, neque ad altare neque in gazophylacio recipi [e] volebant. Et hoc regula seruatoris fundatum esse, ait OPTATVS [f], vtpote qui in altaribus fraternitatis munera non iusserit poni, nisi quæ essent de pace condita. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius, reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum,* Matth. V, 23. Eadem de caussa oblationes oppressorum pauperum repudiabant, vti ex alio concilii *Carthaginensis* canone [g] apparet. Cum quo concordat regula in *constitutionibus* [h], quæ dona furis aut meretricis admitti vetat. Quæ ibidem repetitur, adiectis multis aliis istiusmodi sceleratis [i]: *Oportet episcopum scire, quorum debeat oblationes accipere, & quorum non debeat. Nam ad dandum non admittet caupones: quia non iustificabitur caupo de peccato* Eccles. XXVI, 29.: *& de iisdem quodam in*

(*d*) August. serm. CCXV. de tempore.

(*e*) Concil. Carth. IV. can. XCIII. Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario neque in gazophylacio recipiantur.

(*f*) Optat. lib. VI. p. 93. (p. 111. edit. Par. MDCLXXIX.)

(*g*) Concil. Carth. IV. c. XCV. Eorum, qui pauperes opprimunt, dona a sacerdotibus refutanda.

(*h*) Constitut. lib. III. c. VIII. *οὔτε γὰρ οἱ ἱερεῖς ποιαύτης ἐκκσιασμὸν δέξονταί ποτε, οἷον ἅρπαγος, ἢ πόρνης.*

(*i*) Constit. lib. IV. c. VI. *χρὴ δὲ ἐπίσκοπον εἰδέναι, τίνων ὀφείλει δέχεσθαι καρποφορίας, καὶ τίνων οὐκ ὀφείλει· φυλάξεται γὰρ αὐτῷ πρὸς δόσιν κάπηλοι· οὐ δι-*

loco

loco Esaias, Israeli exprobrans, ait: Caupones tui miscent vinum aqua (ita legunt septuaginta Esa. I, 22.) *Fugiendi etiam ei scortatores: Non enim offeres domino mercedem scorti* Deut. XXIII, 18. *item rapaces, alienarumque rerum cupitores & adulteri; horum quippe sacrificia Deus abominatur. Sed & qui viduam affligunt, & pupillos potentia sua opprimunt, & carceres innocentibus replent, aut famulos suos male tractant; verberibus dico, & fame, & dura seruitute; vel qui totas vrbes deuastant; ii sint tibi auersandi, o episcope, eorumque oblationes exsecrabiles. Repudiabis etiam adulteratores, & oratores patrocinantes iniustitiæ, & fabricatores idolorum, & fures, & publicanos iniustos, & in ponderando stateram ad alterum latus impellentes, & mensores fraudulentos; atque militem calumniatorem, non contentum stipendiis, sed pauperes concutientem; item homicidam & carnificem; adhæc iniustum iudicem, rerum euersorem, insidiatorem hominum, scelerum ac impunitatis operarium, vinolentum, blasphemum, cinædum, fœneratorem; nec non quemlibet improbum & cum Dei voluntate pugnantem.* CHRYSOSTOMVS speciatim in oppressores inuehens, qui de iis, quæ aliis eripuerant, stipem dabant pauperibus, eleganter hunc in modum loquitur [k]: *Audiatis, quicumque animæ hominis pretium capientes, beneficium postea ex cæde consertis. Iudaica huiusmodi eleemosyna est, immo vero diabolica. Sunt enim, sunt, inquam, etiam nunc, qui alienis direptis excusatos se a toto crimine putant, si aliquam*

καιωθήσεται γὰρ κάπηλος περὶ [al. ἀπὸ] ἁμαρτίας· περὶ αὐτῶν γάρ πε καὶ Ἡσαίας, ὀνειδίζων τὸν Ἰσραὴλ, ἔλεγεν· οἱ κάπηλοί σε μίσγεσι τὸν οἶνον ὕδατι· φευκτέοι δ' αὐτῷ καὶ πόρνοι· Οὐ προσοίσεις γὰρ τῷ κυρίῳ μίσθωμα πόρνης· καὶ ἅρπαγες, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμηταὶ, καὶ μοιχοί· βδελυκταὶ γὰρ αἱ τέτων θυσίαι παρὰ θεῷ· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκθλίβοντες χήραν, καὶ ὀρφανὸν καταδυναστεύοντες, καὶ τὰς φυλακὰς πληρεντες ἀναιτίων, ἢ καὶ τοῖς ἑαυτῶν οἰκέταις πονηρῶς χρώμενοι, πληγαῖς φημὶ καὶ λιμῷ καὶ κακοδελίᾳ, ἢ καὶ πόλεις ὅλας λυμαινόμενοι· φευκτέοι ἔςωσάν σοι, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ αἱ τέτων προσφοραὶ μυσαραί· παραιτήσῃ δὲ καὶ ῥᾳδιεργὲς, καὶ ῥήτορας ἀδικίᾳ συναγωνιζομένες, καὶ εἰδωλοποιὲς, καὶ κλέπτας, καὶ τελώνας ἀδίκες, καὶ ζυγοκρέσας, καὶ δολομέτρας· καὶ ςρατιώτην συκοφάντην, μὴ ἀρκέμενον τοῖς ὀψωνίοις, ἀλλὰ τὲς πένητας διασείοντα· φονέα τε καὶ δήμιον, καὶ δικάςην παράνομον, πραγμάτων ἀνατροπέα, ἀνθρώπων ἐπίβελον, μυαρῶν ἐργάτην, μέθυσον, βλάσφημον, κίναιδον, τοκογλύφον· καὶ πάντα ὁςτινεν πονηρὸν, καὶ τῇ γνώμῃ τε θεε διαμαχόμενον.

(k) Chrysost. homil. LXXXVI. al. LXXXVII. in Matth. p. 722. (p. 892. edit. Frf.) ἀκέσατε, ὅσοι ἀπὸ φόνων δοκεῖτε εὐποιΐας ποιεῖν, καὶ τιμὴν λαμβάνοντες ψυχῶν ἀνθρώπων· Ἰεδαϊκαὶ αὗται αἱ ἐλεημοσύναι, μᾶλλον δὲ Σατανικαί· εἰσὶ γὰρ καὶ νῦν, εἰσὶν, οἱ μυρίων ἑτέρων ἁρπάζοντες, ὑπὲρ τε παντὸς ἀπολογεῖσθαι νομίζεσι, ἂν

 par-

partem pauperibus dederint; de quibus ait propheta: Altare meum lacrimis operiebatis. Non vult certe Christus rapina nutriri, ingratissima haec ei sunt alimenta. Quid ita tu dominum contemnis, vt res immundas offerre audeas? melius est committere, vt inedia tabescat (in egenis membris suis) *quam huiusmodi alimento sustentare. Alterum nempe crudelitatis est, alterum vero crudelitatis simul & contumeliae: & melius est, nihil omnino dare, quam rem alienam aliis concedere.* Et alio loco [*]: *Eleemosynis & fide purgantur peccata,* (Sir. III, 29.) *eleemosynis, inquam, non ex iniuste quaesitis: haec enim non eleemosyna; sed crudelitas est, & inhumanitas. Quae enim vtilitas, si alium spolies, vt alium induas? A misericordia incipiendum est, non ab immanitate.* Quod auctor *constitutionum* de fabricatoribus idolorum obseruat, a TERTVLLIANO [*l*] confirmatur, qui integrum librum de *idololatria* contra illos scripsit, vbi inter alia ait: *Respondebimus ad excusationes huiusmodi artificum, quos numquam in domum Dei admitti oportet, si quis eam disciplinam nerit.* Et notatu dignum est, quod *Valentiniano* imperatori dicit AMBROSIVS, quum roganto *Symmacho* aras gentilium instauraturus esset. Si quid ad idololatriam restituendam conferret, futurum, vt ecclesia oblationes ipsius non recipiat. *Quid respondebis*, inquit, *sacerdoti dicenti tibi: Munera tua non quaerit ecclesia, quia templa gentilium muneribus ornasti. Ara CHRISTI dona tua respuit, qui aram simulacris fecisti.* Ex quibus manifestum est, quod oblationes reiecerint non tantum professorum idololatrarum, sed omnium etiam eorum, qui vllo modo superstitiosas gentilium consuetudines iuuarent & promouerent. Constans etiam regula erat inter veteres, non admittere eorum oblationes, qui iure communicandi gaudentes, ad sacram eucharistiam sumendam haud accederent.

δέκα χρυσίνους, ἢ ἑκατὸν καταβάλλωσι· περὶ ὧν καὶ ὁ προφήτης φησὶν, ἐκαλύπτετε ἐν δάκρυσι τὸ θυσιαστήριόν μου· οὐ βούλεται Χριστὸς πλεονεξίᾳ τρέφεσθαι, οὐ δέχεται ταύτην τὴν τροφήν· τί τὸν δεσπότην ὑβρίζεις ἀκάθαρτα προσάγων αὐτῷ; βέλτιον λιμῷ τηκόμενον περιορᾷν, ἢ τρέφειν ἀπὸ τοιούτων· ἐκεῖνο ὠμοῦ, τοῦτο καὶ ὑβριστοῦ· βέλτιον μηδὲν δοῦναι, ἢ τὰ ἄλλων ἑτέροις.

(*) Chrysost. homil. LXXII. in Ioan. p. 4[illegible]. (ibid. edit. Francof.) Ἐλεημοσύναις γάρ φησι, καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι· ἐλεημοσύνην δὲ οὐ τὴν ἐξ ἀδικίας λέγω· τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐλεημοσύνη, ἀλλ' ὠμότης καὶ ἀπανθρωπία· τί γὰρ ὄφελος ἐκδύσαι ἕτερον καὶ ἐνδύσαι ἕτερον; ἀπὸ γὰρ οἴκτου τοῦ πράγματος ἄρχεσθαι δεῖ.

(*l*) Tertull. de idololatr. c. V.

(*m*) Ambros. epist. XXX. ad Valent.

Ita expreſſis verbis concilium *Illiberritanum* [n] ſtatuit, *Epiſcopos,* inquiens, *placuit, ab eo, qui non communicat, munera non accipere debere.* Et regula vlterius extenditur in omnes eos, qui propter aliquod crimen vel hæreſin per diſciplinam eccleſiaſticam a communione erant excluſi, aut minus plena communione cum eccleſia fruebantur. Tales, quales erant omnes excommunicati, omnes catechumeni, pœnitentes, energumeni, peregrini & vagantes ſine litteris communicatoriis, nec non clerici, ob nimis grauia quædam crimina ad communionem peregrinam redacti. Nam, vti in hunc canonem recte obſeruat ALBASPINAEVS, omnes iſti quodam modo erant non communicantes, vtpote ius perfectæ communionis & ſocietatis chriſtianæ non habentes. Energumeni ſpeciatim nominantur in canone iſtius concilii proxime ſequenti, tamquam homines, quorum oblationes non ſint recipiendæ [o]: *Energumenus, qui ab erratico ſpiritu agitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione recitandum, neque permittendum, vt ſua manu in eccleſia miniſtret.* Omnes quoque pœnitentes, dum diſciplinæ eccleſiæ ſubiiacerent, in eadem erant claſſe; hoc tantum priuilegio gaudebant, vt, ſi ſubito morerentur in pœnitentia conſtituti & reconciliationis cupidi, per quoſdam canones [p] eorum oblationes poſt mortem recipi permitterentur, tamquam teſtimonium reconciliationis, & reſtitutionis eorum in eccleſiæ communionem: Niſi forte de iis eſſent pœnitentibus, quibus eccleſia, ex diſciplinæ ſuæ ſeueritate, omnem externam communionem in hora

(n) Concil. Illiberrit. c. XXVIII.

(o) Concil. Illiberrit. c. XXIX.

(p) Concil. Arelat. II. c. XII. De his, qui in pœnitentia poſiti vita exceſſerint, placuit nullum communione vacuum debere dimitti; ſed pro eo quod honorauit pœnitentiam, oblatio illius ſuſcipiatur.

Concil. Vaſenſ. I. al. II. can. II Pro his, qui pœnitentia accepta, in bonæ vitæ curſu ſatisfactoria compunctione viuentes, ſine communione inopinato nonnumquam tranſitu, in agris aut itineribus præueniuntur, *oblationem recipiendam* &c.

Concil. Toletan. XI. c. XII. De his, qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita receſſerint; quamquam diuerſitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nos ſententias placuit ſequi, qui multiplices numero de huiuſmodi humanius decreuerunt; vt & memoria talium in eccleſiis commendetur, & *oblatio pro eorum dedicata ſpiritibus accipiatur.*

mortis

mortis denegare consultum ducebat; cuiusmodi multa exempla sunt in conciliis *Sardicensi*, *Illiberritano*, & aliis: Tum enim oblationes eorum non recipiebantur, siue viui essent, siue mortui: vel si in hora mortis reconciliationis desiderium testari negligenter prætermisissent. Horum caussa, vt LEO papa dicit [q], Dei iudicio reseruabatur, cuius in manu erat, vt talium obitus non vsque ad communionis remedium differretur. Quibus autem viuentibus ecclesia non communicauerat, illis nec mortuis communicabat. Immo vero nonnumquam eorum oblationes accipere recusabat, qui in eius communione diem suum obierant, si vltima eorum actio aliquid in se haberet vitii. Quomodo ex CYPRIANO [r] apparet, qui in synodo quadam *Africana* statutum fuisse narrat, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constitueret, quia singuli diuino sacerdotio honorati & in clericali ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deseruire & precibus atque orationibus vacare deberent. Hinc quum *Geminius Victor* de sæculo excedens *Geminium Faustinum*, ecclesiæ *Furnitanæ* presbyterum, tutorem testamento suo nominasset, CYPRIANVS presbyteris, diaconis & plebi *Furnis* consistentibus scribebat, non esse, quod pro dormitione *Geminii* apud eos fieret oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentaretur. Verum in posterioribus sæculis hæc disciplinæ pars paullum mitigata est in *Gallia*. Nam canone quodam concilii secundi *Aurelianensis* ita decretum [s] legimus: *Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interemti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.* At vero hoc priuilegium catechumenis, sine baptismo defunctis, non fuit indultum, quod numquam perfecte fuis-

(*q*) Leo epist. XCII. ad Rusticum c. VI. Horum caussa Dei iudicio reseruanda est, in cuius manu fuit, vt talium obitus non vsque ad communionis remedium differetur. Nos autem, quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non possumus.

(*r*) Cyprian. epist. LXVI. al. I. ad cler. Furnitan. p. 3. (p. 169. edit. Fellii Amstelod. MDCC.) Ideo Victor quum contra formam, nuper in concilio a sacerdotibus datam, Geminium Faustinum, presbyterum, ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio. cetera.

(*s*) Concil. Aurel. II. c. XIV.

sent

ſent in communione eccleſiæ. Hinc CHRYSOSTOMVS [t] di-cit, non fieri eorum poſt obitum commemorationem in precibus eccleſiæ, vti quidem illorum, qui in fide deceſſiſſent, in oblatione ſiue ſacrificio altaris. Vnum, quod pro ipſis fieri liceat, eſſe hoc, vt pauperibus priuatim dentur eleemoſynæ. Si beneficio baptiſmatis non eſſent donati, ſepeliendi erant vt ii, qui violentas manus ſibi intulerant, ſine ſolemnitate funerali [u], ſiue commemoratione ad altare. Vt ſummatim dicam, omnium eorum, qui non perfecta eccleſiæ communione gaudebant, oblationes abſolute reiiciebantur. Adeoque iſtis pœnitentibus, qui per omnes diſciplinæ gradus iuerant, neque vero conſiſtendi & preces cum reliquis fidelibus audiendi habebant veniam, oblationes facere non erat licitum, vtpote communioni altaris nondum perfecte reconciliatis. Quam ob cauſſam antiqui canones [x] eos vocant κοινωνοῦντας χωρὶς προσφορᾶς,

(t) Chryſoſt. homil. III. in Philipp. p. 1225. (p. 33. edit. Francof.) *πῶς οὐ δυσωπήσομεν ὑπὲρ τούτων τὸν θεὸν παρακαλοῦντες; ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πίστει παρελθόντων· οἱ δὲ κατηχούμενοι οὐδὲ ταύτης καταξιοῦνται παραμυθίας, ἀλλὰ ἀπεστέρηνται πάσης τῆς τοιαύτης βοηθείας, πλὴν μιᾶς τινος· ποίας δὲ ταύτης; ἔξεστι πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόναι. Quomodo Deum non placabimus pro iſtis orantes? Atque id quidem de iis, qui in fide deceſſerunt. Catechumeni vero neque hac dignantur conſolatione, ſed omni auxilio ſunt deſtituti, vno quodam excepto. Quale vero hoc? licet pauperibus pro ipſis dare.*

(u) Concil. Bracar. I. al. II. can XXXV. Catechumenis ſine redemtione baptiſmi defunctis, ſimili modo, non oblationis ſanctæ commemoratio neque pſallendi impendatur officium.

(x) Concil. Nic. c. XI. *ὅσοι οὖν γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. δύο δὲ ἔτη* χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν. *Quicumque germane & vere pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, vt fideles, & ſeptem annis proſternentur ſupplices: duobus autem annis* abſque oblatione erunt orationum cum populo participes.

Concil. Ancyr. c. IV. *περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων - - ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη,* εὐχῆς *δὲ* μόνης κοινωνῆσαι *ἔτη δύο, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον. De iis, qui vi ſacrificarunt - - viſum eſt, anno audire, tribus autem annis ſubſterni ac ſupplices eſſe,* ſoli *autem* orationi *duobus annis* communicare *& tunc ad id, quod eſt perfectum, accedere.* Can. V. *εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον,* χωρὶς προσφορᾶς *δεχθήτωσαν· εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη τῷ τρίτῳ* κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς. *Si triennale ſubſtrationis tempus impleuerint, ſine oblatione re-*

absque oblatione precum cum populo participes. Hoc autem sub initium censuræ eorum exactius obseruabatur. Nam si quis grauioris delicti reus, hæreticus vel alius quispiam ecclesiæ communione priuatus, omnia bona sua ecclesiæ donare voluisset, oblationem eius in hac eius vitæ conditione haud fuissent accepturi. Epistola quædam sub nomine circumfertur AVGVSTINI ad *Bonifacium* [y] comitem, ex qua hoc ipsum manifesto apparet, quando ei hunc in modum scribit: *Oblatio domus tuæ a clericis ne suscipiatur, indixi, communionemque tibi interdico, donec pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.* Epistola hæc probabiliter non est AVGVSTINI, nihil vero continet a disciplina istorum temporum alieni, quando maxima munera ab imperatore recipere recusabant, si vel hæreticus esset, vel censuræ excommunicationis subiaceret. Quemadmodum non solum ex iis, quæ antea ex epistola AMBROSII ad *Valentinianum* obseruauimus, apparet, sed ex illis etiam, quæ de BASILIO memoriæ prodidit NAZIANZENVS [z], quod dona *Valentis* accipere noluerit, quod esset professus diuinitatis *CHRISTI* hostis & furiosus hæresis *Arianæ* defensor. Ita *Liberius* dona repudiabat *Eusebii*, politici *Ariani* apud *Constantium*, quemadmodum ex ATHANASIO [a] discimus & THEODORE-

cipiantur. Si autem non comederint, cum duobus annis supplices substratique fuerint, tertio anno communicent sine oblatione. Can. VIII. οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τετραετίαν ὑποπεσέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν. *Qui bis vel ter sacrificauerunt per vim, triennio substernantur, duobus autem annis* sine oblatione communicent, *& septimo perfecte suscipiantur.*

(y) August. epist. VI. ad Bonifac. in appendice tom. II.

(z) Nazianz. orat. XX. de laud. Basilii p. 351. ἐπεὶ δὲ τὰ δῶρα τῇ θείᾳ τραπέζῃ προσενεγκεῖν ἔδει, ὧν αὐτουργὸς ἦν, συνεπελάβετο δ' οὐδείς, ὥσπερ ἦν ἔθος, ἄδηλον ὂν, εἰ προσήσεται, τηνικαῦτα τὸ πάθος γνωρίζεται. κ. τ. λ. *Verum quum dona, quæ ipsemet (Valens) effecerat, diuinæ mensæ offerenda essent, nec quisquam, vt mos ferebat, simul ea caperet, (quod non satis liqueret, an ea Basilius accepturus esset) tum vero manifeste se adfectus prodidit, cetera.*

(a) Athan. epist. ad Solitar. p. 834. (p. 364. edit. MDCXCVIII.) κἀκεῖνος ταχέως προσδοκήσας διὰ Λιβερίου πάντας ἕλκειν πρὸς ἑαυτὸν, γράφει, καὶ πέμπει σπάδοντα Εὐσέβιόν τινα καλούμενον μετὰ γραμμάτων καὶ δωρεῶν, ἵνα τοῖς μὲν δώροις κολακεύσῃ, τοῖς δὲ γράμμασιν ἀπειλήσῃ· -- εἶτα ἐπιδεικνὺς τὰ δῶρα, παρεκάλει, καὶ χειρῶν ἥπτετο λέγων, πείσθητι βασιλεῖ καὶ ταῦτα δέξαι. ὁ δὲ ἐπι-

TO

TO [b], quorum hic historiam per singulas partes refert in hunc modum: *Constantius examinato Liberio, consiliumque* (condemnationi *Athanasii* cum fide *Nicæna* non subscribendi) *haud mutante, iussit eum in Beræam Thraciæ relegari. Digresso Liberio, imperator quingentos aureos ei misit ad expensas. Liberius autem illi, qui attulerat, respondit, abi, & da imperatori. His enim opus habet ad stipendia militum. Similiter imperatrix alios pari numero misit. Et Liberius, redde, inquit, imperatori. Nam his etiam ad militarem expeditionem opus habet. Quod si his non eget imperator, det Auxentio & Epicteto, his enim opus habent. Vt vero ab his non accepit, Eusebius eunuchus alios ei adfert. Cui Liberius, tu orbis terræ, ait, expilasti ecclesias, & mihi vt damnato eleemosynam adfers? Vade, prius esto christianus.* Neque minus digna sunt memoratu, quæ de ecclesiæ cum *Marcione* hæretico agendi ratione narrat TERTVLLIANVS, quum ille vna cum *Valentino* propter hæresin esset excommunicatus, quod ipsum cum ducentis sestertiis [c], quæ ecclesiæ intulisset, eiecerit. Tantum abest, vt istiusmodi hominum dona acciperent, vt cum indignatione potius ea reiicerent, vti *Simon Petrus* fecit *Simoni mago* dicens, *Pecunia tua tecum sit in perditionem:* Vel vt *Abram* dona repudiauit regis *Sodom*, *A filo subtegminis*, inquiens, *vsque ad corrigium caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditaui Abram.*

σκοπος λόγῳ πείθων ἐδίδασκε. κ. τ. λ. *Ille* (*Constantius*) *sperans, se Liberii opera quamprimum omnes sibi conciliaturum, cum litteris spadonem quemdam Eusebium nomine mittit*, dona *ferentem: vt blandiretur* donis, *litteris vero minaretur. - - Hinc ostensis muneribus hortabatur: manusque Liberii contrectans aiebat: Imperatori obtempera & hæc accipe.*

(*b*) Theodoret. lib. II. c. XVI. al. XIII. *ὁ βασιλεὺς κριθέντος Λιβερίου καὶ μὴ μετατεθέντος τοῦ λογισμοῦ, εἶπεν ἐξορισθῆναι εἰς τὴν Βέροιαν τῆς Θράκης· ἐκβάντος Λιβερίου, ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε πεντακοσίους χρυσίνους αὐτῷ εἰς δαπάνας· Λιβέριος εἶπε τῷ προσκομίσαντι· ἄπελθε, δὸς αὐτὰ τῷ βασιλεῖ· χρείαν γὰρ ἔχει δοῦναι τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ· ὁμοίως ἡ βασίλισσα ἔπεμψεν αὐτῷ τὰ αὐτά· Λιβέριος εἶπεν· ἀπόδος αὐτὰ τῷ βασιλεῖ· χρείαν γὰρ αὐτῶν ἔχει εἰς τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐξοδίασιν· ἐὰν δὲ μὴ χρείαν ἔχῃ ὁ βασιλεύς, δότω αὐτὰ τῷ Αὐξεντίῳ καὶ Ἐπικτήτῳ· χρείαν γὰρ ἔχουσι τούτων. ὡς δὲ παρ' αὐτῶν οὐκ ἔλαβεν, Εὐσέβιος ὁ εὐνοῦχος προσφέρει αὐτῷ ἑτέρους· Λιβέριος δὲ εἶπεν αὐτῷ· τὰς ἐκκλησίας τῆς οἰκουμένης ἠρήμωσας, καὶ ὡς κατάδικῳ ἐλεημοσύνην μοι προσφέρεις; ἄπελθε, πρῶτον γενοῦ χριστιανός.*

(*c*) Tertull. de præscript. c. XXX. Marcion & Valentinus semel & iterum eiecti: Marcion quidem cum ducentis sestertiis, quæ ecclesiæ intulerat.

§.III.

Quænam oblationes ad altare recipi potuerint, & quæ non.

QVEMADMODVM ita inter personas distinguebant, a quibus recipiebantur oblationes, ita *secundo* inter ipsas oblationes recipiendas faciebant distinctionem. Nam ex vetustissima consuetudine illæ duntaxat res offerebantur ad altare, quæ ministerio altaris erant congruentes. Hanc in rem diuersi canones inter sic dictos canones apostolicos habentur. Vnus sic præcipit [d]: *Si quis episcopus aut presbyter præter a domino factam de sacrificio constitutionem, offerat super altare Dei alia quædam, seu mel, seu lac, seu pro vino siceram, seu confecta, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina; contra constitutionem faciens deponatur.* Alius [e]: *Exceptis, tempore opportuno, nouis granis siue spicis, siue vuis, non sit licitum offerri aliquid ad altare, nisi oleum ad luminaria & thymiama, id est incensum, tempore, quo sancta celebratur oblatio.* Rursus alius [f]: *Reliqui omnes fructus ad domum, primitiæ episcopo & presbyteris, dirigantur nec offerantur in altari. Certum est autem, quod episcopus & presbyteri diuidant & diaconis & reliquis clericis.* Nonnulli canones *Africani* eiusdem argumenti sunt. Concilium *Carthaginense* tertium statuit [g], *Vt in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam ipse dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Nec amplius in sacrificiis* (al. in primitiis) *offeratur, quam de vuis & frumentis.* Canonum *Africanorum* collectio *Græca* & *Latina* [h] hunc canonem paullo pleniorem his verbis exhibet: *Vt in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse dominus tradidit, hoc*

(d) Canon. apostol. c. II. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν ὑπὸ κυρίου διάταξιν, τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ τοῦ Θεοῦ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἐπιτηδευτὰ, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω.

(e) Can. IV. τῷ καιρῷ τῷ δέοντι, πλὴν νέων χίδρων, ἢ στάχυας σίτου, ἢ σταφυλῆς, μὴ ἐξὸν ἔστω προσάγεσθαί τι πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἔλαιον εἰς τὴν ἁγίαν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς θείας ἀναφορᾶς.

(f) Can. V. ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον· δῆλον δὲ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι καὶ τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

(g) Concil. Carth. III. c. XXIV.

(h) Cod. canon. African. can. XXXVII. ap. Grab. tom. I. p. 503. (apud Labbeum tom. II. p. 1068.) Ἵνα ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος

est

est panis & vinum aqua mixtum. Primitiæ vero, seu mel & lac, quod vno die solemnissimo in infantum mysterio solet offerri, quamuis in altari offerantur, suam tamen propriam habeant benedictionem, vt a sacramento dominici corporis & sanguinis distinguantur. Nec amplius in primitiis offeratur, quam de vuis & frumentis. Heic videmus, solum lac & mel offerri debuisse vno die solemnissimo, hoc est sabbato magno, siue die pascha proxime antecedente, quod solemnissimum baptizandi tempus erat; idque in mysterio infantium, hoc est recens baptizatorum, qui infantes sensu quodam mystico a noua natiuitate dici solebant in ecclesiis *Africanis:* Moris enim erat, statim post baptismum particulam mellis ac lactis eis dare, vti libro quodam præcedente [*i*] ostendimus. Et idcirco ob hoc infantium mysterium oblatio mellis & lactis heic fieri permittitur, quæ offerri & consecrari peculiari cum benedictione debebat, ne in locum eucharistiæ venire crederetur. Neque aliæ primitiæ ad altare offerri permittuntur, nisi de vuis & frumentis, vtpote elementis panis & vini, ex quibus eucharistia sumi solebat. Concilii *Trullani* tempore mellis & lactis oblatio ad altare vniuersaliter [*k*] vetita erat. Primitiarum autem de vuis oblatio adhuc erat licita; tantum, quum in diuersis ecclesiis ex quadam, quæ inualuerat, consuetudine, ministri, eas in eodem sacrificio eucharistiæ iungentes, vtraque simul populo distribuerent, regula codicis *Africani* renouabatur & decernebatur [*l*], vt vuæ seorsum consecrarentur, & petentibus seorsum impertirentur in ecclesia. In-

τοῦ κυρίου προσενεχθείη, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος παρέδωκε· τοῦτ' ἔστιν ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου· ἀπαρχὴ δὲ εἴτε μέλι, εἴτε γάλα, ὡς εἴωθε, προσφέρεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐθίμῳ εἰς τὸ τῶν νηπίων μυστήριον· εἰ καὶ ἐπὶ τὰ μάλιστα γάλα ἐν θυσιαστηρίῳ προσφέρεται, ὅμως ἰδίαν ἐχέτω κυρίαν εὐλογίαν, ὡς ἐκ τοῦ ἁγιάσματος τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ αἵματος διΐστασθαι· μηδὲν δὲ πλέον ἐν ταῖς ἀπαρχαῖς προσφερέσθω, ἢ ἀπὸ σταφυλῶν καὶ σίτου.

(*i*) Lib. XII. c. IV. §. VI. volum. IV. p. 390.

(*k*) Concil. Trull. c. LVII. ὅτι οὐ χρὴ ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις μέλι καὶ γάλα προσφέρεσθαι. *Quod ad altare mel & lac offerre non oportet.*

(*l*) Ibid. can. XXVIII. ἐπειδὴ ἐν διαφόροις ἐκκλησίαις μεμαθήκαμεν, σταφυλῆς ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφερομένης κατά τι κρατῆσαν ἔθος, τοὺς λειτουργοὺς ταύτην τῇ ἀναιμάκτῳ τῆς προσφορᾶς θυσίᾳ συνάπτοντας, οὕτως ἅμα τῷ λαῷ διανέμειν ἀμφότερα, συνείδομεν, ὡς μηκέτι τοῦτό τινα τῶν ἱερωμένων ποιεῖν· ἀλλ' εἰς ζωοποίησιν καὶ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν τῷ λαῷ τῆς προσφορᾶς μόνης μεταδιδόναι· ὡς ἀπαρχὴν

terim obſeruare poſſumus, in aliis eccleſiis non ſolum primitias vuæ & frumenti, ſed res alias omnes, ad quas populus offerendas ſponte ſua ferebatur, ſiue pecuniam ſiue ſimilia dona, ad altare recipi conſueuiſſe. Nam in *Gallia* concilium primum *Aurelianenſe* canonem [m] fecit, quo dimidia harum oblationum pars epiſcopo conferri & reliquum inter clericos diſtribui iubetur. At vero a WALAFRIDO STRABONE [n] tamquam magna ſuperſtitio in eccleſia *Romana* reprehenditur, quod agnum offerre & conſecrare, eiuſque carnes edere conſueuerint, obtextu reuerentiæ agni Dei immaculati, pro mundi peccatis occiſi.

δὲ τὴν τῆς σταφυλῆς λογιζομένους προσένεξιν, ἰδικῶς τοὺς ἱερεῖς εὐλογοῦντας τοῖς αἰτοῦσι ταύτης μεταδιδόναι πρὸς τὴν τοῦ δοτῆρος τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν. Quoniam in diuerſis eccleſiis intelleximus, vua ad altare adlata, ex quadam, quæ inualuit, conſuetudine, miniſtros hanc incruento oblationis ſacrificio coniungentes, vtraque ſimul populo diſtribuere: decernimus, vt nullus ſacerdos hoc amplius faciat: ſed ad viuificationem & peccatorum remiſſionem ſolam oblationem populo impertiat: tamquam primitias autem vuæ allationem exiſtimantes, ſacerdotes eam ſeorſum benedicentes, petentibus impertire ad fructuum datoris gratiarum actionem, cetera.

(*m*) Concil. Aurel. I. c. XVI. (can. XIV. ap. Labb. tom. IV. p. 1407.) Antiquos canones relegentes priora ſtatuta credimus renouanda, vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem ſibi epiſcopus vindicet, & medietatem diſpenſandam ſibi ſecundum gradus clerus accipiat, prædiis de omni commoditate in epiſcoporum poteſtate durantibus. Can. XVII. (can. XV.) De his quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis atque peculiis, quæcumque fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in epiſcopi poteſtate conſiſtant. De his tamen, quæ in altario acceſſerint, tertia fideliter epiſcopis deferatur.

(*n*) Strabo de rebus eccleſ. c. XVIII. Vnde quorumdam ſimplicium error, de iudaicarum ſuperſtitionum ſeminario natus, & ad noſtra vſque tempora quædam vetuſtatis extendens veſtigia, iam ex magna parte ſapientium ſtudio compreſſus eſt. Et ſicubi adhuc perniciosæ huius peſtis germen reuireſcere fuerit comprobatum, mucrone ſpirituali radicitus eſt amputandum: Illum dico errorem, quo quidam agni carnes in paſcha, iuxta vel ſub altari eas ponentes, benedictione propria conſecrabant, & in ipſa reſurrectionis die, ante ceteros corporales cibos de ipſis carnibus percipiebant. Cuius benedictionis ſeries adhuc a multis habetur. Quod quam ſit ſuperuacuum, & a ſacramentis chriſtianæ perfectionis abhorrens, facile perſpicit, qui veraciter intelligit, quod paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & vult epulari non in fermento veteri, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.

DuPinius etiam dicit, exſtare huius conſuetudinis exemplum in vita *S. Vldarici* & *Ratramnum* atque *Aeneam Pariſienſem* in defenſionem illius ſcripſiſſe contra *Photium*, addit autem, non in omnibus eccleſiis *Latinis* hoc

PHO-

PHOTIVS hanc incusationem paululum auget, illisque obiectat, quod eum vna cum corpore *CHRISTI* super altare offerat, & benedicant. Verum hoc communiter [*o*] dicitur esse istius rei exaggeratio, adeoque a BONA tamquam putidum mendacium reiicitur. Factum tamen eatenus fatetur, vti a STRABONE narratur, quia in vetere *ordine Romano* talis formula consecrandi agnum pro die paschatis exstat, præsenti ipsorum praxi consentanea. Modo STRABONEM carpit, quod nimio zelo hunc ritum tamquam superstitiosum & erroneum reprehendat, nec videre se, ait, cur adeo acerbe morem antiquissimum insectetur. Ex quibus perspicimus, quam propensus BONA fuerit ad defendendas superstitiones, quæ in ecclesiam, cui addictus ipse erat, sine vllo fundamento in praxi antiqua, irrepserunt.

fuisse approbatum. Verba eius in *Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques tom. VII. p. 112.* ita habent: *Valafride Strabon remarque, qu'il y avoit quelques personnes simples, qui consacroient & offroient un Agneau a la Fête de Pâque. On voit un exemple de cet usage dans la vie de saint Udaric; & l'on trouve dans l'Ordre Romain une Priere pour la Benediction de l'Agneau le jour de Pâque: mais ce n'etoit pas un usage commun & autorisé dans toutes les Eglises Latines. Il y a beaucoup plus de raisonnement dans l'Ouvrage de Ratramne, que dans celui d'Aenée, qui n'est presque qu'un Recueil de passages sur les questions proposées.*

(*o*) Nicolai papæ epist. ap. Bar. ad ann. DCCCLXVII. num. LIII. tom. X. p. 356. Mentiuntur quoque, nos, sicuti per alia ipsorum scripta indicatur, agnum in pascha more Iudæorum super altare cum dominico corpore benedicere & offerre.

Bona rer. liturgic. lib. II. c. VIII. n. V. Inter calumnias aduersus ecclesiam Romanam, quas Photius Bulgariæ regi, hic Romano pontifici Nicolao misit, vna hæc fuit, quod in paschate more iudaico agnum super altare simul cum dominico corpore offerret & benediceret. Sed hoc putidum mendacium est: quamuis enim Romana ecclesia agni carnibus sacerdotalem benedictionem impertiri soleret; non eas tamen aut super altare collocabat, aut simul cum Christi corpore offerebat seu benedicebat. Exstat agni benedictio pro die resurrectionis in ordine Romano, ipsa enim die agni carnes sacerdotali benedictione sanctificatas fideles comedebant ob reuerentiam Christi agni immaculati pro nobis occisi: idque olim in eius figuram domino præcipiente constituit Moyses, tamquam præcipuam iudaici paschatis cærimoniam. Nimio zelo hunc ritum tamquam superstitiosum & erroneum Walfridus Strabo reprehendit, nec video, cur adeo acerbe morem antiquissimum ab ecclesia approbatum & hodie adhuc vigentem insectetur, cetera.

§. IV.

Nomina eorum, qui grauioris alicuius pretii munera offerebant, ad altare recitata.

SED progredimur in consideranda veteris ecclesiæ praxi, & obseruamus *tertio*, quod, receptis oblationibus, multis in locis nomina offerentium recitari solita sint, vt eorum commemoratio precesque ac laudes de illis Deo ad altare fieri possent. Habuimus iam occasionem de hac consuetudine [*] non nihil disserendi ex CYPRIANO [p] & HIERONYMO [q], vbi de diaconis verba fecimus, quorum erat nomina offerentium recitare. Hisce iam alia quædam testimonia ex his ipsis & aliis scriptoribus subiungemus. CYPRIANVS in epistola quadam ad ecclesias *Numidiæ*, agens de stipe, quæ cleri & plebis *Carthaginensis* collatione pro illis collecta erat, ita scribit [r]: *Vt fratres nostros ac sorores, qui ad hoc opus tam necessarium promte ac libenter operati sunt, vt semper operentur, in mente habeatis in orationibus vestris, & eis vicem boni operis in sacrificiis & precibus repræsentetis, subdidi nomina singulorum; sed & collegarum quoque & consacerdotum nostrorum, qui & ipsi, quum præsentes essent, & suo, & plebis suæ nomine quædam pro viribus contulerunt, nomina addidi, & præter quantitatem propriam nostram, eorum quoque summulas significaui & misi: quorum omnium, secundum quod fides & caritas exigit, in orationibus & precibus vestris meminisse debetis.* HIERONYMVS [s] alio loco hac de re ita loquitur: *Nunc publice recitantur offerentium nomina, & redemtio peccatorum mutatur in laudem: nec meminerunt viduæ illius in euangelio, quæ in gazophylacium duo æra mittendo omnium diuitum vicit donaria.* Sunt [t], qui HIERONYMVM in hanc ecclesiæ consuetudinem animaduertere putant, quasi oblatæ summæ commemorationem improbet, quam sine dubio corruptionem esse, dicunt. At enim vero HIERONYMI mentem minus recte capiunt. Non enim ecclesiæ consuetudinem, sed praxin repre-

(*) Lib. II. c. XX. §. V. vol. I. p. 302. 303.

(*p*) Cypr. epist. IX. al. XVII. ibid.

(*q*) Hieron. commentar. in Ezech. ibid. & subsequente litt. (n).

(*r*) Cyprian. epist. LX. al. LXII. ad episcopos Numidas p. 147. (p. 274. edit. Fell. Amstelod. MDCC.)

(*s*) Hieron. in Ierem. XI. lib. II. p. 354.

(*t*) Comber *of liturgies* p. 196.

hen-

hendit eorum, qui ex oſtentatione & vanæ gloriæ ſtudio dabant; & qui alios opprimebant per potentiam, vel furta committebant, famam & exiſtimationem ſibi conciliare ſtudebant, de multis male partis bonis parua tribuendo pauperibus; placentes ſibi ad plauſum populi torquente conſcientia, vt alibi [u] rem exprimit. Meminiſſe eos debere dicit viduæ illius in euangelio, cuius duo teruncii acceptius Deo ſacrificium fuerint, quam maxima munera iniuſtitiæ, quæ ipſi offerre Deo poſſint. Ita non damnat recitationem nominum largitorum tamquam corruptelam, ſed priuatos tantum abuſus, ex vitio hominum iſtam recitationem comitatos. CHRYSOSTOMVS [x] & auctor *conſtitutionum* [y] nonnulla habent, quæ ad hanc conſuetudinem reſpiciunt, quorum hic epiſcopum iubet dicere inopibus, quis dederit, vt nominatim quoque pro eo precentur. Et COTELERIVS [z] ſimilem locum in actis *Cæciliani* & *Felicis* obſeruauit, vbi verba ſic habent: *Vtique vel audiſti vel vidiſti, ſi dictum eſt pauperibus, Dat & vobis de re ſua Lucilla.* Oblationibus ita populo monſtratis, nominibuſque offerentium recitatis, quibuſdam in locis preces commendatitiæ fieri ſolebant, inſtar oblationis ad Deum, preces illas euchariſticas, quæ conſecrationi euchariſtiæ erant adſignatæ, antecedentis. Hoc ex epiſtola INNOCENTII epiſcopi *Romani* [a] ad *Decentium* epiſcopum *Eugubienſem* colligi poteſt, vbi ſic ſcribit: *De nominibus recitandis, antequam preces ſacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quam ſuperfluum ſit, & ipſe per tuam prudentiam recognoſcis, vt vnius hoſtiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen inſinues, quamuis illi incognitum ſit nihil. Prius ergo*

(u) Hieron. in Ezech. XVIII. Multos conſpicimus, qui opprimunt per potentiam, vel furta committunt, vt de multis parua pauperibus tribuant, & in ſuis ſceleribus glorientur, publiceque diaconus in eccleſia recitet offerentium nomina: Tantum offert ille, tantum ille pollicitus eſt; placentque ſibi ad plauſum populi torquente conſcientia.

(x) Chryſoſt. homil. XVIII. in act. p. 175. (p. 173. edit. Francof.) εὐχαὶ ἐκεῖ διηνεκεῖς διά σε· προσφορὰ καθ' ἑκάστην. *Preces illic perpetuæ propter te, oblatio per ſingulos dies dominicos.*

(y) Conſtit. lib. III. c. IV. λέγε δὲ αὐτοῖς, καὶ τίς ὁ δεδωκώς, ἵνα καὶ ἐξ ὀνόματος ὑπὲρ αὐτοῦ προσεύχωνται.

(z) Geſta purgat. Cæciliani & Felic. (ad calcem Optati p. 95.)

(a) Innocent. epiſt. I. ad Decent. c. II.

oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes, edicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, vt ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus. An vero in omnibus eccleſiis iſtiuſmodi diſtincta rerum creatarum oblatio facta ſit, non ita liquet, quia alii ſcriptores, IVSTINVS MARTYR, IRENAEVS & auctor *conſtitutionum* hac de re nihil dicunt.

§. V.

Elementa euchariſtiæ e populi oblationibus ſumi ſolita, adeoque nullus vſus ſic dictarum hoſtiarum ſiue azymorum.

QVARTO obſeruandum in hoc caput eſt, quod, quoad populus panem ac vinum obtulerit, elementa in vſum euchariſtiæ de illis ſumi conſueuerint; & conſequenter iſte panis communis panis fermentatus fuerit, aliis occaſionibus adhiberi ſolitus; & quod ſic dictarum hoſtiarum, ſiue azymorum vſus ad vndecimum vſque vel duodecimum ſæculum, vbi oblationes populi de communi pane ceſſare occipiebant, in eccleſia fuerit incognitus. Id paradoxum videbitur omnibus, qui non longius, quam ad ſcholaſticos retroſpiciunt, eorumque tantum diſputationes legunt cum *Græcis* de pane fermentato & azymo, quæ ab vtraque parte ſatis feruide agitatæ ſunt, & parum veri in ſe habent: Vt ſolent iſtiuſmodi controuerſiæ in fumos euaneſcere & in acerbis ac falſis deſinere criminationibus. *Græci* enim *Latinos Azymitas* propter azymorum conſecrationem vocabant, & *Latini* ab altera parte *Græcos* incuſabant, quod ab exemplo *CHRISTI* deflecterent & veteris eccleſiæ conſuetudine. Non recenſebimus ſingula vtriuſque partis argumenta, quæ non ſunt huius loci; ſed id lectorem modo monebimus, quod hodie prudentiſſimi & eruditiſſimi viri in eccleſia *Romanenſi*, qui in hanc materiam ſtudioſius exactiuſque inquiſiuerunt, ſcholaſticos deſerere conſultum ducant, & contendant, quod vniuerſa eccleſia primitiua, & ipſa adeo *Romana* eccleſia, per plura ſæcula euchariſtiam non niſi in communi & fermentato pane conſecrarit. Primus, qui glaciem ſcindere, & ſcholaſticos inter ſe committere auſus eſt, LATINVS LATINIVS eſt, in epiſtola quadam ad ANTONIVM AVGVSTINVM. Poſt eum SIRMONDVS peculiarem hac de re diſquiſitionem

con-

conſcripſit, quem ſequutus eſt & commendauit BONA [*b*], qui ad hanc ſtabiliendam opinionem longam habet diſſertationem, in qua præiudicatas opiniones falſaſque argumentationes *Thomæ Aquinatis* & reliquorum ſcholaſticorum profligat. Et licet CHRISTIANVS LVPVS [*c*] omnibus viribus communem opinionem contra SIRMONDVM defendere adgreſſus ſit; eius tamen argumenta nullius ponderis ſunt SCHELSTRATO & [*d*] PAGIO, qui poſitioni BONAE AC SIRMONDI, tamquam iuſtiſſimis ſuffultæ rationibus, facile adſtipulantur. Præcipuum ſcholaſticorum argumentum nullo modo ſtringit, quod primitiua eccleſia exemplum ſequuta ſit *CHRISTI*, qui vltimam cœnam cum pane azymo celebrauerit. Hoc enim duntaxat ob rationem paſchatis factum erat, vbi non niſi panis azymus inter eos adhiberi poterat. Poſt reſurrectionem ſine dubio in pane fermentato celebrauit, videlicet qualis omnibus temporibus, excepto tempore paſchatis, in communi fuit vſu. Eccleſiam autem ſemper communem adhibuiſſe panem e ſequentibus argumentis liquet. 1.) Quia elementa ex oblationibus plerumque ſumta ſunt populi, qui ſine dubio communem, panem & vinum obtulit. 2.) Ab EPIPHANIO [*e*] tamquam peculiaris *Ebionitarum* ritus notatur, quod in euchariſtia panes azymos & meram

(*b*) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XXIII. tot.

(*c*) Lup. not. in concil. Tom. III. p. 686.

(*d*) Pagi Critic. in Baron. an. CCCXIII. n. XV. (XVIII.) Schelſtratius ſollicite inquirit, cur iis in decretis (Melchiadis & Siricii conf. ſub litt. (h)) tam obſcure agatur de euchariſtia, vt diuinari quaſi oportuerit, an per *fermentum* corporis & ſanguinis Chriſti ſacramenta intelligerentur. Potuiſſent enim ſummi pontifices claris verbis decernere, euchariſtiam, quia fermenti inſtar fidelium vnionem fouet, ex conſecrata epiſcopi ad abſentes presbyteros tranſmitti debere. Verum nihil horum, nec Melchiades nec Siricius dicunt, ſed ſub fermenti nomine totum ſacramentum comprehendunt. Neque ipſemet populus aliud quam fermenti nomen ſacris donis tribuebat. Horum rationem ex diſciplina arcani & occultatione ſacrorum myſteriorum, quæ per quinque priora eccleſiæ ſæcula in vſu fuit, Romani pontifices in decretis, quam fideles in colloquiis, ſacramenta euchariſtiæ ſub fermenti nomine occultarint. Vid. Schelſtrat. diſciplinæ arcanæ c. VII. part. V.

(*e*) Epiphan. hæreſ. XXX. Ebionit. n. XVI. *μυστήρια δὲ δῆθεν τελοῦσι κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν* διὰ ἀζύμων, *καὶ τὸ ἄλλο μέρος τοῦ μυστηρίου δι' ὕδατος μόνου.* *Ex eccleſiæ imitatione myſteria quædam quotannis celebrant, in quibus panes azymos & ad alteram myſterii partem veram aquam adhibent.*

aquam adhibeant; Id quod ecclesiam secus fecisse manifesto arguit. 3.) Veteres disertis verbis panem suum communem panem fuisse dicunt, talem, quem in suos ipsorum vsus [f] alias facere consueuerint. Quam in rem historia notatu digna habetur in vita GREGORII MAGNI [g] de quadam femina, quæ, quum ei eucharistiam daret *Gregorius*, cum vsitata verborum formula, *Corpus domini nostri Iesu Christi conseruet animam tuam*, subriserit, & *Gregorio*, huius rei caussam sciscitanti, responderit: *Quia panem, quem propriis manibus me fecisse cognoueram, tu corpus dominicum perhibebas.* 4.) Veteres de panis azymi vsu in ecclesia plane silent. Sæpius autem de fermentato pane loquuntur, & eucharistia interdum hoc intuitu vocatur *fermentum.* Vti ex *libro pontificali* in vitis MELCHIADIS & SIRICII & ex epistola quadam INNOCENTII apparet, vbi hic ait: *Presbyteri, FERMENTVM a nobis confectum per acolythos accipiunt, vt se a nostra communione, maxime illo die, non iudicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt SACRAMENTA.* Quod heic vocatur fermentum confectum, a BARONIO aliisque, qui scholasticorum vestigiis insistunt, exponitur de eulogia, siue pane benedicto in vsum eorum, qui non communicabant. Verum INNOCENTIVS clare dicit, de sacramento se id intelligere, quod ab episcopo consecrabatur & mittebatur presbyteris in vsum minorum ecclesiarum. Ex quo discimus, in ipsa vrbe *Roma* eucharistiam tunc temporis in commu-

(*f*) Ambros. de sacram. lib. IV. c. IV. Tu forte dicis, Meus panis est *vsitatus*, cetera.

(*g*) Gregor. Vita lib. II. c. XLI. Matrona quædam beato Gregorio per stationes publicas missarum solemnia celebranti, solitas oblationes obtulerat. Cui post mysteria traditurus, quum diceret: Corpus domini nostri I. C. conseruet animam tuam: lasciua subrisit. Ille continuo dexteram ab eius ore conuertens, partem illum dominici corporis super altare deposuit. Expletis vero missarum solemniis, matronam coram populo inquisiuit, quam ob rem corpus dominicum susceptura ridere præsumserit. At illa diu mussitans, tandem prorupit, quia *panem*, inquiens, *quem propriis manibus me fecisse* cognoram, tu corpus dominicum perhibebas.

(*h*) Pontifical. vit. Melchiadis. Hic fecit, vt oblationes consecratæ per ecclesias ex consecrata episcopi dirigerentur, quod declaratur *fermentum.* Id. Vit. Siricii. Hic constituit, vt nullus presbyter missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum episcopi loci designati susciperet declaratam, quod nominatur *fermentum.*

ni ſiue fermentato pane eſſe conſecratam. 4.) Obſeruatu dignum eſt, nec PHOTIVM nec alium quempiam ſcriptorem *Græcum* ante *Michaëlem Cerularium*, an. MLI. vſum panis azymi eccleſiæ *Romanæ* obiectaſſe: Id quod arguit, illius vſum non niſi circa illam tempeſtatem inualuiſſe; alioquin dubium non eſt, quin PHOTIVS inter alia & hoc eis daturus fuiſſet vitio. Hæc argumenta rem extra omnem ponunt controuerſiam, eccleſiam per mille annorum decurſum non alium niſi fermentatum panem in euchariſtia adhibuiſſe. Quomodo autem mutatio facta ſit & quando, non facile ad determinandum eſt. Coniectura autem BONAE valde probabilis eſt, quod, quum populus vel panem non offerret vel minus aptum ad euchariſtiam, ſenſim factum ſit, vt ad exiguam quantitatem idem panis redigeretur, eiuſque conficiendi cura ad ſacerdotes & clericos pertineret, qui, quum panis azymus facilius pararetur, hunc fermentato ſubſtituerint, & pani communi, qui frangi poterat, tenuem oblatam, artificioſe factam formatamque in modum denarii, vt denarii illi, (quemadmodum nonnulli iſtius æui ſcriptores [i] aiunt) repræſentarentur, pro quibus dominus noſter traditus eſt. Vnde poſtea quoque populus pro oblatione farinæ denarios offerre iuſſus ſit, qui denarii in vſum pauperum ceſſerint, vel in aliquid, quod ad ſacrificium altaris pertineret. Hæc breuis hiſtoria eſt grandis mutationis ſenſim factæ in re per ſe parui momenti, ſi tantummodo quæſtionem ſpectes de vſu panis fermentati & azymi. Nam res plane indifferens eſt in ſe, vter adhibeatur, quoad in eccleſia conſervetur pax: Verum ſuborientibus & progredientibus certami-

(i) Honor. gemma animæ lib. I. c. LXVI. (apud Bonam lib. I. c. XXIII. §. XXIX.) Fertur, quod olim ſacerdotes a ſingulis domibus & familiis farinam accipiebant, quod adhuc Græci ſeruant, & inde dominicum panem faciebant, & quem pro populo offerebant, & hunc conſecratum eis diſtribuebant. Poſtquam autem eccleſia numero quidem augebatur, ſed ſanctitate minuebatur, propter carnales ſtatutum eſt, vt, qui poſſint, ſingulis dominicis, vel tertia dominica, vel ſummis feſtiuitatibus, vel ter in anno communicarent. Et quia populo non communicante, non erat neceſſe panem tam magnum fieri, ſtatutum eſt, eum in modum denarii formari vel fieri; & vt populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus traditum dominum recognoſcerent, qui tamen denarii in vſum pauperum, qui membra ſunt Chriſti, cederent, vel in aliud, quod ad hoc ſacrificium pertinet.

nibus non erat res leuis: nam inter ecclesiam Orientalem & Occidentalem, facta de ea est disceptatio, & ecclesia Occidentalis adeo in extremum incidit, vt fere naturam elementi sacramentalis perdiderit, rem, quæ panis vix dici poterat, substituendo in locum communis alimenti, quod dominus corporis sui repræsentationem in eucharistia esse iussit.

§. VI.

Vsus oblatarum siue hostiarum loco panis in prima origine sua damnatus.

NON defuerunt in obscuro sæculo viri prudentes & docti, qui de isto abusu, simul ac introduci cœptus esset, querelam ederent. Nam BERNOLDVS, doctus presbyter *Constantiæ*, circa annum MLXXXIX librum scripsit de *ordine Romano*, in quo in hasce hostias reticulatas, siue oblatas numularias, ita animadvertit: *Manifestum est, cuius mensuræ vel formæ debeant esse sacerdotum oblatæ, quæ ex pugillo similæ fieri iubentur, & ad speciem coronæ, quod est tertam panis offerre. Mensura pugilli minima est omnium mensurarum, vnde possit panis fieri, quæ scilicet mensura legitimo iure constituitur sacerdotibus ad ministerium altaris. Quod si minor mensura quam pugillus non inuenitur in tota serie & veteris & noui testamenti, & si nihil omnino debet fieri intra vel extra templum domini absque mensura & ratione, videntur oblatarum minutiæ* [k] *ad Christum & ecclesiam nihil pertinere, quia sunt absque mensura & ratione.* Hic auctor paullo audacior & liberior in reprehendendis corruptelis ac abusibus ecclesiæ *Romanensis* fuit, vt adeo iste eius liber lucem numquam viderit. TRITHEMIVS [l] autem eius cum laude meminit, ad vtilitatem ecclesiasticam compositum eum esse, adfirmans. CASSANDER vidit eum manuscriptum, & hoc inde fragmentum in *liturgicis suis* publicauit [m]; in quo acerbio-

(*k*) Bernold. de ordine Romano ap. Cassandrum in liturgicis c. XXVII.

(*l*) Trithem. de scriptor. eccles. fol. 66. (fol. 51. b. edit. Basil. MCCCCXCIV. fol.) Bernoldus presbyter ecclesiæ Constantiensis in Sueuia natione Teutonicus, vir deuotus & in scripturis sanctis studiosus & eruditus - - Hic ad vtilitatem ecclesiasticæ reipublicæ composuisse dicitur volumen, quod prænotauit: Ordinem Romanum.

(*m*) Cassand. liturgic. X. c. XXVII. Plura ab eodem auctore alioquin prudenti, pio & ecclesiasticarum traditionum studiosissimo in eam sententiam dicuntur, qui indignissime tulisse videtur, ætate sua in quibusdam ecclesiis oblatas panis, quæ prisca ecclesiæ consuetudine ad vsum sacrificii ad mensam do-

ribus

ribus dictis corruptionem ac vanitatem istius ætatis insectatur, quod, relicta veteri consuetudine, inuexerint tenuissimam & leuissimam panis formam, a veri panis specie alienam, & imaginarium potius & vmbratilem, quam veri nominis panem nuncupandum. Quæ iusta querela ex CASSANDRO non tantum a VOSSIO [n] sed a BONA [o] etiam in animaduersionibus suis in hanc minime excusandam mutationem repetitur. Sunt nihilo minus tamen, qui antiquitatem huic praxi tribuant. DVRANTVS [p] hunc panem tessellatum in EPIPHANIO reperisse sibi videtur, quia illi panis dicatur *ἄρτος στρογγυλοειδὴς καὶ ἀναίσθητος* [q], hoc est, vt illi reddunt, *panis figuræ circularis adeoque exiguus, vt sensibus percipi vix queat.* Quum στρογγυλοειδὲς illud notet, quod circularis est figuræ, seu sphæricæ & rotundæ, vel potius teretis, sine vita seu sensu, qui tamen repræsentare eum possit, qui est ipsa vita, infinitus & incomprehensibilis. Quod quidem characteri panis eucharistici, ætate EPIPHANII visitati, conuenit, quando moris fuit rotundos & integros panes offerre, sed ad panem tessellatum recentiorum sæculorum nihil attinet. DVRANTVS porro vrget testimonium GREGORII MAGNI [r], qui oblationes vocat *oblationum coronas*; vnde in-

mini a populo fideli offerebantur, ad imaginem numorum & ad tenuissimam quamdam & leuissimam formam a veri panis specie alienam fuisse redactos: quare per contemtum minutias numulariarum oblatarum appellat, imaginariam & vmbratilem leuitatem illis tribuit, & indignas esse panis vocabulo pro sua tenuitate, ac propter eas officium atque religionem ecclesiastici officii multum per omnem modum confundi adserit, pluribusque & acerbioribus dictis eas insectatur, quæ omnia vt adscribam, expedire hoc loco non putaui.

(n) Voss. thes. theol. de symbolis cœnæ domin. p. 441. (p. 263. edit. Hagæ Comit. MDCLVIII. 4to.)

(o) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XXIII. §. XI. edit. Par. MDCLXXII. 4to (§. XIX. p. 279. a. in oper. Antuerp. MDCCXXIII. fol.)

(p) Durant. de ritibus lib. II. c. XXXVIII. n. 6. Panis consecrandus in modum denarii formari consueuit. - - Epiphanius quoque in anchorato, loquens de pane sacramentali ait: *Videmus, quod neque par, neque simile id sit, vel incarnatæ imagini, vel inuisibili deitati, vel etiam membrorum lineamentis: nam istud rotundæ formæ est.*

(q) Epiphan. anchorat. n. LVII. *ὁρῶμεν ὅτι οὐκ ἴσον ἐστιν, οὐδὲ ὅμοιον, οὐ τῇ ἐνσάρκῳ εἰκόνι, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, οὐ τοῖς χαρακτῆρσι τῶν μελῶν· τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγυλοειδὲς καὶ ἀναίσθητον, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν.*

(r) Gregor. dialog. lib. IV. c. LV. Duas secum *oblationum coronas* detulit. cetera.

ferre

ferre quidem poſſumus, panes fuiſſe rotundos, neque vero ſimul idcirco oblatas numularias, ſiue hoſtias, niſi rem quamcumque rotundam oblatam eſſe ſtatuamus. Addit quoque CHRYSOSTOMVM, ſed falſo ipſum adlegat; in *Græco* [*s*] enim nihil eius eſt, quod citat. Recte autem addi potuiſſet CAESARIVS, frater GREGORII NAZIANZENI [*t*], qui comparans naturale & ſacramentale corpus *CHRISTI*, illud ait artubus eſſe compoſitum, hoc rotundum: Et ISO monachus [*u*], qui oblationes vocat *rotulas panis*, ſine dubio a figuræ rotunditate: Et concilium decimum ſextum *Toletanum* [*x*], quod itidem de rotunditate loquitur. Enim vero, vt BONA recte obſeruat, hæc rotunditas rotundos quidem panes infert, non autem rotundas oblatas ſiue hoſtias; quarum nullus vſus, nulla cognitio priſcis temporibus fuit, quando panes communes adhibuerunt a populo oblatos, vel alioquin in hunc finem peculiariter præparatos; adhuc tamen panes ſolidos & integros, non minutias iſtas numularias; & fermentatos quidem, non azymos, quorum nullum indicium per mille, & quod excurrit, annos in vllo ſcriptore inuenitur, quemadmodum doctiſſimus ille cardinalis ſine vlla exceptione demonſtrauit, cuius potiſſimum diligentiæ illuſtrationem huius materiæ, in curioſa iſta diſſertatione de hoc argumento, debemus.

(*s*) Chryſoſt. hom. LXXXIII. in Matth. citante Duranto l. c. Qua igitur re mundiorem eſſe non oportet eum, qui huic ſacrificio participaturus eſt? Quos radios ſolares non deberet excedere manus illa, quæ hanc *coronam* pertractat.

(*t*) Cæſar. dialog. III. quæſt. CLXIX. (bibliothec. patr. max. tom. V. p. 797. f. ed. Lugdun. MDCLXXVII.) Eſtque hoc quidem artibus compoſitum, incedendi vim habens & agendi: illud autem *rotundum*, non articulatum, inanimatum, ſanguine carens, immobile &c.

(*u*) Iſo de miraculis S. Othomari c. III.

(*x*) Concil. Tolet. XVI. c. VI. Ad conuentus noſtri agnitionem delatum eſt, quod in quibuſdam Hiſpaniarum partibus quidam ſacerdotum partim neſcientia impliciti, partim temerario auſu prouocati, non panes mundos & ſtudio præparatos ſupra menſam domini in ſacrificio offerant, ſed paſſim quomodo vnumquemque aut neceſſitas impulerit, aut voluntas coëgerit, de panibus ſuis vſibus præparatis cruſtulam in *rotunditatem* auferant, eamque ſuper altare cum vino & aqua pro ſacro libamine offerant. Quod factum nequaquam in ſacræ auctoritatis hiſtoria vſpiam geſtum perpenditur.

§. VII.

§. VII.

Vinum aqua mixtum in veteri eccleſia communiter adhiberi ſolitum.

ALTERA euchariſtiæ pars ſemper vinum erat, idque itidem ex oblationibus populi ſumtum. Nonnulli de antiquis hæreticis obtentu abſtinentiæ ac temperantiæ hoc elementum in aquam mutabant & in ſola aqua conſecrabant. Erant illi e diſcipulis *Ebionis*, & quidem e ſectatoribus *Tatiani*, ab vſu aquæ *Hydroparaſtatæ* & *Aquarii*, & a perpetua abſtinentia a carne & vino *Encratitæ*, communiter appellitati. Sub hoc charactere ſæpius damnantur ab EPIPHANIO [*y*], qui eos vocat *Encratitas*, & ab AVGVSTINO [*z*] ſub nomine *Aquariorum*, nec non a THEODORETO [*a*], qui eos a *Tatiano* ortos & *Hydroparaſtatas* vocari dicit, quod aquam pro vino offerant; & *Encratitas*, quod nec vinum bibant, nec animatis veſcantur. CHRYSOSTOMVS [*b*] pernicioſam vocat hæreſin eorum, qui aqua in myſteriis vtantur, quum tamen dominus ad radicitus euellendam hanc hæreſin, quando hoc myſterium tradiderit, vinum tradiderit, etiam poſt reſurrectionem ſine myſteriis in ſimplici menſa vino vſus ſit. Idem in PHILASTRIO [*c*] legi poteſt, &

(*y*) Epiphan. hæreſ. XLVI. Encratit. n. XVI. *τὸ ἄλλο μέρος τοῦ μυστηρίου δι' ὕδατος μόνου [τελοῦσι]. ad alteram myſterii partem meram aquam adhibent.*

(*z*) Auguſtin. de hæreſ. cap. LXIV. Aquarii ex hoc appellati ſunt, quod aquam offerunt in poculo ſacramenti, non illud, quod omnis eccleſia.

(*a*) Theodoret. de fabulis hæretic. lib. I c. XX. *Τοῦτον (Τατιανὸν) ἔσχηκεν ἀρχηγὸν οἱ λεγόμενοι Ὑδροπαραστάται καὶ Ἐγκρατῖται· Ὑδροπαραστάται δὲ ὀνομάζονται, ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες· Ἐγκρατῖται δὲ, ὡς μήτε οἶνον πίνοντες, μήτε τῶν ἐμψύχων μεταλαμβάνοντες.*

(*b*) Chryſoſt. homil. LXXXIII. in Matth. p. 700. (p. 864. edit. Francof.) *τίνος ἕνεκεν οὐχ ὕδωρ ἔπιεν ἀναστὰς, ἀλλ' οἶνον; ἄλλην αἵρεσιν πονηρὰν πρόῤῥιζον ἀνασπῶν· ἐπειδὴ γάρ τινές εἰσιν ἐν τοῖς μυστηρίοις ὕδατι κεχρημένοι, δεικνὺς, ὅτι ἡνίκα τὰ μυστήρια παρέδωκεν, οἶνον παρέδωκε, καὶ ἡνίκα ἀναστὰς χωρὶς μυστηρίων ψιλὴν τράπεζαν παρετίθετο.*

(*c*) Philaſtr. de hæreſ. c. LXXVII. (cap. XXX. in biblioth. patr. tom. V. p. 709. edit. Lugd. MDCLXXVII.) Aquarii ſic dicti ſunt, qui in ſacramentis cæleſtibus offerunt tantum aquam, non illud, quod eccleſia catholica & apoſtolica facere conſueuit.

Irenæus lib. V. c. I. Reprobant hi (Ebionæi) commixtionem vini cæleſtis, & ſolam aquam ſæcularem volunt eſſe.

Clem. Alexandr. ſtromat. lib. I. p. 375. *Εἰσὶν οἱ καὶ ὕδωρ ψιλὸν εὐχαριστοῦσι, Sunt,*

multo ante in IRENAEO & CLEMENTE ALEXANDRINO, vt concilium *Trullanum* [*d*] aliosue recentiores scriptores ne memoremus. Obseruandum autem est, quod præter hosce aliud genus fuerit *Aquariorum*, qui vsum vini non reiecerint tamquam simpliciter illicitum in se, vel in eucharistia: nam in officio suo vespertino eucharistiam in vino consecrabant, non autem in conuentibus suis matutinis, metuentes, ne vini odore gentilibus proderentur. Longam de hisce narrationem habet CYPRIANVS in epistola quadam [*e*], contra illos potissimum scripta. Vnde etiam apparet, ecclesiæ morem tunc fuisse, vinum aqua mistum adhibere, ipseque pro vtriusque vsu contendit, vtpote necessario ex præcepto & exemplo *CHRISTI*; additque alias quasdam rationes, cur ita fieri debeat. *Videmus*, inquit [*f*], *in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem CHRISTI. Quando autem in calice vino aqua miscetur, CHRISTO populus adunatur & credentium plebs sanguini eius, in quem credit, copulatur & coniungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice domini, vt commixtio illa non possit ab inuicem separari. - - Sic autem in sanctificando calice domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest: nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine CHRISTO; quando autem vtrumque miscetur & adunatione confusa sibi inuicem copulatur, tunc sacramentum spirituale & cæleste perficitur.* Concilium *Carthaginense* tertium eamdem de neces-

qui sola aqua vtuntur in eucharistia. Id. pædag. lib. II. c. II. p. 186. ὅτι δὲ οἶνος ἦν τὸ εὐλογηθὲν, ἀπέδειξε πάλιν, πρὸς τοὺς μαθητὰς λέγων· Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης κ.τ.λ. - - Ταῦτα μὲν ἡμῖν καὶ πρὸς τοὺς Εγκρατητὰς καλουμένους παραπεπήχθω. *Quod vinum quidem esset, quod benedictum est, ostendit rursus, dicens discipulis:* Non bibo ex fructu vitis huius &c. - - *Hæc quidem nobis firma & fixa sint aduersus eos, qui dicuntur Encratitæ.*

(*d*) Concil. Trull. c. XXXII. τῆς δὲ πονηρᾶς τῶν Υδροπαραστατῶν αἱρέσεως παλαιᾶς ὑπαρχούσης, οἵ ἀντὶ οἴνου μόνῳ τῷ ὕδατι ἐν τῇ οἰκείᾳ θυσίᾳ κέχρηνται, κ.τ.λ. *Quum improba Hydroparastatarum, hoc est eorum, qui pro vino aquam offerebant, antiqua esset hæresis, cetera.* Vid. cod. Theodos. lib. XVI. titul. V. de hæreticis leg. VIII. - Quum præsertim nonnulli ex his *Encratitas*, Apotacticos, *Hydroparastatas*, vel Sarcoforos nominari se velint &c.

(*e*) Cyprian. ep. LXIII. ad Cæcilium tot. p. 276. seqq. edit. Fell. Amstelod.

(*f*) Ibid. p. 153. (p. 280. edit. Fell.)

sita-

ſitate aquæ opinionem fouiſſe videtur, quando, vt antea iam audiuimus; ſtatuit [g]: *Vt in ſacramentis corporis & ſanguinis domini nihil amplius offeratur, quam ipſe dominus tradidit, hoc eſt, panis & VINVM AQVA MIXTVM.* Et quando AVGVSTINVS huius concilii membrum fuit, idem ſenſiſſe exiſtimandus eſt. Antea memoratam quoque CYPRIANI epiſtolam cum approbatione [h] adlegat. GENNADIVS [i] duas huius conſuetudinis cauſſas adfert, alteram ab exemplo *CHRISTI*, alteram ab egreſſo ſanguine & aqua de latere eius petitam. Quæ vltima ratio ab AMBROSIO quoque datur, vel quiſquis librum de *ſacramentis* ſub eius nomine [k] ſcripſit: nec non a MARTINO [l], eccleſiæ *Bracarenſis* antiſtite, in *collectione canonum Græcorum.* Auctor epiſtolæ ad *Aegyptios*, qui ſub nomine IVLII pontificis *Romani* [m] latet, CYPRIANI inſiſtit rationibus, quod id fiat ad

(g) Concil. Carth. III. c. XXIV.

(h) Auguſtin. de doctrin. chriſtian. lib. IV. c. XXI. Beatus Cyprianus ſubmiſſo dicendi genere vtitur in eo libro, vbi de ſacramento calicis diſputat. Soluitur ibi quippe quæſtio, in qua quæritur, vtrum calix dominicus aquam ſolam, an eam vino mixtam debeat habere.

(i) Gennad. de eccleſ. dogmat. cap. LXXV. In euchariſtia non debet pura aqua offerri, vt quidam ſobrietatis falluntur imagine, ſed vinum aqua mixtum: quia & vinum fuit in redemtionis noſtro myſterio, cum dixit, Non bibam a modo de hoc genimine vitis, & aqua mixtum, quod poſt cœnam dabatur, ſed & de latere eius lancea perfoſſo aqua cum ſanguine egreſſa &c.

(k) Ambroſ. de ſacram. lib. V. c. I. Tetigit petram, & petra vndam maximam fudit, ſicut apoſtolus ait: *Bibebant autem de conſequenti eos petra: petra autem erat Chriſtus.* Non immobilis petra, quæ populum ſequebatur. Et tu bibe, vt te Chriſtus ſequatur. - - Tangit ſacerdos calicem, redundat aqua in calice ſalute in vitam æternam, & bibit populus Dei, quæ Dei gratiam conſequutus eſt. Didiciſti ergo hoc. Accipe & aliud: In tempore dominicæ paſſionis, quum ſabbatum magnum inſtaret, quia pendebat dominus noſter Ieſus Chriſtus inter latrones, miſſi ſunt, qui percuterent eum, venientes autem inuenerunt defunctum dominum Ieſum Chriſtum; tunc vnus de militibus lancea latus eius aperuit, & de latere eius aqua fluxit & ſanguis. Quare aqua? quare ſanguis? Aqua, vt emundaret: ſanguis, vt redimeret &c.

(l) Martin. Bracar. collect. canon. cap. LV. (apud Iuſtell. in append tom. I. bibl. iuris canon. fol. XXVI.) Non oportet aliquid aliud in ſanctuario offerri, præter panem & vinum & aquam, quæ in typo Chriſto benedicuntur: quia, dum in cruce penderet, de corpore eius ſanguis effluxit & aqua.

(m) Iulii epiſt. ap. Gratian. de conſecrat. diſtinct. II. c. VII. Si neceſſe ſit, botrus in calice comprimatur & aqua miſceatur: quia calix dominicus, iuxta ca-

ostendendam vnionem *CHRISTI* cum populo suo. Et concilium *Bracarense* tertium verba CYPRIANI recitat, corrigens diversos alios errores & abusus, qui in huius sacramenti administrationem irrepserant [n]; *Audiuimus quosdam schismatica ambitione detentos, lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare; alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere; quosdam etiam expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre. - - Ideo nulli deinceps licitum sit, aliud in sacrificiis diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam conciliorum, panem tantum & calicem vino & aqua permixtum.* Concilium *Antissiodorense* [o] in quosdam animaduertit, qui mel & aquam miscentes offerebant: *Non licet*, inquiens, *in altario in sacrificio diuino mellitum, quod mulsum appellatur, nec vllum aliud poculum, extra vinum cum aqua mixtum, offerre.* Auctor commentationum in *Marcum* euangelistam sub nomine HIERONYMI [p] aliam reddit rationem mixtionis aquae cum vino, quando ait: *Accepit Iesus panem - - formans sanguinem suum in calicem vino & aqua mixtum, vt alio purgemur a culpis, alio redimamur a poenis.* Istae quidem rationes vim demonstrandi non habent; fuisse tamen praxin illam & antiquam & vniuersalem ex IVSTINO MARTYRE [q] patet atque IRENAEO [r], qui eius vt consuetudinis meminerunt, nullam ei amplius ad-

nonum praecepta, vino & aqua permistus debet offerri; quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi &c.

(n) Concil. Bracar. III. (al. IV.) can. I.

(o) Concil. Antissiodor. c. VIII.

(p) Hieron. in Marc. c. XIV.

(q) Iustin. apol. p. 97. e. εὐχαριστήσαντος τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. *Praesidens vero, postquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuersus apprecatione laeta eam comprobauit, qui apud nos vocantur diaconi atque ministri, distribuunt vnicuique praesentium, vt participet eum, in quo gratiae actae sunt, panem,* vinum & aquam, *& ad absentes perferunt.*

(r) Iren. lib. IV. c. LVII. Dominus accipiens panem, suum corpus esse confitebatur & *temperamentum calicis* suum sanguinem confirmauit. Id. lib. V. c. II. Ὁπότε οὖν καὶ τὸ κεκραμένον ποτήριον, καὶ ὁ γεγονὼς ἄρτος ἐπιδέχεται τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, κ. τ. λ. *Quando ergo &* mixtus calix *& factus panis percipit verbum Dei, &c.*

signan-

ſignantes rationem. Ita ſimilem in modum GREGORIVS NYSSENVS [s], THEODORETVS [t] & alii, a VOSSIO in diſſertatione [u] de hac materia producti in medium. *Armenii* in mero vino cœnam adminiſtraſſe dicuntur, ſed hoc errori eis vertebatur a THEOPHYLACTO [x], & æquabiliter cum *Hydroparaſtatis* & *Aquariis* damnantur in concilio *Trullano* [y], quod auctorita-

(s) Nyſſen. orat. catechet. c. XXXVII. *ἔστι δὲ ἐν τῇ βρώσει ἄρτος, ἐν δὲ τῇ πόσει τὸ ὕδωρ ἐφηδυσμένον τῷ οἴνῳ. κ. τ. λ.*
(Not. ſermonis cohærentia legenda eſt, ſi de horum verborum ſenſu recte velis iudicare.)

(t) Theodoret. dialog. I. tom. IV. p. 17. *ἐν δέ γε τῇ τῶν μυστηρίων παραδόσει, σῶμα τὸ ἄρτον ἐκάλεσε, καὶ αἷμα τὸ κρᾶμα. In myſteriorum inſtitutione panem appellauit corpus, & quod* mixtum *erat, ſanguinem.*

(u) Voſſ. theſ. theol. p. 494. (p. 308. edit. Hag. Comit. MDCLVIII.) Quam mos ſit vetus aquam vino miſcendi, docere nos poteſt Iuſtinus Martyr, apol. II. vbi in cœnæ deſcriptione meminit aperte *τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος.* Atque ab eadem cauſſa eſt, quod Irenæus lib. IV. c. LVII. vocat *temperamentum calicis*: quod item lib. V. c. II. ſcribat, *Quando MISTVS CALIX & fractus panis percipit verbum Dei, fit euchariſtia ſanguinis & corporis CHRISTI.* Etiam ſuſe de hoc Cyprianus epiſt. LXIII. ex qua ſuperius quædam adduximus. Hic adde Iulium, vrbis epiſcopum, apud Gratianum, Baſilium in liturgia, Gregorium Nyſſenum orat. catechetica c. XXXVII. Ambroſium lib. V. de ſacram. c. I. Chryſoſtomum in liturgia, incertum ſub Hieronymi nomine in Marcum c. XIV, 18. Auguſtinum lib. IV. de doctrin. chriſt. c. XXI. Proclum de traditione diuinæ liturgiæ, Theodoretum dialog. I. Cæſarium Arelatenſem ſiue Eucherium ſerm. V. in paſcha, Martinum Bracarenſem in collect. can. orientalium c. IV. Bedam in Luc. lib. VI. c. XXII. Damaſcenum lib. IV. c. XIV. Rabanum Maurum de inſtitut. cler. lib. I. c. XXXIII. Paſchaſium de ſacram. euchar. c. XI. Micrologum eccleſ. obſeruat. c. X. Algerum de eodem lib. II. c. IV. Nicephorum Calliſtum lib. XVII. c. LIII. vt Lombardum mittam & ſcholaſticos, qui ad eum ſcripſerunt.

(x) Theophyl. comment. in Ioan. XIX. *αἰσχυνέσθωσαν Ἀρμένιοι, οἱ μὴ παρακιρνῶντες ὕδωρ τῷ οἴνῳ ἐν τοῖς μυστηρίοις. Pudore ſuffundantur Armenii, qui aquam non miſcent vino in myſteriis.*

(y) Concil. Trull. c. XXXII. *καὶ γὰρ καὶ Ἰάκωβος, ὁ κατὰ σάρκα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀδελφὸς, ὃς τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας πρῶτος τὸν θρόνον ἐπιστεύθη, καὶ Βασίλειος ὁ τῆς Καισαρέων ἀρχιεπίσκοπος, οὗ τὸ κλέος κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμεν, ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελειοῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατός τε καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασι. Iacobus, Chriſti domini noſtri ſecundum carnem frater, cui Hieroſolymitanæ eccleſiæ thronus primum eſt creditus, & Baſilius Cæſarienſis eccleſiæ archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit,*

tem liturgiæ IACOBI apostoli & BASILII contra illos producit. Quibus addi possunt liturgiæ sub nominibus MARCI & CHRYSOSTOMI, & *constitutiones* [z]. Verum enim vero quum hac de re expressum mandatum in institutione non exstet, non obstante hoc generali veteris ecclesiæ consensu, a recentioribus theologis, tam inter *Romanenses* quam inter *Protestantes*, communiter definitur, non esse hoc de essentia sacramenti, vti lector curiosus hoc demonstratum legere potest a VOSSIO [a] in disputatione, quam de hoc argumento edidit.

§. IIX.

De quibusdam hæreticis, qui in elementis sacræ eucharistiæ, vel addendo, vel subtrahendo quidpiam immutarunt.

VETERES quidem non vituperandi sunt, quod hunc morem exacte obseruarint, quia id partem institutionis *CHRISTI* esse crediderunt. Quamobrem omnes eos sub censuram suam vocabant, qui in elementis vel addendo vel adimendo, vel substituendo elementum aliud pro alio, quidquam mutare ausi essent. *Aquarii*, vti percepimus, damnabantur, quod vinum auferrent; & *Armenii* aliique, quod non simul aquam adhiberent. Alii improbantur, quod loco vini lac vel mel aqua mixtum offerrent; alii, quod vuas pro vino; alii, quod legumina pro pane consecrarent. De quibus omnibus quando duabus antecedentibus sectionibus loquuti sumus, hoc loco plura dicere nihil attinet. Præter istos vero secta quædam absurda erat eorum, qui eucharistiam non perfecte se celebrare putabant, nisi caseum vna cum pane offerrent. Vnde dicti sunt *Artotyritæ* ab ἄρτος, quod *panem*, & τυρὸς, quod *caseum* significat. Hæc de illis narrat EPIPHANIVS [b], & post eum AVGVSTI-

mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita consecranda in diuina missa ex aqua & vino sacrum calicem ediderunt.

(z) Constitut. lib. VIII. c. XII. p. 402. fin. edit. Coteler. ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ ἁγιάσας, ἐπέδωκεν αὐτοῖς, λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. *Similiter* calicem miscuit ex vino & aqua, *sanctificauit ac dedit iisdem, dicens; Bibite ex eo omnes.*

(a) Voss. thes. theol. ibid. disput. quarta p. 302. seqq.

(b) Epiphan. hæres. XLIX. n. II. Ἀρτοτυρίτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς αὐτῶν μυστηρίοις ἐπιτιθέντας ἄρτον καὶ τυρὸν, καὶ οὕτως ποιεῖν τὰ αὐτῶν μυστήρια.

NVS

NVS [c], qui, *Artotyritæ ſunt*, inquit, *quibus oblatio eorum hoc nomen dedit: Offerunt enim panem & caſeum, dicentes, a primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuiſſe celebratas.*

§. IX.

Et de aliis, qui vſum huius ſacramenti penitus reiecerunt.

ERANT & alii, qui omnium externorum ſymbolorum ſiue ſacramentorum vſum generatim, & conſequenter tam baptiſmum quam euchariſtiam, reiiciebant, dicentes, nonniſi fidem & cognitionem & cultum ſpiritualem a chriſtianis requiri. Propterea *Aſcodrutæ*, qui genus quoddam *Gnoſticorum* erant, nec baptizabant eos, qui accedebant, nec apud eos celebrabatur euchariſtia. Docebant, non debere diuina myſteria, quæ inuiſibilium ſint ſigna, per res viſibiles perfici, nec incorporea per ſenſiles & corporeas: perfectam autem redemtionem eſſe veram eius, quod eſt, cognitionem. In hunc modum eos deſcribit THEODORETVS [d]. Atque ita tum ipſe tum EPIPHANIVS [e] aliam deteſtandam ſectam deſcribunt, qui a præcipuo ſuo dogmate dicebantur *Archontici*. Mundum non a ſupremo Deo factum eſſe ſtatuebant, ſed a certis inferioribus poteſtatibus, ſeptem vel octo numero, quas appellabant *Archontas* ſiue *principes* diuerſorum orbium cæleſtium, alios aliis ſuperiores, quorum ſummum vocabant *Sabaoth*: dicebantque, baptiſmum & euchariſtiam ab hoc *Sabaoth* Deo iudæorum & legislatore duntaxat eſſe inſtitutam, non a ſupremo Deo, eaque propter iſtorum myſteriorum vſum penitus reiiciebant. Fuerunt aliæ quædam iſtiuſmodi ſectæ inter veteres hæreſes, quæ euchariſtiam [f] ex ſimilibus cauſſis reiecerunt. Iſtæ au-

Artotyritas eos idcirco vocant, quod ad celebranda myſteria ſua panem & caſeum adhibent.

(c) Auguſtin. de hæreſ. c. XLVIII.

(d) Theodoret. de fabulis hæretic. lib. I. c. X. Οὗτοι δέ φασι, μὴ χρῆναι τὰ θεῖα μυστήρια, ἀοράτων ὄντα σύμβολα, δι᾽ ὁρωμένων ἐπιτελεῖσθαι πραγμάτων, καὶ τὰ ἀσώματα δι᾽ αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν· εἶναι δὲ τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν τὴν ἀληθῆ τοῦ ὄντος ἐπίγνωσιν· - - διὰ τοῦτο, οὔτε βαπτίζουσι τοὺς προσιόντας, οὐδὲ ἐπιτελεῖται παρ᾽ αὐτοῖς τοῦ βαπτίσματος τὸ μυστήριον· λύτρωσιν γὰρ καλοῦσι, τὴν τῶν ὅλων ἐπίγνωσιν.

(e) Theodoret. ibid. c. XI. tot. Epiphan. hæreſ. XL. num. II. tot.

(f) Vid. Orig. περὶ εὐχῆς. n. XIII. Ea penitus auferentes, quæ ſenſibus percipiuntur, nec baptiſmum nec euchariſtiam vſurpantes &c.

tem

tem sufficiunt ad ostendendum, cuiusmodi fuerint homines, qui olim hoc sanctum mysterium contemserunt; adeoque, sine vlteriore ad studiosius inquirendum in eos digressione, ad negotium & cultum regredimur ecclesiæ.

LIBRI DECIMI QVINTI
CAPVT TERTIVM
DE PRECIBVS IN OBLATIONE ET CONSECRATIONE FIERI SOLITIS.

§. I.

Formula gratiarum actionis & orationis in consecratione fieri solitæ, e constitutionibus *descripta.*

FACTIS populi oblationibus paneque & vino ad eucharistiam seorsim posito, statim ad solemnem elementorum istorum progrediebantur consecrationem. Quo modo hæc peracta sit, fuse descriptum legimus in *constitutionibus*; quod ipsum heic primum trademus, & tum diuersas huius ritus partes cum fide dignis comparabimus narrationibus, quas in aliis vetustis scriptoribus habemus. Igitur prima oratione pro fidelibus finita, extemplo diaconus iubetur dicere [a] *πρόσχωμεν*, *Accedamus.* Tum episcopus salutat ecclesiam, ac dicit: *Pax Dei cum omnibus vobis*, & populus respondet: *Et cum spiritu tuo.* Postea diaconus dicit omnibus: *Salutate vos inuicem in osculo sancto.* Et clerici osculantur episcopum, laici viri laicos, feminæ feminas. Pueri autem stant ad bema, hoc est, aut ad pulpitum, aut ad altare. Ac diaconus alius ipsis præest, ne inordinate se gerant; alii autem diaconi deambulant inspiciuntque viros ac mulieres, ne strepitus aliquis oriatur, & ne quis nutum faciat,

(a) Constit. lib. VIII. c. XI. Μετὰ τοῦτο λεγέτω ὁ διάκονος· πρόσχωμεν· καὶ ἀσπαζέσθω ὁ ἐπίσκοπος τὴν ἐκκλησίαν, καὶ λεγέτω· ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ ὁ λαὸς ἀποκρινέσθω· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου· καὶ ὁ διάκονος εἰπάτω πᾶσιν· ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ· καὶ ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον, οἱ λαϊκοὶ ἄνδρες τοὺς λαϊκούς, αἱ γυναῖκες τὰς γυναῖκας· τὰ παιδία δὲ στηκέτωσαν πρὸς τῷ βήματι· καὶ διάκονος αὐτοῖς ἕτερος ἔστω ἐφεστώς, ὅπως μὴ ἀτακτῶσι· καὶ ἄλλοι διάκονοι περιπατείτωσαν, καὶ σκοπείτωσαν τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, ὅπως μὴ θόρυβός τις γένηται, καὶ μή τις νεύσῃ, ἢ ψιθυρίσῃ, ἢ νυ-

vel

vel susurret, vel dormitet. Alii diaconi stant ad ianuas virorum, & subdiaconi ad ianuas mulierum; vt nemo egrediatur, neue aperiatur ianua tempore oblationis. Vnus autem subdiaconus dat sacerdotibus aquam ad lauandum manus, in signum puritatis animarum Deo consecratarum. Statim post hæc diaconus [b] proclamat: *Ne quis ex catechumenis. Ne quis ex audientibus. Ne quis ex infidelibus. Ne quis ex heterodoxis. Qui priorem precationem fecistis*, *προέλθετε*, *exite*, (vel potius, vti legendum putat COTELERIVS, *προσέλθετε, accedite:* nam hoc ad communicantes dici videtur, tamquam quædam inuitatio) *Matres assumite pueros. Ne quis contra aliquem. Ne quis in hypocrisi. Erecti ad dominum cum timore ac tremore stemus ad offerendum.* Quibus peractis, diaconi *τὰ δῶρα*, dona, id est elementa ad altare admouent episcopo; ac presbyteri a dextris illius & a sinistris stant, vt discipuli magistro adsistentes. Duo autem diaconi ex vtraque parte altaris, tenent flabellum ex tenuibus membranis, aut ex pennis pauonis, aut ex linteo; & sensim abigunt parua animalia volitantia, ne in calices incidant. Tum orans apud se pontifex, & splendidam vestem indutus, stansque ad altare; signum crucis in fronte manu facit coram omnibus, ac dicit: *Gratia omnipotentis Dei, & caritas domini nostri Iesu Christi, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis.* Atque

σάξῃ· οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν· ὅπως μή τις ἐξέλθοι, μήτε ἀνοιχθῇ ἡ θύρα, κἂν πιστός τις ᾖ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς· εἷς δὲ ὑποδιάκονος διδότω ἀπόνιψιν χειρῶν τοῖς ἱερεῦσι, σύμβολον καθαρότητος ψυχῶν Θεῷ ἀνακειμένων.

(*b*) Ibid. c. XII. *Φημὶ δὲ κἀγὼ Ἰάκωβος - ἵν' εὐθὺς ὁ διάκονος λέγῃ· μή τις τῶν κατηχουμένων· μή τις ἀκροωμένων· μή τις τῶν ἀπίστων· μή τις τῶν ἑτεροδόξων· οἱ τὴν πρώτην εὐχὴν εὐχόμενοι προέλθετε· τὰ παιδία προσλαμβάνεσθε αἱ μητέρες· μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει· ὀρθοὶ πρὸς κύριον μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἑστῶτες ὦμεν προσφέρειν· ὧν γενομένων οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον· καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων στηκέτωσαν, ὡς ἂν μαθηταὶ παρεστῶτες διδασκάλῳ· δύο δὲ διάκονοι ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τοῦ θυσιαστηρίου κατεχέτωσαν ἐξ ὑμένων λεπτῶν ῥιπίδιον, ἢ πτερῶν ταῶνος, ἢ ὀθόνης· καὶ ἠρέμα ἀποσοβείτωσαν τὰ μικρὰ τῶν ἱπταμένων ζώων, ὅπως ἂν μὴ ἐγχρίμπτωνται εἰς τὰ κύπελλα· εὐξάμενος οὖν καθ' ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἅμα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα μετενδὺς, καὶ στὰς πρὸς τῷ θυσιαστηρίῳ, τὸ τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ μετώπου τῇ χειρὶ ποιησάμενος εἰς πάντας, εἰπάτω· ἡ χάρις τοῦ παντοκράτορος θεοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἡ κοι-*

omnes vna voce respondent: *Et cum spiritu tuo.* Tum pontifex; *Sursum mentem;* & omnes: *Habemus ad dominum;* Et pontifex: *Gratias agamus domino;* Et cuncti: *Dignum & iustum est.* Et pontifex dicit: *Vere dignum & iustum est, ante omnia laudare te, verum Deum, ante creaturas exsistentem, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur; solum ingenitum, principii expertem, rege ac domino carentem, nullo indigentem, omnis boni largitorem, omni caussa & origine superiorem, semper vno eodemque modo te habentem; a quo cuncta tamquam e carceribus quibusdam ad exsistendum processerunt. Tu enim es originis expers cognitio, perpetuus visus, auditus ingenitus, sapientia non edocta; primus natura, & lex exsistendi, ac omnem numerum superans. Qui omnia ex nihilo in rerum naturam protulisti, per vnigenitum filium tuum: ipsum vero ante omnia sæcula genuisti voluntate, & potentia, & bonitate, absque intermedio, filium vnigenitum, verbum Deum, sapientiam viuentem, primogenitum omnis creaturæ, angelum magni consilii tui, pontificem tuum, regem autem & dominum omnis naturæ, quæ intelligi ac sentiri potest, quique ante omnia, & per quem omnia. Tu namque, Deus æterne, cuncta per ipsum condidisti, & per ipsum cuncta dignaris conuenienti prouidentia. Per quem enim vt essent donasti, per eumdem etiam vt bene essent dedisti. Deus & pater vnigeniti filii tui; qui per eum ante omnia fecisti Cherubinos & Seraphinos, sæcula &*

κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔστω μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ πάντες συμφώνως λεγέτωσαν, ὅτι καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου· καὶ ὁ ἀρχιερεὺς· ἄνω τὸν νοῦν· καὶ πάντες· ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον· καὶ ὁ ἀρχιερεύς· εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ· καὶ πάντες· ἄξιον καὶ δίκαιον· καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰπάτω· ἄξιον ὡς ἀληθῶς καὶ δίκαιον, πρὸ πάντων ἀνυμνεῖν σε τὸν ὄντως ὄντα θεόν, τὸν πρὸ τῶν γενητῶν ὄντα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· τὸν μόνον ἀγέννητον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ ἀδέσποτον, τὸν ἀνενδεῆ, τὸν παντὸς ἀγαθοῦ χορηγόν, τὸν πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονα, τὸν πάντοτε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα· ἐξ οὗ τὰ πάντα, καθάπερ ἔκ τινος ἀφετηρίας, εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν· σὺ γάρ εἶ ἡ ἄναρχος γνῶσις, ἡ ἀΐδιος ὅρασις, καὶ ἀγέννητος ἀκοή, ἡ ἀδίδακτος σοφία· ὁ πρῶτος τῇ φύσει, καὶ νόμος τῷ εἶναι, καὶ κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ· τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· αὐτὸν δὲ πρὸ πάντων αἰώνων γεννήσας βουλήσει, καὶ δυνάμει καὶ ἀγαθότητι, ἀμεσιτεύτως, υἱὸν μονογενῆ, λόγον θεόν, σοφίαν ζῶσαν, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, ἄγγελον τῆς μεγάλης βουλῆς σου, ἀρχιερέα σόν, βασιλέα δὲ καὶ κύριον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς φύσεως, τὸν πρὸ πάντων, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. σὺ γάρ, θεὲ αἰώνιε, δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκας, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τῆς προσηκούσης προνοίας τὰ ὅλα ἀξιοῖς· δι᾽ οὗ γὰρ τὸ εἶναι ἐχαρίσω, δι᾽ αὐτοῦ καὶ τὸ εὖ εἶναι ἐδωρήσω· ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου· ὁ δι᾽ αὐτοῦ πρὸ πάντων ποιήσας τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφίμ, αἰῶνάς τε

e-x

exercitus, virtutes & potestates, principatus & thronos, archangelos & angelos; atque post hæc omnia, per eum fabricasti hunc qui apparet mundum, cunctaque quæ in eo sunt. Nam Tu es, qui cælum vt cameram statuisti, ac vt pellem extendisti; & terram supra nihilum collocasti sola voluntate: qui fixisti firmamentum; & noctem ac diem fabricatus es: qui lucem ex thesauris eduxisti; & illius amictu induxisti tenebras, ad requiem animalium, quæ in mundo mouentur: qui in cælo solem posuisti ad dominium diei, & lunam ad dominium noctis; atque chorum stellarum in cælo delineasti, in laudem magnificentiæ tuæ: qui fecisti aquam ad potum & expurgationem; vitalem aërem, ad adspirationem, & ad editionem vocis, dum lingua aërem ferit, & ad auditum, quem adiuuat in sentienda loquela incumbente ac penetrante: qui fecisti ignem ad solatium de tenebris, ad indigentiæ expletionem, & vt calefieremus ac illuminaremur ab eo; qui mare magnum a terra separasti; & illud quidem reddidisti nauigabile, hanc vero pedibus peruiam effecisti; & illud quidem animalibus paruis ac magnis refersisti, hanc autem cicuribus ac indomitis repleuisti, variis stirpibus redimisti, herbis coronasti, floribus decorasti, seminibus ditasti: qui constituisti abyssum, & ingentem molem ei circumposuisti, accruata salsarum aquarum æquora; eamque circumsepsisti tenuissimæ arenæ portis: qui abyssum eamdem seu pelagum modo ventis in altitudinem montium attollis, modo in planitiem sternis;

καὶ στρατιὰς, δυνάμεις τε καὶ ἐξουσίας, ἀρχάς τε καὶ θρόνους, ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα, ποιήσας δι' αὐτοῦ τὸν φαινόμενον τοῦτον κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. σὺ γὰρ εἶ ὁ τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν στήσας, καὶ ὡς δέῤῥιν ἐκτείνας, καὶ τὴν γῆν ἐπ' οὐδενὸς ἱδρύσας γνώμῃ μόνῃ· ὁ πήξας στερέωμα, καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν κατασκευάσας· ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν, καὶ τῇ τούτου στολῇ ἐπαγαγὼν τὸ σκότος, εἰς ἀνάπαυλαν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κινουμένων ζώων· ὁ τὸν ἥλιον τάξας εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας ἐν οὐρανῷ, καὶ τὴν σελήνην εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τὸν χορὸν τῶν ἀστέρων ἐν οὐρανῷ καταγράψας, εἰς αἶνον τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας· ὁ ποιήσας ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, ἀέρα ζωτικὸν πρὸς εἰσπνοὴν καὶ φωνῆς ἀπόδοσιν διὰ γλώττης πληττούσης τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοὴν συνεργουμένην ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ἐπαΐειν εἰσδεχομένην τὴν προσπίπτουσαν αὐτῇ λαλιάν· ὁ ποιήσας πῦρ πρὸς σκότους παραμυθίαν, πρὸς ἐνδείας ἀναπλήρωσιν, καὶ τὸ θερμαίνεσθαι ἡμᾶς καὶ φωτίζεσθαι ὑπ' αὐτοῦ· ὁ τὴν μεγάλην θάλασσαν χωρίσας τῆς γῆς, καὶ τὴν μὲν ἀναδείξας πλωτὴν, τὴν δὲ ποσὶ βάσιμον ποιήσας, καὶ τὴν μὲν ζώοις μικροῖς καὶ μεγάλοις πληθύνας, τὴν δὲ ἡμέροις καὶ ἀτιθάσσοις πληρώσας, φυτοῖς τε διαφόροις στέψας, καὶ βοτάναις στεφανώσας, καὶ ἄνθεσι καλλύνας, καὶ σπέρμασι πλουτίσας· ὁ συστησάμενος ἄβυσσον, καὶ μέγα κῆτος [al. κύτος] αὐτῇ περιθεὶς, ἁλμυρῶν ὑδάτων σεσωρευμένα πελάγη, περιφράξας δὲ αὐτὴν πύλαις ἄμμου λεπτοτάτης· ὁ πνεύμασί ποτε μὲν αὐτὴν κορυφῶν εἰς ὀρέων μέγεθος, ποτὲ δὲ στρωννύων

modo in furorem tempestatis agis, modo, vt nauigio cursum facientibus sit ad profectionem facilis, in lenitatem serenitatis ducis: qui mundum creatum a te per Christum fluuiis cinxisti, torrentibus proluisti, perennibus fontibus perfudisti, & ad terræ inconcussam ac firmissimam sedem, montibus constrinxisti. Impleuisti mundum tuum, ac exornasti herbis odoratis & salubribus; multis variisque animantibus, robustis ac infirmioribus, esculentis ac operariis, cicuribus ac feris; & serpentum sibilis, atque diuersarum volucrum clangoribus; annorum circulis, mensium ac dierum numeris, tempestatum serie; nubium, imbres procreantium, cursibus, ad fructuum fœtus, ad animalium conseruationem, libramentum ventorum, flantium quum a Te iubentur, multitudinem stirpium ac herbarum. Neque solum condidisti mundum, sed & in ipso mundi ciuem, hominem effecisti, ac eum mundi mundum, seu ornatus ornatum constituisti. Dixisti enim sapientiæ tuæ; Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem: & dominentur piscibus maris & volatilibus cæli. Ideoque fecisti eum ex anima immortali & corpore dissipabili; illa quidem ex nihilo effecta, hoc vero ex quatuor elementis: & dedisti ei, in anima quidem rationalem diiudicationem, pietatis ac impietatis discretionem, iusti ac iniusti animaduersionem; in corpore autem donasti quinquertium sensuum, atque motum progressiuum. Tu namque, Deus omnipotens, per Christum, in Edene ad Orientem plantasti paradisum,

αὐτὴν εἰς πεδίον, καὶ ποτὲ μὲν ἐκμαίνων χειμῶνι, ποτὲ δὲ πραΰνων γαλήνῃ, ὡς ναυσιπόροις πλωτῆρσιν εὔκολον εἶναι πρὸς πορείαν· ὁ ποταμοῖς διαζώσας τὸν ὑπὸ σοῦ διὰ χριστοῦ γενόμενον κόσμον, καὶ χειμάῤῥοις ἐπικλύσας, καὶ πηγαῖς ἀεννάοις μεθύσας, ὄρεσι δὲ περισφίγξας εἰς ἕδραν ἀτρεμῆ γῆς ἀσφαλεστάτην· ἐπλήρωσας γάρ σου τὸν κόσμον, καὶ διεκόσμησας αὐτὸν βοτάναις εὐόσμοις καὶ ἰασίμοις· ζώοις πολλοῖς καὶ διαφόροις, ἀλκίμοις καὶ ἀσθενεστέροις, ἐδωδίμοις καὶ ἐνεργοῖς, ἡμέροις καὶ ἀντιθάσσοις· ἑρπετῶν συριγμοῖς, πτηνῶν ποικίλων κλαγγαῖς· ἐνιαυτῶν κύκλοις, μηνῶν καὶ ἡμερῶν ἀριθμοῖς, τροπῶν τάξεσι· νεφῶν ὀμβροτόκων διαδρομαῖς, εἰς καρπῶν γονὰς, καὶ ζώων σύστασιν, σταθμὸν ἀνέμων διαπνεόντων, ὅτε προσταχθῶσι παρὰ σοῦ, τῶν φυτῶν καὶ τῶν βοτανῶν τὸ πλῆθος· καὶ οὐ μόνον τὸν κόσμον ἐδημιούργησας, ἀλλὰ καὶ τὸν κοσμοπολίτην ἄνθρωπον ἐν αὐτῷ ἐποίησας, κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας· εἶπας γὰρ τῇ σῇ σοφίᾳ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· Διὸ καὶ πεποίηκας αὐτὸν ἐκ ψυχῆς ἀθανάτου καὶ σώματος σκεδαστοῦ· τῆς μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, τοῦ δὲ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων· καὶ δέδωκας αὐτῷ, κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν, τὴν λογικὴν διάγνωσιν, εὐσεβείας καὶ ἀσεβείας διάκρισιν, δικαίου καὶ ἀδίκου παρατήρησιν· κατὰ δὲ τὸ σῶμα τὴν πένταθλον ἐχαρίσω αἴσθησιν, καὶ τὴν μεταβατικὴν κίνησιν· σὺ γὰρ, θεὲ παντοκράτορ, διὰ χριστοῦ παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς ἐφύτευσας, παντοίων φυτῶν ἐδωδίμων κόσμῳ,

omni

omni genere esculentarum plantarum ornatum, & in eum tamquam in opiparam domum induxisti hominem; quem, quum efficeres, lege naturali ac insita donasti, quo intus ac ex se haberet cognitionis Dei semina. Introducens autem eum in paradisum deliciarum, potestatem quidem omnium ad participandum concessisti, vnius vero solius gustatum in spem meliorum rerum interdixisti, vt si mandatum custodiret, illius seruati mercedem ferret immortalitatem. Quum autem mandatum neglexit, & fraude serpentis mulierisque consilio gustauit prohibitum fructum; ex paradiso quidem iuste illum expulisti, bonitate vero tua, funditus pereuntem non despexisti: erat enim opificium tuum: sed qui ei subieceras creaturam, dedisti, vt suis sudoribus ac laboribus sibi pararet victum, te omnia producente, augente ac maturante: atque eum breui mortis somno affectum, per iusiurandum ad regenerationem vocasti; decreto mortis soluto, vitam ex resurrectione promisisti. Neque hoc solum; verum etiam ex posteris eius, a te in multitudinem innumerabilem effusis, eos, qui tibi adhæserunt, glorificasti, eos vero, qui a te defecerunt, puniuisti; admisso quidem Abelis sacrificio, vt innocentis, fratricidæ autem Caini munere, vt detestandi, fastidito. Et ad hac Sethum & Enosum suscepisti, atque Henochum transtulisti. Tu enim es opifex hominum, vitæ largitor, indigentiæ expletor; legum dator, easque seruantium remunerator, transgredientium vindex. Qui diluuium ingens mundo propter impie viuentium

---

καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ἂν ἐν ἑστίᾳ πολυτελεῖ εἰσήγαγες αὐτόν· κἂν τῷ ποιεῖν νόμον δέδωκας αὐτῷ ἔμφυτον, ὅπως οἴκοθεν καὶ παρ᾽ ἑαυτοῦ ἔχοι τὰ σπέρματα τῆς θεογνωσίας· εἰσαγαγὼν δὲ εἰς τὸν τῆς τρυφῆς παράδεισον, πάντων μὲν ἀνῆκας αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν πρὸς μετάληψιν, ἑνὸς δὲ μόνου τὴν γεῦσιν ἀπεῖπας ἐπ᾽ ἐλπίδι κρειττόνων, ἵνα ἐὰν φυλάξῃ τὴν ἐντολὴν, μισθὸν ταύτης τὴν ἀθανασίαν κομίσηται· ἀμελήσαντα δὲ τῆς ἐντολῆς, καὶ γευσάμενον ἀπηγορευμένου καρποῦ ἀπάτῃ ὄφεως, καὶ συμβουλίᾳ γυναικὸς, τοῦ μὲν παραδείσου δικαίως ἔξωσας αὐτὸν, ἀγαθότητι δὲ εἰς τὸ παντελὲς ἀπολλύμενον οὐχ ὑπερεῖδες· σὸν γὰρ ἦν δημιούργημα· ἀλλὰ καθυποτάξας αὐτῷ τὴν κτίσιν, δέδωκας αὐτῷ οἰκείοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις πορίζειν ἑαυτῷ τὴν τροφὴν, σοῦ πάντα φύοντος καὶ αὔξοντος καὶ πεπαίνοντος· χρόνῳ δὲ πρὸς ὀλίγον αὐτὸν κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐγκάλεσας· ὅρον θανάτου λύσας, ζωὴν ἐξ ἀναστάσεως ἐπηγγείλω· καὶ οὐ τοῦτο μόνον· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ εἰς πλῆθος ἀνάριθμον χέας, τοὺς ἐμμείναντάς σοι ἐδόξασας, τοὺς δὲ ἀποστάντας σου ἐκόλασας· καὶ τοῦ μὲν Ἀβὲλ, ὡς ὁσίου προσδεξάμενος τὴν θυσίαν, τοῦ δὲ ἀδελφοκτόνου Καῒν ἀποστραφεὶς τὸ δῶρον, ὡς ἐναγοῦς· καὶ πρὸς τούτοις τὸν Σὴθ, καὶ τὸν Ἐνὼς προσελάβου, καὶ τὸν Ἐνὼχ μετατέθεικας· σὺ γὰρ εἶ ὁ δημιουργὸς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς ζωῆς χορηγὸς, καὶ τῆς ἐνδείας πληρωτής· καὶ τῶν νόμων δοτὴρ, καὶ τῶν φυλαττόντων αὐτοὺς μισθαποδότης, καὶ τῶν παραβαινόντων αὐτοὺς ἔκδικος· ὁ τὸν μέ-

 mul-

multitudinem intulisti, & eo ex diluuio in arca eripuisti vna cum octo animabus iustum Noam, finem quidem eorum, qui præterierant, originem vero successurorum. Qui horrendum ignem aduersus Sodomitanam Pentapolim concitasti, & terram frugiferam in salsuginem propter nequitiam illius incolarum redegisti, & sanctum Lotum ex incendio eruisti. Tu es, qui Abrahamum liberasti auita impietate, & mundi hæredem constituisti, ipsique Christum tuum apparere fecisti. Qui Melchisedecum pontificem diuini cultus designasti. Qui multa passum famulum tuum Iobum, victorem serpentis, originis malorum, declarasti. Qui Isaacum effecisti filium promissionis. Qui Iacobum duodecim filiorum patrem, eiusque posteros in multitudinem propagasti, & ad Aegyptum in septuaginta quinque animabus introduxisti. Tu domine, non despexisti Iosephum; sed illi pro mercede castitatis, tua caussa seruatæ, dedisti, vt Aegyptiis præesset. Tu domine, Hebræos ab Aegyptiis oppressos, ob promissa patribus eorum facta, non neglexisti; verum Aegyptiis punitis, liberasti. Quumque homines legem naturalem corrupissent, & creaturam, modo quidem fortuitam arbitrarentur, modo autem plus quam oportet honorarent, ac tibi omnium Deo compararent; non siuisti errore duci; quin potius edito sancto famulo tuo Mose, per eum legem scriptam in naturalis adiutorium tribuisti; & creaturas ostendisti opus tuum esse, errorem vero de multitudine Deorum exterminasti. Aaronem & posteros

---

γαν κατακλυσμὸν ἐπαγαγὼν τῷ κόσμῳ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβησάντων, καὶ τὸν δίκαιον Νῶε ῥυσάμενος ἐκ τῦ κατακλυσμῦ ἐν λάρνακι σὺν ὀκτὼ ψυχαῖς, τέλος μὲν τῶν παρῳχηκότων, ἀρχὴν δὲ τῶν μελλόντων ἐπιγίνεσθαι. ὁ τὸν φοβερὸν πῦρ κατὰ τῆς Σοδομηνῆς πενταπόλεως ἐξάψας, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην θέμενος ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, καὶ τὸν ὅσιον Λὼτ ἐξαρπάσας τῦ ἐμπρησμῦ. σὺ εἶ ὁ τὸν Ἀβραὰμ ῥυσάμενος προγονικῆς ἀσεβείας, καὶ κληρονόμον τῦ κόσμυ καταστήσας, καὶ ἐμφανίσας αὐτῷ τὸν Χριστόν συ. ὁ τὸν Μελχισεδὲκ, ἀρχιερέα τῆς λατρείας προχειρισάμενος. ὁ τὸν πολύτλαν θεράποντά συ Ἰὼβ νικητὴν τῦ ἀρχεκάκυ ὄφεως ἀναδείξας. ὁ τὸν Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας υἱὸν ποιησάμενος. ὁ τὸν Ἰακὼβ πατέρα δώδεκα παίδων, καὶ τὺς ἐξ αὐτῦ εἰς πλῆθος χέας, καὶ εἰσαγαγὼν εἰς Αἴγυπτον ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς. σὺ, κύριε, Ἰωσὴφ ὐκ ὑπερεῖδες. ἀλλὰ μισθὸν τῆς διὰ σὲ σωφροσύνης ἔδωκας αὐτῷ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἄρχειν. σὺ, κύριε, Ἑβραίυς ὑπὸ Αἰγυπτίων καταπονυμένυς ὐ περιεῖδες, διὰ τὰς πρὸς τὺς πατέρας αὐτῶν ἐπαγγελίας. ἀλλ᾽ ἐῤῥύσω, κολάσας Αἰγυπτίυς. παραφθειράντων δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τὴν κτίσιν, ποτὲ μὲν αὐτόματον νομισάντων, ποτὲ δὲ πλεῖον ἢ δεῖ τιμησάντων, καὶ σοι τῷ θεῷ τῶν πάντων συντατιόντων. ὐκ εἴασας πλανᾶσθαι, ἀλλὰ ἀναδείξας τὸν ἅγιόν συ θεράποντα Μωυσῆν, δι᾽ αὐτῦ πρὸς βοήθειαν τῦ φυσικῦ τὸν γραπτὸν νόμον δέδωκας, καὶ τὴν κτίσιν ἔδειξας σὸν ἔργον εἶναι, τὴν δὲ πολύθεον πλάνην ἐξώρισας. τὸν Ἀαρὼν καὶ τὺς ἐξ αὐτῦ ἱερατικῇ τιμῇ ἐ-

eius

eius honore ſacerdotali decoraſti. Hebræos, quum peccarent, caſtigaſti; quum reuerterentur, ſuſcepiſti: Aegyptios decem plagis vltus es: mari diuiſo traieciſti Iſraëlitas: inſequutos Aegyptios deleuiſti ſubmerſione: ligno amaram aquam dulceſcere feciſti: ex petra dura aquam profudiſti: e cælo mannam depluiſti: præbuiſti ex aëre eſcam, ortygometram: conſtituiſti nocte columnam ignis ad illuſtrationem, & die columnam nubis ad vmbraculum in æſtu. Per Ieſum, ducem exercitus a te declaratum, ſeptem gentes Cananæorum euertiſti, Iordanem dirupiſti, fluuios Ethan ſiccaſti, muros proſtrauiſti abſque machinis, & abſque manu humana. Pro omnibus tibi gloria, Domine omnipotens. Te adorant innumerabiles copiæ angelorum, archangelorum, thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum, virtutum, exercituum, ſæculorum ſeu æternorum; & cherubini; item ſeraphini ſenis alis præditi, binis quidem velantes pedes ſuos, binis vero capita, & duabus aliis volantes, ac dicentes vna cum mille millibus archangelorum & denis millibus denum millium angelorum, indeſinenter ac ſine vocis intermiſſione clamantibus: Et omnis populus ſimul dicat: *Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Sebaoth: pleni ſunt cæli & terra gloria eius: benedictus in ſæcula. Amen.* Et pontifex poſtea dicat: *Sanctus enim vere es, & ſanctiſſimus, altiſſimus & ſuper exaltatus in ſæcula. Sanctus quoque vnigenitus tuus filius, dominus noſter & Deus, Ieſus Chriſtus; qui ad omnia tibi, Deo ſuo & patri, tum in varia creatione, tum in prouidentia conuenienti, mini-*

δόξασας· Ἑβραίους ἁμαρτάνοντας ἐκόλασας, ἐπιστρέφοντας ἐδέξω· τοὺς Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ ἐτιμωρήσω· θάλασσαν διελὼν, Ἰσραηλίτας διεβίβασας· Αἰγυπτίους ἐπιδιώξαντας ὑποβρυχίους ἀπώλεσας· ξύλῳ πικρὸν ὕδωρ ἐγλύκανας· ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ ἀνέχεας· ἐξ οὐρανοῦ τὸ μάννα ὕσας· τροφὴν ἐξ ἀέρος ὀρτυγομήτραν· στύλον πυρὸς τὴν νύκτα πρὸς φωτισμὸν, καὶ στύλον νεφέλης ἡμέραν πρὸς σκιασμὸν θάλπους· τὸν Ἰησοῦν στρατηγὸν ἀναδείξας, ἑπτὰ ἔθνη Χαναναίων δι' αὐτοῦ καθεῖλες, Ἰορδάνην διέρρηξας, τοὺς ποταμοὺς Ἠθὰμ ἐξήρανας, τείχη κατέρριψας ἄνευ μηχανημάτων καὶ χειρὸς ἀνθρωπίνης· ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα, δέσποτα παντοκράτορ· σὲ προσκυνοῦσιν ἀνάριθμοι στρατιαὶ ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, δυνάμεων, στρατιῶν αἰωνίων· τὰ χερουβὶμ, καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφὶμ, ταῖς μὲν δυσὶ κατακαλύπτοντα τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶ τὰς κεφαλὰς, ταῖς δὲ δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα, ἅμα χιλίαις χιλιάσιν ἀρχαγγέλων, καὶ μυρίαις μυριάσιν ἀγγέλων, ἀκαταπαύστως καὶ ἀσιγήτως βοώσαις· καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἅμα εἰπάτω· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαὼθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν· καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἑξῆς λεγέτω· ἅγιος γὰρ εἶ ὡς ἀληθῶς, καὶ πανάγιος, ὕψιστος, καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας· ἅγιος δὲ καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς, ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς, Ἰησοῦς ὁ χριστὸς· ὃς εἰς πάντα ὑπηρετησάμενός σοι τῷ θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ, εἴς τε δημιουργίαν διάφορον, καὶ πρόνοιαν κατ-

ſtrans,

strans, non despexit genus humanum quod peribat: sed post naturalem legem, post legalem admonitionem, post propheticas reprehensiones, & angelorum præfecturas; quum legem naturalem vna cum lege scripta seu posita violarent, atque e memoria abiicerent diluuium, conflagrationem Sodomiticam, plagas Aegyptiis, & cædes Palæstinis illatas, quumque illico perituri essent omnes; ex sententia tua ipse elegit, creator hominis, homo fieri; legislator, sub legibus; pontifex, hostia; pastor, ouis; & te, suum Deum ac patrem, placauit atque mundo reconciliauit, cunctosque ab imminente ira liberauit, factus ex virgine, factus in carne, Deus verbum, dilectus filius, primogenitus omnis creaturæ, & secundum prophetias ab ipso de se prædictas ortus ex semine Dauidis & Abrahami ac de tribu Iudæ: & factus est in vtero virginis, formator omnium qui gignuntur; incarnatus est, qui carnis expers; qui sine tempore genitus, in tempore natus est: sancte vixit, & legitime docuit; omnem morbum & omnem infirmitatem ab hominibus expulit; signa & prodigia in populo edidit: cibum, potum, somnum cepit is, qui cunctos alimento indigentes nutrit, omneque animal implet beneplacito: manifestauit nomen tuum iis, qui illud ignorabant; fugauit ignorantiam; pietatem exsuscitauit; voluntatem tuam impleuit; opus quod ei dedisti consummauit: atque his omnibus feliciter gestis, per proditionem illius, qui malitiæ morbo languebat, comprehensus est manibus flagitiosorum, nempe falso nomine gau-

ἀπόλλυσθαι; οὐ περιεῖδε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολλύμενον, ἀλλὰ μετὰ φυσικὸν νόμον, μετὰ νομικὴν παραίνεσιν, μετὰ προφητικοὺς ἐλέγχους, καὶ τὰς τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίας, παραφθειρόντων σὺν τῷ θετῷ καὶ τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τῆς μνήμης ἐκβαλλόντων τὸν κατακλυσμὸν, τὴν ἐκπύρωσιν, τὰς κατ' Αἰγυπτίων πληγὰς, τὰς κατὰ Παλαιστηνῶν σφαγὰς, καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἀπόλλυσθαι πάντων, εὐδόκησεν αὐτὸς γνώμῃ σῇ ὁ δημιουργὸς ἀνθρώπου, ἄνθρωπος γενέσθαι, ὁ νομοθέτης ὑπὸ νόμους, ὁ ἀρχιερεὺς ἱερεῖον, ὁ ποιμὴν πρόβατον, καὶ ἐξευμενίσατό σε, τὸν ἑαυτοῦ θεὸν καὶ πατέρα, καὶ τῷ κόσμῳ κατήλλαξε, καὶ τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς τοὺς πάντας ἠλευθέρωσε, γενόμενος ἐκ παρθένου, γενόμενος ἐν σαρκὶ, ὁ θεὸς λόγος, ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ προρρηθείσας προφητείας ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ φυλῆς Ἰούδα· καὶ γέγονεν ἐν μήτρᾳ παρθένου ὁ διαπλάσσων πάντας τοὺς γεννωμένους, καὶ ἐσαρκώθη ὁ ἄσαρκος, ὁ ἀχρόνως γεννηθεὶς ἐν χρόνῳ γεγέννηται· πολιτευσάμενος ὁσίως καὶ παιδεύσας ἐνθέσμως, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐξ ἀνθρώπων ἀπελάσας, σημεῖά τε καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ ποιήσας· τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ ὕπνου μεταλαβὼν, ὁ τρέφων πάντας τοὺς χρῄζοντας τροφῆς, καὶ ἐμπιπλῶν πᾶν ζῶον εὐδοκίας· ἐφανέρωσέ σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὸ, τὴν ἄγνοιαν ἐφυγάδευσε, τὴν εὐσέβειαν ἀνεζωπύρωσε, τὸ θέλημά σου ἐπλήρωσε, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκας αὐτῷ ἐτελείωσε· καὶ ταῦτα πάντα κατορθώσας, χερσὶν ἀνόμων κατασχεθεὶς, ἱερέων καὶ ἀρχιερέων ψευδωνύμων καὶ λαοῦ παρανόμου,

den-

dentium sacerdotum ac pontificum, & populi iniqui; a quibus multa passus est, & omnem ignominiam sustinuit, permissu tuo; traditus est Pilato præsidi; iudicatus est, iudex; condemnatus est, saluator; cruci affixus est, qui pati non potest; mortuus est, natura immortalis; sepultus est, vitæ effector; vt illos, propter quos aduenerat, a passione solueret, & a morte eriperet, vt diaboli vincula rumperet, illiusque ex fallacia liberaret homines: resurrexit a mortuis tertia die: quadraginta diebus commoratus cum discipulis, assumtus est in cælos; & ad dexteram adsidet tibi, Deo ac patri suo.

Memores igitur eorum, quæ propter nos pertulit, gratias agimus tibi, Deus omnipotens, non quantum debemus, at quantum possumus; & constitutionem eius implemus. In qua enim nocte tradebatur, pane sanctis & immaculatis manibus suis accepto, & eleuatis oculis ad te, Deum suum ac patrem, fregit & dedit discipulis, dicens; hoc est mysterium noui testamenti: accipite ex eo, manducate: hoc est corpus meum; quod pro multis frangitur in remissionem peccatorum. Similiter calicem miscuit ex vino & aqua, sanctificauit, ac dedit iisdem, dicens: Bibite ex eo omnes; hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & bibetis hunc calicem, mortem meam annuntiabitis, donec veniam. Itaque memores passionis eius, &

προδοσίᾳ τοῦ τὴν κακίαν νοσήσαντος, καὶ πολλὰ παθὼν ὑπ' αὐτῶν, καὶ πᾶσαν ἀτιμίαν ὑποστὰς τῇ συγχωρήσει, παραδοθεὶς Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ κριθεὶς ὁ κριτὴς, καὶ κατακριθεὶς ὁ σωτὴρ, σταυρῷ προσηλώθη ὁ ἀπαθὴς, καὶ ἀπέθανεν ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος, καὶ ἐτάφη ὁ ζωοποιὸς, ἵνα πάθους λύσῃ καὶ θανάτου ἐξέληται τούτους, δι' οὓς παρεγένετο, καὶ ῥήξῃ τὰ δεσμὰ τοῦ διαβόλου, καὶ ῥύσηται τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ· καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐνδιατρίψας τοῖς μαθηταῖς, ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐκαθέσθη ἐκ δεξιῶν σου, τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ.

Μεμνημένοι οὖν ὧν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν, εὐχαριστοῦμέν σοι, θεὲ παντοκράτορ, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα, καὶ τὴν διάταξιν αὐτοῦ πληροῦμεν· ἐν ᾗ γὰρ νυκτὶ παρεδίδοτο, λαβὼν ἄρτον ταῖς ἁγίαις καὶ ἀμώμοις αὐτοῦ χερσὶ, καὶ ἀναβλέψας πρὸς σὲ, τὸν θεὸν αὐτοῦ καὶ πατέρα, καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς εἰπών· τοῦτο τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης· λάβετε ἐξ αὐτοῦ, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ περὶ πολλῶν θρυπτόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ ἁγιάσας ἐπέδωκεν αὐτοῖς, λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὁσάκις γὰρ ἐὰν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ πίνητε τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν θάνατον τὸν ἐμὸν καταγγέλλετε, ἄχρις ἂν ἔλθω· μεμνημένοι τοίνυν τοῦ πά-

mortis, & a mortuis resurrectionis, atque in cælum reditus; nec non secundi aduentus, quem idem facturus est, in quo cum gloria & potestate veniet, iudicare viuos & mortuos, & reddere singulis iuxta opera eorum; Tibi regi ac Deo panem hunc, & calicem hunc offerimus, secundum constitutionem eius, gratias tibi per eum agentes, quia nos dignos habuisti, qui staremus coram te, ac sacerdotio fungeremur tibi; & poscimus te, vt super hæc dona in conspectu tuo proposita placate respicias, tu, qui nullius indiges, Deus, & beneplaceas in eis ad honorem Christi tui, atque supra hoc sacrificium mittas sanctum tuum spiritum, testem passionum domini Iesu; vt exhibeat panem hunc corpus Christi tui, & calicem hunc sanguinem Christi tui, quo participes illius ad pietatem confirmentur, remissionem peccatorum consequantur, diabolo, eiusque errore liberentur, spiritu sancto repleantur, digni Christo tuo fiant, vitam sempiternam impetrent, te illis reconciliato, domine omnipotens.

Adhuc oramus te, domine, pro sancta ecclesia tua, quæ a finibus ad fines extenditur, quam acquisiisti pretioso sanguine Christi tui; vt eam inconcussam ac minime fluctuantem conserues vsque in sæculi consummationem: item pro vniuerso episcopatu, recte verbum veritatis tractante ac distribuente. Adhuc rogamus te pro me nullius pretii homine, qui tibi offero; & pro omni presbyterio, pro diaconis ac vniuerso clero;

θους αὐτοῦ, καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐπανόδου, καὶ τῆς μελλούσης αὐτοῦ δευτέρας παρουσίας, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, προσφέρομέν σοι τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ, κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν, τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, εὐχαριστοῦντές σοι δι' αὐτοῦ, ἐφ' οἷς κατηξίωσας ἡμᾶς ἑστάναι ἐνώπιόν σου, καὶ ἱερατεύειν σοι, καὶ ἀξιοῦμέν σε, ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ ἀνενδεὴς θεός, καὶ εὐδοκήσῃς ἐπ' αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ χριστοῦ σου, καὶ καταπέμψῃς τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην, τὴν μάρτυρα τῶν παθημάτων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ χριστοῦ σου, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ χριστοῦ σου, ἵνα οἱ μεταλαβόντες αὐτοῦ βεβαιωθῶσι πρὸς εὐσέβειαν, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων τύχωσι, τοῦ διαβόλου καὶ τῆς πλάνης αὐτοῦ ῥυσθῶσι, πνεύματος ἁγίου πληρωθῶσιν, ἄξιοι τοῦ χριστοῦ σου γένωνται, ζωῆς αἰωνίου τύχωσι, σοῦ καταλλαγέντος αὐτοῖς, δέσποτα παντοκράτορ.

Ἔτι δεόμεθά σου, κύριε, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ χριστοῦ σου, ὅπως αὐτὴν διαφυλάξῃς ἄσειστον καὶ ἀκλυδώνιστον, ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· καὶ ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὀρθοτομούσης τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς τοῦ προσφέροντός σοι οὐδενίας, καὶ ὑπὲρ παντὸς πρεσβυτερίου, ὑπὲρ τῶν διακόνων καὶ παντὸς τοῦ κλήρου, ἵνα πάντας σοφίσας, πνεύματος ἁγίου πληρώσῃς· ἔτι παρακαλοῦμέν σε, κύριε, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ καὶ παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἵνα εἰρη-

vt

vt omnes sapientiam a te edoctos, spiritu sancto impleas. Adhuc rogamus te, domine, pro rege, & iis, qui in sublimitate sunt, & pro cuncto exercitu; vt res nostræ in pace versentur: quo totum vitæ nostræ tempus in quiete & concordia traiicientes, te per Iesum Christum, spem nostram, gloria adficiamus. Adhuc offerimus tibi pro omnibus sanctis, qui a sæculo placuerunt tibi, patriarchis, prophetis, iustis, apostolis, martyribus, confessoribus, episcopis, presbyteris, diaconis, subdiaconis, lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis, laicis, & omnibus, quorum tu nosti nomina. Adhuc offerimus tibi pro populo hoc: vt eum in laudem Christi tui exhibeas regale sacerdotium, gentem sanctam: pro iis, qui in virginitate & castitate viuunt; pro viduis ecclesiæ; pro iis, qui in nuptiis honestis, ac in progeneratione liberorum degunt; pro infantibus plebis tuæ; vti nostrum neminem reiiciendum habeas. Adhuc poscimus te pro vrbe hac, & habitantibus in ea; pro ægrotis, pro dura seruitute afflictis; pro exsulibus; pro proscriptis; pro nauigantibus, & iter facientibus, vt sis auxiliator, omnium adiutor ac defensor. Adhuc rogamus te pro iis, qui oderunt nos, & propter nomen tuum nos persequuntur; pro iis, qui foris sunt, ac errant: vt adducas eos ad bonum, & furorem eorum mitiges. Iterum rogamus te pro ecclesiæ catechumenis; & pro iis qui ab adversario iactantur; & pro pœnitentiam agentibus fratribus nostris: vt primos quidem perficias in fide; alteros vero mundes a vexatione mali; tertiorum autem pœnitentiam suscipias, condonesque cum iis, tum nobis,

---

νεύοντες τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ διάγοντες τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, δοξάζωμέν σε διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων σοι ἁγίων, πατριαρχῶν, προφητῶν, δικαίων, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, ὑποδιακόνων, ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν, λαϊκῶν, καὶ πάντων ὧν αὐτὸς ἐπίστασαι τὰ ὀνόματα· ἔτι προσφέρομέν σοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου, ἵνα ἀναδείξῃς αὐτὸν εἰς ἔπαινον τοῦ χριστοῦ σου βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον· ὑπὲρ τῶν ἐν παρθενίᾳ καὶ ἁγνείᾳ, ὑπὲρ τῶν χηρῶν τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ τῶν ἐν σεμνοῖς γάμοις καὶ τεκνογονίαις, ὑπὲρ τῶν νηπίων τοῦ λαοῦ σου, ὅπως μηδένα ἡμῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς· ἔτι ἀξιοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης καὶ τῶν ἐνοικούντων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀῤῥωστίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ, ὑπὲρ τῶν ἐν ἐξορίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν δημεύσει, ὑπὲρ πλεόντων καὶ ὁδοιπορούντων· ὅπως ἐπίκουρος γένῃ πάντων βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ· ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν μισούντων ἡμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς διὰ τὸ ὄνομά σου, ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων, ὅπως διαστρέψῃς αὐτοὺς εἰς ἀγαθὸν, καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν πραΰνῃς· ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὑπὲρ τῶν χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν ἡμῶν· ὅπως τοὺς μὲν τελειώσῃς ἐν τῇ πίστει, τοὺς δὲ καθαρίσῃς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ, τῶν δὲ τὴν μετάνοιαν προσδέξῃ, καὶ συγχωρήσῃς καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὰ

 quæ

quæ delinquimus. Offerimus quoque tibi pro aëris temperatura, & frugum vbertate; vt indesinenter bona a te collata percipientes, adsidue laudemus te, qui das escam omni carni. Etiam rogamus te pro iis, qui ob caussam probabilem absentes sunt: vt omnes nos in pietate conseruatos a te in Christi tui, Dei vniuersæ naturæ sub sensum & intelligentiam cadentis, regisque nostri regno congreges, immutabiles, inculpatos, irreprehensos: quoniam tibi omnis gloria, veneratio, gratiarum actio, honor, adoratio, patri, & filio, & spiritui sancto, nunc & semper & in infinita ac sempiterna sæcula sæculorum. Atque omnis populus respondeat, *Amen.*

POSTEA episcopus rursus dicere iubetur, *Pax Dei sit cum omnibus vobis.* Cunctusque populus respondet: *Et cum spiritu tuo.* Deinde diaconus populum excitat, vt secum in alia se coniungat precatione, quæ dicitur προσφώνησις ἐπὶ τῶν πιστῶν μετὰ τὴν θείαν ἀναφορὰν, *Denuntiatio obsecrationis pro fidelibus post diuinam oblationem,* his verbis concepta [c]: *Adhuc atque adhuc oremus Deum per Christum eius, pro munere, quod domino Deo oblatum est; vt Deus, qui bonus est, illud mediante Christo suo, recipiat in cæleste suum altare, ad odorem suauitatis. Pro ecclesia hac, & populo oremus; pro vniuerso episcopatu, omni presbyterio, cuncto Christi diaconio ac ministerio, omni ecclesiæ cœtu oremus; vt dominus vniuersos conseruet atque custodiat. Pro regibus & in sublimi potestate constitutis oremus; vt res nostræ pacificæ sint; quo vitam quietam & tranquillam nacti in omni pi-*

παραπτώματα ἡμῶν· ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τοῦ ἀέρος καὶ τῆς εὐφορίας τῶν καρπῶν· ὅπως ἀνελλειπῶς μεταλαμβάνοντες τῶν παρὰ σοῦ ἀγαθῶν, αἰνῶμέν σε ἀπαύστως, τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρκί· ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν δι' εὔλογον αἰτίαν ἀπόντων· ὅπως ἅπαντας ἡμᾶς διατηρήσας ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἐπισυναγάγῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ χριστοῦ σου, τοῦ θεοῦ πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ὅτι σοι πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀνελλειπεῖς καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· ἀμήν.

(c) Constit. apost. lib. VIII. c. XIII. Ἔτι καὶ ἔτι δεηθῶμεν τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ δώρου τοῦ προσκομισθέντος κυρίῳ τῷ θεῷ, ὅπως ὁ ἀγαθὸς θεὸς προσδέξηται αὐτὸ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἐπουράνιον αὐτοῦ θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ταύτης καὶ τοῦ λαοῦ δεηθῶμεν, ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς, πάσης πρεσβυτερίου, πάσης τῆς ἐν χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας, παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος πάντας διατηρήσῃ καὶ διαφυλάξῃ· ὑπὲρ βασιλέων καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ δεηθῶμεν· ἵνα εἰρηνεύωνται τὰ πρὸς ἡμᾶς,

ctate

etate ac morum castitate degamus. *Sanctorum martyrum memores simus; vt digni habeamur participes fieri eorum certaminis. Pro iis, qui in fide requieuerunt, oremus. Pro cæli temperatura & frugum maturitate, oremus. Pro recenter baptismo illuminatis oremus, vt confirmentur in fide. Omnes, alii ab aliis incitentur. Suscita nos Deus in gratia tua. Suscitati, nos ipsos Deo per Christum eius commendemus.* Et episcopus dicat: *Deus qui magnus & magni nominis es, magnus consilio, & potens operibus; Deus, & pater sancti filii tui, Iesu saluatoris nostri; respice super nos & super gregem tuum hunc, quem per eum delegisti ad nominis tui gloriam; & sanctificans corpus nostrum & animam nostram, concede, vt effecti puri ab omni inquinamento carnis ac spiritus, proposita bona consequamur; neminemque nostrum indignum iudices, verum sis noster adiutor, opitulator, propugnator, per Christum tuum; cum quo tibi gloria, honor, laus, glorificatio, gratiarum actio, & sancto spiritui, in secula. Amen.*

Et postquam omnes dixerint: Amen, diaconus iterum clamat, πρόσχωμεν, *attendamus*; Ac episcopus ita ad populum proloqui iubetur: *Sancta sanctis*, populo respondente, *Vnus sanctus, vnus dominus, vnus Iesus Christus, in gloriam Dei patris, benedictus in secula, Amen. Gloria in altissimis Deo & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Hosanna filio Dauidis: benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus, & manifestauit se nobis: Hosanna in altissimis.*

Hoc integrum officium est, actui communicandi præmissum, vti quidem in *constitutionibus* traditur; quod heic ita ex to-

ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον ἔχοντες, διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι· τῶν ἁγίων μαρτύρων μνημονεύσωμεν· ὅπως κοινωνοὶ γενέσθαι τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν καταξιωθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τῶν ἀέρων καὶ τελεσφορίας τῶν καρπῶν δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων δεηθῶμεν· ὅπως βεβαιωθῶσιν ἐν τῇ πίστει πάντες ὑπ' ἄλλων παρακαλείσθωσαν· ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐν τῇ χάριτί σου· ἀναστάντες ἑαυτοὺς τῷ θεῷ διὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα· καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· ὁ θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλώνυμος, ὁ μέγας τῇ βουλῇ, καὶ κραταιὸς τοῖς ἔργοις, ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν σου τοῦτο, ὃ δι' αὐτοῦ ἐξελέξω εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματός σου, καὶ ἁγιάσας ἡμῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καταξίωσον καθαροὺς γενομένους ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, τυχεῖν τῶν προκειμένων ἀγαθῶν, καὶ μηδένα ἡμῶν ἀνάξιον κρίνῃς, ἀλλὰ βοηθὸς ἡμῶν γενοῦ, ἀντιλήπτωρ, ὑπερασπιστής, διὰ τοῦ χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμή, αἶνος, δοξολογία, εὐχαριστία, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

to repræſentauimus, quemadmodum ibi iacet, vt lector vno obtutu videre illud poſſit. Diuerſas illius partes & membra nunc conferemus cum certis narrationibus, quas alii fide digni auctores de illis habent; ordientes ab eo, quod primum erat in ordine, nimirum ſalutatione, qua ſacerdos vtebatur ad populum.

§. II.

Hæc enarratio comparatur cum iis, quæ in aliis auctoribus dicuntur. Primum *quidem, quod ad formulam ſalutationis,* Pax vobiſcum, *attinet.*

ANTEA [*] iam obſeruatum nobis eſt, hanc formulam ſalutandi populum *Pax vobiſcum*, vel, *Dominus vobiſcum*, vel, *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti* &c. vſitatum fuiſſe præloquium, & introductionem in omnia ſancta officia, atque precibus, maxime ad altare offerri ſolitis, ſemper præmitti conſueuiſſe. THEODORETVS hoc in omnibus eccleſiis myſticæ liturgiæ [d] (per quam hanc officii euchariſtici partem intelligit) eſſe exordium ait. CYRILLVS ALEXANDRINVS [e] idem dicit, quod in ſanctis ſynaxibus circa ipſa myſterii initia hanc ſalutationem vſurpent; & quod *CHRISTVS* veluti legem quamdam inde eccleſiæ filiis ſtatuerit, dum ſalutauerit diſcipulos, familiaribus ad eos vocibus vſus, *Pax vobis.* Nemo autem fuſius de ea loquitur, quam quidem CHRYSOSTOMVS. In omnibus ſacris officiis adhibitam fuiſſe, adfirmat. *Quum ingreſſus*, inquit [f], *fuerit is, qui præeſt eccleſiæ, ſtatim dicit: Pax omnibus. Quando ſermonem facit ac concionatur: Pax omnibus. Quando benedicit: Pax omnibus. Quando iubet ſalutare: Pax omnibus. Quando peractum fuerit ſacrificium: Pax omnibus. Et rurſus intermedio: Gratia vobis & pax.*

(*) Lib. XIV. cap. IV. §. XIV. pag. 164.

(d) Theodoret. epiſt. CXLVI. p. 1032. τοῦτο ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῆς μυστικῆς ἐστὶ λειτουργίας προοίμιον.

(e) Cyrill. lib. XII. in Ioan. pag. 1093. κατασπάζεται δὲ πάλιν, τὸ σύνηθες ἐκεῖνο λέγων, τοῦτ' ἔστιν εἰρήνη ὑμῖν, νόμον ὥσπερ τινα καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ τιθεὶς τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις· τοιγάρτοι καὶ ἐν ταῖς ἁγίαις μάλιστα συνόδοις, ἤτοι συνάξεσι παρ' αὐτὰς τοῦ μυστηρίου ἀρχὰς, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀλλήλοις φαμέν.

(f) Chryſoſt. homil. III. in Coloſſ. p. 1333. (p. 173. edit. Francof.) ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εὐθέως λέγει· εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ὁμιλῇ, εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν εὐλογῇ, εἰρήνη πᾶσιν· καὶ μεταξὺ πάλιν, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη.

Vbi

Vbi obſeruandum eſt, quod loquatur de hac ſalutatione ad minimum quater vſurpata, in hac miſſæ fidelium parte, præter occaſiones alias. Alio loco chriſtianos admonens, vt ne conſuetudines iudæorum ſectentur, ſed vt pacem & concordiam inter ſe colant, hunc in modum argumentatur: *Nihil eſt, quod cum pace valeat & concordia comparari. Propterea quoque quum ingrediatur pater* (h. e. epiſcopus) *non prius ad hanc ſedem adſcendit, quam vobis omnibus pacem fuerit precatus, & quum ſurgit, non prius vos docere incipit, quam omnibus pacem dederit: ſacerdotes etiam quum fuerint benedicturi, vbi prius hoc vobis apprecati* [g] *fuerint, deinceps incipiunt benedicere. Et vero diaconus dum cum aliis precari iubet, hoc quoque imperat in oratione, vt angelum pacis rogemus, & quæ propoſita ſunt cuncta pacifica, & ab hoc conuentu vos dimittens hoc vobis precatur dicens: in pace diſcedite: & nihil in vniuerſum poteſt vel dici vel fieri ſine iſta.* In alia homilia de *deſcenſu ſpiritus ſancti* [h] cauſſam exponit, quamobrem in cœnæ dominicæ adminiſtratione iſta ſalutatio potiſſimum adhibeatur: *Niſi eſſet ſpiritus ſanctus in hoc communi patre & doctore* (epiſcopo), *quum paullo ante ſacrum hoc in tribunal adſcendit, ac vobis omnibus pacem dedit, non ei ſimul omnes acclamaſſetis: Et cum ſpiritu tuo. Idcirco non quum adſcendit tantum, neque quum vos adfatur, neque quum pro vobis orat, hac illi voce acclamatis, ſed quum huic ſacræ menſæ adſiſtit, quum tremendum ſacrificium eſt oblaturus, non prius attingit propoſita, quam vobis ipſe gratiam fuerit precatus a domino, voſque illi acclamaueritis: Et cum ſpiritu tuo; qua reſponſione vobiſmet ipſis in memoriam reuocatis, nihil eum præſtare, qui adeſt, neque naturæ humanæ recte facta eſſe propoſita dona, ſed præſentem ſpiritus gratiam & ad omnia aduolantem, myſticum illud perficere ſacrificium.* Exſtant loca plura alia eiuſdem argumenti in aliis eius homiliis [i] in euangelia & epiſtolas *Paullinas*, quæ quum lector fuſius exſcripta legere poſſit in epitome liturgiæ, ſupra e CHRYSOSTOMO exhibita, heic repe-

(g) Chryſoſt. homil. LII. in eos, qui paſcha ieiunant tom. V. p. 713. (homil. LV. p. 367. edit. Francof.) Vid. lib. XIII. c. VI. §. V. vol. V. p. 213.

(h) Chryſoſt. homil. XXXVI. de pentecoſte tom. V. p. 553. (homil. XXXIX. p. 493. fin. ſeq.) cit. ibid. p. 212.

(i) Chryſoſt. homil. XVIII. in 2 Cor. p. 873. Vid. lib. XIII. c. VI. vol. V. p. 226. Homil. XXXVI. in 1 Cor. p. 652. cit. ibid. p. 224. Homil. XXXIII. in Matth. p. 318. cit. ibid. p. 217.

tere superſedemus. Eadem conſuetudo ſemper in eccleſia *Latina* obſeruata eſt. Nam TERTVLLIANVS [k] manifeſto ad eam reſpicit, quando hæreticis exprobrat, quod pacem dent omnibus promiſcue. *Pacem*, inquit, *cum omnibus miſcent*; innuens, eccleſiam dare eam cum quodam diſcrimine. OPTATVS [l] *Donatiſtas* hanc formulam retinere, ſed in praxi magnopere ea abuti, ſignificat, quando ait: *Non potuiſtis prætermittere, quod legitimum eſt. Vtique dixiſtis, Pax vobiſcum - - Quid ſalutas, de quo non habes? Quid nominas, quod exterminaſti? Salutas de pace, qui non amas.* In eccleſiis *Hiſpanicis* ſimilem, etſi non omnino eamdem, formulam adhibuerunt. Nam canone quodam concilii *Bracarenſis* primi [m] ita ſtatutum legimus: *Placuit, vt non aliter epiſcopi, & aliter presbyteri populum, ſed vno modo ſalutent, dicentes, Dominus ſit vobiſcum: ſicut in libro Ruth legitur, & vt reſpondeatur a populo: Et cum ſpiritu tuo; ſicut & ab ipſis apoſtolis traditum omnis retinet Oriens, & non ſicut Priſcilliana prauitas immutauit.* Qualis immutatio a *Priſcillianiſtis* hac in re facta ſit, non adeo liquet. Sunt quidam viri docti in ea opinione [n], quod adfirmauerint, eſſe *Pax vobis*, tantum ab epiſcopo dicendum ſemper, a ſacerdote vero, *Dominus vobiſcum*. Vnde in hunc canonem mendum irrepſiſſe putant, vt pro *Occidens* legatur *Oriens*, quia euidens ſit & manifeſtum, quod omnes eccleſiæ Orientales formula, *Pax vobis*, tam in ſalutatione epiſcoporum, quam presbyterorum

(k) Tertull. de præſcript. c. XLI.

(l) Optat. lib. III. p. 73. (p. 79. edit. Pariſ. MDCLXXIX.)

(m) Concil. Bracar. I. c. XXI. (al. concil. II. c. III. tom. V. concil. p. 240. edit. Labb.)

(n) Garſias Loaiſa in loc. (p. 844. ibid.) In miſſis priuatis, & in ſolemnioribus prima vice epiſcopus ſalutat hac forma: *Pax vobis*; poſtea dicitur: *Dominus vobiſcum*; ſicuti ſacerdos: quod Priſcillianus negabat, adfirmans, eſſe *Pax vobis* tantum ab epiſcopo dicendum ſemper, a ſacerdote vero, *Dominus vobiſcum*.
Bona de reb. liturgic. lib. II. c. V. n. I. Priſcillianus, vt ad hunc canonem notat Garſias Loaiſa, non ſemel tantum, vt moris eſt, ſed ſemper ab epiſcopis dicendum eſſe *Pax vobis* contendebat. In hunc autem canonem mendum irrepſiſſe, vt pro occidens oriens legatur, dudum viri docti obſeruarunt.
Habert. archieratic. p. 330. In oriente epiſcopus dicit *Pax vobis*; & formula κύριος μεθ' ἡμῶν πάντων, *Dominus cum omnibus nobis*, in liturgia ſolum b. Marci, idque ſemel reperitur. Quid ſi occidens pro oriente legendum?

vtan-

vtantur. Ego vero potius crediderim, *Priscillianam* prauitatem, de qua heic queruntur patres *Bracarenses*, eo spectasse, vt populo libertas adimeretur respondendi, partemque in ministerio habendi, dum dicerent; *Et cum spiritu tuo*, vti totius Orientis consuetudo ab apostolorum inde temporibus fuit. Vtcumque hoc est, non possum facere, quin eum ipsum errorem esse dicam & prauitatem, in quam postea ecclesia *Romana* incurrerit. Nam ipsemet BONA [o] fatetur, quod, licet olim non solum clerici, sed vniuersus populi cœtus sacerdoti responderit, dicendo: *Et cum spiritu tuo*, nunc tamen in ecclesia *Romana* soli clerici respondeant, populo ab hac diuini cultus parte penitus excluso. Cuius rei haud alia ratio dari potest, quam magisterialis ecclesiæ auctoritas, quæ, quidquid lubet, populo præscribere sibi sumit, non obstante quacumque regula, siue traditione veteris ecclesiæ. CHRYSOSTOMI argumentatio, qua populum partem in precibus cum sacerdote docet habere oportere, plus ponderis habet, cum qua hunc paragraphum finiemus.

MAGNA, inquit [p], *sacri conuentus, hoc est ecclesiarum vis ac potentia est. Oratio Petrum ex vinculis exemit: Pauli os aperuit. Horum suffragium eos, qui ad spirituales dignitates veniunt, haud leuiter exornat. Ac propterea is, qui ordinandi munus obiturus est, illorum preces tum poscit, atque ipsi calculum suum addunt, acclamantque ea, quæ norunt, qui mysteriis initiati sunt. Neque enim fas est, coram profanis cuncta detegere. Interdum autem ne quidquam quidem inter sacerdotem interest, & eos, quibus præest, velut quum tremenda mysteria*

Hamon. Lestrange, *Allyance of Div. offic.* cap. III. p. 82.

(o) Bona ibid. p. 501. (p. 346. fin. edit. Paris. MDCLXXII. 4to.) Olim vniuersus populi cœtus sacerdoti respondebat, vt ex liturgiis earumque expositionibus apparet; idque Micrologus statutum ait in Occidente a concilio Aurelianensi, vt scilicet non solum clerici, sed omnis populus responderet: Et cum spiritu tuo. *At nunc soli clerici, vel ministri respondent.*

(p) Chrysost. homil. XVIII. in 2 Cor. p. 872. (p. 673. edit. Francof.) Μεγάλη ἡ δύναμις τῆς συνόδου, ἤγουν τῶν ἐκκλησιῶν· Σκόπει πῶς μεγάλη ἦν ἡ δύναμις τῆς συνόδου· ἡ τῆς ἐκκλησίας εὐχὴ τὸν Πέτρον ἀπὸ τῶν δεσμῶν ἔλυσε, τοῦ Παύλου τὸ στόμα ἠνέῳξεν· ἡ τούτων ψῆφος, οὐχ ὡς ἔτυχε, καὶ τοὺς ἐπὶ τὰς πνευματικὰς ἀρχὰς ἐρχομένους κατακοσμεῖ· Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ μέλλων χειροτονεῖν, καὶ τὰς ἐκείνων εὐχὰς καλεῖ τότε, καὶ αὐτοὶ ἐπιψηφίζονται, καὶ ἐπιβοῶσιν, ἅπερ ἴσασιν οἱ μεμυημένοι· οὐ γὰρ θέμις ἐπὶ τῶν ἀμυήτων ἐκκαλύπτειν ἅπαντα· ἔστι δὲ, ὅπου οὐδὲ

percipienda sunt. Aeque enim omnes ad ea admittimus: non quemadmodum in veteri testamento, alia sacerdos, alia subditus edebat, nec plebi fas erat iis vesci, quibus sacerdos vescebatur. Nunc enim secus se res habet. Omnibus siquidem vnum corpus, vnum poculum proponitur. Quin in precationibus quoque illud quispiam conspexerit, populum permultum erogare: Etenim pro arreptitiis, & pro iis, qui in pœnitentia sunt, communia & a sacerdote & ab ipsis vota fiunt: atque omnes vnam eamdemque precem concipiunt, precem inquam illam misericordia plenam. Rursus quum eos, qui sacrosanctæ mensæ participes esse nequeunt, a sacris septis arcemus, ineunda est altera oratio, in qua omnes peræque humi iacemus, omnes peræque surgimus. Adhæc quum pax danda, vicissimque accipienda est, omnes æque inter nos exosculamur. Iam in tremendis quoque mysteriis, vt sacerdos pro plebe, ita plebs pro sacerdote vota facit. Hæc enim verba: Et cum spiritu tuo; nihil aliud quam hoc significant. Rursus ea oratio, qua Deo gratiæ aguntur, vtrisque communis est. Neque enim ipse solus gratias agit, sed etiam plebs vniuersa. Nam quum prius illorum vocem sumsit, atque illi assenserunt, id digne ac iuste fieri, tum demum gratiarum actionem auspicatur. Quid autem est, quamobrem tibi mirum videatur, si cum sacerdote plebs interdum loquatur, quum etiam cum ipsis Cherubim ac supernis virtutibus sacrosanctos illos hymnos communiter in cælum mittat? Addit porro: *Hæc cuncta eo a me dicuntur, vt vnusquisque, etiam ex his, qui subsunt,*

διέστηκεν ὁ ἱερεὺς τοῦ ἀρχομένου· οἷον, ὅταν ἀπολαύειν δέῃ τῶν φρικτῶν μυστηρίων· ὁμοίως γὰρ πάντες ἀξιούμεθα τῶν αὐτῶν, οὐ καθάπερ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς, τὰ μὲν ὁ ἱερεὺς ἤσθιε, τὰ δὲ ὁ ἀρχόμενος· καὶ θέμις οὐκ ἦν τῷ λαῷ μετέχειν ὧν μετεῖχεν ὁ ἱερεύς· ἀλλ' οὐ νῦν· ἀλλὰ πᾶσιν ἓν σῶμα πρόκειται, καὶ ποτήριον ἕν· καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς δὲ πολὺ τὸν λαὸν ἴδοι τις ἂν συνεισφέροντα· καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων, ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ, κοιναὶ καὶ παρὰ τοῦ ἱερέως, καὶ παρ' αὐτῶν γίνονται αἱ εὐχαί· καὶ πάντες μίαν λέγουσιν εὐχήν, εὐχὴν τὴν ἐλέου γέμουσαν· πάλιν ἐπειδὰν εἴρξωμεν τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς οὐ δυναμένους τῆς ἱερᾶς μετασχεῖν τραπέζης, ἑτέραν δεῖ γενέσθαι εὐχήν, καὶ πάντες ὁμοίως ἐπ' ἐδάφους κείμεθα, καὶ πάντες ὁμοίως ἀνιστάμεθα· ὅταν εἰρήνης πάλιν μεταλαμβάνειν καὶ μεταδιδόναι δέῃ, πάντες ὁμοίως ἀσπαζόμεθα· ἐπ' αὐτῶν πάλιν τῶν φρικωδεστάτων μυστηρίων ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς τῷ λαῷ, ἐπεύχεται καὶ ὁ λαὸς τῷ ἱερεῖ· τὸ γὰρ, μετὰ τοῦ πνεύματός σου, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τοῦτο· τὰ τῆς εὐχαριστίας πάλιν κοινά· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος εὐχαριστεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς ἅπας· πρότερον γὰρ αὐτῶν λαβὼν φωνήν, εἶτα συντιθεμένων, ὅτι ἀξίως καὶ δικαίως τοῦτο γίνεται, τότε ἄρχεται τῆς εὐχαριστίας· καὶ τί θαυμάζεις, εἴ που μετὰ τοῦ ἱερέως ὁ λαὸς φθέγγεται, ὅπουγε καὶ μετ' αὐτῶν τῶν χερουβὶμ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων κοινῇ, τοὺς ἱεροὺς ἐκείνους ὕμνους ἀναπέμπει; ταῦτα δέ μοι πάντα ἐκεῖνα εἴρηται, ἵνα ἕκαστος καὶ τῶν ἀρχομένων

alui-

aduigilet, illudque intelligamus, nos omnes vnum corpus esse, tantumque duntaxat inter nos differre, quantum membra a membris differunt: ac proinde committendum non esse, vt omnia ad sacerdotes reiiciamus; quin potius nos quoque ecclesiæ totius, perinde ac communis corporis cura adficiamur. Iam igitur cuiuis lectori ingenuo diiudicandum relinquimus, quænam argumenta omnium maxime stringant & rationi sint conuenientissima; vtrum hæc CHRYSOSTOMI, qui ita pro iure populi in participando publico Dei cultu contendit; an eorum, qui enormi auctoritate æquum illis ius denegant; & vti calicem, biblia & clauem cognitionis eis abstulerunt, ita in communibus precibus cum sacerdote se iungendi libertatem abiudicarunt, quod tamen in ecclesia antiqua incontrouersum eorum fuit priuilegium.

§. III.

Secundo, *Ratione osculi pacis.*

SED pergimus in *constitutionibus.* Quemadmodum heic, simulatque sacerdos salutationem *pacis* fecerat, eique populus responderat, diaconus quidam proclamabat solemniter, vt sese inuicem salutarent *osculo sancto:* atque tum clerici osculabantur episcopum, laici viri laicos, feminæ feminas; Ita in eumdem modum res in aliis scriptoribus traditur. Concilium *Laodicenum* antiqui officii ordinem describens, post preces [q] fidelium pacem dari iubet: Et postquam presbyteri *pacem* episcopo *dederint*, & laici sibi mutuo *pacem dederint*, sic sanctam oblationem perfici. Eodem modo CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS [r] de hoc pacis osculo loquitur, vt quod detur ante, quam verba ista, *Sursum corda*, pronuntientur. *Diaconus*, inquit, *clamat, Complectamini & osculemini vos inuicem.* Quod osculum

νήφῃ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι σῶμά ἐσμεν ἅπαντες ἓν, τοσαύτην ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν, ὅσην μέλη πρὸς μέλη, καὶ μὴ τὸ πᾶν ἐπὶ τοὺς ἱερέας ῥίπτωμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ, ὥσπερ κοινοῦ σώματος, τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης οὕτω φροντίζωμεν.

(q) Concil. Laodic. XIX. εἶθ᾽ οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι, καὶ μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαικοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι· καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι.

(r) Cyrill. catech. myst. V. n. II. εἶτα βοᾷ ὁ διάκονος, ἀλλήλους ἀπολάβετε, καὶ ἀλλήλους ἀσπαζώμεθα· - - σημεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ φίλημα τοῦ ἀνακραθῆναι τὰς ψυχὰς, καὶ πᾶσαν ἐξορίζειν μνησικακίαν ἐν ταῖς μνηστεύται. Num. II. demum sequitur. μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεύς· ἄνω τὰς καρδίας.

lum ſignum eſſe dicit reconciliationis animorum, vniuerſæque iniuriarum memoriæ deletæ. CHRYSOSTOMVS [s] ſæpius eius meminit inter alia argumenta ad excitandos homines ad concordiam & mutuam caritatem; ad animum illis reuocans hoc *pacis ac reconciliationis ſymbolum*, & quod grandis faſtus, & mera hypocriſis ſit, oſculum dare, vt dederit *Iudas*, ſine vero amore & ſincera animi adfectione. Speciatim vno quodam loco [†] temporis notat circumſtantiam, quando hæc cærimonia adhibita fuerit, videlicet ante oblationem, vbi ſacrificium iam offerendum eſſet; Quod exacte conuenit cum tempore, in *conſtitutionibus* nominato. Idem illud iam pridem ante a IVSTINO MARTYRE notatum erat, quod inter preces communes pro vniuerſo eccleſiæ chriſtianæ ſtatu, & inter preces conſe-

(s) Chryſoſt. homil. XX. in Matth. p. 205. (p. 249. ed. Francof.) πῶς οὖν ἀσπάσῃ τὸν ἀδελφόν; πῶς ἅψῃ τῆς θυσίας; πῶς ἀπογεύσῃ τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ τοσοῦτον ἔχων ἐπὶ τῆς διανοίας τὸν ἰόν; *Quid fratrem* ſalutas (*oſculo*)? *quemadmodum dominicum ſanguinem guſtas? qui tu ſacra myſteria attingis, tam dirum mente gerens venenum?* Homil. XIV. in Epheſ. p. 1128. (p. 964. edit. Francof.) φιλήματος ἠξίωσαι δεσποτικοῦ, καὶ ὑβρίζεις; τοσούτοις σου τὸ στόμα ἐκόσμησεν ὁ Θεός, ὕμνοις ἀγγελικοῖς, τροφῇ οὐκέτι ἀγγελικῇ, ἀλλ' ὑπὲρ ἀγγελικήν, φιλήματι τῷ αὐτοῦ, περιπλοκαῖς ταῖς πρὸς αὐτόν, καὶ ὑβρίζεις; μή, παρακαλῶ. *Dominico oſculo dignatus, es & contumelia adficis? Deus os tuum ornauit tam multis, hymnis angelicis, alimento non vtique angelico ſed ſuperangelico, ſuo oſculo & ſuis amplexibus & contumelia adficis? Noli, quæſo.* Homil. LXXVII. in Ioan. p. 500. (ibid. edit. Francof.) διὰ τοῦτο καὶ ἐν μυστηρίοις ἀσπαζόμεθα ἀλλήλους, ἵνα οἱ πολλοὶ γενώμεθα ἕν. *Ideo* in myſteriis nos inuicem ſalutamus, *vt multi vnum efficiamur.* Hom. XXX. de proditore tom. V. p. 565. (p. 415. edit. Francof.) μνημονεύωμεν διαπαντὸς τῶν ἁγίων φιλημάτων, καὶ τοῦ φρικωδεστάτου ἀσπασμοῦ τοῦ πρὸς ἀλλήλους· τοῦτο γὰρ συμπλέκει τὰς διανοίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖ σῶμα γενέσθαι ἓν ἅπαντας, ἐπειδὴ καὶ ἑνὸς σώματος μετέχομεν οἱ πάντες. *Semper memores ſimus* ſanctorum oſculorum & tremendi illius oſculi, quo alii alios oſculamur. *Illud enim mentes noſtras conglutinat, & efficit, vt vnum fiamus corpus omnes, quandoquidem vnius etiam corporis omnes participes ſimus.*

(†) Chryſoſt. de compunct. cordis lib. I. c. III. tom. IV. p. 118. (p. 103. edit. Frf.) ἀσπαζόμενοι μὲν ἀλλήλους μέλλοντος τοῦ δώρου προσφέρεσθαι, χείλεσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ στόματι τοῦτο ποιοῦντες μόνον. Oſculum pacis pon[…]ere *tempore, quo munera offeruntur, in vſu eſt, ſed vereor, ne forte plures ex nobis labiis hoc tantummodo faciant & ore.*

crati-

crationis factum fuerit. Nam *Precibus* [t] *finitis*, inquit, *mutuis nos inuicem osculis salutamus. Deinde ei, qui fratribus praeest, offertur panis & poculum aquae & vini, quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum vniuersarum patri per nomen filii & spiritus sancti offert.* In ecclesia *Latina* idem mos obtinebat, hac solum cum differentia, vt non ante, sed post preces consecrationis & orationem dominicam, proxime ante distributionem, osculum daretur. Ita enim AVGVSTINVS, vel CAESARIVS ARELATENSIS, rem repraesentat, illius officii ordinem describens: *Vbi peracta est sanctificatio* [u], *dicimus orationem dominicam. Post ipsam dicitur, Pax vobiscum, & osculantur se christiani in osculo, quod est signum pacis, si, quod ostendunt labia, fiat in conscientia.* In aliis etiam locis huius rei meminit, & indicare videtur, quod eamdem caerimoniam & *Donatistae* obseruarint, tametsi pacem, quae per eam intendebatur, haud habuerint. In libro suo contra *Petilianum* [x], loquens de *Optato* quodam *Gildoniano*, episcopo *Donatistarum*,

(t) Iustin. apol. II. p. 97. ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν· ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος ἁγίου, ἀναπέμπει.
Clem. Alex. paedag. lib. III. c. XI. p. 301. edit. Oxon. Ἀγάπη οὐκ ἐν φιλήματι, ἀλλ' ἐν εὐνοίᾳ κρίνεται· οἱ δὲ, οὐδὲν ἀλλ' ἢ φιλήματι καταψοφοῦσι τὰς ἐκκλησίας, τὸ φιλοῦν ἔνδον οὐκ ἔχοντες αὐτό· καὶ γὰρ δὴ, καὶ τοῦτο ἐκπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρὰς, καὶ βλασφημίας, τὸ ἀναιδὴν χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν· ἅγιον αὐτὸ κέκληκεν ὁ ἀπόστολος. *Dilectio non in osculo censetur sed in beneuolentia. Illi autem nihil aliud osculo quam ecclesias conturbant, quum ipsam non habeant intus amicitiam. Etenim hoc vtique turpem mouit suspicionem & maledicentiam, quod impudenter osculo vterentur, quod esse oportebat mysticum. Id sanctum vocauit apostolus.*
Athenagor. legat. pro christianis p. 76. d. οὕτως οὖν ἀκριβώσασθαι τὸ φίλημα, μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα δεῖ. *Summa cautione communicandum est osculum, vt non aliter quam pia salutatio, vel potius adoratio quaedam habeatur.*
Dionys. eccles. hierarch. c. III. §. VIII. Οὕτω τῆς θεαρχικῆς φιλανθρωπίας ἱερῶς ὑμνηθείσης, ἐγκεκαλυμμένως μὲν ὁ θεῖος ἄρτος προτίθεται, καὶ τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον· ὁ δὲ θειότατος ἀσπασμὸς ἱερουργεῖται, καὶ τῶν ἁγιογράφων πτυχῶν ἡ μυστικὴ καὶ ὑπερκόσμιος ἀνάρρησις. *In hunc modum Dei principali benignitate sancte collaudata, coopertus quidem diuinus ille panis calixque benedictionis proponitur: diuinissima vero salutatio siue osculum, sacrarumque tabularum mystica & supermundialis recitatio celebratur.*
(u) Augustin. homil. XXXVII. de diuersis tom. X. p. 556.
(x) Augustin. contr. litter. Petiliani lib. II. c. XXIII. (tom. VII. p. 102. edit. Basil.

qui magnus viduarum & pupillorum oppressor fuerat, multis aliis crudelitatis generibus infamis, dicit, quod, his omnibus non obstantibus, ei pacis osculum inter sacramenta dederint. Alio loco [y] *Donatistas* coruis comparat, catholicos vero columbis; quia etsi vtrique osculum pacis dent, isti tamen ecclesiam lanient eiusque ruina pascantur; hi autem innocentes sint, ac simplices, sicut columbæ; atque ex his characteribus vtrosque a se inuicem dignosci posse, ait. Ex INNOCENTII quoque pontificis *Romani* epistola ad *Decentium*, episcopum *Eugubiensem*, apparet, generalem ecclesiarum *Italicarum* fuisse consuetudinem, osculum pacis dare non ante, sed post consecrationem. Eos enim, qui ante consecrationem id dare solebant, reprehendit, finitisque mysteriis dandum esse dicit. *Pacem*, inquit [z], *adseris, ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter sacerdotes tradere: quum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constet, populum, ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrentur.* TERTVLLIANVS [a] probabiliter ex hac ratione illud osculum *signaculum orationis* appellat, vtpote ætate sua, omnibus consecrationis precibus finitis, adhibitum. Significare etiam videtur, datum fuisse illud promiscue, sine distinctione inter mares [b] & feminas. Nam inter alia argumenta, quibus christianæ mulieri nuptias cum viro pagano dissuadere ni-

MDLXIX.) Huc accedit, quia ego illum commemoro, qui vobiscum vixit, cuius natalitia tanta celebratione frequentabatis, *cui pacis osculum inter sacramenta copulabatis*, in cuius manibus eucharistiam ponebatis, &c.

(y) Id. tract. VI. in Ioan. p. 21. (p. 50. cit. edit.) Habent oscula & corui, sed in coruis falsa pax, in columba vera pax. Non omnis ergo, qui dicit pax vobiscum, quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum? Osculantur corui, sed laniant: a laniatu innocens est natura columbarum. Vbi ergo laniatus, non est, vera in osculis pax. Illi habent veram pacem, qui ecclesiam non laniauerunt: nam corui de morte pascuntur, hoc columba non habet.

(z) Innocent. epist. I. ad Decent. c. I.

(a) Tertull. de orat. c. XIV. Alia iam consuetudo inualuit, ieiunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt *osculum pacis*, quod est *signaculum* orationis.

(b) Tertull. ad vxor. lib. II. c. IV. Quis in carcerem ad osculanda vincula martyris reptare patietur? iam vero alicui fratrum ad osculum conuenire?

titur,

titur, hoc vnum aliquod est, quod hic non passurus sit eam carceres ingredi ad osculanda martyrum vincula, vel alio quocumque tempore osculum pacis alicui fratrum dare. Atque hoc ipsum clare indicatur a vetusto scriptore *passionis Felicitatis* & *Perpetuæ*, circa ætatem TERTVLLIANI, quando *Felicitatem, Perpetuam* ac *Saturum* ante osculatos [c] inuicem se esse dicit, quam supplicium pro *CHRISTO* subirent, vt martyrium per solemnia pacis consummarent. Adludens ad hanc consuetudinem dandi pacis osculum sine sexus discrimine, tametsi aliter id fieret in ecclesia *Græca*. Alia adhuc res est, quæ ex TERTVLLIANO obseruari meretur, quod nonnulli die ieiunii osculum pacis dare dubitarint, quamuis priuatim tantum pro se ieiunarent; quos ille reprehendit, dicens, osculum pacis esse orationis signaculum. *Alia iam consuetudo* [d], inquit, *inualuit, ieiunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt osculum pacis, quod est signaculum orationis. Quando autem magis conferenda cum fratribus pax est, nisi cum oratione commendabilior adscendit, vt ipsi de nostra operatione participent, quam auderent de sua pace fratri transigere? Quæ oratio cum diuortio sancti osculi integra? Quem domino officium facientem impedit pax? Quale sacrificium est, a quo sine pace receditur? Quæcumque ratio sit, non erit potior præcepti obseruatione, quo iubemur ieiunia nostra celare. Iam enim de abstinentia osculi agnoscimur ieiunantes. Sed & si qua ratio est, ne tamen huic præcepto reus sis, potes domi forte, inter quos latere ieiunium in totum non datur, differre pacem. Vbicumque autem alibi operationem tuam abscondere potes, debes meminisse præcepti: ita & disciplinæ foris & consuetudini domi satisfacies.* TERTVLLIANVS, vti videmus, hoc de priuatis dicit ieiuniis, quæ non putat caussam idoneam esse hominibus, quamobrem oscula pacis publice dare detrectent. Cum publicis ieiuniis aliter comparatum erat. Nam per leges ecclesiæ solemnibus ieiunii diebus hæc cærimonia prætermittebatur. Exempli caussa die passionis dominicæ. Nam TERTVLLIANVS verbis proxime subsequentibus addit [e]: *Die paschæ* (per quem hic secun-

(c) Passio Perpetuæ ad calcem Lact. de mort. persecut. p. 36. Ante iam osculati inuicem, vt martyrium per solemnia pacis consummarent.

(d) Tertull. de orat. c. XIV.

(e) Ibid.

dum

dum IACOBVM PAMELIVM diem paſſionis intelligit) *quo communis & quaſi publica ieiunii religio eſt, merito deponimus oſculum, nihil curantes de oſculando, quod cum omnibus faciamus.* Atque hoc ipſum exceptioni, quæ vniuerſaliter in eccleſia inualuit, dandum eſſe videtur. Nam PROCOPIVS in vita notat *Iuſtiniani* & *Theodoræ*, qui regnum ſuum hoc die auſpicabantur an. DXXVII. quod malo omine illud ſint auſpicati, die [*f*] videlicet, quo nemo oſculum pacis in eccleſia tribuat. Hactenus quidem de hac vetuſta conſuetudine, toties iniuncta ab apoſtolo Rom. XVI, 16. 1 Cor. XVI, 20. 2 Cor. XIII, 12. 1 Theſſ. V, 26. 1 Petr. V, 14. de qua nonnulli [†] integra volumina ediderunt. Ego vero ſatis habeo, tantum dixiſſe, quantum facere poteſt ad confirmandam obſeruationem, factam in auctorem *conſtitutionum*, quod fuerit vetuſtus ritus vniuerſaliter in eccleſia in vna alteraue miſſæ fidelium parte obſeruatus.

§. IV.

Tertio, *Reſpectu ablutionis manuum ante conſecrationem.*

PROXIMO loco in *conſtitutionibus* cærimonia lauandi manus, ſacerdoti vſitata, memoratur. Huius CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS quoque meminit in *catecheſi myſtagogica*, vbi loquens ad neophytos, *Vidiſtis*, inquit [g], *diaconum aquam lauandis manibus porrigentem ſacerdoti & illis, qui circum altare Dei ſtabant, presbyteris. Num ideo prorſus dabat, vt ſordes corporis abluerentur? Nequaquam. Nec enim adeo ſordibus corporis fœdati in eccleſiam ingredi ſolemus. Sed illa manuum ablutio ſymbolum eſt, oportere vos a peccatis omnibus & iniquitatibus mundari. Quum enim per manus*

(*f*) Procop. hiſtor. arcan. c. IX. παρέλαβον τὴν βασιλείαν Ἰουστινιανός τε καὶ Θεοδώρα πρότερον τῆς ἑορτῆς ἡμέραις τρισὶν, ὅτε δὴ οὔτε ἀσπάσασθαί τινα, οὔτε εἰρηναῖα προσειπεῖν ἔξεστιν. *Suſcepere dominationem Iuſtinianus ac Theodora tertio ante feſtum paſchatis die, quando ſcilicet nulli dicere ſalutem vel pacem fas eſt.*

(†) Mullerus de oſculo ſancto Ienæ MDCLXXV. 4to. Martinus Kempius de oſculo &c. Lipſiæ MDLXV.

(*g*) Cyrill. catech. myſtag. V. n. I. ἑωράκατε τὸν διάκονον, τὸν νίψασθαι διδόντα τῷ ἱερεῖ, καὶ τοῖς κυκλοῦσι τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ πρεσβυτέροις· οὐ πάντως δὲ ἐδίδου διὰ τὸν σωματικὸν ῥύπον· οὐκ ἔστι τοῦτο· οὔτε γὰρ ῥύπον σώματος ἔχοντες τὴν ἀρχὴν, εἰσῄειμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ἀλλὰ σύμβολόν ἐστι τοῦ δεῖν ὑμᾶς καθαρεύειν πάντων ἁμαρτημάτων καὶ ἀνομημάτων, τὸ νίψασθαι· ἐπειδὴ γὰρ αἱ χεῖρες σύμ-

deſi-

designentur actiones, lauare certe easdem, munditiem & puritatem operum significat. Nonne audisti Dauid mysteria tractantem ista, & dicentem: Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, domine (Psalm. XXV, 6.) *Itaque manus abluere, est symbolum, non obnoxium esse peccatis.* Auctor *quaestionum veteris & noui testamenti*, qui sub nomine scripsit AVGVSTINI [h], eiusdem consuetudinis mentionem facit tamquam vsitatae per omnes ecclesias, hoc tantum cum discrimine, quod, quum in aliis ecclesiis communiter hoc esset diaconorum officium, aquam in manus fundere sacerdoti, in *Romana* ecclesia id muneris ad subdiaconos esset deuolutum, quia inferiorum clericorum multitudo in ista ecclesia prae multis aliis erat. Et in personato DIONYSIO AREOPAGITA multo plura hanc in rem legi possunt.

§. V.

Quarto, *Intuitu proclamationis diaconi, qua omnes non-communicantes exire, & omnes communicantes cum caritate ac sinceritate accedere iubebantur.*

PROXIMO loco, quando in *constitutionibus* diaconus iterum solemni proclamatione omnes non-communicantes, catechumenos, poenitentes & infideles excludere; omnes autem communicantes, vt in caritate ac sinceritate, non in inimicitiis cum fratribus suis, nec in hypocrisi erga Deum, sed cum timore ac tremore accedant, admonere iubetur: idem illud a CHRYSOSTOMO suggeritur. *Audis*, inquit [i], *praeconem stantem & dicentem: Quicumque estis in poenitentia, abite, Omnes, qui non participant, sunt in poenitentia. Si es ex iis, qui sunt in poenitentia,*

βολον πράξεως, νίψασθαι ταύτας, τὸ καθαρὸν δηλονότι καὶ ἄμωμον τῶν πράξεων αἰνιττόμεθα· ἐκ ἤκεσας τῆ μακαρίε Δαβὶδ αὐτὸ τῆτο μυσαγωγῆντος, καὶ λέγοντος, νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς με, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σε, κύριε· ἐκῦν τὸ νίψασθαι τὰς χεῖρας, τῆ ἀνυπεύθυνον εἶναι ἁμαρτήμασι, σύμβολόν ἐστιν.

(h) August. quaest. vet. & noui testam. quaest. CI. Quamquam Romanae ecclesiae diaconi modico inuerecundiores videantur, sedendi tamen dignitatem non praesumant. Vt autem non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. Nam vtique & altare portarent & vasa eius, *& aquam in manus funderent sacerdoti, sicut videmus per omnes ecclesias.* &c.

(i) Chrysost. homil. III. in Ephes. p. 1011. (p. 888. edit. Francof.) ἀκέεις ἑστῶτος τῆ κήρυκος, καὶ λέγοντος, ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε πάντες· ὅσοι μὴ μετέ-

non debes participare. Et SEVERIANVS episcopus *Gabalensis* in homilia quadam inter opera CHRYSOSTOMI [*k*] de eadem diaconi proclamatione loquitur: *Recordamini tremendorum mysteriorum, ac ministrorum sacri officii, imitantium angelorum alas tenuibus suis lineis velis, quæ sinistris humeris insident: & qui in ecclesia discurrunt clamantque, Ne quis ex catechumenis, ne quis eorum, qui non edunt, nullus ex exploratoribus, ne quis eorum, qui non possunt intueri vitulum, qui comeditur, neue quis eorum, qui spectare non possunt cælestem sanguinem, qui effunditur in remissionem peccatorum, ne quis indignus hostia viuente, ne quis non initiatus, ne quis eorum, qui non possunt impollutis labiis tremenda mysteria attingere: deinde subiunguntur voces angelorum collaudantium de cælis & dicentium: Sanctus pater, qui voluit mactari vitulum saginatum, qui peccatum non nouit, vt propheta dixit Iesaias, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Sanctus est filius, simul & vitulus, qui semper occiditur sponte, qui semper viuit. Sanctus paracletus spiritus sanctus, qui sacrificium perficit.* Et CHRYSOSTOMVS ipse alibi [*]: *Nonne attenditis, quid in sacra synaxi diaconus subinde clamat? Alii alios noscite.* Ex quibus manifesto liquet, has diaconi admonitiones heic recitari consueuisse, tamquam ad oblationem præparantes.

§. VI.

De ῥιπιδίοις, siue flabellis ad abigenda insecta.

CIRCVMSTANTIA ῥιπιδίων siue flabellorum ad abigenda insecta, adeo exigua est, vt mirum non sit, in plerisque scriptoribus præter *constitutiones* eam omitti. BONA [*l*] eorum vsum

χασιν, ἐν μετανοίᾳ εἰσίν· εἰ τῶν ἐν μετανοίᾳ εἶ, μεταυχεῖν οὐκ ὀφείλεις.

(*k*) Ap. Chrysostom. tom. VI. homil. XXXVII. de filio prodigo p. 375. (p. 313. edit. Francof.) ἐπίσταθε κ. τ. λ. Vid. lib. XIII. c. VI. §. VI. sub litt. (m) vol. V. p. 215.

(*) Chrysost. homil. I. contr. Iudæos tom. I. p. 400. (p. 389. b. ed. Francof.) οὐχ ὁρᾶτε ἐπὶ τῶν μυστηρίων, τί βοᾷ συνεχῶς ὁ διάκονος; ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους.

(*l*) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XXV. n. VI. Habent denique *flabella*, quibus duo diaconi ex vtroque latere altaris muscas & alias immundas bestiolas prætervolantes abigunt, ne sacra contingant. Sacra *ripidia* vocant Græci, *ripis* enim & *ripidion* flabellum est. Horum vsus in ecclesia orientali antiquissimus est & expresse habetur in constitutionibus apostolicis lib. VIII. c. XII. atque in liturgiis Basilii, Chrysostomi aliisque Græcis & Syriacis. Manubrium habent ligneum satis longum, cuius extremitati facies Cherubini sex alis circumdata adfigitur, eiusque motu ventilant diaconi sancta dona certis tem-

in

in IOBIO [m] & *theoria* GERMANI, nec non in liturgiis, CHRYSOSTOMO ac BASILIO adſcriptis, haberi dicit. SVICERVS [n] in plerisque horum ſcriptorum vocabulum *ῥιπίδια* ſignificare putat vas ſacrum e vimine contextum, corbem, caniſtrum vel id genus aliud, in quo ſacra elementa ad altare portari, & inde referri ſolita ſint; tale videlicet, quo de HIERONYMVS [o] loquatur, quando glorioſiſſimam *Exuperii* epiſcopi *Toloſæ* paupertatem deſcribens, dicat, ſolitum fuiſſe corpus domini caniſtro vimineo, ſanguinem portare in vitro. In HERODOTO quidem a quibuſdam lexicographis *ῥιπίδιον caniſtrum* ſignificari obſeruatur; verum in liturgiis CHRYSOSTOMI & BASILII communi ſenſu auctorum *Græcorum* accipitur, & quo in *conſtitutionibus* adhibetur, pro flabello, quo ventus excitatur. Nam in liturgia CHRYSOSTOMI diaconus ventilare [p] ſupra

poribus, quæ in ordine liturgiæ notantur. Quod ſi deſint flabella, ſolent linteola & vela manu apprehendere & iis ventilare. Nec ſolum ad abigendas muſcas inuenta ſunt, ſed etiam propter quaſdam myſticas rationes, quæ ad meum propoſitum non ſpectant, & legi poſſunt apud S. Germanum in ſua theoria, & apud Iobium monachum relatum a Photio in ſua bibliotheca cod. CCXXII. lib. VI. c. XXV.

(*m*) Iobius ap. Phot. cod. CCXXII. p. 607. *λέγει δὲ καὶ τοῦ κυριακοῦ σώματος ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης προτεθέντος, διὰ τοῦτο τοὺς παρ' ἑκάτερα τῶν τὰ ἱερὰ ὑπηρετουμένων, ῥιπίδας πτερῶν πεποιημένας, τοῖς προκειμένοις φρικτοῖς ἐπικινεῖν τῶν ἑξαπτερύγων φέροντας σύμβολα· ὡς ἂν μὴ ἐῶσι τοὺς τελουμένους τοῖς ὁρωμένοις ἐναπομένειν, ἀλλὰ παντὸς προσύλου ὑπεράνω γενομένους νοεροῖς ὀφθαλμοῖς, διὰ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὴν ἀόρατον θέαν καὶ τὸ ἀμήχανον ἐκεῖνο κάλλος παρασκευάζουσιν ἀναδραμεῖν.* *Addit inſuper* (*Iobius*): *Cum corpus dominicum in ſacra menſa propoſitum eſt: ideo qui ab vtroque latere ſacris operantibus* (*adſtant*) *in eorum, quæ ſex alas geſtant, ſymbolum, confecta ex alis flabella ſupra oblata ibi horrenda myſteria agitare, vt ne ſinant initiatos rebus viſis inhærere, ſed eos mentis oculis ſupra omne id, quod cum materia coniunctum eſt, ſublatos, faciant per ea, quæ videntur, ad inviſibilem contemplationem & inexplicabilem illam pulchritudinem adſcendere.*

(*n*) Suicer. theſaur. eccleſ. tom. II. p. 905. *Ῥιπὶς eſt vas e vimine, ἐκ ῥιπὸς contextum*; vnde *ῥιπίδιον corbis, caniſtrum, ſporta e calamis ſeu virgis plexa, ἐν ᾧ τὰ φορτία*, quidquid portari de loco in locum ſolet, *ἐπιτίθεται*. Vſum talium fuiſſe in ſacris eccleſiæ veteris Hieronymus epiſt. ad Ruſticum monachum de Exuperio epiſcopo Toloſæ docuit; *Nihil*, inquiens, &c. vid. ſub litt. (o) ſequente.

(*o*) Hieron. epiſt. V. ad Ruſtic. Nihil illo ditius, qui corpus domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro.

(*p*) Chryſoſt. liturg. bibl. patr. Gr. Lat. tom. II. p. 78. *εἶτα μεταβαίνει ἐν τῷ δεξιῷ*

elementa reuerenter cum flabello; si autem non sit flabellum, hoc cum operculo calicis facere iubetur. Et in liturgia BASILII [q] eiusdem instrumenti *ῥιπιδίου ἢ καλύμματος flabelli* vel *operculi*, in eumdem vsum adhibendi habetur mentio. Atque in hunc sensum vocabulum *ῥιπίδιον* [r] a GERMANO, IOBIO & SVIDA vsurpatur. Vnde non est, quod SVICERVS auctorem *constitutionum* hac in sententia singularem iudicet. Verum vt isti auctores non adeo vetusti sunt, ita eos adduximus potius ad explicandum difficile vocabulum, quam ad stabiliendam ecclesiasticam consuetudinem. HIERONYMI testimonium a DVRANTO [s] producitur, sed nihil ad rem præsentem facit. Quamquam enim *muscariorum* [t], hoc est flabellorum, meminit; planum tamen est, de illis eum loqui, non vt instrumentis ecclesiasticis, sed vt munusculis sæcularibus, a *Marcella Paula* & *Eustochio* transmissis, licet sensum aliquem mysticum inde ingeniose conetur eruere. Itaque hanc materiam, vt paruam aliquam circumstantiam in *constitutionibus*, præterimus, quippe

μύσι, καὶ ῥιπίζει ἐπάνω τῶν ἁγίων μετὰ ῥιπιδίου εὐλαβῶς· εἰ δὲ οὐκ ἔστι ῥιπίδιον, ποιεῖ τοῦτο μετὰ καλύμματος.

(q) Basil. liturg. ibid. p. 1. ὁ διάκονος ἀποτίθησι τὸ ῥιπίδιον, ὅπερ ἐκράτει, ἢ κάλυμμα, καὶ ἔρχεται ἐγγύτερον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσκυνοῦσι ἀμφότεροι τρὶς ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης. *Diaconus deponit flabellum, quod tenebat, vel operculum, & accedit propius ad sacerdotem, & ambo ter adorant ante sanctam mensam.*

(r) German. contemplat. rer. eccles. ibid. p. 157. Τί δ' ἄν τις εἴποι περὶ τῶν θείων ῥιπιδίων ἐγκεχειρισμένων τοῖς διακόνοις, καὶ ὑπ' αὐτῶν στρεφομένων αἰφνιδίως ὡς ἐν ἐκπλήξει, ἄχρι τῆς θεολέκτου προσευχῆς; *Quid vero (quispiam dicat) de diuinis* flabellis, *quæ tenet manus diaconorum & ab ipsis versantur derepente, quasi in animi consternatione, vsque ad precationem dominicam?* Iobius ap. Photium cod. CCXXII. vid. supra sub litt. (m).
Suidæ lexic. tom. II. p. 686. (tom. III. p. 251. edit. Kusteri) Ῥιπίδα τὴν μαλακοῦσαν ἀεὶ πνεῖν αὔρας. *Flabellum leues semper ventulos excitans.*

(s) Durant. de ritibus lib. I. c. X. de muscariis & flabellis num. 2. S. Hieronymus epist. XX. ad Marcellam interpretando mystice munuscula ei ac Paulæ & Eustochio a Marcella ait: *Quod autem & matronis &c.* vid. sub litt. (t) sequente.

(t) Hieron. epist. XX. ad Marcellam. Quod autem & matronis offertis *muscaria* parua, paruis animalibus euentilandis, elegans significatio est, debere luxuriam cito restinguere, quia muscæ morituræ oleum suauitatis exterminant.

cui

cui ſollicitius inquirendæ, ad dandum congruens ex antiquis ſcriptoribus teſtimonium, immorari, operæ non eſt pretium.

§. VII.

De vſu ſigni crucis in eucharistiæ celebratione.

RES proxime memorata in *conſtitutionibus*, eſt vſus ſigni crucis, antequam ſacerdos ad conſecrationem pergeret. Et de hoc certiora habemus in vetuſtis ſcriptoribus documenta. Nam CHRYSOSTOMVS [u] id non tantum quotidie a chriſtianis, ſed cumprimis in ſacra menſa & in ſacerdotum ordinationibus adhiberi, & iterum cum corpore *CHRISTI* in myſtica cæna fulgere, diſerte adfirmat. Id quod plus vice ſimplici, tempore celebrationis, vſurpatum fuiſſe arguit. Similiter AVGVSTINVS [x] narrat, in omnibus officiis, in conſecratione aquarum baptiſmatis, in chriſmate confirmationis, & ſacrificio euchariſtico adhiberi, eoque ſine nihil horum rite perfici dicit.

§. IIX.

De vſitata præfatione, dicta Surſum corda, *ſiue præparatione ad maiorem gratiarum actionem.*

POSTHAEC proxime ante maiorem gratiarum actionem in *conſtitutionibus* ſacerdos, quum populum verbis *Pauli, Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & caritas Dei, & communicatio ſancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis*, rurſus ſalutaſſet; & populus reſpondiſſet: *Et cum ſpiritu tuo*, pergit ac dicit: *Surſum corda;* populus autem reſpondet: *Habemus ad dominum.* Sacerdos rurſus dicit: *Gratias agamus domino;* & cuncti: *Dignum & iuſtum eſt.* Huius vero ritus mentio in omnibus propemodum ſcriptoribus eccleſiaſticis, qui aliquid de euchariſtia vel precibus dixerunt, occurrit.

(u) Chryſoſt. demonſtrat. Quod Chriſtus ſit Deus. c. IX. tom. V. p. 840. (p. 712. edit. Francof.) *ὥσπερ ἐν στήλῃ ἐπὶ τοῦ μετώπου καθ' ἑκάστην ἡμέραν διατυπούμενον περιφέρουσιν· οὗτος ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, οὗτος ἐν ταῖς ἱερέων χειροτονίαις, οὗτος πάλιν μετὰ τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ ἐπὶ τὸ μυστικὸν δεῖπνον διαλάμπει. In fronte noſtra quaſi in columna quotidie figuratur (crux). Hæc in ſacra menſa, hæc in ſacerdotum ordinationibus, hæc iterum cum corpore Chriſti in myſtica cœna fulget.*

(x) Auguſtin. homil. CXVIII. in Ioan. p. 225. Quid eſt ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti? Quid ſignum, niſi adhibeatur ſiue frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ, ex qua regenerantur, ſiue oleo, quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio, quo aluntur, nihil horum rite perficitur.

CYPRIANVS [y] præmiſſam ſacerdotis præfationem vocat, qua fratrum mentes ad cæleſtes cogitationes paret. AVGVSTINO plus decies in ſcriptis ſuis memoratur. Loca ſupra [*] adlegata ſunt, quando de liturgiis in genere loquuti ſumus, adeoque heic ea repetere nihil attinet. Duo tantum notabimus, quorum in altero [z] ait: *Quotidie per vniuerſum orbem humanum genus vna pene voce reſpondet, ſurſum corda ſe habere ad dominum*; altero autem: *Corda fidelium*, inquit [a], *cælum ſunt, quia in cælos quotidie eriguntur, dicente ſacerdote: Surſum corda, ſecuri reſpondent: Habemus ad dominum.* CHRYSOSTOMVS [b] quoque huius præfationis multis in locis meminit, quæ quum fuſius libro XIII. c. VI. recitauimus, hoc loco repetere ſuperſedemus. Lector curioſus easdem formulas in CYRILLI *catecheſibus myſtagogicis* [c], in ANASTASIO SINAITA [d], CAESARIO ARELATENSI [e] & ELIGIO NOVIOMENSI [f] reperire poteſt, vt liturgias *Græcas*

(y) Cyprian. de orat. p. 152. (p. 107. edit. Fell. Amſtelod.) Sacerdos ante orationem præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes dicendo: Surſum corda; vt dum reſpondet plebs: Habemus ad dominum, admoneatur, nihil aliud ſe, quam dominum cogitare debere.

(*) Vid. lib. XIII. cap. V. §. VII. vol. V. p. 187. ſeqq.

(z) Aug. de vera relig. c. III. tom. I. p. 302. (p. 703. edit. Baſil. MDLXIX.)

(a) Auguſtin. ſerm. XLIV. de tempore (tom. X. p. 663. edit. Baſil.)

(b) Chryſoſt. homil. XIIX. in 2 Cor. p. 873. (p. 673. edit. Francof.) cit. lib. XIII. cap. VI. §. IX. vol. V. p. 227. Homil. XXII. in Hebr. p. 1898. cit. ibid. p. 233. Homil. V. de pœnitent. tom. VI. edit. Sauil. Homil. XXXVIII. de pœnitentia & ſacra euchariſtia p. 569. cit. vol. V. p. 212.

(c) Cyrill. catech. myſtag. V. n. III. Μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεύς· ἄνω τὰς καρδίας· — εἶτα ἀποκρίνεσθε, ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον. *Poſtea clamat ſacerdos:* Surſum corda. — *Vos deinde reſpondetis:* Habemus ad dominum.

(d) Anaſtaſ. ſerm. de ſynaxi ap. Albertin. de euchariſtia p. 529. Impleamus mentem, ad cælum adſcendamus, ſurſum leuemus animum & corda. Oculos animæ ad Deum extollamus. Tranſeamus cælum, tranſeamus angelos. Tranſeamus Cherubim, & ad ipſum domini thronum accurramus. Ipſos Chriſti immaculatos pedes apprehendamus: ploremus, & ipſius miſericordiam quaſi cogamus. Confiteamur in ſancto, cæleſti & intellectuali ipſius altari. Hæc vobis denuntiat, hæc vos obteſtatur ſacerdos, cum ait: *Surſum habeamus corda.*

(e) Cæſar. homil. XII. (bibliothec. patr. tom. VIII. p. 832.) Cum maxima pars populi, immo quod peius eſt, pene omnes, recitatis lectionibus exeunt de eccleſia, cui dicturus eſt ſacerdos: *Surſum corda?*

(f) Eligius homil. XI. de cœna domini. Ex verbis Cypriani. (biblioth. patr. max.

vel

vel alios recentiores ſcriptores ne memoremus. Nos præterea tantum ex concilio obſeruamus *Mileuitano* [g], vbi præfationum inter alias preces & orationes mentio habetur, quod plerorumque virorum eruditorum ſententia hæ formulæ intelligantur: *Surſum corda; Habemus ad dominum: Gratias agamus domino; Dignum & iuſtum eſt.* Hæc præfatio, obſeruante MABILLONIO [*h*], in vetuſta liturgia *Gallicana* vocatur *conteſtatio*, quia populus his reſponſis conteſtabatur, ad ſacerdotis exhortationem ſurſum corda ſe habere, & dignum iuſtumque eſſe, gratias agere domino.

§. IX.

De ἐυχαριϛία, ſiue maiore gratiarum actione proprie ſic dicta.

POSTEA ſacerdos ad *ἐυχαριϛίαν* proprie ſic dictam, hoc eſt, ad maiorem gratiarum actionem pro omnibus diuinis tum creationis ac prouidentiæ tum redemtionis beneficiis progrediebatur; vbi commemoratio eorum fiebat, quæ Deus in gratiam hominum a iactis inde mundi fundamentis, præcipue in magno redemtionis myſterio fecit. Quam in rem ſolemnis & magnifica glorificatio Dei peragebatur, ſemper includens triſagion, ſiue *hymnum* Seraphicum, *Sanctus, ſanctus, ſanctus Deus Zebaoth*, qui a ſacerdote & populo iunctim canebatur; & tum ſacerdos ad finiendam ſolemnem gratiarum actionem ſolus ſe conferebat. Nuſquam equidem tam longam gratiarum actionem habemus, qualis in *conſtitutionibus* exſtat; præcipua autem eius momenta non tantum in liturgiis inueniuntur, quæ ſub IACOBI apoſtoli, CHRYSOSTOMI & BASILII circumferuntur nominibus; ſed etiam in dignioribus fide ſcriptis detegi poſſunt. Nam IVSTINVS MARTYR [*i*] chriſtianorum ritus deſcribens ac myſteria, ait: *A precibus finitis, mutuis nos inuicem*

tom. XII. p. 314. edit. Lugd. MDCLXXVII.) Modum orationis ſanctiſſimus martyr Cyprianus nos docet, dicens: - - Sacerdos ante orationem præfatione præmiſſa parat fratrum mentes dicendo: *Surſum corda* &c.

(*g*) Concil. Mileuit. c. XII. Placuit, vt preces vel orationes & miſſæ ſiue *præfationes*, quæ probatæ fuerint in concilio, ab omnibus celebrentur.

(*h*) Mabillon. de liturg. gallic. lib. I. c. III. n. 1?. p. 24. In his miſſalibus Gallicanis occurrit primo loco *præfatio*. - - Quinto *conteſtatio*, alias *immolatio miſſæ*, &, vt apud Mozarabes, *inlatio*, nobis modo *præfatio*, in qua fideles *ſurſum corda* ſe habere *conteſtantur*.

(*i*) Iuſtin. apol. II. p. 97. *ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν ἐυχῶν*

oſcu-

osculis salutamus. Deinde ei, qui fratribus præest, offertur panis, & poculum aquæ & vini, quibus ille acceptis laudem & gloriam rerum vniuersarum patri, per nomen filii & spiritus sancti offert, & eucharistiam, siue gratiarum actionem, pro eo, quod nos donis suis hisce dignatus sit, prolixe exsequitur, (**εὐχαριστίαν ἐπὶ πολὺ ποιεῖται.**) *Atque vbi ille preces & gratiarum actionem absoluit, populus, qui adest, omnis fausta approbatione acclamat, dicens: Amen.* In eumdem modum IRENAEVS [*k*]: *Offerimus ei, quæ sunt eius, congruenter communicationem & veritatem prædicantes carnis & spiritus. Quemadmodum enim, qui est a terra, panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis est, sed eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena & cælesti: Sic & corpora nostra, percipientia eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia. Offerimus autem ei, non quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius & sanctificantes creaturam.* Ita ORIGENES [*l*] *Nos*, inquit, *qui rerum omnium conditori placere studemus, cum precibus & gratiarum pro beneficiis acceptis actione oblatos panes edimus, corpus iam per precationem factos sanctum quoddam & sanctificans, vtentes eo cum sano proposito.* CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS argumentum huius gratiarum actionis specialius in *catechesi* sua *mystagogica* indicat, quando ait: *Facimus* [*m*] *deinde* (posteaquam sacerdos dixit: *Gratias agamus domino*; & populus respondit: *Dignum & iustum est*) *mentionem cæli & terræ, & maris, solis & lunæ, & siderum ac vniuersæ creaturæ, tam rationi præditæ quam irrationalis: tam istius, quæ videtur, quam illius, quæ sub adspectum nostrum non cadit, angelorum, archangelorum, virtutum, do-*

ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀναπέμπει· καὶ **εὐχαριστίαν** ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ **ἐπὶ πολὺ ποιεῖται**· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, ἀμήν.

(*k*) Iren. lib. IV. c. XXXIV.

(*l*) Origen. contr. Celsum lib. VIII. p. 390. ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐαρεστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένων.

(*m*) Cyrill. catech. mystag. V. n. V. Μετὰ ταῦτα μνημονεύομεν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης· ἡλίου καὶ σελήνης, ἄστρων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως λογικῆς τε καὶ ἀλόγου, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, δυνάμεων, κυριοτήτων, ἀρ-

mina-

minationum, principatuum, potestatum, thronorum & Cherubim faciem operientium, quasi diceremus illud Dauidis: Magnificate dominum mecum. Commemoramus etiam illa Cherubim, quæ in spiritu sancto cernebat Esaias, circumstantia thronum Dei, ac alis quidem duabus faciem velantia, & duabus item pedes, reliquis vero duabus volantia, atque dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth. Hæc eadem est cum gratiarum actione in *liturgia* IACOBI, quæ in ecclesia *Hierosolymitana* in vsu erat, his concepta verbis: *Vere dignum [n] & iustum est, decens & debitum, vt te laudemus, te hymnis celebremus, tibi benedicamus, te adoremus, tibi laudem decantemus, tibi gratias agamus, omnis creaturæ visibilis ac inuisibilis opifici, thesauro æternorum bonorum, fonti vitæ & immortalitatis, omnium Deo ac domino, quem cœli & cœli cœlorum laudibus celebrant, ac omnis virtus eorum, sol & luna vniuersusque astrorum chorus, terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt; Hierusalem cœlestis congregatio, ecclesia primogenitorum descriptorum in cœlis; spiritus iustorum & prophetarum; animæ martyrum & apostolorum; angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates ac virtutes tremendæ, Cherubimque multos oculos habentia, & Seraphim sex alis prædita; quæ duabus quidem alis operiunt facies suas; duabus vero pedes; & reliquis duabus volantia, clamant alterum ad alterum incessabili voce, perpetuis laudibus, hymnum triumphalem tuæ magnificæ gloriæ clara voce canentia, clamantia, glorifican-*

χῶν, ἐξουσιῶν, θρόνων, τῶν χερουβὶμ τῶν τὸ πρόσωπον δυνάμει καλυπτόντων, λέγοντες τὸ τοῦ Δαβίδ· μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοί· μνημονεύομεν νῦν καὶ τῶν χερουβὶμ, ἃ ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἐθεάσατο Ἡσαΐας παρεστηκότα κύκλῳ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατακαλύπτοντα τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ.

(n) Liturg. Iacobi bibl. patr. Gr. Latin. tom. II. p. 12. ὡς ἀληθῶς ἄξιόν ἐστι καὶ δίκαιον, πρέπον τε καὶ ὀφειλόμενον, σὲ αἰνεῖν, σὲ ὑμνεῖν, σὲ εὐλογεῖν, σὲ προσκυνεῖν, σὲ δοξολογεῖν, σοὶ εὐχαριστεῖν, τῷ πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου δημιουργῷ, τῷ θησαυρῷ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, τῇ πηγῇ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τῷ πάντων θεῷ καὶ δεσπότῃ· ὃν ὑμνοῦσιν οἱ οὐρανοί, καὶ οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· ἥλιός τε καὶ σελήνη, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἄστρων χορός· γῆ, θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· Ἱερουσαλὴμ ἡ ἐπουράνιος πανήγυρις, ἐκκλησία πρωτοτόκων, ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς· πνεύματα δικαίων καὶ προφητῶν· ψυχαὶ μαρτύρων καὶ ἀποστόλων· ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαί τε καὶ ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις φοβεραὶ, καὶ τὰ χερουβὶμ πολυόμματα, καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφεὶμ, ἃ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατακαλύπτει τὰ πρόσωπα

tia, vociferantia ac dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth; plenum cælum & terra gloria tua; Osanna in excelsis.

CHRYSOSTOMVS quoque de hac gratiarum actione loquitur, licet non integram eius formulam, sed tantum introductionem nobis exhibeat. *Ea oratio*, inquit [o], *qua Deo gratiæ aguntur, sacerdoti & populo communis est: neque enim ipse solus gratias agit, sed etiam plebs vniuersa. Nam, quum primus illorum vocem sumsit, atque illi adsenserunt, id digne ac iuste fieri, tum demum gratiarum actionem auspicatur. Quid autem est, quamobrem tibi mirum videatur, si cum sacerdote plebs interdum loquatur, quum etiam cum ipsis cherubim ac seraphinis virtutibus sacrosanctos illos hymnos communiter in cælum mittat:* Intelligit duos hymnos: *Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth*, &c. *Gloria in excelsis Deo*; qui, vt statim videbimus, huius gratiarum actionis pars erant.

INTER scriptores *Latinos* hæc præuia gratiarum actio FVLGENTIO [p] quoque memoratur, qui, *In isto* (christianorum) *sacrificio*, inquit, *gratiarum actio atque commemoratio est carnis CHRISTI, quam pro nobis obtulit, sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit.* Ita quoque AMBROSIVS, vel quisquis auctor librorum *de sacramentis* inter eius opera est, distinguens inter gratiarum actionem & consecrationem, quærit [q]: *Consecratio quibus verbis est, & cuius sermonibus?* Et respondet: *Domini Iesu. Nam reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo defertur. Oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. Vbi venitur, vt conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus CHRISTI.* Ex quibus omnibus sine vlla controuersia euidens & planum est, consecrationem sacramenti cum solemni gratiarum actione siue glorificatione Dei pro omnibus ipsius donis ac beneficiis cœpisse initium, vnde vniuersa actio εὐχαριστία, siue gratiarum actio, dicta, quia hæc semper præmittebatur,

ἑαυτῶν, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ ἱπτάμενα, κέκραγεν ἕτερον πρὸς ἕτερον ἀκαταπαύστοις στόμασιν, ἀσιγήτοις δοξολογίαις.

(o) Chrysost. homil. XIIX. in 2 Cor. p. 873. τὰ τῆς εὐχαριστίας πάλιν κοινὰ κ. τ. λ. Vid. lib. XIII. c. VI. §. IX. vol. V. p. 227. Homil. II. in 2 Cor. p. 739. (p. 516. edit. Francof.) ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν κοινῶν εὐχαριστοῦμεν ἀγαθῶν. *Pro vniuerso terrarum orbe communibusque commodis gratias agimus.*

(p) Fulgent. de fide ad Petrum cap. XIX.

(q) Ambrof. de facram. lib. IV. c. IV.

tam-

tamquam neceſſaria ſancti iſtius myſterii pars; & vniuerſa actio & cærimonia cum alia gratiarum actione poſt ſumtam ſacram cœnam concludebatur, quemadmodum poſthac videbimus.

§. X.

De vſu triſagii, ſiue hymni Seraphici, Sanctus, ſanctus, ſanctus, *in hac gratiarum actione.*

In præſenti obſeruandum nobis eſt, partem huius glorificationis ſiue gratiarum actionis fuiſſe hymnum, ſic dictum *triſagion & epinicion, Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius.* Liquet hoc ex ante memoratis locis CYRILLI [r] & CHRYSOSTOMI [s], quorum hic aliis in locis vſum eius in ſacra cœna ſigillatim enarrat. *Antea quidem*, inquit [t], *in cœlis tantum hymnus iſte canebatur: poſtquam autem in terram venire dignatus eſt dominus, hunc etiam concentum ad nos detulit. Propterea quoque magnus pontifex, quum iuxta ſacram hanc menſam conſtiterit, vt rationalem cultum exhibeat, & ſacrificium offerat incruentum, non ſimpliciter nos ad hanc fauſtam acclamationem invitat; ſed vbi prius Cherubim nominauit & Seraphim mentionem fecit, tum demum ad hanc tremendam vocem mittendam omnes adhortatur, & dum eorum nos admonet, qui nobiſcum choros agitant, mentem noſtram a terra ſubducit, vnumquemque noſtrum his propemodum verbis excitans: Vna cum Seraphim canis, vna cum Seraphim ſta, cum illis alas extende, cum illis regium thronum circumuola.* Alio loco oſtendens, quam obliget euchariſtia homines, vt ſingula corporis ſui membra a peccatis munda cuſtodiant, manus quidem, quæ eam capi-

(r) Cyrill. catech. myſtag. V. c. V. vid. ſub litt. antec. (m) p. 312.

(s) Chryſoſt. homil. XVIII. in 2 Cor. p. 873. vid. ſub litt. (o).

(t) Chryſoſt. homil. in Seraphim. tom. III. p. 890. (p. 772. fin. 773. edit. Francof.) *πρότερον μὲν ἐν τοῖς ὀρανοῖς ὅτος ᾔδετο ὁ ὕμνος· ἐπειδὴ δὲ ἐπιβῆναι τῆς γῆς κατηξίωσεν ὁ δεσπότης, καὶ τὴν μελῳδίαν ταύτην κατήνεγκε πρὸς ἡμᾶς· διὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας οὗτος ἀρχιερεὺς, ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ἁγίας ταύτης ἑστήκῃ τραπέζης, τὴν λογικὴν ἀναφέρων λατρείαν, τὴν ἀναίμακτον προσφέρων θυσίαν, οὐχ ἁπλῶς ἡμᾶς ἐπὶ τὴν εὐφημίαν ταύτην καλεῖ, ἀλλὰ πρότερον τὰ χερουβὶμ εἰπὼν, καὶ τῶν Σεραφεὶμ ἀναμνήσας, οὕτω παρακελεύεται πᾶσιν ἀναπέμψαι τὴν φρικωδεστάτην φωνὴν, τῇ τῶν συγχορευόντων μνήμῃ τὴν διάνοιαν ἡμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνασπῶν, καὶ μονονουχὶ βοῶν πρὸς ἕκαστον ἡμῶν καὶ λέγων, μετὰ τῶν Σεραφεὶμ ᾄδεις, μετὰ τῶν Σεραφεὶμ στῆθι, μετ᾽ ἐκείνων τὰς πτέρυγας πέτασον, μετ᾽ ἐκείνων περιίπτασο τὸν θρόνον τὸν βασιλικόν.*

ant, & os, cui admoueatur, oculos, qui videant, & linguam, quæ tam tremendis myſteriis miniſtret ſanguine purpurata, ita argumentatur, reſpectu habito potiſſimum ad aures [u]: *Quomodo non eſt abſurdum, poſt myſticam illam vocem, e cælis delatam, a Cherubim dico, meretriciis cantibus & fractis melodiis aures inquinare?* Quæ verba clare indicant, hunc hymnum Seraphicum partem maioris huius gratiarum actionis fuiſſe. Idem dicit in homilia prima in *Ieſaiam* [x]: *In ſupernis Seraphim ter ſanctum illum hymnum reſonant: in terris eumdem hominum promit multitudo, communiterque tum cæleſtium tum terreſtrium feſtiuus conuentus congregatur: vna gratiarum actio, vna exſultatio, vna gaudentis choreæ ſtatio.* Alio loco reprehendens eos, qui ad ſacram menſam parati, & deinde eius non participes facti fuerant, dicit, eſſe melius, eos ne adfuiſſe quidem, contumelia enim adficere illum, qui invitarit. *Tu* [y] *adfuiſti*, inquit, *hymnum cantaſti, cum dignis omnibus te es profeſſus, eo quod cum indignis non receſſeris. Quomodo manſiſti & menſæ non es particeps? Sum, inquis, indignus. Ergo illa quoque communione & ſocietate, quæ eſt in precibus, es indignus. Non enim ſolum per propoſita, ſed etiam per cantica vndique deſcendit ſpiritus.* Quamuis hoc loco non nominet hymnos, eos tamen communiter in hac officii euchariſtici parte adhibitos fuiſſe, perſpicue indicat. Et alibi [z] adhuc clarius loquitur: *Quis ſit hymnus ſupernorum; quid ſuperne dicant Cherubim, ſciunt fideles. Quid dicebant angeli? Gloria in excelſis Deo. Propterea poſt pſalmodias hymni,*

(u) Chryſoſt. homil. XXI. ad popul. Antioch. tom. I. p. 266. (p. 236. edit. Francof.) πῶς οὐκ ἄτοπον, μετὰ τὴν μυστικὴν ἐκείνην φωνὴν, καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν φερομένην, τὴν ἐκ τῶν χερουβὶμ λέγω, πορνικοῖς ᾄσμασι, καὶ κατακεκλασμένοις μέλεσι τὴν ἀκοὴν μολύνειν.

(x) Chryſoſt. homil. I. in Ieſa. tom. III. p. 834. (p. 724. ed. Francof.) ἄνω τὰ Σεραφεὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναβοᾷ· κάτω τὸν αὐτὸν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀναπέμπει πληθύς· κοινὴ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων συγκροτεῖται πανήγυρις· μία εὐχαριστία, ἓν ἀγαλλίαμα, μία εὐφρόσυνος χοροστασία.

(y) Chryſoſt. homil. III. in Epheſ. p. 1052. (p. 888. ed. Francof.) σὺ παραγέγονας· τὸν ὕμνον ᾖσας μετὰ πάντων, ὡμολόγησας εἶναι τῶν ἀξίων τῷ μὴ μετὰ τῶν ἀναξίων ἀνακεχωρηκέναι· πῶς ἔμεινας, καὶ οὐ μετέχεις τῆς τραπέζης· ἀνάξιός εἰμι, φησίν· οὐκοῦν καὶ τῆς κοινωνίας ἐκείνης, τῆς ἐν ταῖς εὐχαῖς· οὐ γὰρ διὰ τῶν προκειμένων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ᾠδῶν ἐκείνων τὸ πνεῦμα πάντοθεν κάτεισιν.

(z) Chryſoſt. homil. IX. in Coloſſ. p. 1390. (p. 228. edit. Francof.) τίς ὁ ὕμνος τῶν ἄνω, τί λέγει τὰ χερουβὶμ, ἴσασιν οἱ πιστοί· τί ἔλεγον ἄγγελοι κάτω; Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ· Διὰ τοῦτο μετὰ τὰς ψαλμῳδίας ὕμνοι, ἅτε τελειότερόν τι πρᾶγμα.

Vt-

vtpote res quædam diuinior. Mens eius eſt, pſalmodiam eſſe tantum partem miſſæ catechumenorum; hos hymnos autem a τελείοις, hoc eſt communicantibus, in officio euchariſtiæ adhiberi. Idem illud multis aliis in locis memorat, quæ lector ſupra [*] in epitome antiquæ liturgiæ, ex operibus CHRYSOSTOMI collecta, reperire poteſt. Vnum duntaxat locum adhuc recitabimus ex homilia eius de martyribus. *Martyres,* inquit [*a*], *participes ſiunt chororum & canticis myſticis communicant. Si enim, quum eſſent in corpore, ſecundum myſteriorum communionem in illum chorum admittebantur, vt cum ipſis Cherubim pſallerent hymnum ter ſanctum, vt vos probe noſtis, qui myſteriis initiati eſtis; multo magis nunc illis coniuncti, cum quibus chorum olim ducebant, multa cum fiducia benedictioni illi ac laudationi communicant.* Non igitur liturgiam CHRYSOSTOMI in ſubſidium vocare neceſſe habemus, probaturi, hunc diuinum hymnum ſolemnis gratiarum actionis ſemper partem exſtitiſſe, ſiquidem e genuinis illius ſcriptis ſatis ſuperque id probatum dedimus. Quibus omnibus addi poteſt SEVERIANVS epiſcopus *Gabalenſis* [*b*] pro eccleſia *Græca*, & concilium *Vaſenſe* [*c*] pro *Latina*, ex quibus liquet, in omnibus officiis euchariſticis, ſiue in matutinis, ſiue quadrageſimalibus, ſiue in commemoratione mortuorum, hymnum, *Sanctus, ſanctus, ſanctus,* eodem ordine, atque in publicis officiis, adhiberi debuiſſe.

(*) Homil. IV. de incomprehenſibili tom. I. p. 374. (p. 333. c. edit. Francof.) cit. lib. XIII. c. VI. §. I. vol. V. p. 198. litt. (t). Homil. XVI. Si eſurierit inimicus tom. V. p. 229. (p. 209. e edit. Frf.) cit. ibid. §. V. p. 212 litt. (c). Homil. III. de pœnit. tom. IV. p. 562. (p. 493. edit. Frf.) cit. ibid. §. IV. p. 209. litt. (p). Epiſt. II. ad Olympiad. tom. IV. p. 715. (p. 626. b. edit. Frf.) cit. ibid. p. 209. litt. (q). Homil. XIV. in Epheſ. p. 1127. (p. 981. ed. Frf.) ibid. §. X. p. 228. litt. (i).

(*a*) Chryſoſt. homil. LXXIV. de martyr. tom. I. p. 900. (p. 796. a. b. ed. Francof.) vid. Græc. lib. XIII. c. VI. vol. V. p. 201. litt. (d).

(*b*) Homil. XXXVII. de filio prodigo inter opera Chryſoſt. tom. VI. p. 375. (p. 313. edit. Francof.) cit. lib. XIII. c. VI §. VI. p. 215. litt. (m).

(*c*) Concil. Vaſenſ. II. c. III. Vt in omnibus miſſis, ſeu in matutinis, ſeu in quadrageſimalibus, ſeu in illis, quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, ſemper Sanctus, ſanctus, ſauctus, eo ordine, quo ad miſſas publicas dicitur, dici debeat.

§. XI.

Specialior gratiarum actio pro diuinis beneficiis, hominibus in redemtione per Christum præstitis.

HVNC hymnum proxime excipit in *constitutionibus* beneficiorum Dei, in redemtione mundi per mortem Christi præstitorum, enumeratio, & specialior gratiarum actio habito ad illa respectu; in qua etiam symbolum quoddam, siue præcipuorum christianæ fidei articulorum compendium, habetur. Quod integrum symbolum erat, quo ecclesia tunc temporis in hoc officio vtebatur. Nondum enim solemnis recitatio symboli baptismatis pars officii eucharistici erat, vti quidem in posterioribus sæculis, sed tantum istæ doctrinæ recitabantur, quæ specialioris gratiarum actionis pro magnis incarnationis ac redemtionis mysteriis erant argumentum. Ita in *constitutionibus* repræsentatur, quo cum CHRYSOSTOMVS concordat. Nam commentans in ista verba apostoli, *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* apostolum introducit, mentem suam in hunc modum explicantem: *Quando dico benedictionem, explico omnem thesaurum Dei beneficentiæ & magna illa dona in memoriam reuoco.* Et addit: *Nos quoque ad calicem recensentes* [d] *ineffabilia Dei beneficia, & quæcumque sumus adepti, ita ipsum offerimus & communicamus, gratias agentes, quod ab errore liberarit hominum genus: quod quum longe essemus, prope fecerit: quod quum spem non haberemus, & sine Deo essemus, suos fratres effecerit & cohæredes. Pro his ergo, & quicumque sunt huiusmodi, gratias agentes, ita accedimus.* Clarius specialioris gratiarum actionis documentum, quam hoc est, habere non possumus; adeoque hac in re nullum amplius testimonium exquirimus, sed statim progredimur ad formulam consecrationis.

(d) Chrysost. homil. XXIV. in 1 Cor. p. 532. (p. 356. edit. Francof.) *εὐλογίαν ὅταν εἴπω, πάντα ἀναπτύσσω τὸν τῆς εὐεργεσίας τοῦ θεοῦ θησαυρόν, καὶ τῶν μεγάλων ἐκείνων ἀναμιμνήσκω δωρεῶν· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐπιλέγοντες τῷ ποτηρίῳ τὰς ἀφάτους εὐεργεσίας τοῦ θεοῦ, καὶ ὅσων ἀπολελαύκαμεν, οὕτως αὐτὸ προσάγομεν καὶ κοινωνοῦμεν, εὐχαριστοῦντες, ὅτι τῆς πλάνης ἀπήλλαξε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ὅτι μακρὰν ὄντας, ἐγγὺς ἐποίησεν· ὅτι ἐλπίδα μὴ ἔχοντας καὶ ἀθέους ἐν τῷ κόσμῳ, ἀδελφοὺς ἑαυτοῦ κατεσκεύασε καὶ συγκληρονόμους· ὑπὲρ τούτων, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων εὐχαριστοῦντες, οὕτω πρόσιμεν.*

Ita Cyprianus epist. CXIII. p. 156. (p. 273. edit. Fellii Amstelod.) Passionis eius mentionem in omnibus sacrificiis facimus.

§. XII.

§. XII.

Formula consecrationis semper composita ex recitatione verborum institutionis, & oratione ad Deum pro sanctificandis per spiritum sanctum donis.

NON fuit autem hæc antiquis temporibus nuda repetitio verborum, *Hoc est corpus meum*, quæ per multas ætates vulgaris scholasticorum *Romanensium* doctrina fuit; sed recitatio historiæ institutionis vna cum precibus ad Deum, vt spiritum suum sanctum super dona mittere, eaque corpus ac sanguinem Christi fieri iubere vellet, non immutando naturam & substantiam, sed qualitates & efficaciam, exaltandoque ea de simplicibus elementis panis ac vini, vt essent typi & symbola carnis ac sanguinis *CHRISTI*, & efficacia instrumenta, per quæ digne recipientibus omnia mortis ac passionis ipsius beneficia conferrentur. Ita manifesto proponitur in *constitutionibus*, quod in lectoris gratiam heic iterum interponemus: *Memores igitur* [e] *eorum, quæ propter nos pertulit, gratias agimus tibi, Deus omnipotens, non quantum debemus, at quantum possumus; & constitutionem eius implemus. In qua enim nocte tradebatur, pane sanctis ac immaculatis manibus suis accepto, & eleuatis oculis ad Deum suum ac patrem, fregit & dedit discipulis, dicens: Hoc est mysterium noui testamenti: accipite ex eo, manducate: Hoc est corpus meum, quod pro multis frangitur in remissionem peccatorum. Similiter calicem miscuit ex vino & aqua, sanctificauit & dedit iisdem, dicens; Bibite ex eo omnes; Hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc & bibetis hunc calicem, mortem meam adnuntiabitis, donec veniam. Itaque memores passionis eius & mortis, & a mortuis resurrectionis, atque in cælum reditus; nec non secundi aduentus, quem idem facturus est, in quo cum gloria & potestate veniet, iudicare viuos ac mortuos, & reddere singulis iuxta opera eorum; tibi regi ac Deo panem hunc, & calicem hunc offerimus, secundum constitutionem eius, gratias tibi per eumdem agentes, quia nos dignos habuisti, qui staremus coram te, ac sacerdotio fungeremur tibi; & poscimus te, vt super hæc dona in conspectu tuo proposita placate respicias, tu qui nullius indiges Deus, & beneplaceas in eis ad honorem CHRISTI tui, atque supra hoc sacrificium mittas*

(e) Constitut. lib. VIII. c. XII. p. 402. vid. supra §. I. sub litt. (b) pag. 289.

san-

ſanctum tuum ſpiritum, teſtem paſſionum domini Ieſu: vt exhibeat panem hunc corpus CHRISTI tui, & calicem hunc ſanguinem CHRISTI tui, quo participes illius ad pietatem confirmentur, remiſſionem peccatorum conſequantur, diabolo eiuſque errore liberentur, ſpiritu ſancto repleantur, digni CHRISTO tuo fiant, vitam ſempiternam impetrent, te illis reconciliato domine omnipotens.

QVIS non videt, conſecrationem hac in formula factam eſſe per recitationem hiſtoriæ inſtitutionis & preces pro deſcenſu ſpiritus ſancti ſuper elementa ad ea ſanctificanda? Et pro hac re concordans habemus vniuerſæ antiquitatis teſtimonium. IVSTINVS MARTYR [f] conſecrationem in gratiarum actione & precibus ponit, quibus abſolutis populum omnem acclamare dicit, *Amen.* IRENAEVS clarius adhuc [g] teſtatur, quod per inuocationem fiat. Nam, *Qui eſt e terra panis*, inquit, *percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed euchariſtia.* ORIGENES [h] ait: *Sanctificatur per verbum Dei, perque obſecrationem.* Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS [i]; *Panis euchariſticus poſt ſancti ſpiritus inuocationem, non amplius eſt panis communis, ſed eſt corpus Chriſti: vt ſanctum vnguentum non amplius eſt vnguentum nudum, neque, vt ita dicam, commune, poſtquam iam conſecratum eſt, ſed eſt chariſma CHRISTI.* Ita ruſus [k]: *Per eiuſmodi* (cæleſtes) *hymnos nos ipſos ſanctificantes, Deum benigniſſimum oramus, vt ſuper illa propoſita ſanctum ſpiritum emittat, vt panem quidem faciat corpus CHRISTI, vinum vero ſanguinem CHRISTI.* Quæ verba, conſecrationem per preces ac inuocationem factam eſſe, manifeſto declarant. Idem BASILIVS [l] docet, quando interrogat: *Inuocationis verba, quum conficitur panis euchariſticus & poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit?* GREGORIVS

(f) Iuſtin. apol. II. p. 97. cit. ſupra §. IX. ſub litt. (i) pag. 311.

(g) Iren. lib. IV. c. XXXIV.

(h) Origen. in Matth. XV. tom. II. p. 27. (p. 17. a. edit. Pariſ. MDCIV.)

(i) Cyrill. catech. myſt. III. n. III. *μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐκ ἔτι ἄρτος λιτὸς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ κ. τ. λ.*

(k) Id. catech. myſtag. V. n. V. *ἁγιάσαντες ἑαυτοὺς διὰ τῶν πνευματικῶν τούτων ὕμνων παρακαλῶμεν τὸν φιλάνθρωπον θεὸν, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξαποστεῖλαι ἐπὶ τὰ προκείμενα, ἵνα ποιήσῃ, τὸν μὲν ἄρτον, σῶμα χριστοῦ, τὸν δὲ οἶνον, αἷμα χριστοῦ.*

(l) Baſil. de ſpir. ſanct. c. XXVII. *τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν;*

NYS-

NYSSENVS [*m*], frater BASILII, *Panis*, inquit, *ſanctificatur per verbum Dei, & orationem.* THEOPHILVS ALEXANDRINVS [*n*]: *Dicit* (ORIGENES,) *ſpiritum ſanctum non operari ea, quæ in anima ſunt, nec ad irrationabilia peruenire. Quod adſerens non recogitat, aquas in baptiſmate myſticas aduentu ſancti ſpiritus conſecrari, PANEMQVE DOMINICVM, quo ſaluatoris corpus oſtenditur, & quem frangimus in ſanctificatione noſtri: & SACRVM CALICEM: quum in menſa eccleſiæ collocantur, & vtique inanima ſunt, PER INVOCATIONEM ET ADVENTVM SANCTI SPIRITVS ſanctificari.* Et THEODORETVS omnium planiſſime in dialogo quodam ſuo [*o*]: *Quomodo appellas donum, quod offertur ante ſacerdotis inuocationem? Cibum ex talibus ſeminibus. Poſt ſanctificationem vero, quomodo hæc appellas? Corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti.* Patres *Latini* itidem plane rem exprimunt: AMBROSIVS [*p*] ait: *Quotieſcumque ſacramenta ſumimus, quæ per ſacræ orationis myſterium in carnem transfigurantur & ſanguinem, mortem domini adnuntiamus.* OPTATVS [*q*] furores deſcribens *Donatiſtarum*, idem adfirmat, quando ita eos interrogat: *Quid eſt tam ſacrilegum, quam altaria (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) Dei frangere, radere, remouere, in quibus vota populi & membra CHRISTI portata ſunt: Quo Deus omnipotens inuocatus ſit: quo poſtulatus deſcendit ſpiritus ſanctus?* HIERONYMVS [*r*] hoc peculiare presbyterorum officium eſſe dicit, corpus ac ſanguinem *CHRISTI* precibus conſecrare. Et alibi [*ſ*] precibus hanc in rem opus eſſe adfirmat. Auctor librorum *de ſacramentis*, qui ſub nomine AMBROSII [*t*] delitefcit, ipſam verborum formu-

(*m*) Nyſſen. orat. catech. c. XXXVII. (tom. III. p. 104. c.) *ὁ ἄρτος - ἁγιάζεται διὰ λόγε θεῦ καὶ ἐντεύξεως.*

(*n*) Theophil. epiſt. paſchal. I. (biblioth. patr. max. tom. V. p. 846. e. edit. Lugd. MDCLXXVII.)

(*o*) Theodoret. dial. II. tom. IV. p. 84. 85.) *Τί καλεῖς τὸ προσφερόμενον δῶρον πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως; - - τὴν ἐκ τοιῶνδε σπερμάτων τροφήν - - Μετὰ δέγε τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις; σῶμα χριςῦ, καὶ αἷμα χριςῦ.*

(*p*) Ambroſ. de fide lib. IV. c. V.

(*q*) Optat. lib. VI. p. 93. (p. 111. edit. Pariſ. MDCLXXIX.)

(*r*) Hieron. epiſt. LXXXV. ad Euagrium. Ad quorum preces Chriſti corpus ſanguiſque conficitur.

(*ſ*) Id. commentar. in Zephan. c. III. p. 93. *εὐχαριςίαν* imprecantis facere verba &c.

(*t*) Ambroſ. de ſacram. lib. IV. c. V.

lam in his precibus vſurpatam nobis exhibet: *Dicit ſacerdos: Fac nobis hanc oblationem adſcriptam, rationalem, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis domini noſtri IESV CHRISTI.* IVVENCVS [u] ipſummet *CHRISTVM* precibus conſecraſſe dicit. Et GREGORIVS MAGNVS [x] morem fuiſſe putat apoſtolis, vt ad ſolam orationem dominicam conſecrarent. Et CYPRIANVS [y] probabiliter in eadem fuit opinione. Petitionem enim in oratione dominica, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, & ſpiritualiter & ſimpliciter intelligi poſſe, exiſtimat, vt corpus denotet *CHRISTI*, qui ſit panis noſter, quem panem dari nobis quotidie poſtulemus. Plurimi patres alii [z] de benedictione ſiue gratiarum actione, vt quæ euchariſtiam conſecret, loquuntur. Quod ipſum non multum ab hoc diſcrepat: nam

(u) Iuuenc. hiſtor. euangel. lib. IV. bibl. patr. tom. VIII. p. 654. (p. 74. h. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

- - - - pſalmis ſibi frangere panem
Diuiſumque dehinc tradit, ſanctèque *precatus*,
Diſcipulos docuit, proprium ſe tradere corpus.

(x) Gregor. magn. lib. VII. epiſt. LXIII. Orationem dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos apoſtolorum fuit, vt ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent.

(y) Cypr. de orat. p. 146. (p. 104. edit. Amſtelod.) Quod poteſt & ſpiritualiter & ſimpliciter intelligi -- quia Chriſtus noſter panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus.

(z) Tertull. contr. Marcion. lib. I. c. XXIII. Si ita eſt, an partem impudentiorem, quam qui - - *ſuper* alienum *panem* alii Deo *gratiarum actionibus* fungitur?

Clem. Alex. pædag. lib. II. c. II. p. 186. ὅτι δὲ οἶνος ἦν τὸ εὐλογηθὲν, ἀπέδειξε πάλιν, πρὸς τοὺς μαθητὰς λέγων· Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης κ.τ.λ. *Vinum id fuiſſe quod dominus* benedixerat, *oſtendit ipſe, diſcipulis ſuis dicens: Non bibam amplius de genimine vitis huius &c.*

Chryſoſtom. homil. LXXXII. in Matth. in Græc. p. 861. edit. Francof.) εὐχαριστεῖ, διδάσκων ἡμᾶς, ὅπως δεῖ τὸ μυστήριον τοῦτο ἐπιτελεῖν. Gratias egit [*dominus*] *docens nos, quomodo myſterium hoc ſit peragendum.*

Victor. Antioch. in Marc. XIV. (citante Albertino de euchar. p. 21.) Conueniebat, vt illi, qui panem proponerent, cenſerent, poſt *gratiarum actionem* eſſe ipſius corpus.

Facund. Hermianenſis defenſ. trium capitulorum lib. IX. Dominus *benedictum* panem & calicem, quem diſcipulis ſuis tradidit, corpus & ſanguinem ſuum vocauit.

Cyrill. Alexandr. in Glaphyris ſuper Geneſ. Exod. & Leuitic. eulogiam vocat, quod idem eſt ac euchariſtia. Vid. Albertin. de euchariſt. lib. I. c. VI. p. 21.

gratia-

gratiarum actio semper orationis, in eucharistiæ celebratione vsitatæ, pars fuit. Et hinc nonnulli vtramque coniungunt, vti IVSTINVS & IRENAEVS locis modo memoratis. Atque ita ORIGENES [a] *Celso* narrat, quod cum precibus & gratiarum actione oblatos panes edant, corpus iam per precationem factos sanctum quoddam & sanctificans, vtentes eo cum sano proposito. AVGVSTINVS, qui in quibusdam locis nude vocat benedictionem [b] siue gratiarum actionem, aliis in locis clarius dicit, eucharistiam per preces consecrari. *Corpus CHRISTI dicimus illud, quod ex frugibus terræ acceptum, & mystica prece [c] consecratum rite sumimus ad spiritualem salutem, in memoriam dominicæ pro nobis passionis.* Et alibi, scribens contra *Donatistas*, sacramenta a peccatoribus consecrata & administrata valere negantes, eos interrogat: *Quomodo ergo [d] exaudit Deus homicidam DEPRECANTEM vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel SVPER EVCHARISTIAM, vel super capita eorum, quibus manus imponitur?* Hæc ille, significans, eucharistiæ consecrationem non minus quam reliquas res memoratas per preces perfici.

HVIC testium nubi *Romanenses* non habent, quod solide opponant, nisi pauca quædam male intellecta loca veterum, quæ lector cum idoneis responsionibus in excellentissimo ALBERTINI libro *de sacramento eucharistiæ* [e] potest euoluere. Nos heic vnum tantum producemus in medium, maximam habentem speciem, ex CHRYSOSTOMO, qui in homilia quadam sua [f] de consecratione loquitur in hunc modum: *Non homo est, qui proposita de consecratione mensæ domini corpus Christi facit, & san-*

(a) Orig. contra Celsum lib. VIII. p. 399. ἡμεῖς τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ τοὺς μετ᾽ εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένων.

(b) Augustin. epist. LIX. ad Paulinum. Precationes accipimus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud, quod est in mensa domini, incipiat *benedici*, orationes quum *benedicitur* & sanctificatur & ad distribuendum comminuitur.

(c) August. de trinitate lib. III. c. IV.

(d) August. de baptismo lib. V. c. XX.

(e) Albertin. de euchar. lib. I. c. VII. p. 30-34.

(f) Chrysost. homil. XXX. de proditione Iudæ tom. V. p. 463. (homil. XXXII. tom. V. p. 415. edit. Francof.) οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν, ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γε-

 gui-

guinem: sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur & Dei virtute consecrantur & gratia. Hoc est, ait, corpus meum: hoc vero proposita consecrantur. Et sicut illa vox, quam dixit: Crescite & multiplicamini & replete terram, semel quidem dicta est; sed omni tempore sentit effectum, ad generationem operante natura: ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas ecclesiæ vsque ad hodiernum diem, & vsque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem. Sensus huius loci non est, vti *Romanenses* falso quidem opinantur, quod horum verborum pronuntiatio per sacerdotem res sit, quæ sacrificium faciat; sed quod *CHRISTVS*, hæc verba primum loquutus, hominibus potestatem dederit faciendi corpus suum symbolicum; vti per verba, *Multiplicamini & replete terram*, semel dicta potestatem eis dederit procreandi liberos. *CHRISTI* verba sunt caussa principalis consecrationis: precatio autem, non nuda horum verborum recitatio, caussa instrumentalis est, per quam hæc sanctificatio perficitur. Quo modo ipse CHRYSOSTOMVS alio loco [g] perspicue docet, vbi elementorum consecrationem inuocationi spiritus, & descensui spiritus ad istiusmodi inuocationem tribuit. *Quid facis*, inquit, *o homo? Quando sacerdos stat ante sacram mensam, manibus in cælum extensis, inuocans spiritum sanctum, vt adueniat, vt proposita dona contingat, magna quiete, magno silentio: quando spiritus gratiam suam tribuit, quando descendit, quando proposita dona contingit, quando ouem mactatam & diuisam cernis, tunc tumultum, tunc turbas, tunc contentionem excitas & conuicia iacis?* Quibus in rebus, ma-

νέσθαι σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ· ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν χριστός· σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς, τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα· ἡ δὲ δύναμις, καὶ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἐστι· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμά, φησι· τοῦτο γὰρ ῥῆμα μεταῤῥυθμίζει τὰ προκείμενα, καὶ καθάπερ ἡ φωνὴ ἐκείνη ἡ λέγουσα· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ἐῤῥέθη μὲν ἅπαξ, διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργῳ ἐνδυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιΐαν· οὕτω καὶ ἡ φωνὴ αὕτη ἅπαξ λεχθεῖσα καθ᾽ ἑκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον, καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται.

(g) Chrysost. homil. XXXII. in cœmiterii appellationem. tom. V. p. 487. (Homil. XXXIV. p. 436 edit. Francof.) τί ποιεῖς ἄνθρωπε; ὅταν ἑστήκῃ πρὸ τῆς τραπέζης ὁ ἱερεὺς, τὰς χεῖρας ἀνατείνων εἰς τὸν οὐρανὸν, καλῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦ παραγενέσθαι καὶ ἅψασθαι τῶν προκειμένων, πολλὴ ἡσυχία, πολλὴ σιγή· ὅταν διδῷ τὴν χάριν τὸ πνεῦμα, ὅταν κατέλθῃ, ὅταν ἅψηται τῶν προκειμένων, ὅταν ἴδῃς τὸ πρόβατον ἐσφαγιασμένον καὶ ἀπηρτισμένον, τότε θόρυβον, τότε ταραχὴν, τότε φιλονεικίαν, τότε λοιδορίαν ἐπεισάγεις;

nife-

nifestum est, CHRYSOSTOMVM consecrationem tribuere potestati *CHRISTI* & spiritus sancti, tamquam caussæ principali & efficienti; inuocationi & supplicationi tamquam caussæ instrumentali, operanti instar mediorum, ad elementa sanctificanda secundum mandatum *CHRISTI*, per solemnem benedictionem, & verba, *Hoc est corpus meum*, &, *Hic est sanguis meus*, tamquam pronuntiata a *CHRISTO* in prima institutione, declarantia, quid tunc temporis factum sit, & quid faciendum sit ex ipsius potestate & operatione ad finem vsque mundi. Vt adeo in rebus omnibus, ad consecrationem spectantibus, veterum praxin deprehendamus ordini in *constitutionibus* præscripto exacte congruentem. Et quando auctor *constitutionum* magnam partem precum consecrationis facit, vt, qui participes fiunt eucharistiæ, in pietate confirmentur, & veniam obtineant peccatorum, vt a diabolo liberentur eiusque fallaciis, vt spiritu sancto impleantur, & digni *CHRISTO* facti, vitam æternam obtineant: CHRYSOSTOMVS [*h*] ad eiusmodi preces manifesto respicit, quando ait: *In oblatione tollimus peccata, & dicimus: siue volentes, siue inuiti, peccauimus, condona. Hoc est, primum eorum meminimus, & tunc petimus, vt condonentur.* Atque sic est in liturgia, quæ sub nomine CHRYSOSTOMI circumfertur: *Tibi offerimus rationalem hunc & incruentum cultum, & inuocamus, & rogamus, & supplicamus, Emitte spiritum tuum sanctum* [*i*] *super nos, & super proposita dona hæc; & fac panem quidem hunc pretiosum corpus Christi tui; quod vero est in calice, hoc pretiosum sanguinem Christi tui, transmutans spiritu tuo sancto, vt fiat assumentibus in lotionem animæ, in remissionem peccatorum in communionem sancti tui spiritus, in regni cæ-*

(*h*) Chrysost. homil. XVII. in Hebr. p. 1870. (p. 44. ed. Frf.) *ἐπὶ τῆς προσφορᾶς, ἧς ἀναφέρομεν, προφέρομεν καὶ τὰ ἁμαρτήματα λέγοντες, εἴτε ἑκόντες εἴτε ἄκοντες ἡμάρτομεν, συγχώρησον, τουτέστι, μεμνήμεθα αὐτῶν πρῶτον, καὶ τότε τὴν συγχώρησιν αἰτοῦμεν.*

(*i*) Chrysost. liturg. tom. IV. p. 614. (p. 540. ed. Frf.) *σοὶ προσφέρομεν τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν, καὶ ἀναίμακτον, καὶ δεόμεθα, καὶ ἱκετεύομεν, κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα· καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ χριστοῦ σου· τὸ δὲ ἐν ποτηρίῳ, τίμιον αἷμα τοῦ χριστοῦ σου, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ· Ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς κοινωνίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς βασιλείας οὐρανῶν πλήρωμα, εἰς παῤῥησίαν τὴν πρὸς σε, καὶ μὴ εἰς κρίμα ἢ*

lorum impletionem, in fiduciam apud te, non in iudicium aut condemnationem.

§. XIII.

Postea sequutæ preces pro vniuersa ecclesia catholica.

POST consecrationem statim fiebant preces pro vniuersæ ecclesiæ catholicæ membris, vtpote pretioso redemtis *CHRISTI* sanguine, qui tunc in oblatione & sacrificio altaris commemorabatur. Ita res repræsentatur in *constitutionibus*, ita quoque in CHRYSOSTOMO [k], qui loquens de *Eustathio*, ecclesiæ *Antiochenæ* episcopo, vniuersæ ecclesiæ curam eum gessisse dicit, idque officium suum esse, ex ecclesiæ precibus didicisse. *Probe a spiritus gratia*, inquit, *edoctus fuerat, ecclesiæ præsulem non de illa tantum sollicitum esse debere, quæ a spiritu sancto ei commissa est, sed etiam de quauis in orbe terrarum constituta: atque hoc ille e sacris precibus colligebat. Si enim pro vniuersa ecclesia, inquit, fundendæ sunt preces, quæ a finibus vsque ad fines pertinet orbis terrarum, multo magis & eius vniuersæ gerere curam oportet, & de omnibus pariter esse sollicitum, omnibus prouidere.* Et alio loco [l] ait: *Altari adsistens sacerdos pro vniuerso orbe terrarum, pro absentibus, atque præsentibus, pro his, qui ante nos fuerunt, pro his, qui postea futuri sunt, sacrificio illo proposito, Deo nos gratias iubet offerre.* Et iterum [m]: *Maxime ne-*

εἰς κατάκριμα. Ibid. p. 619. (p. 544.) συγχώρησόν μοι τῷ ἁμαρτωλῷ τὰ παραπτώματά μου τὰ ἑκούσιά τε καὶ ἀκούσια, εἴτε ἐν γνώσει, εἴτε ἐν ἀγνοίᾳ, εἴτε ἐν λόγῳ, εἴτε ἐν ἔργῳ, εἴτε ἐν ἐνθυμήσει ἔπραξα, πάντα μοι συγχώρησον κ. τ. λ. *Ignosce mihi peccatori peccata mea & voluntaria & inuoluntaria, siue in cognitione, siue in ignorantia, siue in verbo, siue in opere, siue in concupiscentia feci, omnia ignosce.*

(*k*) Chrysost. homil. LII. in Eustath. tom. I. p. 649. (p. 573. ed. Frf.) καὶ ἦν πεπαιδευμένος καλῶς παρὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, ὅτι τὸν ἐκκλησίας προεστῶτα οὐκ ἐκείνης μόνης κήδεσθαι δεῖ τῆς παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγχειρισθείσης αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην κειμένης· καὶ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐμάνθανεν εὐχῶν· εἰ γὰρ τὰς εὐχὰς ποιεῖσθαι δεῖ, φησιν, ὑπὲρ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, πολλῷ μᾶλλον καὶ τὴν πρόνοιαν ὑπὲρ ἁπάσης αὐτῆς ἐπιδείκνυσθαι δεῖ, καὶ ὁμοίως ἁπασῶν κήδεσθαι, καὶ μεριμνᾷν πάσας.

(*l*) Chrysost. homil. XXVI. in Matth. p. 259. (p. 315. ed. Frf.) ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ὑπὲρ τῶν προτέρων, ὑπὲρ τῶν νῦν, ὑπὲρ τῶν γεννηθέντων, τῶν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ τῶν μετὰ ταῦτα ἐσομένων εἰς ἡμᾶς, εὐχαριστεῖν κελεύει.

(*m*) Chrysost. homil. XXXVII. in act. p. 329. (ibid. ed. Frf.) ἀναγκαῖαι αἱ εὐχαὶ

cessa-

cessariæ fiunt preces pro vniuerso orbe, pro ecclesia, quæ in finibus, pro pace, pro his, qui in calamitatibus. Rursus alibi [*n*]: *Eum, qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? immo vero pro vniuerso terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque est apud Deum - qualem quæso esse oportet?* Ita CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS [*o*]: *Postquam confectum est*, inquit, *illud spirituale sacrificium, & ille cultus incruentus super ipsa propitiationis hostia, obsecramus Deum pro communi ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi.* Et VIGILIVS [*p*] in epistola ad *Iustinianum* imperatorem idem dicit, hunc in modum scribens: *Omnes pontifices, antiqua in offerendo sacrificia traditione, deposcimus, vt catholicam fidem adunare, regere dominum & custodire toto orbe dignetur.* Quid? quod OPTATVS, ipsos *Donatistas* his precibus in sacramentorum celebratione vti, adfirmet, etsi ipsorum doctrina & praxis ei penitus repugnet. *Quis dubitet*, inquit [*q*], *vos illud legitimum in sacramentorum mysterio præterire non posse? offerre vos Deo dicitis pro ecclesia, quæ vna est. Hoc ipsum mendacii pars est, vnam te vocare, de qua feceris duas. Et offerre vos dicitis pro vna ecclesia, quæ sit in toto terrarum orbe diffusa*, cetera. Quod ostendit, *Donatistarum* æque ac catholicorum fuisse consuetudinem, pro vniuersali orare ecclesia.

§. XIV.

Specialius pro episcopis & clericis.

IAM specialius preces suas iterum recitabant pro episcopis & clericis vniuersæ ecclesiæ catholicæ, & præcipue istius ecclesiæ, cuius erant membra. Quod non tantum in *constitutionibus*, sed ab EPIPHANIO etiam notatur in epistola ad *Ioannem* episcopum *Hierosolymitanum*, vbi calumniam quorumdam, qui ipsum apud *Ioannem* episcopum *Hierosolymitanum* de precibus,

ἐνταῦθα γίνονται ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐπὶ περάτων, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, ὑπὲρ τῶν ἐν συμφοραῖς.

(*n*) Chrysost. de sacerdot. lib. VI. c. IV. tom. IV. p. 93. (p. 81. ed. Frf.) *τὸν ὑπὲρ ὅλης τῆς πόλεως· καὶ τί λέγω πόλεως; πάσης μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης πρεσβεύοντα, καὶ δεόμενον, ταῖς ἁπάντων ἁμαρτίαις ἵλεων γενέσθαι τὸν θεὸν - ὁποῖόν τινα εἶναι χρή;*

(*o*) Cyrill. catech. myst. V. n. VI. *μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ, παρακαλοῦμεν τὸν θεὸν ὑπὲρ κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου εὐσταθείας, κ.τ.λ.*

(*p*) Vigil. ep. IV. ad Iustinian. imperator. concil. tom. V. p. 315.

(*q*) Optat. lib. II. p. 53. (p. 45. edit. Par. MDCLXXIX.)

quas pro eo publice facere soleat, falso detulerant, profligans, ita scribit [r]: *Dixerunt, quod in oratione, quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine præsta Ioanni, vt recte credat. Noli nos in tantum putare rusticos, vt hoc tam aperte dicere potuerimus. Quamquam hoc in corde meo semper orem, tamen vt simpliciter fatear, numquam in alienas aures protuli, ne te viderer parui pendere, dilectissime. Quando autem complemus orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus & pro te quoque dicimus: Custodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certe ita: Tu præsta domine & custodi, vt ille verbum prædicet veritatis, sicut occasio sermonis se tulerit & habuerit oratio consequentiam.* CHRYSOSTOMVS quoque huius solemnis supplicationis pro episcopis ac clericis meminit, & quidem inter multas res singulares alias, tempore oblationis. *Nonnulli*, inquit [s], *adeo amentes, atque ignaui ac dissoluti sunt, vt non modo in tempore catechumenorum* (hoc est, quando preces fiunt pro illis, in prima publici cultus parte) *sed etiam fidelium tempore* (hoc est, quando eorum preces ad altare offeruntur) *flent atque confabulentur. Hinc omnia subuersa sunt, hinc omnia perierunt: quia, quo tempore maxime curandum est, vt Deum nobis reconciliemus, hoc ipso ita discedimus, vt eius iram in nos concitemus. Siquidem coram fidelibus pro episcopis, pro presbyteris, pro regibus, pro imperatoribus, pro terra & mari, pro aëris temperie, denique pro vniuerso terrarum orbe, benignum dominum adire iubemur. Quamobrem, quum nos, qui tanta fiducia præditi esse debemus, vt etiam pro aliis oremus, ne pro nobis quidem attento ac vigilanti animo precemur, quinam excusationis, quinam veniæ nobis locus esse possit?* Clarius testimonium, quam hoc CHRYSOSTOMI desiderare non possumus, quod res istæ

(r) Epiphan. epist. ad Ioan. Hieros. p. 313.

(s) Chrysost. homil. II. in 2 Cor. p. 745. (p. 521. edit. Francof.) ἀλλά τινες οὕτως εἰσὶν ἀνόητοι καὶ βλάκες καὶ διαλελυμένοι, ὡς μὴ μόνον ἐν τῷ καιρῷ τῶν κατηχουμένων, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν πιστῶν ἑστάναι καὶ διαλέγεσθαι· ἐντεῦθεν πάντα διέστραπται, ἐντεῦθεν πάντα ἀπόλωλεν, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ μάλιστα δεῖ τὸν θεὸν καταλλάττειν, ἐν τούτῳ παροξύνοντες ἄπιμεν· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν πιστῶν, ὑπὲρ ἐπισκόπων, ὑπὲρ πρεσβυτέρων, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ τῶν κρατούντων, ὑπὲρ γῆς καὶ θαλάσσης, ὑπὲρ ἀέρων, ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης κελευόμεθα προσιέναι τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ· ὅταν οὖν οἱ τοσαύτην ὀφείλοντες, ἔχειν παῤῥησίαν, ὡς ὑπὲρ ἀλλοτρίων δεῖσθαι, μηδὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν νήφοντες προσευχόμεθα, τίς ἡμῖν ἡ ἀπολογία; ποία γνώμη;

omnes materia precum ipſorum fuerit, quum dona in altari offerrentur.

§. XV.

Pro regibus & magiſtratibus.

Et propterea hinc apparet, quod, vt pro epiſcopis & clericis precati ſunt, ita quoque ſupplicationes ſuas pro regibus & magiſtratibus fecerint in his precibus. Iam ſupra [*] diuerſos nominauimus auctores, qui ſupplicationis pro regibus in precibus ante oblationem fecerunt mentionem, heic vero addemus eos, qui eius meminerunt in precibus oblationis. EVSEBIVS deſcribens dedicationem eccleſiæ, quam *Hieroſolymis* exſtruxerat *Conſtantinus* imperator, dicit, ex ſacerdotibus tum præſentibus alios comitatem religioſi imperatoris erga omnium ſeruatorem laudibus celebraſſe, & templi iſtius magnificentiam oratione fuiſſe perſequutos. Alios ſacris theologiæ dogmatibus, ad præſentem celebritatem adcommodatis, ſpirituale quoddam epulum audientibus præbuiſſe. Quoſdam ſacrorum voluminum lectiones expoſuiſſe, arcanos & myſticos ſenſus in lucem proferentes. Qui vero ad hæc adſpirare non potuerint, incruentis ſacrificiis & myſticis immolationibus Deum placaſſe, pro pace communi [t], pro eccleſia Dei, pro imperatore, tot bonorum auctore, eiuſque piiſſimis liberis preces Deo ſuppliciter offerentes. Similiter CYRILLVS, eccleſiæ *Hieroſolymitanæ* præſul, ordinem officii miſſæ deſcribens, ait: *Poſtquam* [u] *confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium & ille cultus incruentus ſuper ipſa propitiationis boſtia, obſecramus Deum, pro commu-*

(*) Lib. XIII. c. X. §. V. vol. V. p. 319. ſeq. It. lib. XV. c. I. §. III. vol. VI. p. 241.

(t) Euſeb. vit. Conſtant. lib. IV. c. XLV. *οἱ τοῦ θεοῦ λειτουργοὶ εὐχαῖς ἅμα καὶ διαλέξεσι τὴν ἑορτὴν κατεκόσμουν· οἱ μὲν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα δεξίωσιν ἀνυμνοῦντες, τάς τε περὶ τὸ μαρτύριον μεγαλουργιὰς διεξιόντες τῷ λόγῳ· οἱ δὲ ταῖς ἀπὸ τῶν θείων δογμάτων πανηγυρικαῖς θεολογίαις, πανδαισίαν λογικῶν τροφῶν ταῖς πάντων παρεδιδόντες ἀκοαῖς· ἄλλοι δὲ ἑρμηνείας τῶν θείων ἀναγνωσμάτων ἐποιοῦντο, τὰς ἀπορρήτους ἀποκαλύπτοντες θεωρίας· οἱ δὲ μὴ διὰ τούτων χωρεῖν οἷοί τε, θυσίαις ἀναίμοις καὶ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο, ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης· ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ· αὐτοῦ τε βασιλέως, ὑπὲρ τοῦ τοσούτων αἰτίου, παίδων τ' αὐτοῦ θεοφιλῶν, ἱκετηρίους εὐχὰς τῷ θεῷ προσαναφέροντες.*

(u) Cyrill. catech. myſt. V. n. VI. vid. ſupra ſub litt. (o) p. 327.

ni ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro sociis, pro ægrotis & adflictis. CHRYSOSTOMVS alibi tam priuatarum, quam publicarum precum [w] pro regibus mentionem facit, quarum posteriores de his precibus post oblationem æque intelligi possunt, atque de quibuscumque aliis. ARNOBIVS [x] disertis verbis testatur, quod simul orent pro magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus & resolutis corporum vinctione. Vbi mentio defunctorum perspicue innuit, loqui eum de precibus, post eucharistiæ consecrationem fieri solitis, in quibus, quemadmodum mox videbimus, omnes sigillatim commemorabantur, qui in fide decesserant.

§. XVI.

Pro mortuis generatim.

PRECES pro regibus proxime excipiebant preces pro mortuis, hoc est iis, qui in fide in *CHRISTVM* diem suum obierant. Ita enim habet in *constitutionibus*: *Offerimus tibi pro omnibus sanctis, qui a sæculo placuerunt tibi, patriarchis, prophetis, iustis, apostolis, martyribus, confessoribus, episcopis, presbyteris, diaconis, subdiaconis, lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis, laicis, & omnibus, quorum tu nosti nomina.* Fuisse autem vniuersalem ecclesiæ praxin, pro omnibus, nemine excepto, orare, ex concordi omnium scriptorum ecclesiasticorum testimonio liquet. Audiuimus modo ARNOBIVM [y] dicentem, quod pro vitam adhuc degentibus, & pro resolutis corporum vinctione generatim orauerint. Et multo ante ipsum TERTVLLIANVS [z]

(w) Chrysost. homil. XX. ad popul. Antioch. tom. I. p. 258. (p. 230. edit. Francof.) τὸ δὲ πάντας ἐραστὰς καταστῆσαι, καὶ μετ' εὐνοίας πείσαι διακεῖσθαι περὶ τὴν βασιλείαν τὴν σὴν, καὶ μὴ μόνον κοινὰς ἀλλὰ καὶ ἰδίας ὑπὲρ τῆς σῆς ἀρχῆς ποιεῖσθαι εὐχὰς, δυσκατόρθωτον. κ. τ. λ. *Omnes amatores constituere & persuadere, vt in regnum tuum beneuole se habeant & non tantum* communes, *verum &* priuatas pro tuo preces imperio *faciant, difficile.*

(x) Arnob. lib. IV. p. 181. Cur inaniter conuenticula nostra dirui meruerunt? In quibus summus oratur Deus, pax cunctis & venia postulatur magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus & resolutis corporum vinctione.

(y) Arnobius loco modo citato.

(z) Tertull. de corona mil. c. III. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus.

de

de oblationibus loquitur, quas annua die faciant pro defunctis, pro natalitiis, hoc est die mortis siue nouæ natiuitatis, qua in æternam salutem ingrediantur. Vnamquamque vxorem dicit, pro anima defuncti mariti sui [a] orare & refrigerium postulare ei, & in prima resurrectione consortium, & offerre annuis diebus dormitionis eius. Similiter [b] maritum quemlibet pro vxoris suæ spiritu orare & pro ea annuas oblationes reddere, adfirmat. CYPRIANVS sæpius eiusdem consuetudinis meminit, quando de martyribus vel aliis defunctis loquitur. Pro martyribus preces, laudes ac gratiarum actiones, offerebant; pro aliis potissimum preces. Quæ pro martyribus fiebant [c], oblationes vocat & sacrificia, quæ ob commemorationem eorum speciatim anniuersaria martyrii eorum die [d] celebrabant, gratias agentes Deo pro victoria ipsorum & cælesti imposita illis corona. Pro reliquis autem solemnes supplicationes & preces faciebant, quemadmodum ex iis apparet, quæ de *Geminio* quodam *Victore* [e] dicit, quod quum contra legem ecclesiæ presbyterum quemdam testamenti sui exsecutorem constituisset, pro dormitione eius non debeat fieri oblatio, nec deprecatio nomine eius in ecclesia frequentari. Auctor sub nomine ORIGENIS in *Iobum* [f] ait: *Et memorias sanctorum facimus, & parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium deuote memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piam consummationem in fide postulantes.* Et ORIGENES ipse [g], *Meminisse sanctorum*, inquit, *siue in collectis*

(a) Tertull. de monogamia c. X. Pro anima eius orat, & refrigerium interim adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis eius.

(b) Tertull. exhortat. ad castit. c. XI. Iam repete apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas.

(c) Cypr. epist. XXXVII. al. XXII. ad clerum p. 28. Celebrentur hic a nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum.

(d) Cypr. ep. XXXIV. al. XXXIX. p. 77. Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus.

(e) Id. ep. LXVI. al. I. p. 3. Non est, quod pro dormitione eius apud nos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur.

(f) Orig. in Iob. lib. III. tom. I. p. 437. edit. Basil. MDLXXI. (p. 491. edit. Basil. MDLVII.)

(g) Orig. lib. IX. in Rom. XII. tom. II. p. 607.

ſolemnibus, ſiue pro eo, vt ex recordatione eorum proficiamus, aptum & conueniens videtur. CYRILLVS, eccleſiæ *Hieroſolymitanæ* epiſcopus, deſcribens preces poſt conſecrationem, ait [*b*]: *Mentionem facimus etiam eorum, qui ante nos obdormierunt: primum patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, martyrum, vt Deus propter illorum orationes & deprecationes, noſtras ſuſcipiat preces. Deinde pro defunctis ſanctis patribus & epiſcopis: denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt: maximum eſſe credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur precatio, dum ſanctum illud & tremendum myſterium in altari poſitum eſt.* EPIPHANIVS verboſius diſputat contra *Aërianos*, qui quaſcumque preces pro mortuis ridebant. Aiebant enim [*i*], *Si ſuperſtitum preces iis, qui ex hac vita diſceſſerunt, opitulari poſſunt; nemo pie deinceps agat aliquid, neque boni quidquam faciat; ſed amicos ſibi aliquos, quacumque ratione velit, adiungat; ſiue pecuniarum largitione, ſiue precibus hoc ab illis ſub vitæ finem impetret, vt pro ſe Deum exorent, vt ne illic aliquid incommodi patiatur, nec immanium a ſe facinorum pœnæ repetantur.* Ad quæ EPIPHANIVS hunc in modum reſpondet: *Quod ſpectat ad ritum illum, quo mortuorum nomina pronuntiantur, quid eo poteſt eſſe vtilius? quid oppertunius? Nempe vt qui adſunt, certiſſime ſibi perſuadeant, mortuos viuere, nec in nihilum redactos eſſe, ſed exſiſtere adhuc, atque apud dominum viuere: Tum vt religioſiſſimum illud dogma prædicetur; quo qui pro fratribus precantur, bene de illis ſperare conſtat, quaſi peregre profectis. Ceterum quæ pro mortuis concipiuntur preces, iis vtiles ſunt,*

(*b*) Cyrill. catech. myſtag. V. n. VI. *εἶτα μνημονεύομεν καὶ τῶν προκεκοιμημένων, πρῶτον πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὅπως ὁ θεὸς εὐχαῖς αὐτῶν καὶ πρεσβείαις προσδέξηται ἡμῶν τὴν δέησιν· εἶτα καὶ ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων, καὶ πάντων ἁπλῶς, τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων, μεγίστην ὄνησιν πιστεύοντες ἔσεσθαι ταῖς ψυχαῖς, ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις ἀναφέρεται, τῆς ἁγίας καὶ φρικωδεστάτης προκειμένης θυσίας.*

(*i*) Epiphan. hæreſ. LXXV. Aerian. n. III. Obiectio Aerianorum: *εἰ δὲ ὅλως εὐχὴ τῶν ἐνταῦθα τοὺς ἐκεῖσε ὤνησε, ἄρα γοῦν μηδεὶς εὐσεβείτω, μηδὲ ἀγαθοποιείτω, ἀλλὰ κτησάσθω φίλους τινὰς, δι' οὗ βούλεται τρόπου ἤτοι χρήμασι πείσας, ἤτοι φίλους ἀξιώσας ἐν τῇ τελευτῇ, καὶ εὐχέσθωσαν περὶ αὐτοῦ, ἵνα μή τι ἐκεῖ πάθῃ, μηδὲ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα τῶν ἀνηκέστων ἁμαρτημάτων ἐκζητηθῇ.* Num. VII. Reſponſio Epiphanii: *ἔπειτα δὲ περὶ τοῦ ὀνόματα λέγειν τῶν τελευτησάντων, τί ἂν εἴη τούτου προυργιαίτερον; τί τούτου καιριώτερον καὶ θαυμασιώτερον, πιστεύειν μὲν τοὺς παρόντας, ὅτι οἱ ἀπελθόντες ζῶσι, καὶ ἐν ἀνυπαρξίᾳ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ εἰσὶ καὶ ζῶσι παρὰ τῷ δεσπότῃ, καὶ ὅπως ἂν τὸ σεμνότατον κήρυγμα διηγήσοιντο, ὡς ἐλπίς ἐστιν ὑπὲρ ἀδελφῶν εὐχομένοις, ὡς ἐν ἀποδημίᾳ τυγχανόντων· ὠφελεῖ*

tamet-

tametsi non omnes culpas exstinguant. Verum ex eo prosunt, quod plerumque, dum adhuc in terra degimus, sponte aut inuiti titubemus: vt id quod perfectius est, significetur. Nam & iustorum pariter & peccatorum mentionem facimus: peccatorum quidem, vt iis a domino misericordiam imploremus: iustorum autem & patrum ac patriarcharum, prophetarum, apostolorum, euangelistarum, martyrum, confessorum, episcoporum, anachoretarum, ac cœtus illius vniuersi, vt dominum IESVM CHRISTVM singulari quodam honore prosequentes, ab ceterorum hominum ordine segregemus, debitumque cultum illius maiestati tribuamus, cetera. Et ex omnibus liturgiis, quæ sub BASILII, CHRYSOSTOMI, GREGORII NAZIANZENI & CYRILLI [*k*] nominibus editæ sunt, apparet, quod pro omnibus sanctis precati fuerint, non excepta ipsa *Maria* virgine. Notatu etiam dignum est, quod in vetusto *missali Romano* orare consueuerint pro anima *Leonis*, vti HINCMARVS [*l*], sæculi noni scriptor, fidem nobis facit, qui orationem hac formula conceptam dicit: *Adnue nobis, domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta.* Verum hæc formula adeo incongrua sæculis sequentibus videbatur, vt in recentioribus sacramentariis siue missalibus hunc in modum mutaretur: *Adnue nobis, quæsumus domine, vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio*, quemadmodum INNOCENTIVS tertius, episcopus *Romanus* [*m*], sua ætate illam se habuisse adfirmat. Et alia istiusmodi mutatio in *sacramentario* GREGORII facta est. Nam in antiqua *Græca* & *Latina* editione [*n*] hæc precatio ex-

δὲ καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτῶν γινομένη εὐχὴ, εἰ καὶ τὰ ὅλα τῶν αἰτιαμάτων μὴ ἀποκόπτοι· ἀλλ᾽ οὖν γε διὰ τὸ πολλάκις ἐν κόσμῳ ἡμᾶς ὄντας σφάλλεσθαι ἀκουσίως τε καὶ ἑκουσίως, ἵνα τὸ ἐντελέστερον σημανθῇ· καὶ γὰρ δικαίων ποιούμεθα τὴν μνήμην, καὶ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν· ὑπὲρ μὲν ἁμαρτωλῶν, ὑπὲρ ἐλέους Θεοῦ δεόμενοι· ὑπὲρ δὲ δικαίων καὶ πατέρων, καὶ πατριαρχῶν, καὶ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ μαρτύρων, καὶ ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων τε καὶ ἀναχωρητῶν, καὶ παντὸς τοῦ τάγματος, ἵνα τὸν κύριον Ἰησοῦν χριστὸν ἀφορίσωμεν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων τάξεως, διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν τιμῆς καὶ σέβας αὐτῷ ἀποδῶμεν.

(*k*) Vide sis loca ex illis citata apud Vsserium in libro *Answer to the challenge* p. 136. & Dallæum de pœnis & satisfaction. lib. V. c. VIII.

(*l*) Hincmar. de prædestin. lib. I. c. XXXIV. tom. I. p. 297.

(*m*) Innocent. epist. in decretal. Gregor. lib. III. tit. XLI. c. VI. p. 1372. Missal. fest. Leonis. Iun. XXVIII.

(*n*) Bibl. patr. græc. Lat. tom. II. p. 129. Μνήσθητι καὶ τῶν δούλων σου πάντων καὶ

 stat:

ſtat: *Memento domine, famulorum tuorum cunctorum atque cunctarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis. Ipſis domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerii, lucis & pacis vt indulgeas, deprecamur, per eumdem Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.* At in poſtea reformatis *miſſalibus* [o] ita mutauerunt: *Memento domine, famulorum famularumque tuarum N. & N. qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis;* ne pro ſanctis æque ac aliis, qui eſſent in purgatorio, precari viderentur. Vnde probabile admodum efficitur, CYRILLI etiam catecheſin interpolatam, eique clauſulam inſertam eſſe, quæ de precibus propter patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum ac martyrum orationes & deprecationes a Deo ſuſcipiendis, loquitur: ſiquidem in vetuſtis liturgiis tam pro ipſis, quam pro aliis preces fiunt. CHRYSOSTOMVS [p] pro martyribus oblationes fieri, diſerte adfirmat. Atque ita in *Græca* eius liturgia eſt [q]: *Offerimus tibi rationalem hunc cultum, pro in fide requieſcentibus maioribus, patribus, patriarchis, prophetis & apoſtolis, præconibus & euangeliſtis, martyribus, confeſſoribus, continentibus, & omni ſpiritu in fide initiato: Præcipue pro ſanctiſſima, immaculata, ſuper omnes benedicta, domina noſtra Deipara & ſemper virgine Maria.* Quamquam, obſeruante VSSERIO [r], quidam *Latini* interpretes hæc verba peruerſe reddiderunt ita: *Offerimus tibi rationalem hunc cultum pro in fide requieſcentibus maioribus & patribus per deprecationem patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, martyrum & omnium ſanctorum.* Male enim *Latinis* auribus ſonabat, audire CHRYSOSTOMVM

πασῶν, οἱ μετὰ τοῦ σημείου τῆς πίστεως προαπῆλθον ἡμῶν, καὶ ὕπνον εἰρήνης κεκοίμηνται· καὶ δεόμεθά σου, ἵνα πᾶσι τοῖς ἐν χριστῷ ἀναπαυσαμένοις χώραν ἀναψύξεως, καὶ φωτὸς, καὶ εἰρήνης παράσχῃς δι' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ.

(o) Miſſal. Roman. in canone miſſæ p. 301. (p. 202. edit. Colon. MDCXIV.)

(p) Chryſoſt. homil. XXI. in acta tom. IV. edit. Sauil. p. 736. (p. 204. edit. Frf.) τί οἴει τὸ ὑπὲρ μαρτύρων προσφέρεσθαι κ. τ. λ. *Quid putas pro martyribus offerri, cetera.*

(q) Chryſoſt. liturg. tom. IV. p. 614. (p. 540. edit. Francof.) ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων προπατέρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, κηρύκων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων ὁμολογητῶν, ἐγκρατευτῶν, καὶ παντὸς πνεύματος ἐν πίστει τετελειωμένου, ἐξαιρέτως τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπὲρ εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

(r) Uſher's *Anſwer to the Challenge* p. 136.

dicen-

dicentem, veterem ecclesiam pro sanctis & martyribus orare. Sed dicit tamen, non tantum in locis ante memoratis, sed in aliis etiam passim. In homilia sua quadragesima prima in priorem ad *Corinthios* [s], contra immoderatum luctum de morte peccatorum differens, ait: *Si peccator excessit, propterea etiam lætari oportet, quod interscissa sunt peccata, & vitio non adiecit, & quoad eius fieri potest, ei succurrere, non lacrimis, sed precibus, & supplicationibus & eleemosynis, & oblationibus. Non sunt enim temere hæc excogitata, neque frustra eorum, qui excesserunt, in diuinis mysteriis meminimus & pro ipsis accedimus, rogantes agnum propositum, qui mundi peccatum tulit: sed vt inde eis aliqua sit consolatio: neque abs re, qui adstat altari, dum veneranda peraguntur mysteria, clamat: Pro omnibus, qui in Christo dormierunt, & iis, qui pro ipsis celebrant memorias. Nam si pro ipsis non fierent commemorationes, ne hæc quidem dicta essent. Ne nos pigeat opem ferre iis, qui excesserunt, & pro iis offerre preces: est enim propositum commune terræ piaculum. Propterea fidenter pro orbe terræ tunc rogamus, & cum martyribus eos vocamus, cum confessoribus, cum sacerdotibus. Etenim vnum corpus omnes sumus, etiamsi sint membra membris splendidiora: & fieri potest, vt veniam eis omni ex parte conciliemus, a precibus, a donis, quæ pro eis offeruntur, ab iis qui cum ipsis vocantur.* Statuit heic, quod sancti orent pro peccatoribus, tametsi eodem tempore ecclesia pro sanctis & martyribus ac peccatoribus simul oret. Alio loco [t] preces fieri dicit generatim pro o-

(s) Chrysost. homil. XLI. in 1 Cor. p. 701. (p. 468. edit. Francof.) *εἰ δὲ καὶ ἁμαρτωλὸς ἀπῆλθε, καὶ διὰ τοῦτο δεῖ χαίρειν, ὅτι ἐνεκόπη τὰ ἁμαρτήματα, καὶ οὐ προσέθηκε τῇ κακίᾳ, καὶ βοηθεῖν ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ, οὐ δακρύειν, ἀλλ' εὐχαῖς, καὶ ἱκετηρίαις, καὶ ἐλεημοσύναις, καὶ προσφοραῖς· οὐ γὰρ ἁπλῶς ταῦτα ἐπινενόηται, οὐδὲ εἰκῆ μνήμην ποιούμεθα τῶν ἀπελθόντων ἐπὶ τῶν θείων μυστηρίων, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν πρόσιμεν, δεόμενοι τοῦ ἀμνοῦ τοῦ κειμένου, τοῦ λαβόντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τις ἐντεῦθεν αὐτοῖς γένηται παραμυθία· οὐδὲ μάτην ὁ παρεστὼς τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν φρικτῶν μυστηρίων τελουμένων βοᾷ ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν χριστῷ κεκοιμημένων, καὶ τῶν τὰς μνείας ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιτελούντων· εἰ γὰρ μὴ ὑπὲρ αὐτῶν αἱ μνεῖαι ἐγίνοντο, οὐδ' ἂν ταῦτα ἐλέχθη. — μὴ δὴ ἀποκάμωμεν τοῖς ἀπελθοῦσι βοηθοῦντες, καὶ προσφέροντες ὑπὲρ αὐτῶν εὐχάς· καὶ γὰρ τὸ κοινὸν τῆς οἰκουμένης κεῖται καθάρσιον· διὰ τοῦτο θαῤῥοῦντες ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης δεόμεθα τότε, καὶ μετὰ μαρτύρων αὐτοὺς καλοῦμεν, μετὰ ὁμολογητῶν, μετὰ ἱερέων· καὶ γὰρ ἓν σῶμά ἐσμεν ἅπαντες, κἂν λαμπρότερα μέλη μελῶν, καὶ δυνατὸν πάντοθεν συγγνώμην αὐτοῖς συναγαγεῖν, ἀπὸ τῶν εὐχῶν, ἀπὸ τῶν ὑπὲρ αὐτῶν δώρων, ἀπὸ τῶν μετ' αὐτῶν καλουμένων.*

(t) Chrysost. homil. III. in Philipp. p. 1225. (p. 32. edit. Francof. in fine.) *ὅταν*

mni-

omnibus in fide defunctis, nec quempiam præter catechumenos, in voluntario baptiſmi neglectu mortuos, earum beneficio priuari. *Eo tempore*, inquit, *quo vniuerſus populus ſtat manibus paſſis ac cœtus ſacerdotalis, & illud horrorem venerationis plenum incutiens ſacrificium: quomodo Deum non placabimus pro iſtis orantes? Atque id quidem de iis, qui in fide deceſſerunt. Catechumeni vero neque hac dignantur conſolatione, ſed omni auxilio ſunt deſtituti, vno quodam excepto. Quale vero hoc? licet pauperibus pro ipſis dare.* Pœna erat hæc tunc temporis catechumenis infligi ſolita, de qua CHRYSOSTOMVS aliis in locis [u] loquitur; videturque regula fuiſſe, per antiquos quoſdam eccleſiæ canones [w] data, (qua de re diſſerendi occaſionem habuimus libro quodam antecedente [x]) vt catechumenis beneficium precum eccleſiæ poſt mortem negaretur. CHRYSOSTOMVS [y] iterum, ait: *Epiſcopus pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium, non viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat.* CASSIANVS etiam *biothanatos*, hoc

ἑστήκῃ λαὸς ὁλόκληρος χεῖρας ἀνατείνοντες, πλήρωμα ἱερατικὸν, καὶ πρόκειται ἡ φρικώδης θυσία, πῶς οὐ δυσωπήσομεν ὑπὲρ τούτων τὸν θεὸν παρακαλοῦντες; ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πίστει παρελθόντων· οἱ δὲ κατηχούμενοι οὐδὲ ταύτης καταξιοῦνται τῆς παραμυθίας, ἀλλ' ἀπεστέρηνται πάσης τῆς τοιαύτης βοηθείας, πλὴν μιᾶς τινος· ποίας δὲ ταύτης; ἔξεστι πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόναι.

(u) Chryſoſt. hom. XXIV. in Ioan. p. 159. (ibid. ed. Frf.) εἰ γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, ἀπροσδοκήτου τῆς τελευτῆς ἐπελθούσης, ἀμυήτους ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν, κἂν μυρία ἔχωμεν ἀγαθὰ, οὐδὲν ἡμᾶς ἕτερον διαδέξεται, ἢ γέεννα, καὶ σκώληξ ἰοβόλος, καὶ πῦρ ἄσβεστον, καὶ δεσμὰ ἄλυτα· ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινα τῶν ταῦτα ἀκουόντων ἐκείνης πειραθῆναι τῆς κολάσεως, τοῦτο γὰρ ἔσται, ἂν τῶν ἁγίων καταξιωθέντες μυστηρίων, χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ λίθους τιμίους οἰκοδομήσωμεν ἐπὶ τὸν θεμέλιον. *Si inopina & repentina mors, quod abſit, nos inuaderet, & non initiati migraremus: nihil nobis innumera huius ſæculi bona ad ſalutem proficerent, quin nos gehenna, vermis venenoſus, ignis inextinguibilis & catenæ maneant indiſſolubiles. Sed abſit, vt auditorum meorum quiſquam eo damnaretur ſupplicio: quod euitabimus, ſi ſanctis dignati myſteriis, aurum, argentum, lapides pretioſos ſuper fundamento, ſecundum apoſtolum, ædificabimus.* Id. homil. I. in acta p. 14.

(w) Concil. Bracar. I. c. XXXV. (conc. II. can. XVII. ap. Labb. tom. conc. V. p. 841.) Placuit, vt catechumenis, cet. vid. ſub litt. ſeq. (a) in textu.

(x) Lib. X. cap. II. §. XVIII. volum. IV. pag. 42.

(y) Chryſoſt. de ſacerdot. lib. VI. c. IV. vid. ſupra §. XIII. ſub litt. (n) pag. 327. Homil. XXII. in Matth. p. 307. (p. 371. edit. Francof.) τί μετὰ ταῦτα πένητας καλεῖς; καὶ παρακαλεῖς ἱερέας εὔξασθαι; ἵνα εἰς ἀνάπαυσιν ἀπέλθῃ, φησὶν, ὁ τετελευτηκὼς, ἵνα ἵλεω σχῇ τὸν δικαστήν. κ. τ. λ. *Cur poſt mortem tuorum pau-*

eſt,

eſt, homines, qui violentas manus ſibi ipſi intulerant, a beneficio precum eccleſiæ excluſos fuiſſe dicit. Et idcirco, quum *Hero* aliquis, illuſione diabolica deceptus, in profundum puteum ipſe ſe dediſſet præcipitem, „vix a presbytero abbate „*Paſnutio*, narrat, potuiſſe obtineri, vt non inter biothanatos „reputatus, etiam memoria [z] & oblatione pauſantium iu„dicaretur indignus„. Quod etiam in concilio *Bracarenſi* notatum eſt [a], vbi αὐτόχειρες & catechumeni in eadem claſſe collocantur. *Placuit, vt hi, qui ſibi ipſis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur. Item placuit, vt catechumenis, ſine redemtione baptiſmi defunctis, ſimili modo, neque oblationis commemoratio, neque pſallendi impendatur officium.*

AVGVSTINVS quidem ſingularem fouet opinionem in hac materia de precibus pro mortuis. Non enim æque pro martyribus ac aliis hominibus orandum eſſe ſtatuit, eo quod ad cæleſtis beatitatis fruitionem illico poſt mortem admiſſi ſint. Vulgare dictum ſub nomine eius circumfertur (quod tamquam ſcripturæ ſacræ dictum citat [b] INNOCENTIVS tertius, pontifex *Romanus*:) Iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre; quia martyres ad perfectionem in hac vita perueniſſe, neque adeo eccleſiæ oratione [c] vt ceteri indigere credantur. Hinc ait: *Ad ipſam [d] menſam non ſic eos commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus, ſed magis vt orent ipſi pro nobis, vt eorum veſtigiis adhæreamus, quia impleuerunt ipſi carita-*

peres conuocas? Cur presbyteros, vt pro eo velint orare, obſecras? Non ignoro, te reſponſurum, vt defunctus requiem adipiſcatur, vt propitium iudicem inueniat.

(z) Caſſian. collat. II. c. V.

(a) Concil. Bracar. I. c. XXXV. (al. conc. II. can. XVI. XVII.)

(b) Innocent. in decretal. Gregorii lib. III. tit. XLI. c. V. Sacræ ſcripturæ dicit auctoritas, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre.

(c) Auguſtin. ſerm. XVII. de verbis apoſtoli tom. X. p. 132. Perfectio in hac vita nonnulla eſt, ad quam ſancti martyres peruenerunt. Ideoque habet eccleſiaſtica diſciplina, quod fideles nouerunt, quum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipſis oretur. Iniuria eſt enim pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.

(d) Auguſtin. tract. LXXXIV. in Ioan. tom. IX. p. 185. (p. 451. ed. Baſil. MDLXIX.)

tem, qua dominus dixit, non posse esse maiorem, nimirum vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quam ob rationem AVGVSTINVS oblationes & eleemosynas, in ecclesia pro omnibus baptizatis fieri solitas, putabat esse tantum gratiarum actiones pro valde bonis [*e*]; pro non valde malis propitiationes: pro valde malis, etsi nulla adiumenta mortuorum, qualescumque tamen viuorum consolationes. Enimuero, vt recte obseruat VSSERIVS [*f*], durior hæc est interpretatio precum ecclesiæ, persuadere sibi, vnum eumdemque precandi actum pro aliis esse petitionem, pro aliis tantum gratiarum actionem: adeoque rationi magis consentaneum est, credere, quod ecclesia pro omnibus voluerit oratum, præsertim quum ipse AVGVSTINVS [*g*] fateatur, quod ecclesia supplicationes faciat pro omnibus in christiana & catholica societate defunctis, quemadmodum omnes antiquæ precum formulæ manifesto euincunt, ita quidem, vt nullus exceptioni locus esse possit.

§. XVII.

Ex quibus rationibus vetus ecclesia pro mortuis, sanctis, martyribus, confessoribus, æque ac reliquis omnibus orauerit.

SVPPOSITO igitur, quod vetus ecclesia preces fecerit pro sanctis & martyribus non minus quam reliquis omnibus, superest, vt disquiramus, ex quibus fundamentis ac rationibus hanc consuetudinem obseruarit: vtrum ex recentiore purgatorii suppositione, an ex aliis, generali isti praxi magis convenientibus rationibus? Non ex purgatorii suppositione id eam fecisse, ex iis euidenter apparet, quæ iam ex publicis ecclesiæ officiis obseruauimus, quod pro omnibus sanctis, martyribus, confessoribus, patriarchis, prophetis, apostolis, immo pro

(*e*) August. enchirid. ad Laurent. cap. CX. Quum ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis propitiationes sunt: pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescumque viuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa damnatio.

(*f*) Usher's *Answer to the Challenge* p. 142.

(*g*) Aug. de cura pro mortuis c. IV. Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum: quas sacerdos pro omnibus in christiana & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcumque sub generali commemoratione suscepit ecclesia.

ipsa

ipsa *Maria* virgine & reliquis sanctis viris ac feminis precata sit, qui inde a mundo condito decesserunt, & omnes in loco requiei ac beatitatis, nec in vllo purgatorii aut cruciatus loco, esse credebantur. Præterea hoc apparet ex priuatis precibus AMBROSII [*h*] pro *Theodosio*, & *Valentiniano* & *Gratiano* imperatoribus, & suo ipsius fratre *Saturo*; nec non ex epistola ad *Faustinum* [*i*], qua eum monet, vt defunctam sororem suam non tam deploret, quam orationibus prosequatur, & oblationibus animam eius domino commendet. Hi enim omnes tales erant, de quibus minime ille dubitabat, quin eorum animæ in requie essent ac beatitudine. Sicut omnia officia funeralia declarant, in quibus commata ista ex psalmis cantari solebant: *Conuertere, anima mea, in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi:* Et rursus: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et rursus: *Tu es mihi refugium a tribulatione, quæ me circumdat.* Quorum CHRYSOSTOMVS [*k*] auditores suos sæpius monet recordari, vt, dum hæc psallant, & orent pro defunctis, ne immoderate fleant ac lamententur, vti gentiles; sed Deo gratias agant, quod in

(*h*) Ambros. de obitu Theodosii (tom. V. opp. p. 122. edit. Par. MDCXLII.) Da requiem perfectam seruo tuo Theodosio, requiem illam, quam præparasti sanctis tuis. De obitu Valentin. ibid. p. 115. 116. Beati ambo (Valentinianus & Gratianus) si quid meæ orationes valebunt. Nulla dies vos silentio præteribit, nulla inhonoratos vos mea transibit oratio, nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurret.

(*i*) Epist. VIII. ad Faustin. (LXI. ed. Paris.) Itaque non tam deplorandam quam prosequendam orationibus reor: nec mœstificandam lacrimis tuis, sed magis oblationibus animam eius domino commendandam arbitror.

(*k*) Chrysost. homil. IV. in Hebr. p. 1789. (p. 736. edit. Francof.) ἐννόησον τί ψάλλεις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον· Ἐπίστρεψον, ἡ ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐηργέτησέ σε· καὶ πάλιν, Οὐ φοβηθήσομαι κακά, ὅτι σὺ μετ᾽ ἐμοῦ εἶ. καὶ πάλιν· Σύ μου εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με· ἐννόησον τί βούλονται οὗτοι οἱ ψαλμοί. *Cogita quid psallas illo tempore.* Conuertere, *inquit*, anima mea &c. Homil. XXIX. de dormientibus tom. V. p. 423. (homil. XXX. p. 377. edit. Frf.) ἄλγησον, δάκρυσον, ἀλλὰ μὴ ἀποδυσπετήσῃς, μὴ δυσχεράνῃς, μὴ ἀγανακτήσῃς τὸν ἀπελθόντα, καὶ λαμπρὰ ταῦτα αὐτῷ συμπέμψῃς ἐντάφια· ἂν μὲν γὰρ δυσχεράνῃς, κἀκεῖνον καθύβρισας, καὶ τὸν λαβόντα παρώξυνας, καὶ σαυτὸν κατέβλαψας· ἂν δὲ εὐχαριστήσῃς, κἀκεῖνον ἐκόσμησας, καὶ τὸν λαβόντα ἐδόξασας, καὶ σαυτὸν ὠφέλησας. *Mœre, lacrima, at vide, ne stomacheris, ne impatienter mortuum requiras. Quin Deo gratias age, qui eum accepit, vt ex vita decedentem honores, honesteque amici funeri iusta persoluas. Si indigne fers, ei dedecori es, & Deum accipientem ex-*

locum requiei ac ſecuritatis eos adſumſiſſet. Id quod cum itione eorum ad horribilem & formidoloſum purgatorii locum conſiſtere prorſus nequit. AVGVSTINVS priuatim pro *Monica* matre ſua [*l*] orabat, & de precibus eccleſiæ pro ea in exſequiis eius & deinde ad altare loquitur; nec tamen hinc e piæ vitæ ſtatu ad ſtatum gaudii ac felicitatis eam migraſſe, dubitat. In eumdem modum GREGORIVS NAZIANZENVS [*m*] Deum precatur, vt animam *Cæſarii* fratris ſui ſuſcipiat, qui noviſſime ex ſpiritu in baptiſmo regenitus erat. Certum eſt, haſce preces non eo fieri conſueuiſſe, quod ignem purgatorium poſt mortem ſtatuerent, ſed quod ad locum requiei & beatitudinis eos commigrare crederent, quæ prima orandi pro eis ratio erat, vt Deus ipſos ad ſe reciperet, liberaretque a condemnatione. 2.) Ex eodem ſuppoſito nonnullæ eorum preces pro defunctis ſemper erant euchariſticæ, ſiue gratiarum actiones pro eorum liberatione ex vitioſi huius mundi turbis. Sicut non ſolum ex ante memoratis CHRYSOSTOMI teſtimoniis planum eſt, ſed ex auctore etiam, qui ſub ementito DIONYSII [*n*] nomine ſcripſit, qui enarrans ritus ſepeliendi mortuos, loquitur de εὐχῇ εὐχαριϛηρίῳ, qua Deo gratiæ agantur non tantum ſuper martyribus, ſed omnibus etiam chriſtianis, qui ſancte obdormierint. 3.) Tertia ratio orandi pro eis erat, quia mortales omnes cum quibuſdam fragilitatis ac corruptionis reliquiis e vita excedere, recte exiſtimabant, adeoque Deum orabant, vellet cum ipſis agere ſecundum miſericordiam ſuam,

acerbas, tibique damno es: ſin gratias egeris, honeſtas illum, & Deum, qui eum accepit, laude afficis, tibique ipſi vtilitatem adfers. Vid. Caſſian. collat. II. c. V. cit. ſupr. §. XVI. ſub litt. (z) in textu p. 337.

(*l*) Auguſtin. confeſſ. lib. IX. c. XII. Neque in eis precibus, quas tibi fudimus, quum offerretur pro ea (Monica matre) ſacrificium pretii noſtri, iam iuxta ſepulchrum poſito cadauere, priuſquam deponeretur, ſicut illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego fleui, cetera. Ibid. c. XIII. Scio miſericorditer operatam, & ex corde dimiſiſſe debita debitoribus ſuis: dimitte illi & tu debita ſua, ſi qua etiam contraxit per tot annos poſt aquam ſalutis. Dimitte domine, dimitte, obſecro, ne intres cum ea in iudicium.

(*m*) Naziant. orat. X. p. 176. νῦν μὲν δέχοιο Καισάριον ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας ἀποδημίας. *Nunc quidem Cæſarium, diſceſſus noſtri primitias, quæſo ſuſcipe.*

(*n*) Dionyſ. eccleſ. hierarch. c. VII. p. 408. Εἶτα τελεῖ τὴν πρὸς Θεὸν εὐχαριϛήριον εὐχὴν ὁ ἱεράρχης.

non

non de ſtricto iure ſecundum eorum merita. Nullus enim tunc aliquod meritum vel ius æternæ beatitatis habere credebatur, ſed tantum ex promiſſis & gratia Dei. Præclare hanc in rem diſſerit AVGVSTINVS [o], quando de *Monica* matre ſua in hunc modum loquitur: *Ego iam ſanato corde ab illo vulnere, in quo poterat redargui carnalis adfectus, fundo tibi, Deus noſter, pro illa famula tua longe aliud lacrimarum genus, quod manat de concuſſo ſpiritu, conſideratione periculorum omnis animæ, quæ in Adam moritur. Quamquam illa in Chriſto viuificata, etiam nondum carne reſoluta ſic vixerit, vt laudetur nomen tuum in fide moribuſque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptiſmum regeneraſti, nullum verbum exiſſe ab ore eius contra præceptum tuum. Et dictum eſt a veritate, filio tuo: Si quis dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Et væ etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam: Quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter ſperamus, aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. Quiſquis autem tibi enumerat vera merita ſua, quid tibi enumerat, niſi munera tua? O ſi cognoſcant ſe omnes homines, & qui gloriantur, in domino glorientur! Ego itaque, laus mea & vita mea, Deus cordis mei, ſepoſitis pauliſper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me per medicinam vulnerum noſtrorum, quæ pependit in ligno, & ſedens ad dexteram tuam, te interpellat pro nobis.* Paullo poſt addit, ſe credere, quod Deus iam fecerit, quod ipſum roget, pergit tamen orare: *Non ſe interponat nec vi nec inſidiis leo & draco: neque enim reſpondebit illa, nihil ſe debere, ne conuincatur & obtineatur ab accuſatore callido: ſed reſpondebit, dimiſſa debita ſua ab eo, cui nemo reddet, quod pro nobis non debens reddidit. Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli & poſt quem nulli nupta eſt, cui ſeruiuit fructum tibi adferens cum tolerantia, vt eum quoque lucraretur tibi. Et inſpira, domine Deus meus, inſpira ſeruis tuis, fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus & voce & corde & litteris ſeruio, vt quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum Patricio, quomdam eius coniuge.* Hæc oratio non erat pro hominibus in igne purgatorio hærentibus, ſed in pace requieſcentibus, tantum ſine meritorum propriorum reſpectu, & cum ſubmiſſa diuinæ miſe-

(o) Auguſt. confeſſ. lib. IX. c. XIII.

ricordiæ fiducia, vt ne illos a rugiente leone deuorari fineret, nec cum illis propter peccata humanæ fragilitatis rigide ageret. 4.) Alia fimilis ratio harum precum illa erat, quam antea percepimus ex EPIPHANIO [p], eo fpectans, vt perfectio *CHRISTI* ab imperfectione omnium hominum, fanctorum, martyrum, apoftolorum, prophetarum, confefforum, ceterorum fegregaretur, quum ipfe vnus effet, pro quo preces in ecclefia tunc fieri non oporteret. 5.) Orabant pro omnibus chriftianis in teftificationem cum reuerentiæ ac amoris in defunctos, tum fidei fuæ de immortalitate animæ; nempe vt, quemadmodum loquitur EPIPHANIVS, oftenderent, certiffime fibi perfuafum fe habere, mortuos viuere, nec in nihilum redactos effe, fed exfiftere adhuc, atque apud dominum viuere. 6.) Quum anima in imperfecto tantum beatitatis ftatu fit vfque ad futuram refurrectionem, vbi integer homo perfectam victoriam de morte obtinebit, atque per extremum iudicium in infinitum confummatæ felicitatis ac gloriæ ftatum transferetur, ecclefia peculiarem huius rei rationem habebat in precibus fuis pro iuftis, vt & viui & mortui tandem ad hunc beatiffimum gloriofæ refurrectionis ftatum pertingerent. A nonnullis [q] obferuatur, precationes quafdam adhuc exftare in *miſſa Romana*, huic opinioni conformes, vt illa, quæ ita habet: *Abſolue, quæſumus domine, animas famulorum tuorum ab omni vinculo delictorum, vt in reſurrectionis gloria inter ſanctos & electos tuos reſuſcitati reſpirent.*

(p) Epiphan. hæref. LXXV. Aerian. num. VII. citat. §. XVI. fub litt. (i) p. 332.

(q) Vid. du Moulin *Novelty of Popery* lib. VII. c. I. p. 419. (p. 617. edit. Germ. Wefel MDCXXXII. 4to.) *Hier möchte einer fragen: Was für nutzen und vortheil vermeinen dann die alten, daß die todten von dem gebet, ſo für ſie geſchahe, hätten? Antwort: Die alten hatten hierunter nachfolgende endurſachen. Erſtlich war in ſolchen gebeten dieſes ihr ſuchen bey dem allerhöchſten, daß der verſtorbene dermaleins zur ſeligkeit auferſtehen möchte. Ein ſolch gebet that* Iudas Maccabæus lib. II. c. XII. Maccab. Dann (*ſagt der auctor*) Judas hat recht und wohl daran gethan, dafs er der auferftehung eindächtig war. Dann wenn er nicht die hoffnung gehabt hätte, dafs die todten auferftehen folten, fo ware es ein überflüffiges und thörichtes ding gewefen, für die todten zu bitten. *Mit dieſem gebet ſtimmen viel gebet überein, die in den ſeelmeſſen geſprochen werden, und ſonderlich dieſes:* Wir bitten dich, du wolleft die feelen deiner knechte alles bandes der fünden los zahlen, damit fie in der herrlichkeit der auferftehung aufwachen, und fich unter deinen heiligen und auserwehlten wieder erholen mögen.

HAB

HAE vniuersæ generales erant rationes orandi pro mortuis, sine vllo, vel leuissimo etiam, indicio, quod in temporariis ignis purgatorii pœnis torquerentur. Præter quas specialiores quasdam habebant opiniones, ad hanc praxin promovendam spectantes. Nam 1.) bene multi ex veteribus credebant, omnium iustorum animas, exceptis martyribus, cælo separatas in loco quodam, mortalibus oculis inuisibili, degere, quem illi paradisum vel sinum *Abrahæ*, locum refrigerationis & gaudii vocabant, vbi perfectam beatitatem exspectent in omnium rerum fine. Hæc nota opinio est HERMAE PASTORIS, IVSTINI MARTYRIS, PII, pontificis *Romani*, IRENAEI, TERTVLLIANI, ORIGENIS, CAII ROMANI, VICTORINI MARTYRIS, NOVATIANI, LACTANTII, HILARII, AMBROSII, GREGORII NYSSENI, PRVDENTII, AVGVSTINI & CHRYSOSTOMI. Vnde in precibus suis pro defunctis huc quodam modo respexisse existimari possunt atque expetiisse, vt animæ iustorum ita ad tempus separatæ tandem aliquando ad perfectam beatitatis in cælo fruitionem transferrentur. 2.) Multi veterum opinionem de millenario, siue regno *CHRISTI* mille annorum in terra ante extremi iudicii diem, fouebant, simulque statuebant, fore, vt hominum alii maturius, tardius alii ad hunc felicem statum resurgerent, pro meritis suis ac præparationibus ad hoc ipsum. Et hinc eorum quidam pro defunctis orabant ex hoc supposito, vt partem in hac resurrectione obtinerent, & citius in hoc regnum admitterentur: in pœnis hoc ponentes, non inter primos, qui resurgerent, ad hunc gloriæ statum admitti. TERTVLLIANVS [r] eo manifesto respicit, quando modicum quodque delictum mora resurrectionis luendum esse dicit. Hinc pro animabus defunctorum orari solere adfirmat [s], vt non tantum in pace iam requiescant, sed in primæ quoque resurrectionis consortium veniant. Quam

(r) Tertull. de anima c. LVIII. Modicum quodque delictum mora resurrectionis luendum &c.

(s) De monogam. c. X. Pro anima eius orat, & refrigerium interim adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium. Confer lib. III. contr. Marcion. c. XXIV. Post mille annos, intra quam ætatem concluditur sanctorum resurrectio, pro meritis maturius vel tardius resurgentium &c.

ob

ob caussam AMBROSIVS [t] pro *Gratiano* & *Valentiniano* imperatoribus Deum orabat, vellet eos matura resurrectione suscitare, & immaturum vitae cursum matura resurrectione compensare. Et alibi [u] ait: *Qui non veniunt ad primam resurrectionem, sed ad secundam reseruantur, isti vrentur, donec impleant tempora inter primam & secundam resurrectionem: aut si non impleuerint, diutius in supplicio permanebunt. Ideo ergo rogemus, vt in prima resurrectione partem habere mereamur.* VSSERIVS [x] etiam e quibusdam *missalibus Gothicis* ostendit, ecclesiam antiquis temporibus diuersas habuisse precationes in hunc finem directas. 3.) Multi veterum credebant, fore ignem probationis, per quem die extremo omnes oporteat ire, ipsis prophetis ac apostolis, immo ipsa *Maria* virgine, non exceptis. Quod ipsum non tantum ab ORIGENE [y], IRENAEO [z] & LACTANTIO [a] adseritur, sed ab AMBROSIO [b] etiam, qui post ORIGENEM ait: *Omnes oportet transire per flammas, siue ille Ioannes euangelista sit, quem ita dilexit dominus, vt de eo diceret ad Petrum: Si eum volo manere, quid ad te? tu me sequere. De morte eius aliqui dubitauerunt, de transitu per ignem dubitare non possumus, quia in paradiso est, nec separatur a CHRISTO. Siue ille sit Petrus, qui claues accepit regni caelorum, qui super mare ambulauit, oportet dicat: Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium.* Et alibi [c]: *Igne purgabantur filii Leui, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed hi, etsi per ignem examinabantur, dicent tamen: Transiuimus per ignem & aquam.* Et HILARIVS [†] eumdem in modum: *Salutis nostrae & iudicii tempus designat in do-*

(t) Ambros. de obitu Valentin. ad finem. Te quaeso, summe Deus, vt carissimos iuuenes matura resurrectione suscites & resuscites; vt immaturum hunc vitae istius cursum matura resurrectione compenses.

(u) Id. in psalm. I.

(x) Usher. *Answer to the Challenge* p. 151.

(y) Orig. homil. III. in psalm. XXXVI. p. 446. (p. 504. edit. Basil. MDLVII. pag. 881. c. edit. Paris. MDCIIII.) Vt ego arbitror, omnes nos venire necesse est ad illum ignem. Etiam si Paulus sit aliquis vel Petrus, venit tamen ad illum ignem.

(z) Iren. lib. IV. c. IX. †

(a) Lactant. lib. VII. c. XXI. (p. 863. edit. Walchii Lips. MDCCXV. 8uo.) Sed & iustos quum iudicauerit, etiam igni eos examinabit.

(b) Ambros. serm. XX. in psalm. CXVIII. (tom. II. p. 764. edit. Paris. MDCXLII.)

(c) Id. homil. III. in psalm. XXXVI. (tom. II. opp. p. 693. h. cit. edit.)

(†) Hilar. in Matth. cap. II. p. 148. (p. 616. c. edit. Paris. MDCXCIII.)

mino,

mino, dicens, ille baptizabit vos in spiritu sancto & igni: quia baptizatis in spiritu sancto reliquum sit, consummari igne iudicii. Et rursus [*d*]: *An quum ex omni otioso verbo rationem simus praestituri, diem iudicii concupiscemus, in quo nobis est ille indefessus ignis subeundus, in quo subeunda sunt grauia illa expiandae a peccatis animae supplicia? Beatae Mariae animam gladius pertransibit, vt reuelentur multorum cordium cogitationes. Si in iudicii seueritatem capax illa Dei virgo ventura est; desiderare quis audebit a Deo iudicari?* Plura istiusmodi loca in GREGORIO NAZIANZENO [*e*], & GREGORIO NYSSENO [*f*], HIERONYMO [*g*], & AVGVSTINO [*h*] leguntur, quae scriptores pontificii pro igne purgatorio communiter adlegant, quum tamen ad hoc eluens atque purgans sacramentum, vti ORIGENES [†] vocat, vel ex stilo AVGVSTINI, ad has poenas purgatorias ignis iudicii in die nouissimo, manifesto respiciant. Et harum formido alia erat ratio precandi pro mortuis. 4.) Nonnulli etiam veterum credebant, quod preces ecclesiae quodam modo faciant ad mitigandas poenas damnatorum, etsi plenam

(*d*) Hilar. enarrat. in psalm. CXVIII. littera Gimel p. 254. (p. 261. edit. cit.)

(*e*) Nazianz. orat. XLII. p. 697. στήσαις τῷ σώματι τὴν καθ' ἡμῶν τυραννίδα· ὁρᾷς ὅσην, κύριε, καὶ ὡς κάμπτουσαν, ἢ τὴν σὴν ψῆφον, εἰ παρὰ σοῦ καθαιρόμεθα. *Corporis in nos tyrannidem (quae quanta sit, vides domine, quamque me curuet) vel sententiam tuam, si quidem a te* purgemur, *sistas atque comprimas.*

(*f*) Nyssen. orat. de mortuis (tom. III. p. 634. d. Paris. MDCXXXVIII.) --- ἤτοι κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, διὰ προσευχῆς τε καὶ φιλοσοφίας ἐκκαθαρθεὶς, ἢ μετὰ τὴν ἐνθένδε μετανάστασιν, διὰ τῆς τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας. - - *Vel in praesenti vita precibus sapientiaeque studio purgatus, vel post obitum per* expurgantis ignis fornacem expiatus, *ad pristinam vellet redire felicitatem.*

(*g*) Hieron. in Esa. LXVI. ad comma vltimum: Sicut diaboli & omnium negatorum atque impiorum, qui dixerunt in corde suo: Non est Deus, credimus aeterna tormenta: Sic peccatorum atque impiorum & tamen christianorum, quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mistam clementiae sententiam iudicis.

(*h*) Augustin. de ciuitate Dei lib. XX. c. XXV. in verba Malachiae: *Ipse ingreditur quasi ignis conflatorii &c.* haec habet: Ex his quae dicta sunt, videtur euidentius apparere, in illo iudicio quasdam quorumdam purgatorias poenas futuras.

(†) Orig. hom. XIV. in Luc. p. 223. (p. 257. edit. Basil. MDLVII.) Ego puto, quod & post resurrectionem ex mortuis indigeamus *sacramento eluente* nos atque *purgante.*

eis liberationem conciliare haud valeant. Denique 5.) quod ad augendam gloriam ſanctorum in beatitate conferant. AVGVSTINVS [i] eo prodeſſe dicit, vt tolerabilior fiat malis damnatio. Et hæc fuit opinio PRVDENTII [k] atque CHRYSOSTOMI [l], qui poſterior homines monet, vt pro mortuis preces fundant, ex hac ratione, quod hoc eis ſolatium, etſi exiguum, adlaturum, vel certe Deo acceptum futurum ſit, tamquam gratum ſacrificium pro iis, qui offerant. Idem in PAVLINO [m] & auctore *quæſtionum ad Antiochum* ſub ementito ATHANASII [n] nomine legi poteſt. CHRYSOSTOMVS [o] porro dicit, quod preces & eleemoſynæ iuſtis præbeant mercedis & retributionis adiectionem. Hæ ſunt rationes vniuerſæ, quas

(*i*) Auguſt. enchirid. cap. CX. Quibus aut proſunt (preces) aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio, aut certe tolerabilior fiat ipſa damnatio.

(*k*) Prudent. cathemerinon. carm. V. de cereo paſchali.

Sunt & ſpiritibus ſæpe nocentibus
Pœnarum celebres ſub ſtyge feriæ,
Illa nocte ſacer qua redit Deus
Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis.

(*l*) Chryſoſt. homil. III. in Philipp. p. 1225. (p. 32. fin. edit. Francof.) *κλαίωμεν οὖν τούτους, βοηθῶμεν αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, ἐπινοήσωμεν αὐτοῖς τινα βοήθειαν, μικρὰν μὲν, βοηθεῖν δὲ ὅμως δυναμένην· πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; αὐτοί τε εὐχόμενοι, καὶ ἑτέρους παρακαλοῦντες εὐχὰς ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖσθαι, πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόντες συνεχῶς· ἔχει τινὰ τὸ πρᾶγμα παραμυθίαν. κ. τ. λ. Hos lugeamus, opem pro viribus feramus, aliquod ipſis auxilium comparemus, exiguum illud quidem, ſed quod tamen auxiliari queat. Quomodo, quane ratione? cum ipſi preces fundentes, tum alios, vt pro ipſis fundant, obſecrantes, ac pro ipſis perpetuo dantes eleemoſynas pauperibus. Adfert hæc res aliquid ſolatii.* Vid. homil. XXXII. in Matth. p. 307. (p. 371. edit. Francof.) cit. ſupra §. XVI. ſub litt. (y) pag. 336.

(*m*) Paulin. epiſt. XIX. Petimus -- vt orationibus tuis condonetur tibi, vt & illius animam vel de minimo ſanctitatis tuæ digito diſtillans refrigerii gutta reſpergat.

(*n*) Athanaſ. quæſt. ad Antioch. quæſt. XXXIV. (tom. II. pag. 275. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) *Τί οὖν, οὐκ ἀπολαύουσί τινος εὐεργεσίας καὶ αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχαὶ, γινομένων ὑπὲρ αὐτῶν συνάξεων καὶ εὐποιϊῶν καὶ προσφορῶν; ἀπόκ. Εἰ μή τινος εὐεργεσίας μετεῖχον ἐκ τούτου, οὐκ ἂν ἐν τῇ προσκομιδῇ ἐμνημονεύοντο. κ. τ. λ. Quid ergo? Nullumne beneficium percipiunt peccatorum animæ, quum pro ipſis fiunt ſynaxes, beneficentiæ & oblationes? Reſp. Niſi inde alicuius participes eſſent beneficii, non eorum mentio fieret in oblatione.*

(*o*) Chryſoſt. hom. XXXII. in Matth. p. 307. (p. 374. ed. Frf.) *προσθήκη γίνηται μισθοῦ καὶ ἀντιδόσεως.*

vete-

veteres pro precibus pro defunctorum animabus adlegaſſe deprehendimus, quarum nulla ad cruciatum eorum in igne purgatorio referri poteſt; Quid? quod eorum pleræque ad eum proſternendum directe tendant. Vnde firmiter colligere poſſumus, quod, etſi veteres generatim pro mortuis precati ſunt, ſaltem a temporibus inde TERTVLLIANI, qui primus omnium ea de re loquitur, id tamen non ex illis principiis fecerint, pro quibus hodie in eccleſia *Romanenſi* tantopere dimicatur. Quod etiam ex multis antiquis formulis liquet, adhuc exſtantibus in *miſſalibus* ac *liturgiis* recentiorum *Græcorum*, qui pro mortuis orare pergunt, quantumuis nullum purgatorium credentes, quemadmodum ex libris eorum ritualibus facile eſſet ad demonſtrandum: verum hoc præſentis diſſertationis noſtræ ſcopo prorſus alienum eſt.

§. XVIII.

De diptychis *eorumque vſu in eccleſia veteri.*

VNVM in hanc materiam reſtat notandum, quod aliquanto ante, quam pro mortuis oblationes facerent, in quibuſdam ætatibus mos fuerit recitare nomina iſtiuſmodi antiſtitum, vel ſanctorum, vel martyrum, quorum in hac huius officii parte mentionem iniicere fas eſſet. Quam in rem certos habebant libros, quos tabulas ſacras, & communiter diptycha ſua, a ptychis, id eſt plicis, vocitabant, in quibus iſtorum nomina deſcripta erant, vt diaconus ea recitare poſſet, prout occaſio diuini cultus tempore requireret. BONA cardinalis [p], cui adſentit SCHELSTRATVS, tria eorum genera ſtatuit. *Inuenio*, inquit, *tria fuiſſe genera diptychorum ſiue tabularum, quibus in ſingulis eccleſiis inſcribebantur nomina. Primum erat peculiare epiſcoporum, eorum præſertim, qui illam eccleſiam rexerant, dummodo probitate ac ſanctis moribus claruiſſent. Secundum viuorum, in quibus eorum nomina deſcripta erant, qui adhuc viuentes dignitate aliqua, vel beneficiis illi eccleſiæ collatis conſpicui, vel alio titulo bene meriti erant. In his primo loco Romanus pontifex, tum alii patriarchæ & proprius antiſtes,*

(*p*) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XII. n. I.
Schelſtrat. de concilio Antioch. can. II. c. VI. p. 216. Tria genera fuiſſe diptychorum ſiue tabularum, quibus nomina in ſingulis eccleſiis inſcribebantur, notat Bona lib. II. c. XII. §. I. &c.

ac reliqui clero adſcripti recenſebantur: poſtea imperator, principes, magiſtratus & populus fidelis. Tertium erat mortuorum, qui in catholica communione deceſſerant. Primum & vltimum horum generum eadem eſſe videntur, eorumque conſideratio tantummodo huius loci eſt. Nam de recitatione nominum viuorum, tamquam per oblationes ſuas bene meritorum, iam [*] diſſeruimus, & heic cum mortuis nobis res eſt. De hiſce diptychis nulla facta mentio in *conſtitutionibus*, quod videtur arguere, conſuetudinem recitandi diptycha in iſtam eccleſiam non fuiſſe invectam, quando auctor librum iſtum conſcripſit. CYPRIANVS [q] autem & TERTVLLIANVS [r] de illis ſub alio nomine loquuntur; & THEODORETVS eorum meminit in cauſſa CHRYSOSTOMI, cuius nomen de diptychis ante aliquod tempus deletum fuerat, quod ab eccleſia (etſi quidem iniuſte) per *Theophilum* epiſcopum *Alexandriæ* alioſque Orientales epiſcopos eſſet ſegregatus; quorum communionem Occidentalis eccleſia non prius admittere volebat, quam nomen eius [s] diptychis iterum inſcripſiſſent. Perſonatus DIONYSIVS [t] hæc de illis narrat: *Sacrarum tabularum, quæ poſt pacem adhibetur, recitatio, deprædicat eos, qui ſancte vixerunt, atque ad probæ vitæ perfectionem conſtanter peruenerunt; nos quidem eorum imitatione ad beatiſſimum illum ſtatum*

(*) Lib. XV. cap. II §. IV. ſupr. pag. 264. Lib. II. c. XX. §. V. vol. I. p. 302.

(q) Cypr. epiſt. LXVI. al. I. ad plebem Furnitan. (p. 170. edit. Fell. Amſtelod.) Quod epiſcopi, anteceſſores noſtri, religioſe conſiderantes & ſalubriter providentes, cenſuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim *apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece*, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit auocare.

(r) Tertull. de coron. mil. c. III. Oblationes pro defunctis, pro notalitiis annua die facimus.

(s) Theodoret. lib. V. c. XXXIV. *τελευτήσαντος τȣ̃ μεγάλȣ διδασκάλȣ τῆς οἰκȣμένης, ȣ̓ πρότερον οἱ τῆς ἑσπέρας ἐπίσκοποι τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τῇ ἕῳ, καὶ τῶν ἐν τῷ Βοσπόρῳ καὶ τῇ Θρᾴκῃ τὴν κοινωνίαν ἠσπάσαντο, ἕως ἐκείνȣ τȣ̃ θεσπεσίȣ ἀνδρὸς τȣ̓́νομα τοῖς τεθνεῶσιν ἐπισκόποις συνέταξαν. Poſt mortem magni doctoris orbis terrarum, occidentales epiſcopi, epiſcoporum Aegypti & Orientis & Boſpori & Thraciæ communionem prius non admiſerunt, quam diuini illius viri nomen vna cum reliquis fato defunctis epiſcopis conſignaſſent.*

(t) Dionyſ. eccleſ. hierarch. c. III. p. 2 3. & 3 4. (p. 294. ed. Antuerp. MDCXXXIV.) *Τῶν δὲ ἱερῶν πτυχῶν ἡ μετὰ τὴν εἰρήνην ἀνάῤῥησις, ἀνακηρύττει τȣ̀ς ὁσίως βεβιωκότας, καὶ πρὸς ἐναρέτȣ ζωῆς τελείωσιν ἀμεταστάτως ἀφικομένȣς· ἡμᾶς μὲν, ἐπὶ*

quie-

quietemque deiformem adhortando ac manuducendo, illos vero ceu viuentes celebrando, quippe, vt theologia docet, nequaquam mortuos, ſed ex morte ad vitam diuiniſſimam translatos. Ex quo auctore apparet, hæc diptycha, ſiue ſacras tabulas, tunc temporis ante conſecrationem, ſtatim poſt oſculum pacis, fuiſſe recitatas. Atque ita eſt in actis concilii *Conſtantinopolitani* ſub *Menna*, quod crebram earum facit mentionem, in primis loco quodam [u] tempus legendi eas notat, nimirum poſt lectionem euangelii ac ſymboli. Nam ex hoc tempore ſymbolum pars quoque officii euchariſtici in eccleſia orientali eſſe cœpit. Hinc ibi dicitur, *Poſt lectionem ſancti euangelii ex more ſacra miſſa inchoata* (non *finita*, vt *Latinus* interpres perperam reddidit) *& ianuis clauſis ac ſancto ſymbolo iuxta conſuetudinem lecto,* **τῦ ἁγίῦ μαθήματος κατὰ τὸ σύνηθες λεχθέντος** (non peractis orationibus ac præfationibus, oblationem antecedentibus, vt vir quidam doctus [x], non intelligens ſenſum vocabuli **μαθήματος**, hoc per *lectionem* reddit, ac per *orationes* cum *præfationibus* interpretatur, quod tamen hoc loco quam certiſſime ſymbolum [y] ſignificat) *tempore diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno ſilentio circumcirca altare & audiebant, & quum lectæ fuiſſent a diacono appellationes ſanctarum quatuor ſynodorum, & ſanctæ memoriæ archiepiſcoporum Euphemii &*

τὴν δι' ὁμοιότητος αὐτῶν μακαριστὴν ἕξιν καὶ θεοειδῆ λῆξιν προτρέπουσα, καὶ χειραγωγοῦσα, τοὺς δὲ ὡς ζῶντας ἀνακηρύττουσα, καὶ ὡς ἡ θεολογία φησὶν, οὐ νεκρωθέντας, ἀλλ' εἰς θειοτάτην ζωὴν ἐκ θανάτου μεταφοιτήσαντας.

(u) Conc. Conſtant. ſub Menna an. DXXXVI. act. V. conc. tom. V. p. 185. c. *μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, ἐξ ἔθους τῆς θείας λειτουργίας ἐπιτελουμένης, καὶ τῶν θυρῶν κλεισθεισῶν, καὶ τοῦ ἁγίου μαθήματος κατὰ τὸ σύνηθες λεχθέντος* **τῷ καιρῷ τῶν διπτύχων** *μετὰ πολλῆς ἡσυχίας συνέδραμεν ἅπαν τὸ πλῆθος κύκλῳ θυσιαστηρίου, καὶ ἠκροῶντο, καὶ ὡς μόνον ἐλέχθησαν αἱ προσηγορίαι τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων παρὰ τοῦ διακόνου, καὶ τῶν ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ ἀρχιεπισκόπων Εὐφημίου καὶ Μακεδονίου, καὶ Λέοντος, μεγάλῃ φωνῇ ἔκραξαν ἅπαντες· δόξα σοι κύριε· καὶ μετὰ τοῦτο, μετὰ πάσης εὐταξίας ἐπληρώθη σὺν Θεῷ ἡ θεία λειτουργία.*

(x) Schelſtrat. de concil. Antiochen. p. 217. Ex hoc loco (concilii Conſtantinopolitani) inſigne habemus teſtimonium, poſt euangelium finitam fuiſſe miſſam catechumenorum, tum clauſis ianuis ſanctam lectionem peractam, orationes vtique cum præfatione & parte canonis, tumque a diacono in altari lecta eſſe diptycha, in quibus memoria erat epiſcoporum pie defunctorum, nec ſola, ſed etiam virorum, qui dignitate aliqua excellebant &c.

(y) Vid. hoc probatum ante lib. X. c. III. §. III. volum. IV. p. 66.

Macedonii & Leonis, voce magna vniuersi clamauerunt, Gloria tibi, domine, & post hoc cum omni modestia completa fuit cum Deo diuina missa. Obseruari heic meretur, diptychorum recitationem preces consecrationis antecessisse, quomodo in *hierarchia* DIONYSII repræsentatur (quamuis in ecclesia *Latina* res aliter se habuisse videatur) morisque fuisse, priora quatuor concilia vniuersalia nominari, vt eorum ostenderetur approbatio. Quod etiam demonstrari potest ex epistola quadam *Iustiniani* imperatoris ad *Epiphanium*, ecclesiæ *Constantinopolitanæ* præsulem, etiam nunc exstante in codice [z], vbi in hunc modum ad illum scribit: *Nullus frustra nos turbet, spe vana innixus, quasi nos contrarium quatuor conciliis fecerimus, aut fieri a quibusdam permittamus, aut aboleri eorumdem sanctorum conciliorum piam memoriam ex ecclesiæ diptychis sustineamus.* Hæc igitur eo proderant, partim vt memoria conseruaretur istiusmodi eminentium virorum, qui in communione ecclesiæ decesserant, partim vt honorifica fieret mentio conciliorum generalium, quæ præcipuos fidei articulos stabiliverant. Et nomina hominum vel conciliorum expungere de diptychis, idem erat ac declarare, quod heterodoxi essent & tales, quos communione sua indignos iudicarent, vt magni criminis reos, vel a fide hoc illoue modo aberrantes. Hinc CYPRIANVS nomen *Geminii Victoris* inter eos, qui apud altare in sacerdotum prece [a] ad sacram mensam tum nominabantur, omitti iubebat, quia ecclesiæ regulas violasset. Et EVAGRIVS [b] de *Theodoro* episcopo *Mopsuesteno* obseruat, quod nomen eius ob hæresin post mortem e sacris libris, hoc est diptychis, expunctum fuerit. Et AVGVSTINVS [c] de *Cæciliano*, episcopo

(z) Cod. Iustin. lib. I. tit. I. n. VII. §. 5. Μηδεὶς μάτην ἡμᾶς ταραξάτω ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος, ὅτι ἡμεῖς ἐναντίον τῶν εἰρημένων δ. συνόδων ἐπράξαμεν, ἢ πράξομεν, ἢ πραχθῆναι παρά τισι συγχωρήσομεν, ἢ περιαιρεθῆναι τὴν τῶν αὐτῶν ἁγίων δ. συνόδων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν εἰρημένων τῆς ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα. Vid. Euagr. lib. IV. c. IV. & XI.

(a) Cypr. epist. LXVI. al. I. ad plebem Furnit. p. 170. edit. Felt. Amstelod. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit auocare.

(b) Euagr. lib. IV. c. XXXVIII. ἐκ τῶν ἱερῶν ἀπηλείφει δέλτων &c.

(c) Augustin. serm. XXXVII. ex editis a Sirmondo. tom. X. p. 840. Inuentus sit prorsus reus -- deinceps eum ad altare inter episcopos, quos fideles & innocentes credimus, non recitabimus.

Car-

Carthaginenſi, loquens, quem *Donatiſtæ* falſo accuſabant, quod eſſet a *traditoribus*, hoc eſt iis, qui tempore perſecutionis biblia comburenda tradiderant, ſacro miniſterio initiatus, dicit, quod, ſi hanc accuſationem probare poſſent, futurum ſit, vt ad altare inter reliquos epiſcopos, quos fideles & innocentes credant, haud amplius recitetur.

§. XIX.

Proxime poſt mortuos preces factæ pro viuis iſtius particularis eccleſiæ membris, & ſingulis in ea ordinibus.

FACTA hac breui digreſſione de diptychis eccleſiæ, iam reuertimur ad ordinem ſacræ miſſæ præſcriptum in *conſtitutionibus*. Vbi proxime poſt preces pro mortuis ſupplicatio fit pro viuis particularis eccleſiæ tum congregatæ membris, & pro quolibet diſtincto hominum in ea ordine [d]. *Adhuc offerimus tibi pro populo hoc, vt eum in laudem Chriſti tui exhibeas regale ſacerdotium, gentem ſanctam: pro iis, qui in virginitate & caſtitate viuunt; pro viduis eccleſiæ; pro iis, qui in nuptiis honeſtis, ac in progeneratione liberorum degunt; pro infantibus plebis tuæ; vti noſtrum neminem reiiciendum habeas. Adhuc poſcimus te pro vrbe hac & habitantibus in ea.* AVGVSTINVS ſimiliter de his precibus ad altare pro fidelibus loquitur, ita ad *Vitalem* ſcribens [e]: *Exerce contra orationes eccleſiæ diſputationes tuas, & quando audis ſacerdotem Dei AD ALTARE exhortantem populum Dei, orare pro incredulis, vt eos Deus conuertat ad fidem, & pro catechumenis, vt eis deſiderium regenerationis inſpiret, & pro fidelibus, vt in eo quod eſſe cœperunt, eius munere perſeuerent, ſubſanna pias voces, & dic, te non facere, quod hortatur &c.* Et rurſus [f]: *Quis ſacerdotem ſuper fideles dominum inuocantem, ſi quando dixit, Da illis domine, in te perſeuerare vſque in finem, non ſolum voce auſus eſt, ſed ſaltem cogitatione reprehendere, ac non potius ſuper eius talem benedictionem & corde credente, & ore confitente reſpondit Amen.* CHRYSOSTOMVS [g] itidem deſcribens officium epiſcopi ait: *Epiſcopus pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium, non viuentium modo, ſed etiam*

(d) Conſtitut. lib. VIII. c. XII. vid. ſupr. §. I. ſub litt. (b) pag. 291.

(e) Auguſt. ep. CVII. ad Vitalem.

(f) Aug. de dono perſeuerantiæ c. XXIII.

(g) Chryſoſt. de ſacerdot. lib. VI. c. IV. p. 93. vid. ſupr. §. XIII. ſub litt. (n) p. 327.

mor-

mortuorum peccatis propitius fiat. Quod id magis probabile facit, ſimiles preces, in liturgia CHRYSOSTOMI [*h*] occurrentes, non niſi exempla eſſe earum precum, quæ tunc in veteri eccleſia in vſu fuerunt.

§. XX.

Pro ægrotis, ſeruitute adflictis, exſulibus, proſcriptis, nauigantibus ac iter facientibus.

PROXIMA petitio in *conſtitutionibus* eſt pro omnibus, ſiue morbo, ſiue ſeruitute, ſiue exſilio, ſiue bonorum proſcriptione adflictis: item pro omnibus, qui ob neceſſariam nauigationem vel iter terreſtre vlli obnoxii eſſent periculo. Harum petitionum non inuenimus ſpecialiorem mentionem in aliis ſcriptoribus niſi in CYRILLO *Hieroſolymitano*, qui dicit, quod, poſtquam Deum pro communi eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, & pro ſociis obſecrarint, pro [*i*] ægrotis etiam, & adflictis, & iis omnibus, qui egeant auxilio, rogent: & poſtremo loco mentionem faciant etiam eorum, qui ante ſe obdormiiſſent. Ex quibus iudicare poſſumus, quod, licet petitionum ordo in diuerſis eccleſiis aliquantum variarit, res ipſa tamen eadem fuerit. Neque fere dubium eſt, quin ægrotorum atque adflictorum mentio facta ſit in his precibus per omnes eccleſias; ſiquidem in oratione voce diaconi indicta ante oblationem populi diſertis verbis monentur, vt pro ægrotis, pro nauigantibus, pro iter facientibus, pro iis qui ſunt in metallis, in exſilio, in carcere, in vinculis ac ſeruitute, orent, quemadmodum ex diuerſis locis in CHRYSOSTOMO, BASILIO & AVGVSTINO oſtendimus, quando ea cum formula orationis indictæ pro vniuerſo eccleſiæ ſtatu in *conſtitutionibus*, ſupra capite primo huius libri §. II. & III. memorata, contulimus.

(*h*) Chryſoſt. liturg. tom. III. p. 616. (tom. IV. p. 542. edit. Francof.) Μνήσθητι κύριε τῆς ποίμνης ἡμῶν ταύτης, ἐν ᾗ παροικοῦμεν, καὶ πάσης πόλεως, καὶ χώρας, καὶ τῶν ἐν πίστει οἰκούντων ἐν αὐταῖς, κ. τ. λ. *Memento domine ouilis noſtri huius, in quo habitamus & totius ciuitatis & regionis, & in fide habitantium in ipſis.*

(*i*) Cyrill. catech. myſtagog. V. §. VI. ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις, ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων, καὶ ἁπαξαπλῶς, ὑπὲρ πάντων βοηθείας δεομένων δεόμεθά σου πάντες ἡμεῖς· εἶτα μνημονεύομεν, καὶ τῶν προκεκοιμημένων κ. τ. λ.

§. XXI.

§. XXI.

Pro inimicis & perſecutoribus, hæreticis ac infidelibus.

PROXIMA petitio in conſtitutionibus eſt pro inimicis & perſecutoribus, pro hæreticis ac infidelibus, iis qui foris ſunt ac errant; vt Deus adducat eos ad bonum, & furorem eorum mitiget. Et huius petitionis crebriora exempla in veterum monumentis reperiuntur. Nihil enim exactius a veteribus obſervabatur, quam vt pro inimicis & perſecutoribus ſuis, pro iudæis, infidelibus ac hæreticis orarent, cuius rei plura exempla CAVEVS [*k*] ex CYPRIANO [*l*], IVSTINO MARTYRE [*m*] & IRENAEO [*n*] ſuppeditauit. Quæ quum ad priuatas tantum eorum preces referenda eſſe videantur, pauca quædam ſubiungemus, quæ ad publicas eorum orationes euidentius ſpectant. TERTVLLIANVS [*o*] in *apologia aduerſus gentes*, *Qui putas*, inquit, *nihil nos de ſalute Cæſarum curare*, *inſpice Dei voces*, *literas noſtras - ſcito ex illis*, *præceptum eſſe nobis*, *ad redundantiam benignitatis etiam pro inimicis Deum orare & perſecutoribus noſtris bona precari. Qui magis inimici & perſecutores chriſtianorum*, *quam de quorum maieſtate conuenimur in crimen? Sed etiam nominatim atque manifeſte: Orate*, *inquit*, *pro regibus*, *pro principibus*, *& poteſtatibus*, *vt omnia*

(*k*) Cave prim. chriſt. part. III. cap. II. p. 242. (p. 477. ed. Germ. Lipſ. MDCCXXIII.)

(*l*) Paſſio Cypr. vit. eius annex. (p. 12. edit. Fell. Amſtelod.) Nullos alios deos noui, niſi vnum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, & mare & quæ in eis ſunt omnia. Huic Deo nos chriſtiani deſeruimus, hunc deprecamur diebus ac noctibus pro nobis, & *pro omnibus hominibus*, *& pro incolumitate ipſorum imperatorum.*

(*m*) Iuſtin. dial. cum Tryphone p. 254. ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν ἐχθραινόντων ἡμῖν εὐχόμεθα. *Pro vobis & pro aliis omnibus hominibus*, *qui nobis hoſtiliter aduerſantur*, *oramus.* Pag. 323. fin. εὐχόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα ἐλεηθῆτε ὑπὸ τοῦ χριστοῦ. *Pro vobis oramus vt Chriſtus veſtri miſereatur.* Pag. 363. ἀδιαλείπτως καταρᾶσθε αὐτῷ τε ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ, πάντων ἡμῶν εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ τοῦ χριστοῦ ἐδιδάχθημεν. *Sine intermiſſione diris exſecramini & ipſum*, *& eos*, *qui nomine eius cenſentur: nobis contra omnibus pro vobis & cunctis plane hominibus bene precantibus atque orantibus*, *prout a Chriſto & domino noſtro ſumus eruditi.*

(*n*) Iren. lib. III. c. XLVI. Nos precamur, non perſeuerare eos in fouea, quam ipſi foderunt, ſed ſegregari ab huiuſmodi matre - - & legitime eos generari, conuerſos ad eccleſiam Dei, cetera.

(*o*) Tertull. apologet. c. XXXI.

tranquilla sint. Et ibidem aliquanto post [p]: *Coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus*, (quos inimicos & persecutores esse christianorum, modo dixerat) *pro ministris eorum & potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Et ARNOBIVS *aduersus gentes* de vastatis christianorum templis loquens, ait [q]: *Cur immaniter conuenticula nostra dirui meruerunt? In quibus summus oratur Deus; pax cunctis & venia postulatur magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, INIMICIS?* cetera. AVGVSTINVS [r] speciatim notat, quod pro infidelibus publicæ preces fiant in ecclesia, *Audis*, inquiens, *sacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei, orare pro incredulis, vt eos Deus conuertat ad fidem.* Et rursus [s]: *Quando non oratum est in ecclesia pro infidelibus atque inimicis eius, vt crederent?* Similiter CAELESTINVS [t] episcopus *Romanus: Sanctarum plebium præsules tota secum ecclesia congemiscente postulant & precantur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatræ ab impietatis suæ liberentur errore, vt Iudæis, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, vt hæretici catholicæ fidei perceptione resipiscant, vt schismatici spiritum rediuiuæ caritatis accipiant &c.* Eadem repetita leguntur apud GENNADIVM [u], vel quisquis auctor libri de *ecclesiasticis dogmatibus* sub nomine AVGVSTINI est. Vtrobique hæc praxis ab apostolis in toto mundo tradita esse, atque in omni catholica ecclesia vniformiter celebrari dicitur. Quid? quod liquido constet, pro multis hæreticis orari solitum, qui peccati in spiritum sanctum rei habiti fuerint. Non enim peccatum illud absolute irremissibile esse credebant, sed tantum luendum in vtroque mundo, posito, quod homines pœnitentiam super illo non egissent. Hinc AVGVSTINVS [w] & alii pro illis orari di-

(p) Tertull. apol. cap. XXXIX.
(q) Arnob. lib. IV. pag. 151.
(r) Aug. epist. CVII. ad Vitalem.
(s) Id. de dono perseuerantiæ c. XXIII.
(t) Cælestin. epist. I. ad Gallos c. II. (Not. Apud Labbeum, vbi tom. II. conc. p. 1511. hæc epistola extat, hac non inuenio.)
(u) Gennad. de eccles. dogmat. c. XXX. inter opera August. tom. III. p. 200. edit. Basil. MDLXIX.
(w) Retract. lib. I. c. XIX. De quocumque pessimo in hac vita constituto non est

cunt, vt resipiscant & seruentur, atque ita ad pacem & communionem ecclesiæ, vera pœnitentia ducti, admittantur. In summa, adfirmante CHRYSOSTOMO [x], pro toto terrarum orbe & omnibus hominibus, nemine excepto, obsecrationes ab ecclesia fiebant, vt ad Deum conuerterentur.

§. XXII.

Pro catechumenis, energumenis ac pœnitentibus.

PROXIME post hæreticos & infideles preces fiunt in *constitutionibus* pro catechumenis ecclesiæ, vt Deus eos perficiat in fide; pro energumenis, siue vexatis a malis spiritibus, vt Deus eos mundet a vexatione mali; pro pœnitentibus, vt eorum pœnitentiam suscipiat condonetque cum iis, tum vniuersæ ecclesiæ, quæ deliquerint. Vnde obseruare licebit, quod pro his diuersis hominum ordinibus ter separatis temporibus in divino cultu orari consueuerit; primum quidem in precibus, quæ pro illis fiebant præsentibus, in prima cultus publici parte, dicta missa catechumenorum; deinde in oratione per diaconum indicta pro vniuerso ecclesiæ statu ante oblationem; & denique rursus post oblationem, quando pro omnibus hominum ordinibus ad sacrificium altaris orabatur. Postremum hoc præcipue AVGVSTINO [y] obseruatur, qui dicit, sacerdotem solere ad altare exhortari populum, vt orent Deum pro catechumenis, vt eis desiderium regenerationis inspiret. Atque ita a CAELESTINO [z] & GENNADIO [a] iisdem verbis adseritur, quod postulent & precentur, vt lapsis pœnitentiæ remedia conferantur; & pro catechumenis, vt ad regenerationis

vtique desperandum; nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur.

(x) Chrysost. homil. VI. in 1 Timoth. p. 1550. (p. 440. edit. Francof.) ἴσασιν οἱ μύσται, πῶς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν γίνεται, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ ἐν πρωΐᾳ· πῶς ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων ποιούμεθα τὴν δέησιν.

(y) August. epist. CVII. ad Vitalem. Audis sacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei, orare pro incredulis, vt eos Deus conuertat ad fidem, & pro catechumenis, vt eis desiderium regenerationis inspiret.

(z) Cælestin. ep. I. ad Gallos c. II. Postulant & precantur, vt lapsis pœnitentiæ remedia conferantur; vt denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cælestis misericordiæ aula reseretur.

(a) Gennad. de eccles. dogmat. c. XXX.

ſacramentum, hoc eſt baptiſmum, perductis, cæleſtis miſericordiæ aula reſeretur.

§. XXIII.

Pro aëris temperatura & frugum vbertate.

PROXIMO loco, ſecundum *conſtitutiones*, oratur pro aëris temperatura & frugum vbertate, vt indeſinenter bona diuinitus collata percipientes adſidue Deum laudent, qui dat eſcam omni carni. CHRYSOSTOMVS inter alia ſingularia huius orationis idem [b] notat, quando ait: *Pro terra & mari, pro aëris temperie, denique pro vniuerſo terrarum orbe, benignum dominum adire iubemur.* Et quamuis TERTVLLIANVS non ſpeciatim loquatur de hac oratione, generatim tamen indicat, quod pro bonis temporalibus, & inter hæc pro pluuia orare ſoliti ſint, vti in illa *Germanica Marci Aurelii* expeditione, quando exercitum eius chriſtianorum orationibus ad Deum factis imbres in ſiti impetrauiſſe, eorumque geniculationibus ac ieiunationibus ſæpiſſime etiam ſiccitates [c] depulſas eſſe, dicit. Similem obſeruationem habet CYPRIANVS [d], quando ait: *Pro arcendis hoſtibus & imbribus impetrandis & vel auferendis vel temperandis aduerſis, rogamus ſemper & preces fundimus; & pro pace ac ſalute veſtra propitiantes ac placantes Deum diebus ac noctibus iugiter, atque inſtanter oramus.* Quæ oratio quum interdiu & noctu continuo ab eis fieret, dubium non eſt, quin precum iſtarum pars fuerit, quas iam ſolemniter ad altare offerebant.

§. XXIV.

Pro vniuerſis abſentibus.

VLTIMA petitio in *conſtitutionibus* memorata, eſt pro omnibus iis, qui ob cauſſam probabilem abſentes ſint, vt Deus omnes tam abſentes quam præſentes in pietate conſeruatos a ſe, in *CHRISTI* ſui, Dei vniuerſæ naturæ ſub ſenſum & intelli-

(b) Chryſoſt. homil. II. in 2 Cor. p. 74?. (p. 521. fin. edit. Frf.) ὑπὲρ γῆς καὶ θαλάσσης, ὑπὲρ ἀέρων, ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης κελευόμεθα προσιέναι τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ.

(c) Tertull. ad Scapul. c. IV. Marcus Aurelius in Germanica expeditione chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti illa impetrauit. Quando non geniculationibus & ieiunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſa?

(d) Cyprian. ad Demetr. p. 193. (p. 134. edit. Fell. Amſtelod.)

gen-

gentiam cadentis, regisque omnium regno congreget, immutabiles, inculpatos, irreprehensos. Similis petitio CHRYSOSTOMO memoratur in homilia quadam in *Matthæum* [e] secundum vetustam ANIANI versionem. *Altari adsistens sacerdos*, inquit, *pro vniuerso orbe terrarum, pro absentibus atque præsentibus, pro his, qui ante nos fuerunt, pro his, qui postea futuri sunt, sacrificio illo proposito, Deo nos gratias iubet offerre.*

§. XXV.

Conclusio cum doxologia ad totam trinitatem directa.

CONCLVSIO longioris huius orationis doxologia est, ad totam trinitatem directa. Et hæc olim constans ecclesiæ consuetudo erat, vti ex iis euidenter patet, quæ supra [*] de adoratione totius trinitatis, (vtpote quæ verum & vnicum diuini cultus obiectum habebatur) nec non de vsu hymnorum ac doxologiarum ad *patrem, filium & spiritum sanctum* fusius edisseruimus. Qua de re nihil attinet dicere amplius hoc loco, ad confirmandum ordinem, in *constitutionibus* præscriptum, nisi vt solum obseruemus, quod duo de vetustissimis quos habemus, scriptoribus, IRENAEVS & TERTVLLIANVS [f], vnius partis huius doxologiæ, tamquam in eucharistiæ celebratione vsitatæ, meminerint. IRENAEVS *Valentinianos* argumentum inde petere dicit pro æonibus suis, quod ἐπὶ τῆς ἐυχαριςίας, in eucharistiæ celebratione catholici dicere soleant: ἐις τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων; remittentes ad vltima huius doxologiæ verba, *In sæcula sæculorum.* Et TERTVLLIANVS præcipue eos interrogat, qui ludos scenicos *Romanorum* frequentabant, quomodo gladiatori possint reddere testimonium ex ore, quo *Amen* in eucharistia dixerint, vel dicere εἰς αἰῶνας alii, nisi Deo *CHRI-*

(e) Chrysost. homil. XXVI. in Matth. p. 259. (p. 315. edit. Frf.) ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης, ὑπὲρ τῶν νῦν, ὑπὲρ τῶν γεννηθέντων τῶν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ τῶν μετὰ ταῦτα ἐσομένων εἰς ἡμᾶς εὐχαριστεῖν κελεύει τῆς θυσίας προκειμένης ἐκείνης.

(*) Lib. XIII. cap. II. Lib. XIV. c. II. §. I.

(f) Iren. lib. I. c. I. ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἐυχαριςίας λέγοντας, εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἐκείνας τὰς αἰῶνας σημαίνειν. *Sed & nos ipsos denique in gratiarum actione dicentes*, æonas æonum, *illos æonas significare.*
Tertull. de spectac. c. XXV. Quis est ---- ex ore, quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere? εἰς αἰῶνας alii omnino dicere, nisi Deo Christo. Vid. Chrysost. homil. XXXV. in 1 Cor. sub litt. (h) pag. seq

STO. Quo ipſo innuit, glorificationem *CHRISTI* cum hac doxologia, fuiſſe tum notam clauſulam precum conſecrationis, vti auctor *conſtitutionum* rem repræſentat.

§. XXVI.

Ad quam populus vna voce reſpondebat, Amen.

ET ex hoc TERTVLLIANI loco itidem apparet, populum clauſulæ huius orationis *Amen* ſuum ſubiungere conſueuiſſe. Quæ conſuetudo erat æque vetuſta, atque ipſi apoſtoli. Nam PAVLVS apoſtolus manifeſto ad eam adludit 1 Cor. XIV, 16. *Si benedixeris ſpiritu*, hoc eſt, ſi benedixeris calicem benedictionis, ſiue euchariſtiæ, lingua incognita, *is, qui implet locum idiotæ, quomodo dicturus eſt, Amen, ad tuam gratiarum actionem, quoniam quid dicas, neſcit.* IVSTINVS MARTYR [†], chriſtianorum ritus in celebranda euchariſtia deſcribens, inter reliquos huius etiam meminit, quod, vbi antiſtes preces & gratiarum actiones ſuper pane & vino abſoluerit, populus omnis fauſta approbatione acclamet, dicens: *Amen.* Et DIONYSIVS ALEXANDRINVS [g] loquens de nonnemine, qui numquam vere baptizatus, & nihilo tamen ſecius ſacræ euchariſtiæ ſæpius particeps factus fuerat, dicit, noluiſſe ſe eum de integro renouare, eo quod gratiarum actionem frequenter audiſſet, & cum ceteris reſpondiſſet, *Amen.* Ita quoque CHRYSOSTOMVS verba illa apoſtoli interpretans, *Is qui implet locum idiotæ, quomodo dicturus eſt Amen, ad tuam gratiarum actionem, quoniam quid dicas, neſcit?* ad hanc conſuetudinem omnino reſpicit, quando ait: *Idiotam, dicit* (apoſtolus) *laicum, & oſtendit, eum non paruum damnum accipere, quando non poteſt dicere*, Amen. *Hoc eſt autem, quod dicit: Si barbarorum voce* [h] *benedicas, neſciens quid dicas, neque valens interpretari, non poteſt laicus reſpondere, Amen. Non audiens enim illud, In*

(†) Iuſtin. apol. II. p. 97. ὑ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς εὐφημεῖ λέγων, ἀμήν.

(g) Ap. Euſeb. lib. VII. c. IX. εὐχαριστίας ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον. τὸ ἀμὴν, - - οὐκ ἂν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνασκευάζειν ἔτι τολμήσαιμι.

(h) Chryſoſt. hom. XXXV. in 1 Cor. p. 640. (p. 389. edit. Francof.) ἰδιώτην τὸν λαϊκὸν λέγει, καὶ δείκνυσι καὶ αὐτὸν οὐ μικρὰν ὑπομένοντα τὴν ζημίαν, ὅταν τὸ ἀμὴν εἰπεῖν μὴ δύνηται· ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· ἂν εὐλογήσῃς τῇ τῶν βαρβάρων φωνῇ, οὐκ εἰδὼς τί λέγεις, οὐδὲ ἑρμηνεῦσαι δυνάμενος, οὐ δύναται ὑποφωνῆσαι τὸ

ſacu-

ſæcula ſæculorum, *quod eſt finis*, (gratiarum actionis) *non dicit*, *Amen.* Vbi obſeruandum eſt, & preces conſecrationis in nota doxologia ad ſacroſanctam trinitatem, cuius hæc verba *In ſæcula ſæculorum* pars erant, terminari, & populum ea audientem reſpondere conſueuiſſe, *Amen.*

§. XXVII.

Tum ſequebatur ſymbolum in illis eccleſiis, quæ illud liturgiæ ſuæ partem fecerant.

NVLLA in *conſtitutionibus* mentio fit ſolemnis recitationis ſymboli vel orationis dominicæ hoc loco proxime poſt conſecrationem. Cuius rei ratio eſt, quod, quum hic auctor librum ſuum conſcriberet, nondum in vlla eccleſia mos inualuiſſet, ſymbolum in aliquo alio officio, præterquam in adminiſtratione baptiſmi, vſurpare. Primus, qui recitationem ſymboli in liturgiam inuexit, fuit *Petrus Fullo*, epiſcopus *Antiochenus*, circiter an. CCCCLXXI. Et deinde circa annum DXI. *Timotheus* epiſcopus *Conſtantinopolitanus* in iſtius eccleſiæ liturgiam induxit, quemadmodum ex hiſtoria condiſcimus THEODORI LECTORIS [i]. Poſtea in concilio *Conſtantinopolitano* ſub *Menna* an. DXXXVI. mentionem eius inuenimus, tamquam recitati [k] ex more inter lectionem euangelii & diptychorum. Poſthæc circa an. DLXXXIX. in eccleſias *Hiſpanicas* a concilio *Toletano* tertio introductum eſt, decreto facto in hanc ſententiam [l]: *Conſultu piiſſimi & glorioſiſſimi domini noſtri Reccaredi regis, ſancta conſtituit ſynodus, vt per omnes eccleſias Hiſpaniæ & Galliciæ, ſecundum formam Orientalium eccleſiarum concilii Conſtantinopolitani, hoc eſt centum quinquaginta epiſcoporum, ſymbolum fidei recitetur; vt prius quam dominica dicatur oratio, voce clara prædicetur, quo & fides*

ἀμὴν ὁ λαϊκός· ὃ γὰρ ἀκούων τό, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὅπερ ἐστὶ τέλος, οὐ λέγει τὸ ἀμήν.

(i) Theod. Lect. p. 563. Τιμόθεος τὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων τῆς πίστεως σύμβολον, κατ' ἑκάστην σύναξιν λέγεσθαι παρεσκεύασεν. *Timotheus ſymbolum fidei trecentorum & octodecim patrum in ſingulis collectis recitari præcepit.* Pag. 566. Πέτρον φησὶ τὸν κναφέα - - ἐν πάσῃ συνάξει τὸ σύμβολον λέγεσθαι. *Petrum Fullonem dicunt inſtituiſſe, vt in ſingulis collectis ſymbolum recitaretur.*

(k) Concil. Conſtant. ſub Menna act. I. p. 41. edit. Crab. (quæ eſt act. V. edit. Labb. tom. V. p. 18;. c.) cit. ſupra §. XVIII. ſub litt. (u) pag. 349.

(l) Concil. Tolet. III. c. II. (tom. V. concil. p. 1009.)

vera manifeſtum teſtimonium habeat, & ad CHRISTI corpus & ſanguinem prælibandum pectora populorum (nuper ex *Ariana* hæreſi conuerſorum) *fide purificata accedant.* In eccleſiis *Gallicanis* non ita in vſu fuit vſque ad ætatem *Caroli Magni;* neque in liturgia *Romana* vſque ad ſæculi vndecimi initium, quemadmodum libro quodam antecedente [*] fuſius demonſtrauimus. Vti autem maturius in eccleſias *Hiſpanicas* admiſſum eſt, ita recitatio eius tempori poſt conſecrationem videtur adſignata fuiſſe, inter hanc & orationem dominicam, quam in pleriſque eccleſiis etiam recitare conſueuerunt ſub finem iſtarum precum, quæ oblationem conſequebantur.

§. XXVIII.

Et oratio dominica.

LICET enim nulla mentio orationis dominicæ in hac diuini officii parte ab auctore *conſtitutionum* facta ſit (vtpote in iſta eccleſia tum probabiliter non vſitatæ, quando auctor librum ſuum congeſſit) certum tamen eſt, fere vniuerſaliter in omnibus eccleſiis eam obtinuiſſe. Nam non tantum ante memoratum concilium *Toletanum* & quartum huius nominis [*m*] de oratione dominica, tamquam receptionem panis ac vini antecedente in eccleſiis *Hiſpanicis* loquuntur; ſed AVGVSTINVS [*n*] etiam adfirmat, fere omnem eccleſiam preces oblationis dominica oratione concludere. Quam eius obſeruationem iam diuerſis aliis locis e CHRYSOSTOMO, CYRILLO HIEROSOLYMITANO, HIERONYMO & GREGORIO MAGNO [*] confirmauimus, quorum hic poſtremus in ea etiam fuit opinione, apoſtolos haud aliam precem ad conſecrandam euchariſtiam adhibuiſſe, quam orationem dominicam [*o*]. Qua in opinio-

(*) Lib. X. cap. IV. §. XVII. volum. IV. p. 110. ſeqq.

(*m*) Concil. Tolet. IV. c. XVIII. (tom. V. conc. p. 1711.) Nonnulli ſacerdotes poſt dictam orationem dominicam ſtatim communicant, & poſtea benedictionem in populo dant: quod deinceps interdicimus: ſed poſt orationem dominicam & coniunctionem panis ac calicis, benedictio in populum ſequatur, & tunc demum corporis ac ſanguinis domini ſacramentum ſumatur.

(*n*) Auguſt. epiſt. LIX.

(*) Vid. citat. lib. XIII. c. VII. §. III. vol. V. p. 338.

(*o*) Gregor. lib. VII. ep. LXIV. Orationem dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos apoſtolorum fuit, vt ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent.

ne

ne singularis fuit. Neque enim dubium est, quin apostoli consecrarint, quemadmodum ante eos fecit dominus. Quod ad praxin ecclesiæ in adhibenda oratione dominica hoc tempore attinet, eam tam vsitatam e necessario præscripto euasisse, vt ipsi *Donatistæ* illam prætermittere non potuerint, auctor est OPTATVS [p]. Et in concilio quodam *Gallicano* [q] decretum est, vt nulli de iis etiam, qui non communicent, ante liceret discedere, quam dominica dicta esset oratio.

§. XXIX.

Absolutio pœnitentium proxime ante orationem dominicam facta, cum benedictionibus isti ritui accommodatis.

Ex modo memorato OPTATI loco apparet, quod si qui pœnitentes solemnem absolutionem in ecclesia *Africana* recipere debuerint, circa hoc temporis momentum inter oblationem & orationem dominicam, illis ea impertiri solita sit. *Donatistis* enim narrat [r], quod eo ipso momento, dum manus imponant pœnitentibus & delicta donent, non possint non ad altare se conuertere & dicere orationem dominicam. Quod ipsum arguit, absolutionem hoc temporis momento dari consueuisse. Atque heic statuere licebit, locum suum habuisse diuersas istas preces gratiarum actionis, in libro septimo & octauo *constitutionum* recensitas, cuiusmodi est de vnctione mystici olei, actio gratiarum & inuocatio pro primitiis [s]; quia opportunius & commodius fieri istæ res non potuerunt, quam tempore oblationis. At vero quum nihil certi vspiam hac de re dictum sit, ad coniecturam tantum faciendam id subiunximus.

§. XXX.

Benedictio post orationem dominicam.

PLVS autem lucis suppetit de alia quadam benedictione, quæ orationem dominicam in multis ecclesiis Occidentalibus

(p) Optat. lib. II. p. 57. vid. sub litt. seq. (r).

(q) Concil. Aurel. III. c. XXVIII. De missis nullus laicorum ante discedat, quam dominica dicatur oratio &c.

(r) Optat. ibid. (p. 52. edit. Paris. MDCLXXIX.) Inter vicina momenti, dum manus imponitis & delicta donatis, mox ad altare conuersi, dominicam orationem prætermittere non potestis.

(s) Constitut. lib. VII. c. XLII. tot. & lib. VIII. c. XI. tot.

ſequuta eſt. Nam concilium *Aurelianenſe* tertium [*t*] canonem habet, quo laici iubentur ſubſiſtere, vſque dum dicatur oratio dominica, & exſpectare benedictionem epiſcopi. BONA [*u*] cardinalis hoc de vltima benedictione intelligit, quæ poſt communionem impertiebatur; MABILLONIVS autem verius de benedictione ante communionem [*x*], orationem dominicam proxime excipiente, interpretatur. Qua de re canon habetur in concilio *Toletano* [*y*], qui ſacerdotes quoſdam reprehendit, qui poſt dictam orationem dominicam ſtatim communicent, & poſtea benedictionem populo impertiant; iubetque deinceps poſt orationem dominicam benedictionem in populum ſequi, & tunc demum ſumi corporis ac ſanguinis dominici ſacramentum. Atque ex hoc alios quoſdam conciliorum *Agathenſis* & *Aurelianenſis* debemus interpretari canones [*z*], qui populum ante, quam benedictio epiſcopi detur, abire de eccleſia vetant. Quod de benedictione intelligendum eſt ante communionem, non de ea, quæ poſt communionem dari ſolebat. Atque hoc cum regula in *conſtitutionibus* data conuenit; vbi poſt finitam longam precem conſecrationis ac oblationis [*a*], epiſcopus huiuſmodi benedictionem iubetur dare, *Pax Dei*

(*t*) Concil. Aurel. III. c. XXVIII. De miſſis nullus laicorum ante diſcedat, quam dominica dicatur oratio, & ſi epiſcopus fuerit præſens, eius benedictio exſpectetur.

(*u*) Bon. rerum liturgic lib. II. c. XVI. §. II.

(*x*) Mabill. de liturg. lib. I. c. IV. §. 14. *De miſſis nullus laicorum &c.* Walafridus id interpretatur de oratione, quæ poſt communionem dicitur. At repugnant verba concilii Toletani, aliorumque. In miſſali Mozarabico benedictio vbique communioni præmittitur, itemque in Gallicano paſſim apud Thomaſium: & hactenus benedictio epiſcopalis ante communionem datur. Quippe licebat iis, qui non communicabant, accepta benedictione ante communionem diſcedere, vt ex prædictis locis intelligitur &c.

(*y*) Concil. Tolet. IV. can. XVIII. vid. ſub litt. anteced. (m) pag. 360.

(*z*) Concil. Agath. can. XLVII. Miſſas die dominico a ſæcularibus totas teneri ſpeciali ordinatione præcipimus: ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat.
Concil. Aurel. III. c. XXVIII. De miſſis nullus laicorum &c. vid. ſub litt. anteced. (t).

(*a*) Conſtitut. lib. VIII. c. XIII. *Ἔτι καὶ ἔτι δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ δώρου τοῦ προσκομισθέντος κυρίῳ τῷ Θεῷ, ὅπως ὁ ἀγαθὸς Θεὸς προσδέξηται αὐτὸ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἐπουράνιον αὐτοῦ θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.*

ſit

ſit cum omnibus vobis. Et poſtquam diaconus iterum orationem indixit (in eamdem fere ſententiam cum priore illa, pro vniverſa eccleſia, & ſingulis ordinibus in ea, & ſpeciatim pro ſacrificio tum oblato, vt Deus illud, mediante *CHRISTO* ſuo, recipiat in cæleſte ſuum altare ad odorem ſuauitatis) epiſcopus populum iterum Deo commendat alia oratione, quam *παράθεσιν Græci*, *Latini* autem *commendationem* vocant & *benedictionem*, orans Deum, vt corpora & animas eorum ſanctificet concedatque, vt effecti puri ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus propoſita bona conſequantur; quod tum ad digne recipiendam ab illis euchariſtiam, tum ad obtinendam vitam æternam reſpicit. Hoc eſt, quod, mea quidem ſententia, concilia *Latina* vocant benedictionem epiſcopi, cuius exempla quædam exſtant in liturgia *Moſarabica* & multo plura in vetuſtis *Gothicis* ac *Gallicanis* miſſalibus, nouiſſime a MABILLONIO editis, vbi oratio, collectam ſequens poſt orationem dominicam, ſemper dicitur *benedictio populi.* Atque hæ plerumque diuerſæ preces eſſe ſolent, compoſitæ cum reſpectu quodam ad diuerſas ſolemnitates, quibus erant adſignatæ, ſimiles collectis ante epiſtolas & euangelia in præſenti noſtra liturgia. Sed reuertimur ad antiquum cultum publicum.

§. XXXI.

De oratione per diaconum indicta poſt conſecrationem.

PETITIO quædam in oratione per diaconum indicta poſt conſecrationem habetur in *conſtitutionibus*, heic non prætereunda ſilentio; quæ eſt, *Vt Deus munus oblatum, mediante Chriſto ſuo, recipiat in cæleſte ſuum altare ad odorem ſuauitatis.* Hæc formula ad ætatem IRENAEI [b] videtur eſſe referenda. Ille enim ait: *Eſt altare in cælis, illuc preces noſtræ & oblationes diriguntur.* Atque ita ſe habet in omnibus liturgiis *Græcis*, cum parua quadam variatione. Et in liturgia *Mozarabica* [c] atque in vetuſto *miſſali*

(b) Iren. lib. IV. c. XXXIV.

(c) Miſſa Mozarab. in natali domini. (ap. Bon. rer. liturgic. lib. II. c. XIII. §. V.) *In altare tuum panis ac vini holocauſta proponimus, rogantes, vt has hoſtias trinitas indiuiſa ſanctificet.* It. domin. II. poſt Epiphan. (ibid.) *Quæſumus, vt oblationem hanc ſpiritus tui permixtione ſanctifices & corpus ac ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti plena transformatione conformes.* Dominica V. poſt Epiph. (ibid.) *Vt has hoſtias intendas propitius,*

Gothico, a MABILLONIO [*d*] publicato, sæpius leguntur preces pro descensu spiritus sancti ad sanctificanda munera & facienda ea corpus ac sanguinem *CHRISTI*, etiam post recitationem verborum, *Hoc est corpus meum*; &, *Hic est sanguis meus*; quod manifesto indicat, veteres liturgiæ istius conditores non credidisse, quod consecratio sola istorum verborum recitatione absoluatur, sed precibus pro spiritus sancti descensu super elementa panis ac vini. Et dignum omnino notatu est, quod in ipso præsenti canone *missæ Romanæ*, adhuc talis oratio, qualis hæc, supersit post eam, quam dicunt, consecrationem: Sacerdos offerens munera proposita, ait: *Supra hæc propitio ac sereno vultu* [*e*] *respicere digneris, vt accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel.* Addit: *Supplices te rogamus, Deus omnipotens, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum.* Tandem concludit: *Per Christum dominum nostrum, per quem, domine, hæc omnia semper nobis bona creas, sanctificas, viuificas, benedicis.* Hæc verba in hac oratione, vt scriptores nostrates po-

---

sanctifices & benedicas. Dominica I. Quadragesimæ: *Emitte spiritum tuum de sanctis cælis tuis, quo sanctificentur oblata.* Dominica III. *Digneris hæc oblata sanctificare.* In die paschatis: *Vt hic panis cum hoc calice in filii tui corpus ac sanguinem te benedicente ditescat.* Dominica III. post pascha: *His sacrificiis propitiatus illabere, hisque benedicturus descende.*

(*d*) Missal. Gothic. ap. Mabillon. lib. III. p. 314. in festo adsumtionis. *Descendat, domine, in his sacrificiis tuæ benedictionis coæternus & cooperator paracletus spiritus: vt oblationem, quam tibi de tua terra fructificante porrigimus, cælesti permutatione, te sanctificante, sumamus, vt translata fruge in corpore, calice in cruore, proficiat meritis, quod obtulimus pro delictis &c.* It. missa in circumcisione ibid. p. 202. *Hoc sacrificium suscipere & benedicere & sanctificare digneris, vt fiat nobis eucharistia legitima &c.* Ibid. missa XX. in cathedra Petri p. 228. *Immittere digneris spiritum tuum sanctum super hæc solemnia: vt fiat nobis legitima eucharistia in tuo filique tui nomine & spiritus sancti &c.* Et missa LXV. in festo Leodegarii p. 285. *Descendat heic benedictio tua super hunc panem & calicem in transformatione spiritus tui sancti; vti hæc benedicendo benedicas, sanctificando sanctifices &c.* Missa LXXVII. Dominicalis p. 296. *Per quem* (Iesum Christum) *te, pater omnipotens, deprecamur: vt suprapofita altario tuo munera lætus adspicias: atque hæc omnia obumbres sancti filii tui spiritu: vt quod ex hac tua benedictione accepimus, æternitatis gloria consequamur.*

(*e*) Missal. Roman. in canone missæ p. 300. Antuerp. MDLXXIV.

Iemi-

lemici [f] recte obſeruarunt, vſurpata ſunt ante, quam tranſubſtantiatio inuenta fuit, & quando conſecrationem per preces, & non per ſolam pronuntiationem verborum, *Hoc eſt corpus meum*, fieri debere crediderunt. Atque tum bonum ſenſum admittebant, quando ſuper pane ac vino pronuntiabantur ad conſecrandum ea in monumentum ac ſymbola corporis & ſanguinis *CHRISTI*. Iam vero abſurda ſunt, & primitivæ intentioni contraria. Quomodo enim reale corpus ac ſanguis *CHRISTI* vocari poſſunt hæc dona? aut comparari cum ſacrificio *Abel*, qui de animantibus obtulit? Quomodo quis precari poteſt (ſine iniuria in filium Dei) vt Deus ſacrificium vnici filii ſui ſibi acceptum eſſe ſinat, quemadmodum ſacrificium *Abel*? Aut quo pacto *CHRISTVS*, qui ſedet ad dextram patris, miniſterio eget angelorum, vt perferatur ad patrem in cæleſte altare? Qua quæſo loquendi ratione *CHRISTVS* vocari poteſt, *Hæc omnia bona*? Et quidem *bona, quæ Deus ſemper creat, ſanctificat, viuificat, benedicit*? Num Deus creat, ſanctificat, viuificat, & benedicit *IESVM CHRISTVM* per *IESVM CHRISTVM*? Hæc omnia proprie dicuntur de muneribus, ſi adhuc verum panem ac vinum eſſe, prorſus autem improprie, ſi per tranſubſtantiationem naturalem carnem ac ſanguinem *CHRISTI* fieri, ſtatuas. Vnde inferre poſſumus, primos huius orationis auctores nihil de noua tranſubſtantiationis doctrina, quæ hanc orationem in quauis ſyllaba abſurdam facit, habuiſſe cognitum; vt ne in dimicationem vltra deſcendamus de mutatione, quæ fiat in elementis per conſecrationem, id quod nemo neſcit, in ſcriptoribus noſtris polemicis fuſius excuti. Nonnulla etiam hac de re dicentur infra ſub capite de adoratione [*].

§. XXXII.

De formula, Sancta ſanctis, *& de hymno*, Gloria in excelſis Deo.

STATIM poſt benedictionem epiſcopi diaconus in *conſtitutionibus* iubetur dicere, *πρόσχωμεν*, *Attendamus*. Atque tum epiſcopus ad populum proloquens, ait: *ἅγια τοῖς ἁγίοις*,

(f) Vid. Du Moulin. *Novelty of Popery* chap. 5. p. 730. (p. 1063. tot. ſequ. edit. German. Veſaliæ MDCXXXII.) & Buckler *of Faith* p. 510.

(*) Cap. V. §. IV.

Sancta sanctis. Populusque respondet: *Vnus sanctus, vnus dominus, vnus IESVS CHRISTVS, in gloriam Dei patris, benedictus in sæcula, Amen. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Hosanna filio Dauidis! benedictus, qui venit in nomine domini, Deus dominus, & apparuit nobis: Hosanna in altissimis.* CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS aliquam huius hymni partem recenset in ecclesia *Hierosolymitana*, vbi orationem dominicam proxime excipiebat. *Postea*, inquit [g], *sacerdos dicit, Sancta sanctis. Sancta scilicet ea, quæ in ara proposita sunt, aduentu spiritus sancti sanctificata. Sancti & vos, quum sitis sancto spiritu donati, atque ita sancta sanctis conueniunt. Vos deinde respondetis: Vnus sanctus, vnus dominus Iesus Christus. Vere vnus est ille sanctus, qui est natura sanctus: vos autem etsi sancti sitis, non tamen natura, sed participatione, exercitatione & precatione.* CHRYSOSTOMVS quoque eiusdem meminit, cultum ecclesiasticum comparans cum olympicis certaminibus, in quibus præco stet magna ac alta voce clamans ac dicens. Num quis eum accuset, sitne seruus, aut fur, aut malis moribus. *Stat* [h] *ergo nunc quoque*, inquit, *qui est apud nos præco, non vnumquemque capite tenens & adducens, sed omnes simul interno capite detinens, non alios ipsis adhibet accusatores; sed ipsos sibi ipsis. Non enim dicit: Numquis eum accusat? Sed quid? Num quis se ipsum accusat? Nam quando dicit, Sancta sanctis, hoc dicit: Si quis non est sanctus, non accedat: Non solum, inquit, a peccatis purus; sed etiam sanctus. Sanctum enim non facit solum liberatio a peccatis; sed etiam præsentia spiritus & bonorum operum copia. Non solum, inquit, volo vos a cœno esse liberatos, sed albos esse & speciosos.*

(g) Cyrill. catech. myst. V. § XVI. Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ ἱερεύς· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις· ἅγια τὰ προκείμενα, ἐπιφοίτησιν δεξάμενα ἁγίου πνεύματος· ἅγιοι καὶ ὑμεῖς, πνεύματος ἁγίου καταξιωθέντες· τὰ ἅγια οὖν τοῖς ἁγίοις κατάλληλα· εἶτα ὑμεῖς λέγετε, εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, Ἰησοῦς χριστός· ἀληθῶς γὰρ εἷς ἅγιος, φύσει ἅγιος· ἡμεῖς δὲ καὶ ἅγιοι, ἀλλ᾽ οὐ φύσει, ἀλλὰ μετοχῇ, καὶ ἀσκήσει, καὶ εὐχῇ.

(h) Chrysost. homil. XVII. in Hebr. p. 1873. (p. 843. ed. Francof.) ἕστηκε τοίνυν καὶ νῦν ὁ παρ᾽ ἡμῖν κῆρυξ, οὐ τῆς κεφαλῆς ἕκαστον κατέχων, οὐκ ἐφίστησιν ἄλλους αὐτοῖς κατηγόρους, ἀλλ᾽ αὐτοὺς ἑαυτοῖς· οὐ γὰρ λέγει, μή τις τούτου κατηγορεῖ; ἀλλὰ τί; εἴ τις ἑαυτοῦ κατηγορεῖ; ὅταν γὰρ εἴπῃ, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τοῦτο λέγει, εἴ τις οὐκ ἔστιν ἅγιος, μὴ προσίτω· οὐχ ἁπλῶς φησιν, ἁμαρτημάτων καθαρὸς, ἀλλ᾽ ἅγιος· τὸν γὰρ ἅγιον οὐχ ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγὴ ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ πνεύματος παρουσία, καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν πλοῦτος· οὐ βούλομαι μόνον, φησί, βορβόρου ἀπηλλάχθαι ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ λευκοὺς εἶναι, καὶ ὡραίους. Vid. etiam homil.

CHRY-

CHRYSOSTOMVS etiam de hymno *Gloria in excelſis Deo*, ſæpius loquitur, & ſpeciatim in euchariſtiæ celebratione, æque ac occaſionibus aliis, cani eum dicit. *Deus*, inquit [*i*], *angelos primos huc deduxit, & tunc hominem ad eos ſuſtulit. Cælum facta eſt terra, quoniam quæ erant terræ, cælum erat ſuſcepturum. Propterea* **εὐχαριστοῦντες λέγομεν**, *gratias agentes dicimus, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas.* Quod autem per gratiarum actionem heic intelligat *euchariſtiam*, ex alio loco patet, vbi exactius deſignat tempus, quo in officio communionis adhibeatur. *Quis ſit* [*k*] *hymnus ſupernorum: Quid ſuperne dicant Cherubim, ſciunt fideles. Quid dicebant angeli? Gloria in excelſis Deo. Propterea poſt pſalmodias hymni, vtpote res quædam diuinior.* Hæc ille, intelligens pſalmos in miſſa catechumenorum; hoſce autem hymnos, hymnum videlicet Cherubinicum & hymnum angelicum, peculiarius in miſſa fidelium cantari.

§. XXXIII.

De pſalmo inuitante ad communionem.

CYRILLVS [*l*] addit, quod poſt hymnum *Vnus ſanctus, vnus*

CXXIII. tom. V. p. 809. 810. edit. Sauil.) *τούτου χάριν ὑψηλὸς ἑστὼς ὁ ἱερεὺς, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ, καθάπερ τις κῆρυξ, τὴν χεῖρα ἔχων εἰς ὕψος, πᾶσι κατάδηλος γεγονὼς, καὶ μέγα ἐπ' ἐκείνῃ τῇ φρικτῇ ἡσυχίᾳ ἀνακράζων, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει· οὐ τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ τῆς χειρὸς τρανώτερον· ἡ γὰρ φωνὴ ἐκείνη τὴν ἀκοὴν ἐμπίπτουσα τὴν ἡμετέραν, καθάπερ χεὶρ, τοὺς μὲν ὠθεῖ καὶ ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει καὶ παρίστησιν· εἰπὲ δή μοι, παρακαλῶ, ἐν τοῖς Ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν οὐχ ἕστηκεν ὁ κῆρυξ βοῶν μέγα καὶ ὑψηλὸν λέγων, εἴ τις τοῦτον κατηγορεῖ, μὴ δοῦλός ἐστι, μὴ κλέπτης, μὴ τρόπων πονηρῶν; καί τοι τὰ ἀγωνίσματα ἐκεῖνα οὐ ψυχῆς ἐστιν, οὐδὲ τρόπου, ἀλλὰ ῥώμης καὶ σώματος· εἰ τοίνυν ἔνθα σώματος ἐστὶν ἄσκησις, πολλὴ προαιρέσεως ἐξέτασις γίνεται, πόσῳ μᾶλλον ἐνταῦθα, ἔνθα τὸ πᾶν ψυχὴ ἀθλεῖ; ἕστηκε τοίνυν ὁ παρ' ἡμῖν κῆρυξ, οὐ τῆς κεφαλῆς ἕκαστον κατέχων καὶ παράγων, ἀλλὰ πνεύματος ὁμοῦ τῆς κεφαλῆς ἔνδον κατέχων· οὐκ ἐφίστησιν ἄλλους, ἀλλ' αὐτοὺς κατηγόρους ἑαυτοῖς· οὐ γὰρ λέγει, μή τις τοῦτον κατηγορεῖ; ἀλλὰ τί; εἴ τις ἑαυτοῦ; ὅταν γὰρ εἴπῃ, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τοῦτο λέγει· εἴ τις οὐκ ἔστιν ἅγιος, μὴ προσίτω· οὐχ ἁπλῶς, φησιν, ἁμαρτημάτων καθαρὸς, ἀλλὰ ἅγιος. κ. τ. λ.*

(*i*) Chryſoſt. homil. III. in Coloſſ. p. 1337. (p. 176. edit. Frf.) *τούτους πρώτους κατήγαγεν ὧδε, καὶ τότε τὸν ἄνθρωπον ἀνήγαγε πρὸς αὐτούς· οὐρανὸς ἡ γῆ γένονεν, ἐπειδὴ τὰ τῆς γῆς ἔμελλεν οὐρανὸς δέχεσθαι· διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντες λέγομεν, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.*

(*k*) Chryſoſt. homil. IX. in Coloſſ. p. 1380. (p. 228. edit. Frf.) *τίς ὁ ὕμνος τῶν ἄνω, τί λέγει τὰ χερουβὶμ, ἴσασιν οἱ πιστοί· τί ἔλεγον οἱ ἄγγελοι κάτω; Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ· Διὰ τοῦτο μετὰ τὰς ψαλμῳδίας ὕμνοι, ἅτε τελειότερόν τι πρᾶγμα.*

(*l*) Cyrill. catech. myſtag. V. §. XVII. *Μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέ-*

domi-

dominus Iesus Christus, psalmus canatur, ad sacrorum mysteriorum communionem eos adhortans, nempe psalmus tricesimus primus, præcipue hæc eius verba: *Gustate & videte, quoniam suavis est dominus.* Hoc autem non corporeo palato, vt istud diiudicent, eis præcipi dicit, sed potius fide certa & omnis dubitationis experte. Gustantes enim non panem aut vinum vt gustent, iuberi, sed signum corporis ac sanguinis Christi. Psalmus hic diuersus erat ab iis, qui cani solebant postea, dum populus epulum eucharisticum sumeret: Hic enim ad illud sumendum inuitabat, reliqui autem ad piam meditationem excitandam spectabant, dum ipso actu sacramentum illud participarent; qua de re adhuc nonnihil dicendi occasio capite proxime sequenti dabitur.

§. XXXIV.

Consecratio semper alta voce pronuntiata.

Dvo hoc loco notanda adhuc sunt, quæ ad consecrationem generatim spectant, contra corruptelas posterioribus ætatibus inuectas. Primum quidem, quod, vt omnis diuinus cultus lingua cognita peractus fuit, ita speciatim eucharistiæ consecratio pronuntiari iussa sit voce clara & articulata, vt populus verba ministri consecrantis percipere posset & respondere, *Amen.* Consuetudo contraria nunc obtinet in ecclesia *Romanensi.* Verum & HABERTVS [m] & BONA [n] innouatio-

---

λȣς θείȣ, προτρεπομένȣ ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ λέγοντες, γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος· μὴ τῷ λάρυγγι τῷ σωματικῷ ἐπιτρέπητε τὸ κριτικὸν ἔχι, ἀλλὰ τῇ ἀνενδοιάστῳ πίστει· γευόμενοι γὰρ ἐκ ἄρτȣ καὶ οἴνȣ κελεύονται γεύσασθαι, ἀλλὰ ἀντιτύπȣ σώματος καὶ αἵματος τȣ̃ χριστȣ̃.

(m) Habert. archierat. part. VIII. obseruat. IX. p. 145. Primus ritus est ἐκφώνησις, alta voce edita pronuntiatio; in liturgiis S. Blasii & S. Chrysostomi ἐκφώνως λέγων, ita vt non solum qui stant in sacrario sacerdotes, sed etiam populus vniuersus audiat verba illa potentissima & augustissima, quibus corpus Christi conficitur. A quo sane ritu Romana nunc ecclesia dissidet, cuius ita rubricæ habent; *Secreto profert verba consecrationis super hostiam.* -- Sane verba consecrationis alta voce ab initio pronuntiata teneant, necesse est, qui de eucharistia intelligendum volunt locum b. Pauli ex prima ad Corinthios epistola XIV, 16. ἐὰν εὐλογήσῃς &c.

(n) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XIII. §. I. Græci & alii orientales verba consecrationis elata voce pronuntiant & populus respondet *Amen* --- Eumdem morem seruabat olim ecclesia occidentalis, omnes enim audiebant sanctissime & efficacissime verba, quibus Christi corpus conficitur. -- Postea statu-

nem

nem eſſe fatentur, cuius nullum veſtigium ad ſæculum vſque decimum reperiatur, vbi vetuſta conſuetudo deſierit. Supervacaneum foret, teſtimonia in rem adeo in vulgus notam & incontrouerſam adducere. Itaque vnum tantummodo in hanc materiam notabimus, quod, quum parua quædam querela de hoc incommodo tempore *Iuſtiniani* fieri cœpiſſet, hic dum adhuc in herba eſſet, ſuppreſſerit, ſeuera lege lata in hanc ſententiam: *Iubemus* [o] *omnes epiſcopos & presbyteros non in ſecreto, ſed cum ea voce, quæ a fideliſſimo populo exaudiatur, diuinam oblationem & precationem, quæ fit in ſancto baptiſmate, facere, vt inde audientium animi in maiorem deuotionem & Dei laudationem & benedictionem efferantur. Sic enim & diuinus apoſtolus docet, dicens in priore ad Corinthios epiſtola: Cæterum ſi ſolum benedicis ſpiritu, is qui idiotæ locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni ſubiiciet Deo ſanctum illud Amen? ſiquidem quid dicas non nouit: tu autem pulchre gratias agis, ſed alius non ædificatur. Et rurſus in ea, quæ eſt ad Romanos, ſic dicit: Corde quidem creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Idcirco igitur conuenit, vt ea precatio, quæ in ſancta oblatione dicitur, & aliæ orationes cum voce a ſanctiſſimis epiſcopis & presbyteris proferantur domino noſtro Ieſu Chriſto Deo noſtro cum patre & ſpiritu ſancto, ſcituris religioſiſſimis ſacerdotibus, quod, ſi quid horum contemſerint, & horrendo Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti iudicio rationem reddituri ſint, & nos iſta cognoſcentes non relinquemus quieta & inulta.* Facit pro eccleſia *Romanenſi*, quod lex canonica ſuperior eſt ciuili: alioquin tam horrenda omnium diuinarum & humanarum legum violatio non inulta, impunitaque foret. Eſt hæc e multis aliis bonis legibus, quas eccleſia iſti erudito imperatori debet, quem tamen BARONIVS [p] hanc ipſam ob cauſſam, tamquam illiteratum & analphabetum, tamquam impium hæreticum, rerum diuinarum inuaſorem, & hominem communi regum morbo infectum ſugillat, & quidquid ab hiſtorico partium ſtudioſo adferri poteſt, de eo dicit, ipſe profecto præiudi-

tum eſt, vt canon ſubmiſſa voce recitaretur & ſic deſiit ea conſuetudo ſæculo decimo, vt coniicio, quia poſt Florum, qui nono labente vixit, eius mentionem non reperi apud æui poſterioris ſcriptores.

(o) Iuſtin. nouell. CXXXVII. c. VI. Vid. Græc. lib. XIII. c. IV. §. I. vol. V. p. 86. ſub litt. (g).

(p) Baron. an. DXXVIII. tom. VII. p. 144. (p. 148. 149. edit. Antuerp. MDCLVIII.)

catis opinionibus in gratiam communium abuſuum & corruptelarum eccleſiæ ſuæ laborans, inter quas hæc præcipua quædam eſt & intolerabilis, quod ſingulis diebus lingua incognita precentur, modo apoſtolorum auctoritati, priſcæ eccleſiæ regulis, populi chriſtiani ædificationi & communi ſenſui ac rationi hominum adeo contrario [q].

§. XXXV.

Et facta cum fractione panis ad repræſentandam ſeruatoris noſtri paſſionem.

ALTERA cærimonia, in hac veterum praxi notanda, eſt, quod in conſecratione euchariſtiæ panem ad exemplum ſeruatoris noſtri, paſſionem & crucifixionem eius repræſentandi gratia, ſemper fregerint. CLEMENS ALEXANDRINVS de hac cærimonia, tamquam generali conſuetudine [r], loquitur, quod quum euchariſtiam diuiſerint, permittant vnicuique ex populo eius partem ſumere. Et AVGVSTINVS [ſ] vniuerſam eccleſiam hunc ritum obſeruare dicit in benedicendo & ſanctificando pane, vt ad diſtribuendum comminuatur. Quiſquis plura teſtimonia habere cupit, reperire ea poteſt ab HOSPINIANO [t] ex IRENAEO [u], DIONYSIO AREOPAGITA [x], THEOPHI-

(q) Vid. Chamier. de euchariſtia lib. VI. c. IX. §. XXIX. Ad hanc legem (Iuſtiniani) variæ ſunt exceptiones, prima de auctore, poſt de re. Bellarminus negat, ad imperatorem pertinere, de ritu ſacrificandi leges ferre: proinde non multum referre, quid ille ſanxerit &c. vid. etiam Iuell. contra Hardingum de hoc argumento.

(r) Clem. Alex. Strom. lib. I. p. 318. ἢ καὶ τὴν ἐυχαριςίαν τινὲς διανείμαντες, ὡς ἔθος, αὐτὸν δὴ ἕκαςον τȣ̃ λαȣ̃ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπȣσιν.

(ſ) Auguſtin. epiſt. LIX. ad Paulin. Quum benedicitur & ſanctificatur & *ad diſtribuendum comminutur* &c.

(t) Hoſpin. hiſtor. ſacrament. p. 30. (p. 26. edit. Geneu. MDCI XXXI.)

(u) Iren. lib. V. c. II. Quando mixtus calix & *fractus* (Not. alii ſecundum Græcum γεγονὼς, legunt rectius *factus*) panis percipit verbum Dei, fit euchariſtia corporis ac ſanguinis Chriſti.

(x) Dionyſ. eccleſ. hierarch. c. III. §. 12. p. 299. τὸν ἐγκεκαλυμμένον καὶ ἀδιαίρετον ἄρτον ἀνακαλύψας, καὶ εἰς πολλὰ διελὼν, καὶ τὸ ἑνιαῖον τȣ̃ ποτηρίȣ πᾶσι καταμερίσας, συμβολικῶς τὴν ἑνότητα πληθύνει καὶ διανέμει, παναγεςάτην ἐν τȣ́τοις ἱερȣργίαν τελῶν. *Pontifex operto indiuiduoque pane reuelato & in multa diuiſo, ſingularique calice omnibus impertito, vnitatem ſymbolice multiplicat diſtribuitque, ſacroſanctum in iis ſacrificium conſummando.*

LO.

LO ALEXANDRINO [y], CYRILLO ALEXANDRINO [z] & CHRYSOSTOMO [a] collecta. Neque ipſemet BONA [b] hoc negat, ſed id porro ex GREGORIO NAZIANZENO [c] & CAESARIO ARELATENSI & ex omnibus vetuſtis ſacrorum rituum expoſitoribus demonſtrat, dicitque, liturgias quoque, quæcumque exſtent, hanc fractionem præſcribere, & *Latinos* quidem diuidere in tres partes, *Græcos* & reliquos Orientales in quatuor,

(y) Theoph. epiſt. paſchal. I. (bibliothec. patr. max. tom. V. p. 846. c.) Non recogitat -- panem dominicum, qua ſaluatoris corpus oſtenditur, & *quem frangimus* in ſanctificationem noſtri --- per inuocationem & aduentum ſancti ſpiritus ſanctificari.

(z) Cyrill. in Ioann. lib. XIV. (Ita adlegat Binghamus, Hoſpinianus habet lib. IV. c. XIV. vtraque adlegatio falſa.)

(a) Chryſoſt. homil. XXIV. in 1 Cor. (p. 256. edit. Francof. b.) *διὰ τί δὲ προσέθηκεν, ὃ κλῶμεν; τοῦτο γὰρ ἐπὶ μὲν εὐχαριστίας ἐστὶν ἰδεῖν γινόμενον· ἐπὶ δὲ τοῦ σταυροῦ οὐκέτι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτῳ· ὀστοῦν γὰρ αὐτοῦ, φησὶν, οὐ συντριβήσεται· ἀλλ' ὅπερ οὐκ ἔπαθεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τοῦτο πάσχει ἐπὶ τῆς προσφορᾶς διὰ σὲ καὶ ἀνέχεται διακλώμενος, ἵνα πάντας ἐμπλήσῃ. Cur autem addidit* [*apoſtolus*] Quem frangimus? *Hoc enim licet videre fieri in euchariſtia: in cruce autem non itidem, ſed vtique ei contrarium:* Os enim, *inquit*, eius non conteretur. *Sed quod non paſſus eſt in cruce, hoc in oblatione patitur propter te: & patitur* frangi, *vt omnes impleat.*

(b) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XV. §. III. Huius fractionis tamquam in eccleſia ſemper & vbique a temporibus apoſtolorum vſitatæ mentionem faciunt ſancti patres & alii eccleſiaſtici ſcriptores. Clemens Alexandrinus l.b. I. ſtrom. *Quum euchariſtiam, vt mos eſt, permittunt vnicuique ex populo eius partem ſumere.* Dionyſ. c. III. eccl. hierarch. §. XIII. *Pontifex* &c. (vid. ſub litt. anteced. (x)) Gregorius Nazianzenus epiſt. CCXI. ad Amphilochium. *O Dei cultor ſanctiſſime* (cetera vid. ſub litt. ſeq. (c) - - Omitto alios innumeros, præſertim recentiores. Liturgiæ quoque, quæcumque exſtant, hanc fractionem præſcribunt, eiuſque myſteria ediſſerunt ſacrorum rituum expoſitores, Amalarius *lib. III. c. XXXI.* Walfridus *cap. XXII.* Micrologus *cap. XVIII. & XXIII.* Iuo Carnotenſis *tract. de conuenientia vet. & noui ſacrificii prope finem.* Hugo a S. Victore *lib. II. de eccl. offic. cap. XXXIX.* Honorius *in gemma* lib. I. c. LXIII. Germanus in *expoſitione liturgiæ*; quibus addi poſſunt S. Thomas part. III. quæſt. LXXXIII. artic. V. Ernulfus Roffenſis epiſcopus *epiſt. II. tom II. ſpicilegii quæſt II.* & alii paſſim. Latini diuidunt in tres partes, Græci & reliqui orientales in quatuor, Mozarabes in nouem.

(c) Nazianz. epiſt. CCXI. ad Amphiloch. in append. ad tom. I. *ὦ θεοσεβέστατε, μὴ κατόκνει καὶ προσεύχεσθαι καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ ἡμῶν, ὅταν λόγῳ καθέλκῃς τὸν λόγον· ὅταν ἀναιμάκτῳ τομῇ σῶμα τέμνῃς δεσποτικὸν, φωνὴν ἔχων τὸ ξίφος. O Dei cultor ſanctiſſime, ne cuncteris orare & intercedere pro nobis, quando dicto allicis verbum Dei; quando incruenta ſectione corpus & ſanguinem dominicum ſecas, vocem adhibens pro gladio.*

Mozarabas in nouem. Quod etiam MABILLONIVS [*d*] notat, cum obseruatione, quam addit, quando ait: *Sub haec frangit hostiam in nouem particulas, quae his nominibus designantur, corporatio, natiuitas, circumcisio, apparitio, passio, mors, resurrectio, gloria, regnum.* Quae quaedem aberratio a veteris ecclesiae simplicitate est, non ita tamen vituperabilis, vti praesentis ecclesiae *Romanae* praxis, quando loco fractionis panis communicantibus distribuendi, vnam duntaxat oblatam in tres particulas diuidunt (de quibus nemini datur) modo vt vmbram antiquae retineant consuetudinis. BONA quidem hoc vocat fractionem panis secundum institutionem *CHRISTI*, vel potius fractionem corporis *CHRISTI* sub specie panis immolati, quum tamen secundum doctrinam ipsorum corpus *CHRISTI* non frangatur, nec panis sit, sed species panis, nec panis communis, sed hostia, cuius species tantum frangitur, non substantia, & id non pro communicantibus, sed dicis caussa, vt hominibus persuadeant, se veteris consuetudinis esse custodes. Primi salutaris reformationis oppugnatores magis ingenui erant. Factam esse in ecclesia *Romana* mutationem libere profitebantur [*e*], modo idoneas illius caussas eam habuisse, dicebant, ne in fractione panis periculum aliquod intercederet, & micae aliquot vel particulae perirent; tum quia pontifex potestatem habeat variandi ornamentum & accidentia sacramenti, prout vel temporis vel loci ratio requirat. Quasi ipse *CHRISTVS* haud vllum istiusmodi periculum potuisset praeuidere, vel non ita sapienter, vti quidem praesul *Romanus*, de sua ipsius institutione praecipere. Sufficit autem, obseruasse hanc ecclesiae *Romanensis* variationem, etsi in re leuiore, ex primitiua praxi, vna cum rationibus, quas pro ista variatione adferunt; qua de re plura legi possunt apud CHAMIERVM & episcopum IVELLVM, qui omnes excusationes studiosius perquisiuerunt & examinarunt, quas pro hac,

(*d*) Mabillon. de liturg. gallican. lib. I. c. II. p. 12.

(*e*) Salmero tract. XXX. in act. ap. Chamier. de euchar. lib. VII. c. XI. n. XXVI. p. 384. (p. 185. edit. MDCXXVII.) Quemadmodum Christus vnum calicem communem omnibus tradidit ad bibendum, ita in vna patina panem in duodecim bucellas fractum manibus suis dispensauit. Nos vero corpus Christi de custodia profundiori porrigimus, ne per suspiria, aut auram, aut alia impedimenta communicantium contingat de patina excidere.

mul-

multisque aliis mutationibus [f] adferre solent istius ecclesiæ aduocati. Nos iam pergimus in cœpta dissertatione nostra, quæ nos proxime eo ducit, vt ipsos communicantes, quibus hoc sacramentum recipienda libertas erat, nec non communicandi illudque recipiendi rationem consideremus.

LIBRI DECIMI QVINTI
CAPVT QVARTVM
DE COMMVNICANTIBVS, SIVE PERSONIS, HOC SACRAMENTVM SVMENDI HABENTIBVS LIBERTATEM, ET DE RATIONE ID RECIPIENDI.

§. I.

Omnes, catechumenis & pœnitentibus exceptis, eucharistiam recipere iussi.

QVANDO iam ad considerandum actum communicandi devenimus, primum dispiciendum est, quibusnam licuerit, vel potius, quinam debuerint sanctum hoc sacramentum recipere, & deinde quo modo illud receperint. Quod ad primum attinet, meminisse oportet, quod iam ante sæpius observauimus, quod, simul atque missa catechumenorum esset finita, diaconus omnes catechumenos, & sub pœnitentia constitutos solemniter discedere iusserit, reliquos autem omnes admonuerit, vt subsisterent ad preces fidelium, suaque offerrent munera, & reciperent sacram eucharistiam. Vnde patet, ex vetustissima & primitiua consuetudine omnes eos, quibus ad preces consistere, in illisque partem habere licuerit, eucharistiam quoque participandi habuisse libertatem, exceptis solum vltimi ordinis pœnitentibus, qui quidem ad preces audiendas, non autem ad offerenda munera, nec ad recipiendam sacram eucharistiam admittebantur; dicti inde *consistentes*, quia consistere ad communicandum in precibus poterant, sed δίχα προσφορᾶς *sine oblatione*, quemadmodum vetusti canones præcipiunt. His solis exceptis, reliqui baptizati omnes non tantum admittebantur, sed per regulas ecclesiæ ad sumendam euchari-

(f) Vid. Chamier vbi supra & Iuell. contra Harding. articul. II. p. 327.

ſtiam ſub pœna cenſuræ eccleſiaſticæ accedere debebant. Vetuſtiſſimi canones diſerte hoc inculcant. Inter ſic dictos *canones apoſtolicos* [a] quidam legitur his verbis conceptus: *Cunctos fideles, qui in ſanctam Dei eccleſiam ingrediuntur, & ſacras ſcripturas audiunt, non autem perſeuerant in oratione & ſancta communione; velut in eccleſiam inducentes confuſionem, ſegregari oportet.* Quæ verba concilium *Antiochenum* [b] repetit, aliquantum amplificata in hunc modum: *Omnes, qui in eccleſiam ingrediuntur & ſacras ſcripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel ſanctam euchariſtiæ participationem propter aliquam inſolentiam auerſantur, eos ab eccleſia expelli (* oportet, *) donec, poſtquam confeſſi fuerint fructuſque pœnitentiæ oſtenderint, & implorauerint, veniam adſequi poſſint.* MARTINVS BRACARENSIS [c] hunc canonem in collectione ſua in vſum eccleſiæ *Hiſpanicæ* interponit. Et GRATIANVS [d] decretum adlegat ANACLETI pontificis *Romani* in hanc ſententiam: *Peracta conſecratione omnes communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus. Sic enim & apoſtoli ſtatuerunt & ſancta Romana tenet eccleſia.* Quod decretum quamuis ſuppoſititium ſit, tamen in conformitatem antiquæ diſciplinæ factum eſt, praxinque oſtendit, quæ tunc in ipſa *Romana* eccleſia inualuit.

§. II.

Quando & quomodo hæc diſciplina laxari cœperit.

CHRYSOSTOMI ætate quidam, durante vniuerſo hoc officio, conſiſtendi adfectabant libertatem, ita quidem, vt communicandi neceſſitate eſſent immunes. Inter pœnitentes re-

(a) Can. apoſtol. X. Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἂν ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

(b) Concil. Antioch. can. II. Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν· τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, ἕως ἂν ἐξομολογησάμενοι καὶ δείξαντες καρποὺς μετανοίας, καὶ παρακαλέσαντες τυχεῖν δυνηθῶσι συγγνώμης.

(c) Martin. Bracar. collect. can. c. LXXXIII. ap. Iuſtell. append. tom. I. fol. XXXII. Si quis intrat eccleſiam Dei & ſacras ſcripturas audit, & pro luxuria ſua auertat ſe a communione ſacramenti & in obſeruandis myſteriis declinat conſtitutam regulam diſciplinæ: illum talem proiiciendum de eccleſia catholica eſſe decernimus; donec pœnitentiam agat & oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ, vt poſſit communionem, percepta indulgentia, promereri.

(d) Gratian. de conſecrat. diſt. II. c. X.

ferri

ferri cum illisque expelli recusabant; neque tamen cum ecclesia eucharistiam sumere volebant. In hos CHRYSOSTOMVS more suo multa cum eloquentia & congrua seueritate inuehitur. „Non es dignus, inquit, sacrificio [e], neque participati-„one? (hæc enim eorum erat excusatio) Ergo nec prece. Au-„dis præconem stantem & dicentem: Quicumque estis in pœ-„nitentia, abite. Omnes, qui non participant, sunt in pœni-„tentia. Si es ex iis, qui sunt in pœnitentia, non debes par-„ticipare. *Nam qui non participat, est in pœnitentia. Cur „ergo dicit, Abite, qui non potestis precari: tu autem stas im-„pudenter? At non es ex his, qui possunt participare & nihil „curas? rem nihili esse putas? Considera, quæso. Adest men-„sa regia; adsunt angeli ministrantes, adest rex ipse, & tu stas „oscitans? Vestes tibi sunt sordidæ, & nulla a te huius habe-„tur ratio? At sunt mundæ: accumbe ergo & participa. Ve-„nit quotidie, vt videat accumbentes, omnes alloquitur; & „nunc in vestra dicit conscientia, Amici, quomodo heic statis, „non habentes vestem nuptialem? Non dixit, Cur accubuisti? „Sed ante accubitum & ingressum eum dicit esse indignum. „Non dixit enim, Cur accubuisti? sed, Cur intrasti? Hæc ergo „nunc quoque dicit nobis omnibus, qui impudenter & inue-„recunde stamus. Quicumque enim est, qui mysteriorum non „est particeps, is impudenter stat & nimis audacter. Qui sunt „in peccatis, propterea priores eiiciuntur. Quomodo enim „quum dominus adest in mensa, non oportet adesse famulos,

(e) Chrysost. homil. III. in Ephes. p. 1051. (p. 888. edit. Francof.) οὐκ εἶ τῆς θυσίας ἄξιος, οὐδὲ τῆς μεταλήψεως; οὐκοῦν οὐδὲ τῆς εὐχῆς· ἀκούεις ἑστῶτος τοῦ κήρυκος, καὶ λέγοντος, ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε· πάντες, ὅσοι μὴ μετέχουσιν, ἐν μετανοίᾳ εἰσίν· εἰ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἐστί· τίνος οὖν ἕνεκεν λέγει, ἀπέλθετε οἱ μὴ δυνάμενοι δεηθῆναι; σὺ δὲ ἕστηκας ἰταμῶς; ἀλλ' οὐκ εἶ τούτων, ἀλλὰ τῶν δυναμένων μετέχειν, καὶ οὐδὲν φροντίζεις, οὐδὲν ἡγῇ τὸ πρᾶγμα; σκόπει, παρακαλῶ· τράπεζα πάρεστι βασιλική, ἄγγελοι διακονούμενοι τῇ τραπέζῃ, αὐτὸς πάρεστιν ὁ βασιλεύς, καὶ σὺ ἕστηκας χασμώμενος; ῥυπαρά σοι τὰ ἱμάτια, καὶ οὐδεὶς σοι λόγος; ἀλλὰ καθαρά ἐστιν; οὐκοῦν ἀνάπεσον καὶ μέτεχε· ἔρχεται καθ' ἑκάστην ἰδεῖν τοὺς ἀνακειμένους, πᾶσι διαλέγεται· καὶ νῦν ἐν τῷ συνειδότι ἐρεῖ, ἑταῖροι, πῶς ἑστήκατε ὧδε, μὴ ἔχοντες ἔνδυμα γάμου; οὐκ εἶπε, διὰ τί ἀνέπεσες, ἀλλὰ πρὸ τῆς κατακλίσεως καὶ τῆς εἰσόδου ἀνάξιον αὐτὸν εἶναι φησίν· οὐ γὰρ εἶπε, διὰ τί κατεκλίθης; ἀλλα, τί εἰσῆλθες; ταῦτα καὶ νῦν πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς διαλέγεται, τοὺς ἀναισχύντως καὶ ἰταμῶς ἑστῶτας· πᾶς γὰρ ὁ μὴ μετέχων τῶν μυστηρίων, ἀναίσχυντος καὶ ἰταμῶς ἑστηκώς· διὰ τοῦτο πρότεροι ἐκβάλλονται οἱ ἐν ἁμαρτήμασι· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τραπέζης πα-

qui

„qui offenderunt, ſed procul amandantur: ita heic quoque „quum offertur ſacrificium, & Chriſtus ſacrificatus & ouis do„minica, quando audieris, *Oremus omnes communiter*, quan„do videris trahi, quæ in oſtiis ſunt, cortinas, tunc exiſtima, „cælum ſuperne diduci & deſcendere angelos. Quomodo er„go nullum oportet adeſſe ex iis, qui myſteriis non ſunt initi„ati & ſordidi. Dic mihi, ſi quis ad conuiuium inuitatus ma„nus lauerit & accubuerit, & ad menſam paratus fuerit, & de„inde non fuerit eius particeps, annon contumelia adficit eum, „qui inuitauit? Annon eſſet melius, eum ne adfuiſſe quidem? „Ita tu quoque adfuiſti, hymnum cantaſti, cum dignis omni„bus te es profeſſus, eo quod cum indignis non receſſeris. „Quomodo manſiſti, & menſæ non es particeps? Sum, inquis, „indignus. Ergo illa quoque communione & ſocietate, quæ „eſt in precibus, es indignus.„ Interpoſui hunc longum ſed elegantem locum CHRYSOSTOMI, vt oſtenderem, nemini illius ætatis per regulas eccleſiæ licuiſſe ſe abſtinere ab euchariſtia, ideo quod ſe indignum diceret, qui non indignus iudicatus fuerit, vt precibus etiam intereſſet.

VERVM proxime inſequuta ætate hæc diſciplina aliquantum laxata eſt, iiſque, qui ſacram euchariſtiam recipere nolebant, non ſolum permittebatur, ſed toto officio durante ſtare iniungebatur, vſque poſt epiſcopi benedictionem, quæ, vti capite vltimo §. XXX. oſtendimus, non niſi vniuerſa conſecratione finita, proxime ante actum participandi, impertiebatur. Quo tempore huiuſmodi non-communicantes ſub ſolemni oratione, quam *benedictionem* vocabant, dimittebantur, quemadmodum ex conciliis *Aurelianenſi* & *Agathenſi*, apparet, ad quæ

ραγενομένου τοῦ δεσπότου οὐ δεῖ τοὺς προσκεκρουκότας τῶν οἰκετῶν παρεῖναι, ἀλλ' ἐκποδὼν γίνονται· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἐκφερομένης τῆς θυσίας, καὶ τοῦ χριστοῦ τεθυμένου, καὶ τοῦ προβάτου τοῦ δεσποτικοῦ, ὅταν ἀκούσῃς, δεηθῶμεν πάντες κοινῇ, ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διαστέλλεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν, καὶ κατιέναι τοὺς ἀγγέλους· ὥσπερ τοίνυν τῶν ἀμυήτων οὐδένα χρὴ παρεῖναι, οὕτως οὐδὲ τῶν μεμυημένων καὶ ῥυπαρῶν· εἰπέ μοι, εἴ τις εἰς ἑστίασιν κληθεὶς, τὰς χεῖρας νίψαιτο, καὶ κατακλιθείη, καὶ ἕτοιμος γένοιτο πρὸς τὴν τράπεζαν, εἶτα μὴ μετέχοι, οὐχ ὑβρίζει τὸν καλέσαντα; οὐ βέλτιον τὸν τοιοῦτον μηδὲ παραγενέσθαι; οὕτω δὴ καὶ σὺ παραγέγονας· τὸν ὕμνον ᾖσας μετὰ πάντων, ὡμολόγησας εἶναι τῶν ἀξίων τῷ μὴ μετὰ τῶν ἀναξίων ἀνακεχωρηκέναι· πῶς ἔμεινας, καὶ οὐ μετέχεις τῆς τραπέζης; ἀνάξιός εἰμι, φησίν· οὐκοῦν καὶ τῆς κοινωνίας ἐκείνης τῆς ἐν ταῖς εὐχαῖς.

lecto-

lectorem ante remisimus. Nam in concilio *Agathensi* [*f*] hunc legimus canonem: *Missas die dominica saecularibus audire speciali ordine praecipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non praesumat &c.* Et concilium *Aurelianense* [*g*] idem dicit: *Quum ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur, populus non ante discedat, quam missae solemnitas compleatur: Et vbi episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.* Vt adeo, quod CHRYSOSTOMI tempore in vitio positum fuit, statim pro parte deuotionis haberetur, vt populus staret audiretque vniuersam celebrationis eucharistiae solemnitatem, & deinceps sine participatione illius sacramenti abire posset. Quae manifesta veteris disciplinae diminutio est & a primitiua praxi aberratio.

§. III.

Quo tempore vsus eulogiarum loco eucharistiae introduci coeperit in gratiam eorum, qui communicare nollent.

ET haec res aliam secum inuexit innouationem, vt illi, qui sacrae eucharistiae participes esse nollent, eulogias, hoc est, panem quemdam consecratum, & ab eucharistia distinctum, possent recipere. Eulogia in vetustioribus scriptoribus idem est ac eucharistia, ab illisque adhibetur ad significandam eamdem rem, quam *Paulus* apostolus intelligit, *Calix benedictionis*, inquiens, (ποτήριον τῆς ἐυλογίας) *cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis CHRISTI est?* 1 Cor. X, 16. Atque hoc sensu semper vsurpatur a CYRILLO ALEXANDRINO & CHRYSOSTOMO, vti viri docti [*h*] ex multis scriptorum vtriusque locis obseruarunt. Posterioribus autem aetatibus ab eucharistia distingui coepit, tamquam id, quod eius vices quodam modo suppleret. Concilium *Nannetense* [*i*] ad annum DCCCXC hanc in rem canonem fecit, sequentibus verbis conceptum: *Partes incisas habeat* (presbyter) *in vase nitido & conuenienti, vt post missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die dominica*

(*f*) Concil. Agath. c. XLIV.

(*g*) Concil. Aurel. I. c. XXVIII.

(*h*) Vid. Casaubon. exercit. XVI. in Baron. n. XXXIII. p. 517. 518. edit. London. MDCXIV. Albertin. de eucharist. lib. II. c. II. p. 749. a. §. *Sexto* &c. Suicer. thesaur. ecclesi. voce ἐυλογία tom. I. p. 1249. 1250. 1251. Et ipse Bona hoc fatetur.

(*i*) Concil. Nannetens. can. IX.

et in diebus festis exinde excipiant, quæ cum benedictione prius faciat. Quod decretum quidam canonum collectores [k] pontifici *Pio* martyri, qui sæculo secundo vixit, tribuunt: BONA autem suppositium esse [l] fatetur, dicitque eos, qui hoc decretum ei adsignent, non aduertere, ipsius ætate nondum fuisse eulogias in ecclesia, de quibus TERTVLLIANVS, CYPRIANVS & alii æquales sileant; quia quicumque tunc adessent sacrificio, communicare solerent; eulogias autem institutas esse, vt his darentur, qui mysteriorum participes fieri aut non possent aut non vellent. Ingenua hæc istius eruditi scriptoris confessio est, qui, quando ecclesiæ suæ non adeo multum interesse videt, aperte & candide loqui, & in reprehendendis monachorum & scholasticorum innouationibus iusta libertate vti solet.

§. IV.

Corruptela priuatarum & solitariarum missarum prioribus sæculis incognita.

VERVM in priuatarum & solitariarum missarum negotio, in quo ecclesiæ *Romanensis* fides & commodum agitur, paullo ingeniosius se gerit, & celare ac dissimulare laborat, quæ nec sincere nec solide potest defendere. Missas solitarias vocamus, in quibus solus sacerdos eucharistiam recipit, nemine communicante, & interdum officium solus celebrat, nemine præsente & respondente. Huiusmodi sunt omnes priuatæ & solitariæ missæ in ecclesia *Romanensi*, quæ ad priuata altaria in angulis ecclesiarum dicuntur, nemine præter solum sacerdotem præsente, & omnes publicæ missæ, in quibus nullus nisi sacerdos communicat, multis licet præsentibus actumque spectantibus. Quemadmodum neutræ harum cum institutione *CHRISTI* congruunt, sed directe cum ea pugnant: (Hæc enim eo spectat, vt sit communio inter multos: *Vnus panis & vnum corpus multi sumus, omnesque de vno pane & de vno calice participamus;* quod fieri nequit, vbi non sunt, qui communicant:) Ita ne minimum quidem vestigium istiusmodi consuetudinis in ecclesia primitiva reperitur. BELLARMINVS leues quasdam coniecturas hac de

(k) Crab. concil. tom. I. p. 87.

(l) Bon. rer. liturgic. lib. I. c. XXIII. §. XII.

de re abiecte & timide adfert, dum ait [m]: *Nusquam expresse legitur a veteribus oblatum sacrificium sine communione alicuius, vel aliquorum, præter ipsum sacerdotem.* Omnes eius coniecturæ futiles sunt & nugatoriæ, & prima earum ipsimet e diametro opposita. Lectores enim suos coniicere vult ex concilio *Nannetensi*, quod citatur ab *Iuone*, quod veteres missam solitariam a solo sacerdote permiserint, quia hoc concilium hanc praxin memorandi arripit occasionem, sed ideo tantum, vt eam vetet & reprehendat. Quod certe seuerioribus verbis facit, quæ huc transcribere non inconsultum fuerit, vt videamus, quæ oppositio corruptelam istam comitata sit, quamprimum inter monachos, primos eius inuentores, apparere cœperit. *Definiuit* [n] *sanctum concilium*, inquiunt patres illic congregati, *vt nullus presbyter solus præsumat missam celebrare. Cui etenim dicit, Dominus vobiscum, Sursum corda, aut, Gratias agamus domino Deo nostro, quum nullus sit, qui respondeat? aut in canone, Et omnium circumstantium; quum nemo adsit? aut quem inuitat ad orationem, quum dicit, Oremus; quum nullus sit, qui secum oret? Aut ergo ista penitus reticenda sunt, & non solum non erit perfectum sacrificium, verum etiam incurret, quisquis est ille, illam terribilem sententiam: Si quis tulerit de hoc, tollat Deus partem eius de libro vitæ: aut si hæc muris & parietibus insusurrauerit, ridiculosum erit. Quapropter illa periculosa superstitio, maxime a monasteriis monachorum, exterminanda est. Præuideant autem prælati, vt presbyter in cœnobiis & in aliis ecclesiis cooperatores habeat in celebratione missarum. Si quis hæc transgressus fuerit, ab officio suspendatur.* Concludamus oportet, BELLARMINVM dura remedia in desperatæ caussæ defensione adhibere coactum esse, quando hunc canonem tamquam solitariarum missarum inter veteres documentum adlegare necesse habuit, qui tantum abest, vt

(m) Bellarmin. de missa lib. II. c. IX. p. 821. (p. 353. d. edit. Colon. MDCXV.) Etiamsi nusquam expresse legamus, a veteribus oblatum sacrificium sine communione alicuius, vel aliquorum, præter ipsum sacerdotem: tamen id possumus ex coniecturis facile colligere. Prima coniectura ex concilio Nannetensi c. XXX. quod citatur ab Iuone in decret. part. III. c. LXX. vbi iubentur presbyteri non celebrare soli missam, nisi habeant saltem vnum secum, qui respondeat. Ex quo intelligimus, quosdam plane solos celebrare solitos missæ sacrificium: & proinde sine communicantibus.

(n) Concil. Nannetens. ap. Iuonem part. III. c. LXX. (vid. Bon. rer. liturgic. lib. I. c. XIII. §. V.)

hanc legitimam praxin inter recentiores esse, probet, vt sit luculentissimum testimonium contra illam, tamquam nouitatem, quæ vniuersum eorum officium absurdum reddat, eosque ad parietes loqui faciat, maxime ex monasteriis, in quibus primum cœpit, exterminanda, tamquam ridicula pariter ac periculosa superstitio. BONA cardinalis in huius ritus defensione non multo felicior BELLARMINO est. Nam vno quodam capite satagit demonstrare, missam solitariam nouitatem esse, antiquæ ecclesiæ incognitam, & ipsi tenori præsentis canonis *Romani* contrariam: Et capite proxime sequenti probare nihilo secius adlaborat, missam priuatam sine communicantibus antiquissimam esse & laudabilem consuetudinem. Primo [o] loco dicit: „Ab initio sic sacrificium principaliter institutum fuisse, „vt publice ac solemniter fieret, clero & populo adstante, of„ferente ac communicante, ipse tenor missæ & veteris eccle„siæ praxis euincunt. Omnes enim orationes, atque ipsa „canonis verba in plurali numero, tamquam plurium nomine „proferuntur. Hinc sacerdos populum inuitat ad orationem, „dicens, *Oremus:* & quum eumdem salutat, ait, *Dominus vobis„cum.* Tum moniti fideles, vt corda erigant ad Deum, respon„dent, *Habemus ad dominum.* Hinc etiam in canone collectæ „plebis nomine semper orat, vt quum dicit, *Supplices rogamus „& petimus: Hanc oblationem cunctæ familiæ tuæ offerimus præclaræ „maiestati tuæ: vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum „filii tui corpus & sanguinem sumserimus: Nobis quoque peccatoribus;* „& alia huiusmodi multa. Ex quibus liquet, nihil aliud esse „missam, quam sacerdotis & totius cœtus actionem, cui plures „circumstetisse indicant illa verba: *& omnium circumstantium, „quorum tibi fides cognita est & nota deuotio,* quæ alio detorqueri „non possunt. Ad communionem vero adstantium ea spe„ctant, quibus sacerdos Deum precatur, fieri corpus & san„guinem domini omnibus sumentibus in vitam æternam. Et „post communionem ait, *Quod ore sumsimus, pura mente capiamus: „satiasti familiam tuam muneribus sacris:* suntque fere omnes eius„dem tenoris orationes, quæ peracta communione recitantur; „quia nimirum illi duntaxat intererant missæ, qui possent of-

(o) bon. rer. liturgic. lib. I. c. XIII. §. II.

ferre

„ferre & de sacramento participare„. Hæc demonstrat [*p*] e CYPRIANO, LEONE pontifice *Romano*, canonibus *apostolicis* & concilio *Antiocheno*. Quibus addit testimonia MICROLOGI, ODONIS CAMERACENSIS & STEPHANI EDVENSIS, de eadem primitiuæ ecclesiæ praxi, quam diuersam esse fatentur a temporum suorum praxi, quando missæ solitariæ a monachis inventæ sunt. Immo vero subiungit, missas solitarias a diuersis conciliis & canonibus interdictas fuisse, vbi obtinere cœperint. Inter quos supra memoratum canonem concilii *Nannetensis* & concilium *Moguntinum* sub *Leone* tertio c. XLIII. & *capi-*

(*p*) Bon. ibidem: Cyprianus serm. de lapsis, & Leo papa serm. IV. de quadrag. populi communicantis mentionem faciunt: & can. X. apost. ac II. concilii Antiocheni sub Iulio I. decernitur, vt omnes fideles, qui ad ecclesiam conueniunt, communicent, recusantes ab ecclesia reiiciantur & excommunicentur. *Sciendum est*, inquit Micrologus cap. LI, *quod soli communicantes diuinis mysteriis interesse consueuerunt, vnde & ante oblationem iuxta canones iubebantur exire catechumeni & pœnitentes, videlicet qui nondum se paraverant ad communicandum. Hoc quoque ipsa sacramentorum innuit confectio, in qua sacerdos non pro sola sua oblatione & communicatione, sed & aliorum, rogat, & maxime in oratione post communionem pro solis communicantibus orare videtur. Nec proprie communio dici potest, nisi plures de eodem sacrificio participent.*
Ibid. §. IV. Odo Cameracensis in expositione canonis ad illa verba, *& omnium circumstantium; Quum primitus*, inquit, *missæ sine collecta non fierent, postea mos inoleuit ecclesiæ, solitarias, & maxime in cœnobiis, fieri missas. Et quum non habeant, quam pluraliter collectam salutent, nec plurales mutare possint salutationes, conuertunt se ad ecclesiam, dicentes, se ecclesiam in ecclesia salutare.* Et paucis interiectis, *Secundum quem sensum in hoc loco circumadstantes accipiuntur omnes vbique fideles, qui in vnitate totius corporis & sibi adhærent inuicem & summo capiti.* Consonat Stephanus Eduensis ita scribens lib. de sacram. altaris c. XIII. *Sciendum est, quod si vnus tantum sit præsens, vel nulli sint præsentes, vt in missis solitariis: non ideo mutantur, quæ pluraliter solent fieri, rationes. Primo enim missæ non solebant celebrari sine collecta fidelium multitudine. Postea mos inoleuit, solitarios sicut monachos celebrare solitarias, quod eis concessum est ex indulgentia. Inde etiam sæculares consueuerunt missas cantare priuatas. Tunc fiunt salutationes ad omnes fideles, qui adsistunt quasi præsentes, fide & caritate sacramentis communicantes.*
Ibid. §. V. Concilium Moguntinum sub Leone III. c. XLIII. ait, *Nullus presbyter, vt nobis videtur, solus missam cantare valet recte. Quomodo enim dicet, Dominus vobiscum, vel, Sursum corda admonebit habere, & alia multa his similia, quum alius nemo cum eo sit?* Quæ verba transtulit in capitulare regum Franciæ Benedictus Leuita lib. V. cap. XCIII. & synodus Pa-

tulare regum *Franciæ* collectum a BENEDICTO LEVITA, lib. V. c. XCIII. & *capitulare* THEODVLPHI AVRELIANENSIS c. VII. & *epistolam synodicam* RATHERII episcopi *Veronensis*, a DACHERIO *spicileg.* tom. II. publicatam, & synodum *Parisiensem* sub *Gregorio IV.* an. DCCLXXIX. refert. Cuius vltimo loco adlegatæ synodi verba notatu admodum digna sunt, vtpote ex quibus & origo & fundamenta ac rationes conspiciuntur, quæ hanc corruptionem inuexerunt. *Irrepsit*, inquit synodus [q], *in plerisque locis, partim incuria partim auaritia, reprehensibilis vsus & congrua emendatione dignus, eo quod nonnulli presbyterorum sine ministris missarum solemnia frequentent. Vnde conueniendus, immo interrogandus nobis videtur huiusmodi corporis ac sanguinis domini -- solitarius consecrator, quibus dicit, Dominus vobiscum, & a quo illi respondetur, Et cum spiritu tuo: vel pro quibus supplicando domino inter cetera, Memento Domine, &, Omnium circumstantium, quum nullus circumstet, dicit? Quæ consuetudo quia apostolicæ & ecclesiasticæ auctoritati refragatur, & tanto mysterio quamdam dehonorationem irrogare videtur, omnibus nobis in commune visum est, vt deinceps huiuscemodi vsus inhibeatur, prouideatque vnusquisque episcoporum, ne in sua parochia quisquam presbyterorum missam solus celebrare præsumat.* Fatetur BONA, omnia ista concilia missas solitarias interdicere ex hoc fundamento, quia omnes istas loquutiones, cuiusmodi sunt, *Dominus vobiscum*, &, *Sursum corda*, &c. insulsas faciant & absurdas. Addit canones quosdam ex GRATIANO [r] sub nominibus SOTERIS ac ANACLETI, pontificum *Romanorum*, quibus statutum sit,

risiensis sub Gregorio IV. lib. I. c. XLVIII. *Irrepsit &c.* Exstat & decretum concilii Nannetensis idem notans apud Iuonem p. III. c. LXX. *Definiit sanctum concilium &c.* Similiter Theodulfus Aurelianensis episcopus in suo capitulari ad clerum c. VII. ait: *Sacerdos missam solus nequaquam celebret. Esse enim debent, qui ei circumstant, quos ille salutat, a quibus ei respondeatur, & ad memoriam illi reducendum est illud dominicum, vbicumque fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, & ego sum in medio eorum.* Ratherius item Veronensis episcopus editus a Luca Dacherio tom. II. *Spicilegii* in epistola synodica ad presbyteros, *Nullus solus missam cantet.*

(q) Concil. Paris. lib. I. c. XLVIII.

(r) Grat. de consecrat. distinct. I. c. LXI. (ap. Bon. l. c. §. VI.) Hoc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum &c. Ab aliis tribuitur Anacleto, in cuius epist. I. leguntur hæc verba: *Sacerdotes, quando domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, vt domino perfecte in sacratis Deo sacrificare locis probentur.*

ſit, *Vt nullus presbyterorum miſſarum ſolemnia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpondentibus, ipſe tertius habeatur; quia quum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiſcum, & illud in ſecretis, Orate pro me, aptiſſime conuenit, vt ipſius reſpondeatur ſalutationi.* In quod decretum hanc iuſtam facit obſeruationem [s]: *Neutri convenire certiſſimum eſt; nihil enim magis alienum a praxi & ſpiritu illius ſæculi, quam ſolitariæ miſſæ celebratio, nec puto, voluiſſe ſanctos illos pontifices edita lege abuſum tollere, qui non niſi poſt aliquot ſæcula inter monachos irrepſit.* Quis vero poſt hæc omnia non admiretur & ſtupeſcat, ſi eumdem hunc auctorem in ipſo proximi capitis principio hunc in modum audiat loquentem [t]: *Semper viguit in eccleſia priuatæ miſſæ, vno ſaltem præſente & miniſtrante, laudabilis conſuetudo, quam hæretici miſoliturgi* (ita per iniquam contumeliam vocat proteſtantes) *aliquando prohibitam fuiſſe, numquam poterunt demonſtrare.* Quod tamen ipſe ſatis abunde in eorum gratiam demonſtrauit. Iam vero contrario euincere ſibi ſumit, priuatam miſſam, quocumque ſenſu accipiatur, numquam non in eccleſia obtinuiſſe. „Siue enim, (inquit,) dicatur priuata „a loco, quia in priuato aliquo oratorio agitur: ſiue a tempo-„re, quia non feſtis, ſed priuatis diebus fit: ſiue ab adſiſtenti-„bus, quia vel vnus duntaxat, vel pauci ei interſunt: ſiue ex „eo, quod ſolus ſacerdos in ea communicet: ſiue alia quacum-„que ex cauſſa: ſemper eam licitam ſemperque in vſu fuiſſe, „probatiſſimis veterum patrum teſtimoniis & exemplis demon-„ſtrabo„. At vero quando ad demonſtrationem venit, ne vllum quidem exemplum huiuſmodi priuatæ miſſæ adfert, in qua ſacerdos ſolus miniſtrarit, populo non præſente, quæ dicitur miſſa ſolitaria, etiamſi eam approbet; nec quidquam dicit, quod faciat pro iſtiuſmodi priuata miſſa, in qua ſacerdos participat, nullis aliis communicantibus, etſi omni populo præſente; ſed vrget tantummodo locum quemdam male intellectum CHRYSOSTOMI, (quem iam ante ipſum vrſerunt BELLARMINVS & HARDINGVS, vindicauit autem CHAMIERVS,) vbi ait: *Fruſtra eſt quotidianum ſacrificium. Fruſtra adſiamus altari, nemo eſt,* [u] *qui*

(s) Bona lib. I. c. XIII. §. VI.

(t) Bona ibid. c. XIV. §. I.

(u) Chryſoſt. homil. III. in Epheſ. (p. 888. edit. Francoſ.) *εἰκῇ θυσία καθημερινή, εἰκῇ παρεστήκαμεν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδεὶς ὁ μετέχων.*

par-

participet. Quaſi CHRYSOSTOMVS nec presbyterum, nec diaconum, nec quempiam de populo habuiſſet, qui ſecum communicaſſet, præter ſemel per annum, in magnis eccleſiis *Antiochiæ* vel *Conſtantinopoli*, quia multi ita negligentes erant, vt frequentius non communicarent; quos ille iuſte reprehendit hyperbolico vtens dicendi genere, quod non eo interpretandum eſt, quaſi per ſe ipſe ſolus participarit, ſed quod multi magnæ neglectionis rei fuerint, dum alii, vti ipſe CHRYSOSTOMVS adfirmat, magis adſidui eſſent maiorique zelo feruerent. Et tamen de probatiſſimis teſtimoniis eſt, quod poſt omnem demonſtrationis iactantiam adferre BONA poteſt. Quæ res oſtendit, tantum ei negotium faceſſitum in defendenda cauſſa, quæ defendi non poteſt, quantum INNOCENTIO tertio, quando in reſpondendo ad obiectionem, quæ hoc argumento vrgetur: Quo pacto ſacerdos dicere poſſit, *Orate pro me fratres;* videns ſe ſolum adeſſe, nemine circumſtante? dicere [x] cogitur, pie credendum eſſe, quod angeli Dei comites adſiſtant orantibus. Quod reſponſum nodum non [y] ſoluit. Licet enim adſint angeli, non adſunt tamen tamquam communicantes ad manducandum & bibendum corpus ac ſanguinem *CHRISTI.* Neque ſacerdos iudicandus eſt dicere poſſe angelis, *Accipite, edite, hoc corpus meum eſt*; ex mandato *CHRISTI.* Igitur ſine vlla controuerſia palam eſt, quod, ſiue conſideremus inſtitutionem ipſam; ſiue praxin apoſtolorum & eccleſiæ primitiuæ; ſiue tenorem omnium veterum liturgiarum, quas lector in CHAMIERO [z] collectas reperiet vna cum patrum in hanc

(x) Innocent. de offic. miſſæ lib. II. c. XXIV. ap. Iuel artic. I. p. 51. (p. 27. edit. Lipſ. MDXXXIV.) Statutum eſt in ſacris canonibus, vt nullus presbyterorum miſſarum ſolemnia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpondentibus, ipſe tertius habeatur. Quia quum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiſcum; Et illud in ſecretis: Orate pro me, apertiſſime conuenit, vt illius ſalutationi reſpondeatur a pluribus. Verum aliud eſt neceſſitatis articulus, & aliud religionis contemtus. Pie quoque credendum eſt, & ſacris auctoritatibus comprobatur, quod angeli Dei comites adſiſtant orantibus, iuxta illud propheticum: In conſpectu angelorum pſallam tibi &c.

(y) Bona lib. II. c. V. §. I. Hoc deinde antiquatum fuit, non quia celebranti adeſſe credantur angeli, *vt pie ſcripſit Innocentius III. lib. II. de myſt. miſſæ c. XXV.* quaſi ex hoc inferret, numquam celebranti deeſſe adſtantes &c.

(z) Chamier. de euchariſt. lib. VII. cap. XVII. XVIII. XIX.

rem

rem teſtimoniis; ſiue ipſum tenorem ipſius *Romanæ* miſſæ; ſiue oppoſitionem huic corruptioni in primo ortu ſuo ſtatim factam; euchariſtia non deſtinata fuerit, vt ſacrificium a ſolo ſacerdote offerendum in angulo, nullis communicantibus vel præſentibus, vel ex intentione aut ſumtu perſonæ cuiuſdam particularis pretium ſoluentis; ſed pro communione totius eccleſiæ, quemadmodum eccleſia primitiua ſemper ea vſa eſt; neque vllum exemplum contrariæ praxis reperiri poterit.

§. V.

Alii abuſus aliquando permiſſi in eccleſia Romana, *vt* miſſa ſicca, *&* nautica, *& ſic dicta* biſaciata *&* triſaciata.

ENIMVERO non hic vnus ſolus abuſus eſt, qui in eccleſiam poſterioribus ſæculis contra antiquam celebrandi ſacramentum euchariſtiæ rationem irrepſit. Nam ipſemet BONA [a] duorum aliorum meminit, quos tam ingenue caſtigat, quam quis exoptauerit, tametſi valde inualuerunt ſuo tempore. Corruptiones ſunt, non adeo obuiæ in aliis auctoribus, vnde lectorem de illis ex eo erudiemus. Vnam vocabant *miſſam ſiccam*, de qua hæc habet: „Miſſa ſicca ab indiſcreta & priuata „quorumdam deuotione duxit originem, cui nimium indul„gentes fuerunt ſacerdotes. Larua eſt & ſimulatio quædam „veræ miſſæ, ſicca procul dubio & ieiuna, vtpote carens non „ſolum conſecratione, ſed etiam ſumtione corporis *CHRISTI*, „ſimilis cœnæ ligneæ & lapideæ, quam LAMPRIDIVS & alii re„ferunt, ſæpe conuiuis ſuis *Heliogabalum* exhibuiſſe. Inualuit ta„men adeo, vt aliquando viris ſanctis & doctis non diſplicue„rit. GVILLIELMVS DE NANGIACO monachus in *libro geſto„rum S. Ludouici* narrat, religioſiſſimum regem, quum e trans„marinis partibus rediret in *Galliam*, corpus *CHRISTI* in naui „decentiſſime collocari, atque ibi officia diuina & miſſam, ex„cepto canone, quotidie celebrari feciſſe. Eamdem commen„dat GENEBRARDVS lib. *de liturgia apoſtolica* cap. XXX. pro his, „qui mane integræ miſſæ intereſſe non poſſunt, pro nauigan„tibus, pro infirmis, & quando defuncti poſt meridiem ſepe„liendi ſunt, pro qua re in vſu fuiſſe ſuis temporibus teſtatur, „ſeque *Taurini* anno MDLXXXVII. in exſequiis viri nobilis,

(*a*) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XV. §. VI.

„qui vespere sepeliebatur, huiusmodi missæ cum diacono & „subdiacono cantatæ interfuisse. Modum eam celebrandi sic „describit DVRANDVS *rational. libr. IV. cap. I. Sacerdos, si ex deuoti- „one, non ex superstitione, velit totum officium missæ sine sacrificio dice- „re, accipiat omnes vestes sacerdotales, & missam suo ordine celebret vs- „que ad finem offerendæ, dimittens secreta, quæ ad sacrificium pertinent. „Præfationem vero dicere potest, licet in eadem videantur angeli innoca- „ri, ad consecrationem corporis & sanguinis Christi. De canone vero „nihil dicat, sed orationem dominicam non prætermittat, & quæ ibi se- „quuntur, sub silentio dicenda, non dicat: calicem vel hostiam non habe- „at, nec de his, quæ super calicem seu eucharistiam dicuntur vel fiunt, „aliquid dicat vel faciat. Potest etiam dicere:* Pax domini sit sem- „per vobiscum: *& exinde missæ officium suo ordine peragat. Melius „est tamen alia omittere.* Hæc autem missa nautica dicitur, vt „ait DVRANTVS *lib. II. de ritibus ecclesiæ cap. IV.* ex libro sacerdo- „tali, quia in mari & fluminibus celebrari solebat, in quibus „propter motum & agitationem fluctuum vix potest sacrifici- „um offerri sine periculo effusionis. Declamant acriter ad- „versus eam GVILLIELMVS ESTIVS *orat. XIII. theologica*, & LAV- „RENTIVS LANDMETERVS *lib. II. de veteri clerico & monacho cap. „LXXXIV.* qui ambo existimant, paullo ante GVIDONEM DE „MONTE ROCHERII cœpisse, a quo laudatur & approbatur „*tractat. IV. cap. VII. manipuli curatorum*, quem scripsit anno „MCCCXXXII; sed errant; quia, vt vidimus, iam in vsu erat „viuente *S. Ludouico* rege, qui obiit anno MCCLXX. eamque „describit DVRANDVS, qui eodem tempore vixit, & PETRVS „CANTOR, qui floruit anno MCC, eiusdem meminit *in verbo ab- „breuiato cap. XXIX.* vbi ait: missam siccam esse sine gratia & ho- „nore confectionis eucharistiæ, & nihil fidelibus prodesse.„ Hactenus BONA; quibus addit: *Nunc prouida episcoporum cura v- bique gentium, vt puto, obliterata & abrogata est.* At vero vnum com- memorare omittit, quod nobis ingenue narrat DVRANTVS [*b*]

(*b*) Durant. de ritib. lib. II. c. IV. §. VIII. Exstat liber sacerdotalis a Leone X. vt ait Nauarrus, libro de oratione, miscell. I III. probatus in eo, parte prima tract. IV. c. XXXIV. &c. Antoninus 3. part. lib. 13. cap 6. § 4. hanc (missam nauticam) Tolosæ dum post prandium defuncti sepulturæ dantur celebrari consuetum, dixi libro I. cap. de cœmiteriis.

cx

EX NAVARRO, quod ſic dictus *liber ſacerdotalis* [*c*], in quo hæc miſſa nautica deſcribitur, a *Leone X* ſit probatus, & quod ANTONINVS de eo loquatur, tamquam *Toloſæ* adhibito, ad modum officii funeralis poſt prandium. Ex quibus iudicare licet, quanti abuſus irrepere in eccleſiam, ac deinde & pontificum & ſanctorum approbationem ſibi conciliare potuerint, ex ipſorummet *Romanenſium* confeſſione. Et hoc ſi ita eſt, numquam eis defuerunt aduocati ad cauſſam eorum defendendam, faciemque antiquitatis eis induendam. Vti in hoc ipſo caſu, licet BONA & alii hunc abuſum vt innouationem perſtringant, DVRANTVS tamen originem illius ex primitiua eccleſia deriuat, dicitque, eam *Alexandriæ* in vſu fuiſſe SOCRATIS memoria, quia dicat [*d*], feria quarta & ea, quæ dicitur paraſceue, & legi ſcripturas & doctores eas interpretari, & omnia, quæ ad ſynaxin ſpectent, adminiſtrari, præter myſteriorum celebrationem. Quæ quidem ita ſe habent, ſed omnia ab hoc inſtituto aliena, niſi dicere velimus, non poſſe fieri preces, nec ſermones, nec pſalmodiam, nec ſcripturarum lectionem in eccleſia, niſi ſtatim dicatur *miſſa ſicca*, hoc eſt, vſus officii conſecrationis ſine conſecratione.

ALTERA corruptio, quam velut deteſtandum abuſum reprehendit BONA, eſt ſic dicta *miſſa biſaciata* & *triſaciata*, de qua verba eius ſic habent: „Præter miſſam ſiccam irrepſerat & alius deteſtabilis vſus, quem PETRVS CANTOR loco citato acerrime perſtringit. Solebant enim eo tempore nonnulli ſacerdotes plures miſſas in vnum congerere, celebrantes miſſam „diei, vel aliam præcipuam ſuo ordine vſque ad offertorium; „tum aliam incipientes, vſque ad eumdem locum, deinde tertiam & quartam eodem modo. Poſtea tot ſecretas orationes „dicebant, quot miſſas inceperant: demum ſub vno canone „ſacrum perficiebant, totidem additis in fine collectis, quot „initio recitauerant. Originem huius abuſus adſcribit PETRVS „ſacerdotum cupiditati, qui quum illicitum eſſe ſcirent, pluries

(*c*) Nauar. de oratione miſcel. LIII. Antonin. part. III. lib. XIII. c. VI. §. IV.

(*d*) Socrat. lib. V. c. XXII. *αὖθις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ τετράδι, καὶ τῇ λεγομένῃ παρασκευῇ γραφαί τε ἀναγινώσκονται, καὶ οἱ διδάσκαλοι ταῦτα ἑρμηνεύουσι, πάντα τε τὰ συνάξεως γίνεται δίχα τῆς τῶν μυστηρίων τελετῆς.*

„in die celebrare, has plurium missarum insitiones inuenerunt, „vt deuotioni multorum, petentium pro se offerri sacrificium, „vnica celebratione satisfacientes, plura pro vno sacrificio sti„pendia acciperent. Has autem missas barbaro vocabulo *bi„faciatas* & *trifaciatas* nuncupat, quia duplicem vel triplicem „habebant faciem: quas veluti monstruosas & contrarias in„stitutioni & consuetudini ecclesiæ improbat & detestatur.„ Hæc ille. Dolendum est, hunc PETRI CANTORIS librum, dictum *Verbum abbreuiatum*, in aliquot nostris bibliothecis non reperiri. Liber est tam rarus, vt eius mentionem non inueniamus in CAVEO. DVPINIVS [*e*] autem hunc auctorem breviter recenset. *PETRVS*, inquit, *cantor ecclesiæ Parisiensis, qui floruit, & docuit eodem tempore* (sæculo decimo tertio incunte) *composuit librum, inscriptum* Verbum abbreuiatum, *opus inter proxime sequentium sæculorum auctores valde celebratum, cuius pars aliqua typis excusa est, contra monachos res peculii habentes. Scripsit quoque grammaticam theologorum, ad intelligendas scripturas sacras apprime vtilem; librum distinctionum; tractatum de quibusdam miraculis; tres libros de sacramentis & sermones TRITHEMIO memoratos.* Addit DVPINIVS, inueniri in bibliothecis *Gallicanis glossas eius in biblia & summam casuum conscientiæ:* nullum autem de libris istis typis excusum esse, præter *Verbum abbreuiatum.* TRITHEMIVS [*f*], eum postea episcopum fuisse, dicit, vti e fama acceperit, eique hunc characterem tribuit, quod in diuinis scripturis eruditissimus fuerit, & in sæculari philosophia nobiliter doctus: quod theologicæ scholæ *Parisiis* multis annis gloriose præfuerit, multosque

(*e*) Du Pin. biblioth. cent. XIII. p. 54. (p. 59. edit. Gallic. MDCC.) Pierre Chantre de l' Eglise de Paris, qui a fleuri & enseigné vers le même tems dans l' Université de Paris, a composé un Livre, intitulé *Parole abregée*, Ouvrage fort celebre parmi les Auteurs de siecles suivans, dont on a imprimé une partie, écrite contre les Moines proprietaires. Il avoit aussi composé un autre livre intitulé la Grammaire des Theologiens, tres utile pour l' intelligence de l' Ecriture: un Traité des distinctions: un Ecrit touchant quelque miracles: trois Livres de sacramens; & des Sermons, dont Tritheme fait mention. On trouve dans les Bibliotheques de gloses de cet Auteur sur les Livres de la Bible, & une Somme de cas de conscience.

(*f*) Trithem. de scriptor. p. 81. (p. 62. b. edit. Basil. MCCCCXCIV.) Petrus Cantor Parisiensis: & postea, vt ferunt, episcopus: vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in sæculari philosophia nobiliter doctus: theologicæ scholæ Parisiensis multis annis gloriose præfuit: & discipulos egregios multos eru-

egre-

egregios erudiuerit diſcipulos. Quod ſi libri illius in vulgus exiiſſent, ſine dubio plures iſtiuſmodi alios monachorum abvſus in illis non minus ſcuere caſtigatos deprehenderemus, quam eum, quem heic e BONA notauimus.

DVM in hoc capite de abuſibus verſamur, non ingratum, puto, lectori erit, ſi alium huius furfuris abuſum notemus, cuius ipſe BARONIVS [g] mentionem facit ex concilio *Toletano* decimo ſeptimo, vbi canon ad caſtigandum eum & corrigendum factus legitur in hanc ſententiam [h] : *Plerique ſacerdotum, qui prædicatores veritatis exſiſtere debuerunt, & ex quorum ore vniuerſitas plebium legem veritatis debet exquirere, ſecundum Salomonem, qui dicit : Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de ore eius; quia angelus domini eſt, ita præpediente delicto, atque ſauciati inimicitiæ dolo, non ſolum hominibus fallaciter loqui minime pertimeſcunt, ſed & in ſanctis baſilicis ſupra altare domini, coram Deo idem nequaquam perpetrare horreſcunt. Nam miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis ſtudent celebrare hominibus, non ob aliud, niſi vt is, pro quo id ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libaminis interuentu, mortis ac perditionis incurrat periculum, & quod cunctis datum eſt in ſalutis remedium, illi hoc peruerſo inſtinctu quibusdam eſſe expetunt in interitum. Obinde noſtræ elegit vnanimitatis conventus, vt ſi quis ſacerdotum deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, a proprio deponatur gradu; & tam ipſe ſacerdos, quam etiam ille, qui ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilii perpetui ergaſtulo religatis, excepto in ſupremo vitæ curriculo, cunctis vitæ ſuæ diebus ſacræ communionis eis denegetur perceptio, quam Deo ſe crediderunt fraudulento delibaſſe ſtudio.* Aliam abuſionem notare lubet, concilio *Toletano* duodecimo [i] memoratam, quæ erat, quod ſacerdotes qui-

diuit. Scripſit etiam præclara opuſcula: De quibus pauca ad manus noſtras memini perueniſſe. Volumen prænotatum: Verbum abbreuiatum: Diſtinctionum aliud: Grammaticum theologorum: Sermones varios: De quibusdam miraculis: De ſacramentis quoque.

(g) Baron. ann. DCXCIV. n. IX. Succiſa eſt pariter in eodem concilio (Toletano XVII.) abuſio illa, quæ in ſacroſanctum miſſæ ſacrificium irrepſiſſet cum ſuperſtitione coniuncta, dum ſcilicet aliquis aduerſus inimicum ſuum odio flagrans, vt ille quam citius ex humanis ſubduceretur, pro ipſo offerret vel offerendum curaret ſacrificium, pro defunctis offerri ſolitum &c.

(h) Concil. Tolet. XVII. can. V. (tom. VI. concil. p. 1300.)

(i) Concil. Tolet. XII. can. V. (ibid. p. 1230.) Relatum nobis eſt, quoſdam de

dam habentes occaſionem conſecrandi euchariſtiam plus vice ſimplici per vnum diem, ipſi percipere eam nollent, niſi in conſecratione vltima. Quod aliud miſſæ priuatæ genus erat, ſed quaſi inuerſio eius, quæ in eccleſia *Romanenſi* inoleuit. Nam vti hodie ſacerdos ſine populo communicat: (Ignoſcas, lector, abſurdæ locutioni, quando id communicare nuncupo, vbi nulla eſt communio) Ita populus eo tempore communicare cogebatur ſine ſacerdote: Quod vtrumque illud concilium præpoſterum & abſurdum eſſe iudicabat, adeoque antiquam diſciplinam reſtaurabat, vt & ſacerdos & populus vna communicarent. Quæ conſtans & vniuerſalis praxis erat totius eccleſiæ primitiuæ, cuius ad leges & regulas de communicantibus, abuſibus & innouationibus relictis, iam reuertimur.

§. VI.

Communio non data hæreticis & ſchiſmaticis ſine præuia confeſſione & reconciliatione.

QVEMADMODVM omnes, qui intra pomœrium eccleſiæ, latiſſima vocis acceptione, erant, ſacram communionem conſtanter recipere debebant, exceptis catechumenis & ab eccleſiæ ſocietate ſegregatis: Ita ad euitandam ambiguitatem notandum eſt, hæreticos & ſchiſmaticos communiter eodem loco cum excommunicatis fuiſſe habitos, vtpote nonnumquam ab eccleſia per eius cenſuras omnino auulſos, & nonnumquam

ſacerdotibus, non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in vno die videntur Deo offerre: ſed in vno die, ſi plurima per ſe offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus a communione ſuſpendunt, & in ſola tantum extremi ſacrificii oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumunt: quaſi non ſit totiens reus illius veri & ſingularis ſacrificii, quotiens participator corporis ac ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe deſtiterit. Nam ecce apoſtolus dicit: *Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris?* Si ergo, qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris, certum eſt, quod hi ſacrificantes non edunt, rei ſunt dominici ſacramenti. Quicumque ergo ſacerdotum deinceps diuino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe a communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter priuabit, gratia communionis, anno vno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans participaſſe cognoſcitur? Ergo hoc modis omnibus eſt tenendum, vt quotieſcumque ſacrificans, corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti, domini noſtri, in altario immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat. Confer ſis Gratian. de conſecrat. deſtinat. II. c. X. vbi heic canon repetitur.

per

per voluntariam ſui ſeparationem ſegregatos. Hinc antequam erroribus ſuis palam agnitis renuntiarent, & per manus impoſitionem ac abſolutionem reconciliarentur, adnumerabantur iis, quibus communio precum & hoc ſanctum ſacramentum negabatur; & hoc quidem, ſiue in eccleſia eſſent baptizati, ſive in hæreſi & ſchiſmate. Aliquando cum aliis lectionem ſcripturarum & ſermonem in eccleſia audiendi habebant veniam, vti libro quodam antecedente [†] oſtendimus: Verum hac miſſa catechumenorum finita, vna cum his diſcedebant, a diacono his plerumque verbis, vti iam ſæpius audiuimus, admoniti, *Ne quis e catechumenis! Ne quis ex infidelibus! Ne quis ex hæreticis vel heterodoxis!* Qua ratione recipi & reconciliari poſt editas confeſſiones conſueuerint, ad aliud argumentum ſpectat; quod quodam modo iam tractauimus [*k*], & proxime ſequenti volumine iterum conſiderabimus, quando de diſciplina eccleſiæ verba faciemus. In præſenti ſufficit obſeruare, quod, quoad in hæreſi vel ſchiſmate perſeuerauerint, in eorum fuerint numero, quibus eccleſia hoc ſacramentum dare recuſauerit, vtpote non in perfecta communione ſecum viuentibus.

§. VII.

Data tamen infantibus & pueris per aliquot ſæcula.

Ab altera parte res incontrouerſa eſt, quod, vt eccleſia baptizauit infantes, illiſque vnctionem chriſmatis cum impoſitione manuum, loco confirmationis contulit, ita ad participandam ſanctam euchariſtiam eos ſtatim admiſerit, ſimulatque baptizati eſſent, & exinde ſine exceptione. Cuius rei documenta quædam ad minimum pro octo ſæculis a nobis, vbi de confirmatione [*] ediſſeruimus, iam data ſunt e GENNADIO, ALCVINO, *ordine Romano*, IESSE AMBIANENSI aliiſque publicis eccleſiæ officiis, regulas de baptiſmo & confirmatione continentibus, in quibus etiam infantibus, ſimulac baptizati fuerint, ſacra euchariſtia dari iubetur. Hoc loco teſtimonia adhuc vetuſtiorum addam auctorum, ne nouitas & poſteriorum ſæculorum inuentum forte videatur. CYPRIANVS huius tam-

(†) Lib. XIII. cap. I. §. II. volum. V. pag. 2 ſeqq.

(*k*) Scholaſt. *hiſt. of baptiſm.* part. I. chap. I. n. 21.

(*) Lib. XII. cap. I. §. II. volum. IV. p. 347.

quam

quam communis consuetudinis sæpius meminit. In libro *de lapsis* loquitur de quibusdam parentibus, qui paruulos suos manibus impositos secum sumserint, euntes sacrificatum in altaribus gentilium: Et introducit hos infantes sic conquerentes: *Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo* [*l*] *& poculo domini ad profana contagia sponte properauimus. Perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas.* Paucis interiectis de puella quadam loquitur, quæ a nutrice, inſciis parentibus, ad magistratus delata, de sacrificio idoli ederit; quæ quum deinde a matre sua [*m*] ad participandam eucharistiam inferretur, vinum sibi in communione datum euomuerit. Ex quibus manifesto apparet, infantes tunc temporis ad eucharistiam sub vtraque specie esse admissos, si eam recipere possent. Hinc auctor *constitutionum* [*n*] in adhortatione sua ad fideles, vt sacram cænam percipiant, matres iubet assumere pueros. Et iterum [*o*], describens ordinem, secundum quem communicabant, ait: *Primum sumat &*

(*l*) Cyprian. de lapsis p. 125. (p. 90. edit. Amstelod.) Infantes quoque parentum manibus vel impositi vel attracti, amiserunt paruuli, quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consequuti. Nonne illi, quum iudicii dies venerit, dicent: *Nos nihil fecimus &c.*

(*m*) Ibid. p. 132. (p. 94. edit. Amstelod.) Parentes forte fugientes dum trepidi minus suis consulunt, sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolum, quo populus confluebat, quod carnem necdum posset edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater. Sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere (al. cauere) Ignoratione igitur obreptum est, vt, sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis, precis nostræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu cœpit fluctuabunda iactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi vero solemnibus adimpletis calicem diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus ceteris locus eius aduenit; faciem suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere, os labiis obdurantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus, & reluctanti licet, de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violato eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in domino sanguine potus de pollutis visceribus erupit.

(*n*) Constit. lib. VIII. c. XII. Τὰ παιδία προσλαμβάνεσθε αἱ μητέρες.

(*o*) Ibid. c. XIII. μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι,

com-

communicet episcopus; deinde presbyteri, diaconi, subdiaconi, lectores, cantores & ascetæ; & in feminis diaconissæ, virgines & viduæ; postea PVERI; tuncque omnis populus ordine. Personatus DIONYSIVS [p] idem adfirmat, *Quod infantes quoque*, inquiens, *qui per ætatem nequeunt intelligere, diuinæ regenerationis sanctissimorumque diuinæ communionis mysteriorum participes fiant, videtur, vt inquis, hominibus profanis non immerito risu dignum*, cetera. AVGVSTINVS non tantum huius consuetudinis ætate CYPRIANI [q] meminit, citatis, quæ supra memorauimus, locis ex libro illius *de lapsis*; sed dicere etiam videtur, necessarium hoc fuisse pro infantibus in ordine obtinendi vitam æternam; adsertum hoc suum fundans dicto seruatoris nostri Io. VI, 53. *Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Verba eius sic habent: *Dominum* [r] *audiamus, non quidem hoc de sacramento sancti lauacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ, quo nemo rite nisi baptizatus accedit: Nisi manducaueritis &c. An vero quisquam audebit etiam hoc dicere, quod ad paruulos hæc sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis huius & sanguinis in se habere vitam?* Frequenter id repetit in disputationibus suis cum *Pelagianis* [s], in *sermonibus in verba apostoli* [t] & in epistola ad *Bonifacium* [u] ab ipso & ALYPIO iunctim scripta aduersus *Pelagia-*

καὶ οἱ διάκονοι, καὶ ὑποδιάκονοι, καὶ οἱ ἀναγνῶσται, καὶ οἱ ψάλται, καὶ οἱ ἀσκηταὶ, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διακόνισσαι, καὶ αἱ παρθένοι, καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία, καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν.

(*p*) Dionys. eccles. hierarch. c. VII. §. XI. p. 360. (p. 417. edit. Antuerp. MDCXXXIV.) Τὸ δὲ καὶ παῖδας, οὔπω τὰ θεῖα συνιέναι δυναμένους, τῆς ἱερᾶς μετόχους γίνεσθαι θεογενεσίας, καὶ τῶν ἱερωτάτων τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας συμβόλων, δοκεῖ μὲν, ὡς φὴς, τοῖς ἀνιέροις εὐλόγου γέλωτος ἄξιον κ. τ. λ.

(*q*) Augustin. epist. XXIII. ad Bonifac. (tom. II. opp. p. 90. edit. Basil. MDLXIX.) Quod si sanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuo subiiceret, dicens: *Nonne illi, quum iudicii dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus &c.*

(*r*) August. de peccator. merit. lib. I. c. XX.

(*s*) Augustin. contr. duas epist. Pelag. lib. I. c. XXII. Nec illud cogitatis, eos vitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso, Nisi manducaueritis &c.

(*t*) Id. serm. VIII. de verbis apostoli p. 110. Infantes sunt, sed mensæ eius participes fiunt, vt habeant in se vitam.

(*u*) Epist. CVI. ad Bonifac. p. 185. Nullus, qui se meminit catholicæ fidei christianum, negat aut dubitat, paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo, sine cibo carnis eius & sanguinis potu, non habere in se vitam.

 nos.

nos. Et INNOCENTIVS papa, qui eadem cum AVGVSTINO ætate vixit, eamdem opinionem videtur fouisse. Nam in epistola sua ad *Augustinum* & concilium *Mileuitanum* [w] pro necessitate baptismi infantium argumentatur ex incumbente eis necessitate manducandi carnem ac bibendi sanguinem filii hominis. Magna inter doctores pontificios controuersia est de AVGVSTINI & huius papæ *Romani* INNOCENTII sententia de hoc capite. BONA [x] & alii magno opprobrio ecclesiæ suæ fore existimant, si concilium *Tridentinum* crederetur damnasse opinionem de necessitate dandi infantibus eucharistiam, quam eximii isti duumuiri AVGVSTINVS & INNOCENTIVS, ipsorummet pontifex maximus, habuisse noscerentur: Itaque dicunt, quod, quamuis reuera prisci patres soliti sint infantes communicare, non tamen ad communionem eis exhibendam ea ratione moti sint, quod eam crediderint ad eorum salutem necessariam. Hoc effugium est, quod illis suggerunt patres concilii *Tridentini*. Postquam enim sententiam istam tamquam hæreticam damnarunt, vt veterem ecclesiam, quam hoc fecisse palam erat, ex hoc negotio expediant, addunt [y]: *Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis seruauit. Vt enim sanctissimi illi patres sui facti probabilem caussam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse sine controuersia credendum est.* At enim vero MALDONATVS non idem cum his patribus sentit. Nam interpretationem eorum atque auctoritatem nihil moratus, diserte dicit, quod veteres, & in primis AVGVSTINVS & INNOCENTIVS crediderint, infantes sine eucharistiæ participatione [z] non posse habere vitam æternam, ad illudque credendum inductos fuisse per verba seruatoris nostri, *Nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis.* Et sane, quisquis vel per transennam modo allegata AVGVSTINI testimonia inspexerit, (quæ BONA lectori suo celanda duxit, ad

(w) Innocent. epist. XCIII. inter epistolas Augustini. Paruulos æternæ vitæ præmiis etiam sine baptismatis gratia donari posse, perfatuum est: Nisi enim manducauerint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis.

(x) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XIX. §. I. tot.

(y) Concil. Trident. sess. XXI. c. IV.

(z) Maldonat. comment. in Ioan. VI, 53. p. 316. 317.

quæ-

quædam eorum breuiter duntaxat remiſſo) facile intelliget, quæ eius fuerit hac in re ſententia. Abſurdum etiam foret cogitare, vniuerſam eccleſiam primitiuam, *Græcam* non minus quam *Latinam*, a tempore inde *Cypriani*, dare voluiſſe infantibus communionem, de neceſſitate id faciendi ex diuino aliquo mandato minime perſuaſam. Enimuero BONA ſuam & concilii ſententiam teſtimonio FVLGENTII, diſcipuli cuiuſdam AVGVSTINI, probare ſatagit, qui, vt ille eum repræſentat, dicat, actualem communionem poſt baptiſmum neceſſariam non eſſe ad ſalutem. Sed decipit lectorem ſuum, falſo formans ſtatum controuerſiæ, falſamque inde eliciens adſertionem. Neque enim FVLGENTIVS dicit, actualem euchariſtiæ participationem poſt baptiſmum infantibus non eſſe neceſſariam; non enim de infantibus, ſed hominibus adultis loquitur, qui moriantur, ſimulac ſint baptizati, ſine oblata ſibi ſacram communionem recipiendi opportunitate: De quibus benigne iudicat, quod, quamuis moriantur ante, quam externa elementa panis ac vini recipiant, de eorum tamen ſalute non ſit deſperandum, eo quod corporis ac ſanguinis *CHRISTI* in baptiſmo participes facti ſint. Quod in iſtiuſmodi magnæ neceſſitatis caſibus [*a*] ſatis reſpondeat ſcopo communionis, ſi homines eam deſiderent, recipiendi autem non habeant opportunitatem. Vt adeo euchariſtiam in caſibus ordinariis tam infantibus quam adultis neceſſariam, in extraordinariis autem extremæ neceſſitatis caſibus minus neceſſariam eſſe, crediderit.

SED VERO vt quæſtionem iuris miſſam faciamus, & ſolum perſequamur materiam facti, hanc conſuetudinem in ipſa eccleſia *Romana* per multa tempora obſeruatam fuiſſe, deprehendimus. MALDONATVS dicit per ſex ſæcula, BONA vero numerum duplicat; illam enim non niſi ſæculo duodecimo ab-

(*a*) Fulgent. de baptiſmo æthiopis c. XI. p. 611. Nullus debet moneri fidelium in illis, qui etſi legitime ſana mente baptizantur, præueniente velocius morte, carnem domini manducare, & ſanguinem bibere non ſinuntur, propter illam videlicet ſententiam ſaluatoris, qua dixit, Niſi manducaueritis carnem filii hominis &c. Quod quiſquis -- myſterii veritatem conſiderare poterit, in ipſo lauacro ſanctæ regenerationis hoc fieri prouidebit.

rogatam esse dicit. In GREGORII *sacramentario* [b] regula data legitur de infantibus, quod non prohibendi sint lactari ante sacram communionem, si necesse fuerit. Et vetus *ordo Romanus* [c], liber sæculo nono compositus, monitum habet in eamdem sententiam: *De paruulis prouidendum, ne postquam baptizati fuerint, vllum cibum accipiant, neque lactentur sine summa necessitate, antequam communicent sacramento corporis CHRISTI.* Ita quoque ALCVINVS, vel quisquis sub eius nomine tempore *Caroli magni* scripsit [d]: *Si episcopus adest, statim confirmari oportet* (infantem tinctum) *chrismate, & postea communicare: Et si episcopus deest, communicetur a presbytero. - - Sed & hoc prouidendum est, vt nullum cibum accipiant, neque lactentur, antequam communicent.* BALVZIVS [e] duo adlegat manuscripta pontificalia eiusdem æui, quæ rubricas habeant eiusdem argumenti. Et IESSE [f], ecclesiæ *Ambianensis* episcopus, id confirmationem vocat puerorum per corpus ac sanguinem *CHRISTI*, *Episcopus*, inquiens, *puerum chrismate confirmet; nouissime autem corpore ac sanguine CHRISTI confirmetur seu communicetur, vt Christi membrum esse possit.* Et notatu dignum est de WALTERO, episcopo *Aurelianensi* eiusdem sæculi, quod inter capitula ab ipso in synodo apud *Billensem* fundum promulgata, vnum reperiatur, hunc in modum præcipiens [g]: *Semper eucharistiam presbyter habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, aut paruulus ægrotauerit, statim eum communicet, ne sine viatico moriatur.* Concilium secundum *Matisconense* ad annum DLXXXVIII & concilium *Turonense* [h] tertium, tempore *Caroli magni* habita, reliquias eucharistiæ innocentibus pueris dari

(b) Gregor. sacramentar. offic. sabbati sancti. Non prohibentur lactari ante sacram communionem, si necesse fuerit.

(c) Ordo Rom. bibl. patr. tom. X. p. 84. edit. Paris. MDCLIV.

(d) Alcuin. de officiis cap. de sabbato sancto ibid. p. 259. citat. edit.

(e) Baluz. not. in Reginonem lib. I. c. LXIX.

(f) Iesse Ambian. epist. de ordine bapt. ap. Baluz. ibid.

(g) Walter. Aurelian. capit. c. VII. (tom. VIII. concil. p. 639.) Idem habetur apud Ansegisum abbatem de legibus Francorum lib. I. c. CLV. al. CLXI.

(h) Concil. Matiscon. II. c. VI. (tom. VI. concil. p. 932.) Quæcumque reliquiæ sacrificiorum post peractam missam in sacrario superséderint, quarta vel sexta feria innocentes ab illo, cuius interest, ad ecclesiam adducantur, & indicto eis ieiunio, easdem reliquias conspersas vino percipiant.
Concil. Turon. III. c. XIX. (tom. VII. p. 1264.) Presbyteri omnino admonen-

iubent.

iubent. RADVLPHVS ARDENS, qui ſæculo duodecimo ineunte vixit, hac de conſuetudine, tamquam adhuc obtinente, loquitur. *Satutum eſt*, inquit [i], *vt pueris mox baptizatis ſaltem in ſpecie vini tradatur, ne ſine neceſſario ſacramento diſcedant.* Et HVGO DE SANCTO VICTORE eadem ætate morem pueros communicandi commendat [k], ſi ſine periculo fieri poſſit; aſſerit tamen, iam ſuo tempore deſiiſſe, aliquo eius veſtigio remanente; nam presbyteri retinentes veterem formam, ſed non rem, vinum commune pueris recens baptizatis dabant pro ſanguine, quod HVGO ſuperfluum & dimittendum arbitrabatur. Atque ita res ſe habebat non multo poſt: Nam ODO epiſcopus *Pariſienſis* ann. MCLXXV præcipiebat, vt ne hoſtias licet non ſacratas darent pueris vllo modo [l]: *Sic deſiit*, vt BONA [m] loquitur, *in Gallicana eccleſia ſæculo XII. mos pueros communicandi.* Paullo diutius durauit in *Germania*, ſi SVICERVS [n] in auctore ſuo non fallitur. Citat enim IOANNEM SEMECAM, cognomento TEVTONICVM, qui ſcholia ſcripſit in GRATIANVM, teſtantem, quibuſdam in locis conſuetudinem illam ſua ætate adeo inualuiſſe, vt ſacramentum infantibus darent. Non autem inuenitur iſtiuſmodi ſcholion loco [o], quem adlegat, in editione *Romana*; vt adeo ille aut erret in iſtius loci adlegatione, aut fraus quædam in expurgando hoc loco a correctoribus *Romanis* adhibita ſit, oporteat. ZWINGLIVS de conſue-

di ſunt, vt cum ſacra miſſarum ſolemnia peregerint, atque communicauerint, pueris aut aliis quibuslibet perſonis adſtantibus corpus domini indiſcrete non tribuant. Qui ſi forte maioribus peccatis fuerint irretiti, magis ſibi damnationem quam remedium comparant, iuxta ſententiam apoſtoli, dicentis: *Quicumque manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat.*

(*i*) Radulph. ſerm. in die paſchæ de euchariſtiæ neceſſitate.

(*k*) Hugo de S. Victore, de ſacram. lib. I. c. XX. Vid. Bon. rer. liturg. lib. II. c. XIX. §. II.

(*l*) Odo ſtatut. ſynod. c. XXXIX. Vid. Bona ibid.

(*m*) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XIX. §. II.

(*n*) Suicer. theſaur. eccleſ. tom. II. p. 1138. Ioannes etiam Teutonicus, qui ſcholia ſcripſit in Gratianum, de conſecrat. diſtinct. IV. c. IV. teſtatur, eam quibuſdam in locis conſuetudinem ſua ætate adeo inualuiſſe, vt ſacramentum infantibus darent.

(*o*) Gratian. de conſecrat. diſtinct. IV. c. IV. citatus etiam ab Hoſpiniano.

tudine loquitur, vt quæ diu durauerit inter *Heluetios. Quum ministet [p] essem*, inquit, *apud Claronam Heluetiorum, librum ibidem reperi (obsequiale vocant pontificii) in mollis vetustissimum, sed integrum adhuc, & nulla parte, quod ad litteras attinet, vitiatum. Titulus erat (rubricam vocant) in eo loco, quo de ritu baptizandi præscribit, huiusmodi verbis scriptus: Baptizato puero mox detur eucharistiæ sacramentum. Similiter poculum sanguinis.* Et HOSPINIANVS ex sua ipsius notitia nobis narrat, in *Lotharingia* & adiacentibus regionibus huius moris vestigia fuisse quædam suo adhuc tempore visa [q]: *Ante paucos adhuc annos*, inquit, *consuetudinis huius in Lotharingia & vicinia exstiterunt reliquiæ aliquæ. Nam vbi baptizatus est illic infans, sacrificulus, qui illum baptizauit, e sacrario acceptam capsulam, in qua sacramentum adseruatur, ad altare detulit, & hostiam, vt vocant, vnam ostentauit populo: deinde in capsulam reposuit; & duos digitos, quibus eam prehenderat, vino lauandos porrexit æditno, & ex illo vino distillauit in os baptizati infantis, dicens: Sanguis domini nostri Iesu Christi tibi in vitam æternam proficiat.*

ECCLESIA *Græca* huius antiquæ consuetudinis paullo fuit tenacior. Nam non tantum BASILIVS *Ciliciæ* presbyter [r], EVAGRIVS [s] & IOANNES MOSCHVS [t] communionis infantium, & moris dandi reliquias eucharistiæ pueris post finitam sa-

(p) Zuingl. explanat. articul. XVIII. tom. I. oper. pag. 34. ed. Tigur. MDLXXXI.

(q) Hospin. histor. sacram. lib. II. c. II. p. 60. (p. 51. edit. Geneu. MDCLXXXI.)

(r) Basil. ap. Photium cod. CVII. p. 281. Scripsit contra Ioannem Scythopolitanum & de eo narrat: *ἐδέπω ἐκοινώνει τῆς ἱερεργίας τελειεμένης· ἀλλὰ μετὰ τὸ εὐαγγέλιον πεισὶν ἅμα τῶν μυστηρίων μετελάμβανε, καὶ παραυτίκα πρὸς τὴν τράπεζαν ἀπέτρεχε. Numquam communicabat sacro iam absoluto, sed post euangelium vna cum pueris mysteria sumebat, statimque ad mensam currebat.*

(s) Euagr. lib. IV. c. XXXVI. *ἔθος παλαιὸν βέλεται ἀνὰ τὴν βασιλεύεσαν, ὅτ᾽ ἂν πολύ τί χρῆμα τῶν ἁγίων μερίδων τε ἀχράντε σώματος χριςε τε θεε ἡμῶν ἐναπομείνοι, παῖδας ἀφθόρες μεταπέμπτες γίγνεσθαι παρὰ τῶν ἐς χαμαιδιδασκάλε φοιτώντων, καὶ ταῦτα κατεσθίειν. Vetus est consuetudo Constantinopoli, vt quoties ex sacris partibus immaculati corporis Christi Dei nostri magnus numerus superfuerit, pueri impuberes ex iis, qui Grammaticorum scholas frequentant, euocentur, qui eas manducent.*

(t) Mosch. viridar. cap. CXCVI. (tom. II. bibliothec. patr. Græc. Lat. p. 1151.) *ἡ συνήθεια ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδραμεν, ὥςε τὲς παῖδας ἔμπροσθεν τε ἁγίε ἱερατείε ἵςασθαι ἐν ταῖς ἁγίαις συνάξεσιν, καὶ πρώτες μετὰ τὲς κληρικὲς τῶν ἁγίων μεταλαμβάνειν μυστηρίων. Consuetudo fuit in ecclesia, vt pueri in missis ante sacrarium adsisterent, primique post clericos communicarent.*

cram

cram communionem meminerunt; ſed NICEPHORVS etiam, qui ſæculo decimo quarto [u] vixit, idem facit. Et SVICERVS ex METROPHANE CRITOPVLO, recentiore quodam ſcriptore *Græco* [x], narrat, quod in hodiernum vſque diem infantibus cœnam ſub vtraque ſpecie adminiſtrent. Quomodo etiam ex OSORIO *de geſtis Emmanuelis* cap. IX. obſeruat, quod apud *Aethiopes infantes eo die, quo ſalutaribus ſacris initiati ſint, eucbariſtiam in panis mica ſumſerint.* Citat etiam SIGISMVNDVM liberum baronem, qui in commentariis ſuis rerum *Moſcouitarum* ſcribat, *Moſcouitas pueris ſeptem annorum ſacramentum porrigere: dicere enim, hominem tum peccare: & ſi puer forte aut infirmus fuerit, aut animam cœperit agere, vt de pane ſumere non poſſit, guttam ex calice ei infundi.* Similia ex GVAGVINO de his eccleſiis *Moſcouitarum* ſiue *Ruſſorum* notauit BREREWOODVS [y]. Et de hodiernæ eccleſiæ *Græcæ* conſuetudine THOMAS SCHMITHVS [z] eadem narrat, *Pueri*, inquiens, *licet tenellæ ætatulæ, puta biennes, immo recens nati, modo ſacro lauacro prius imbuti fuerint, ſacræ communioni admouentur, quaſi dictum illud beatiſſimi ſaluatoris apud S. Ioannem c. VI, 53. Niſi comederitis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem, non habetis*

(u) Nicephor. lib. XVII. c. XXV. ἔθος κεκράτηκεν ἐκ πολλῦ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, ὡς ἐπειδὰν πολύ τι τῶν μερίδων τῦ ἀχράντυ καὶ θείυ σώματος τῦ κυρίυ καὶ θεῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ χριςῦ ἐναπολειφθείη, μεταςέλλεσθαι τὺς ἱερέας παῖδας ἀφθόρυς ἐκ τῶν ἐς χαμαιδιδασκάλυ φοιτώντων, καὶ ταύτας νήςεις ἐσθίειν· ὃ δὴ καὶ ἐμοὶ πολλάκις νεωτέρῳ κομιδῆ γε ὄντι ἐπισυνέβη γενέσθαι. *Conſuetudo a multo tempore Conſtantinopoli fuit, vt quum pluſculum de partibus immaculati diuinique corporis domini ac Dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti reliquum eſſet, ſacerdotes pueros incorruptos, ex eis, qui ad præceptores in ludum litterarum eunt, arceſſerent, qui ieiunii reliquias eas ederent. Quod quidem mihi quoque ſæpenumero, quum puer admodum eſſem, contigit.*

(x) Suicer. tom. II. p. 1138. Metrophanes Critopulus, in confeſſ. eccleſ. oriental. cap. IX. p. 98. poſtquam dixiſſet, panem & calicem, tam eccleſiaſticos quam laicos accipere, ſtatim ſubiicit: Ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτὰ τὰ βρέφη, ἀρξάμενα εὐθὺς ἀπὸ τῦ ἁγίυ βαπτίσματος, μετέχει τῦ λοιπῦ, ὁσάκις οἱ γονεῖς βύλονται. *Quin imo infantes ipſi, incipiendo ſtatim a ſancto baptiſmate, deinde, quoties parentes volunt, communicant.* Et mox: ὥσπερ δεῖ τὰ νήπια βαπτίζεσθαι, ὅτω καὶ τῦ κυριακῦ δείπνυ μετέχειν. *Quemadmodum baptizari, ita quoque cœnæ dominicæ participes fieri infantes oportet.*

(y) Brerewood's *Enquiries* cap. 18.

(z) Smith *Account of the Gr. Church* p. 161. (p. 109. edit. Latin. Traj. ad Rhen. MDCXCIII.)

vitam

vitam in vobis; hanc rem proprie spectasset eamdemque omnibus, tam infantibus quam adultis, sacra elementa ore percipiendi, vbi ea administrari fas erat, imposuisset necessitatem. Addit auctor noster: *Quod si quis de male intellecta CHRISTI mente ipsos eat criminatum, praximque hanc non tantum non necessariam esse, sed ne decere quidem, quum infantes, quibus fides & intellectus adhuc in semine, horum mysteriorum prorsus sint incapaces, obiiciat, ad antiquissima ecclesiæ sæcula, quibus pene vniuersim inter fidei quasi articulos recensitum erat hoc dogma, prouocabunt.* Ego horum omnium nihil dixi ad instaurandam hanc consuetudinem: (tametsi BEDLEVS episcopus & alii nonnulli pro hoc ipso sententiam suam diserte dixerunt:) Quia, vt viri docti [a] ostenderunt, idoneæ caussæ sunt persuadendi contrarium, 1.) Quia non habet firmum in verbo Dei fundamentum. 2.) Quia infantes baptismo donati, hoc ipso corporis ac sanguinis *CHRISTI* participes facti sunt, quæ spiritualiter non minus in baptismo, quam eucharistia exhibentur, secundum ipsum AVGVSTINVM & omnes veteres ecclesiæ patres, quod alio loco [*] demonstraui fusius. 3.) Quia infantes hoc facere non possunt in commemorationem *CHRISTI*, quod ille ab omnibus, hoc sacramento vtentibus, requirit. 4.) Quia quæ inter circumcisionem & baptismum, eadem etiam inter agnum paschalem & cœnam, proportio & conuenientia est. Iam vero infanti *Israelitico* aditus patebat ad fœdus cum Deo per circumcisionem, quæ illius erat sigillum: non autem ad sacramentum agni paschalis, vsquedum parentes interrogare posset: *Quæ est religio hæc?* Exod. XII, 26. Ita infanti ad fœdus christianum aditus patet per baptismum, non autem ad eucharistiæ sacramentum, antequam hoc celebrare potest in commemorationem *CHRISTI.* Quæcumque igitur disserui de hoc argumento, materiam historice deducendo a primis eius initiis ad extrema vsque, eo potius dixi, tum vt vanitatem ostenderem opinationis, qua in ecclesia *Romanensi* fallere nesciam traditionem in rebus fidei & necessariæ praxeos somniant; siquidem ipsimet rem mutandam duxerunt, quam ipsorummet infallibiles pontifices ac patres per tot retro sæcula tamquam necessariam obseruarunt, in dando infantibus sacram eucharistiam ex

(a) Vid. Hospinian. & Suicer. locis citatis.

(*) Lib. XI. c. X. §. IV. vol. IV. p. 319. 320.

diui-

diuino mandato; tum vt ſimul demonſtrarem, eccleſiam quamcumque aliam maiori gaudere iure hanc illam reformandi praxin, vtut generatim obſeruatam, ſi, diligentiore inſtituta examinatione, in verbo Dei non ſatis fundata eſſe, intelligatur. Reuertor iam ad antiquæ eccleſiæ conſiderationem.

§. VIII.

Miſſa ad abſentes ex ſua ipſorum vel aliis eccleſiis.

VBI videmus, non præſentes tantum omnes ſacra euchariſtia vti, ſed abſentibus etiam per diaconos eam mitti conſueviſſe, vt, quum ex legitima cauſſa abeſſent, in eccleſiæ adhuc communione eſſe declararentur. Ita IVSTINVS MARTYR [*b*] eamdem euchariſtiam, quæ cuique præſenti diſtribuatur, abſentibus per diaconos mitti, adſerit. Quemadmodum enim pro iis orabant, qui ob iuſtam rationem aberant, ita illis in eodem ſacramento communicare permittebant. Quam ob cauſſam, vti ſupra [*] vidimus, *Romæ* tempore *Melchiadis*, *Siricii* & *Innocentii* ab eccleſia epiſcopi ad titulos, ſiue eccleſias minores, mittebatur euchariſtia, vt presbyteri in his eccleſiis miniſtrantes cum ipſo (epiſcopo) communicarent, &, vti alii putant [*c*], vniuerſa quoque congregatio. Statuunt enim, initio non niſi vnum altare in aliqua ciuitate fuiſſe, idque in eccleſia matrice, in qua miniſtrabat epiſcopus, conſecrabatque euchariſtiam, & deinde ad minores cœtus mittebat. Et hoc modo ipſum IVSTINI MARTYRIS locum intelligunt. Ego vero presbyteros priuilegium conſecrandi euchariſtiam in ſuis ipſorum eccleſiis habuiſſe, exiſtimo. Poſito autem, quod portio quædam euchariſtiæ pro omnibus illis miſſa fuerit ab epiſcopo de ſua ipſius eccleſia, ad teſtificandum, quod cum ipſo eſſent in communione: eccleſiis certe ruralibus ipſe non miſit, quia ſacramenta non longe portanda erant, vt INNOCENTIVS in epiſtola ſua ad *Decentium* loquitur. Verumtamen, communionem ſuam cum epiſcopis peregrinis declaraturi, ad longe di-

(*b*) Iuſtin. Mart. apol. II. p. 98. *καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται.* Vid. Iuſtinian. nouell. CXXIII. c. XXXVI. *ἢ τὴν ἁγίαν αὐτοῖς κοινωνίαν φέρειν*, *Aut ſanctam eis communionem portandam.*

(*) Supra c. II. §. V. p. 268.

(*c*) Maurice *of* Diocesan Epiſcopacy p. 39.

ſtantes eccleſias euchariſtiam mittere ſolebant. Sicuti IRENAEVS in epiſtola ſua ad *Victorem* [d] epiſcopum *Romanum*, quando hic eccleſias *Aſiaticas*, ob diuerſam paſcha celebrandi rationem ab communione abſcindere conabatur, ei narrat, quod, qui ipſum præceſſerint, numquam eas ita duriter tractarint, ſed, non obſtante hac diuerſitate, ſemper euchariſtiam eis miſerint, communionem cum illis ſuam hoc ipſo teſtati. VALESIVS [e] & alii idem in actis *Luciani* [f] martyris & epiſtola PAVLINI [g] ad *Seuerum* obſeruant. Hoc maxime, ſi non ſolum, fiebat in ſolemnitate paſchali in vnitatis, amoris ac caritatis teſtificationem. At concilium *Laodicenum* [h] propter quædam incommoda, hanc conſuetudinem comitantia, id fieri abſolute vetuit, decernendo: *Ne ſancta inſtar benedictionum, in feſto paſchæ, in alias parochias tranſmittantur.* In quibuſdam tamen locis mos per plura inſequuta ſæcula durauit. Nam IOANNES MOSCHVS [i] de communione loquitur, quam monachus quidam ad alium monachum, ſex millibus paſſuum a ſe ſeparatum, miſerit: Ne iterum memoremus conſuetudinem mittendi euchariſtiam a *Paulino*, & epiſcopis *Romanis* de eccleſia matrice ad reliquas eccleſias omnes per vniuerſam ciuitatem in vnaquaque regione. Vbi autem hunc morem mittendi euchariſtiam deſeruerunt, aliam rationem introduxerunt teſtificandi mutuum amorem ac amicitiam per certa ſymbola panis, quem benedicebant & ſanctificabant inſtar euchariſtiæ, diuerſa tamen benedicendi vten-

(d) Apud Euſeb. lib. V. c. XXIV. *αὐτοὶ μὴ τηρȣ͂ντες οἱ πρὸ σȣ͂ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηρȣ͂σι ἔπεμπον εὐχαριστίαν. Illi, qui te præceſſerunt preſbyteri, quamuis id minime obſeruarent, eccleſiarum preſbyteris, qui id obſeruabant, euchariſtiam tranſmiſerunt.*

(e) Valeſ. in loc. Illuſtre huius moris exemplum exſtat in actis Luciani martyris

(f) Acta Luciani ap. Metaphraſt. 7. Januar.

(g) Paulin. epiſt. I. ad Seuer. Panem Campanum de cellula noſtra tibi pro eulogia miſimus, tantum meritis in domino tuis freti, vt plena ad te perferendum ſui gratia crederemus; tu, licet vberior bus micis a domini menſa iam ſaturatus ſis, dignare & a peccatoribus acceptum in nomine domini panem in eulogiam vertere.

(h) Concil. Laodic. c. XIV. *περὶ τȣ͂, μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τȣ͂ πάσχα, εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι.*

(i) Moſch. prat. ſpiritual. c. XXIX. Quadraginta milliaribus ab Aegina ciuitate Ciliciæ ſtylitæ duo erant ſeparati ab inuicem ſex millibus paſſuum. - - Ille diuinitus inſpiratus, petiit ab eo, vt partem ſibi mitteret communionis ſuæ.

tes

tes formula. Et hæc ſymbola etiam vocabant *eulogias* & *panem benedictum*, *Græci* recentiores *ἀντίδωρα*, *dona vicaria*, appellant, eo quod multis in caſibus loco euchariſtiæ darentur. Iam ſupra [†] obſeruauimus, ſæpius ea dari ſolita eſſe illis, qui, antiquo popularium generaliumque communionum feruore paullatim remittente, communicare noluerint. Hoc loco obſervandum nobis eſt, quod de regione alia in aliam loco euchariſtiæ mitti conſueuerint, tamquam amicitiæ & amoris teſtimonia. Nonnulli [k] haud improbabiliter hoc ſenſu intelligunt canonem concilii *Laodiceni* [l], qui ſtatuit: *Non oportet ab hæreticis eulogias accipere, quæ ſunt potius maledictiones quam benedictiones.* Ita & alium canonem [m] eiuſdem concilii: *Non oportet a iudæis, vel ab hæreticis τὰ πεμπόμενα ἑορταστικὰ, qui mittuntur munera feſtiva, ſuſcipere.* Huius generis panis erat, quem *Paulinus* [n] & *Theraſia* ad *Auguſtinum* vnanimitatis & amoris indicio mittebant, rogantes, vt accipiendo benediceret. Falluntur viri quidam docti, quando miſſionem euchariſtiæ in huius locum ſucceſſiſſe dicunt: manifeſto enim res inuerſa fuit. Hæ eulogiæ loco euchariſtiæ inuentæ ſunt, quemadmodum ex teſtimonio IRENAEI patet, qui de miſſione euchariſtiæ, tamquam vetuſtiore conſuetudine, loquitur.

§. IX.

Et ad eos, qui ægrotabant, vel in carcere, vel alia quacumque cuſtodia, vel pœnitentia erant, ſub horam mortis.

INTER abſentes præcipuam habebant rationem eorum, qui ægrotabant, vel in carcere vel alia quacumque cuſtodia e-

(†) Vid. huius cap. §. III. pag. 377.

(k) Habert. archierat. part. XI. obſeruat. III. Vt ad Græcorum ritus oculos adiiciamus: fuerunt apud eos eulogiæ etiam duplices, priuatæ & publicæ. De priuatis præſertim agitur canone XXXVII concilii Laodiceni, *ὅ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων κ. τ. λ.* -- & reuera can. XXXI. clare: *ὅ δεῖ αἱρετικῶν κ. τ. λ.*

(l) Concil. Laodic. c. XXXI. al. XXXII. *ὅ δεῖ αἱρετικῶν ευλογίας λαμβάνειν, αἵ τινές εἰσιν ἀλογίαι μᾶλλον ἢ εὐλογίαι.*

(m) Ibid. can. XXXVII. *ὅ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν τὰ πεμπόμενα ἑορταστικὰ λαμβάνειν.*

(n) Paulin. epiſt. XXXI. inter epiſtol. Auguſt. Panem vnum, quem vnanimitatis indicio miſimus caritati tuæ, rogamus accipiendo benedicas. Vid. Auguſtin. epiſt. XXXIV. ad Paulin. fin. Panis, quem miſimus, vberior benedictio fiet, dilectione accipientis veſtræ benignitatis.

rant, cuiusmodi erant martyres & confessores, quotidie vitæ suæ exspectantes finem: nec non eorum de pœnitentibus, qui graui morbo adfecti & in extremo mortis periculo erant. Hisce omnibus communiter mittebant eucharistiam, quæ hoc in casu peculiarius vocatur *ἐφόδιον*, siue *viaticum*, iter in alterum mundum suscipientium. Ita in concilio *Niceno* [o] canon est, qui præcipit, *Vt si quis de pœnitentibus vita excedat, vltimo & maxime necessario viatico ne priuetur.* Quod etsi ALBASPINAEVS [p] de absolutione tantum interpretetur, reliqui tamen omnes ex meliore ratione de eucharistia accipiunt, quia in fine canonis additur, quod episcopus oblationem eis impertire debeat. Atque ita concilium *Agathense* [q] statuit, quando ait: *Pœnitentes -- si comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur, & nisi digne pœnituerint, non recipiantur. - - Viaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.* Concilium *Vasense* primum [r] pro istis pœnitentibus, qui sine illo viatico morte abripiantur inopinata, oblationem accipi iubet, decreto facto in hunc modum: *Pro his, qui pœnitentia accepta, in bonæ vitæ cursu satisfactoria compunctione viuentes, sine communione inopinato nonnumquam transitu, in agris aut itineribus præueniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam ecclesiastico adfectu prosequendam; quia nefas est, eorum commemorationes excludi a salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fideli adfectu contendentes, dum se diutius reos statuunt, indignos salutiferis mysteriis iudicant, ac dum purgatiores restitui desiderant, absque sacramentorum viatico intercipiuntur: quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationem sacerdos denegandam putasset.* Et concilium *Toletanum* vndecimum [s] canonem habet in gratiam eorum, qui ob extremam infirmitatem hoc viaticum integrum sumere non possint: *Solet humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægrauata, tanto siccitatis pondere deprimi, vt nullis ciborum illationibus refici; sed vix tantumdem illati delectetur poculi gratia susten-*

(o) Concil. Nicæn c. XI. I. tom. II. conc. p. 36.) *ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τῦ τελευταίυ καὶ ἀναγκαιοτάτυ ἐφοδίυ μὴ ἀποστερεῖσθαι.*

(p) Albaspin. in loc. ibid. p. 82. Sententia huius canonis hæc est, in morte pœnitenti absolutionem negari non debere.

(q Concil. Agath. c. XV. tom. IV. conc. p. 1386.)

(r Concil. Vasens. I. al. II. can. II. (tom. III. concil. p. 1457.)

(s) Conc. L. Tolet. XI. c. XI. (tom. VI. concil. p. 552.)

tari.

tari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis appetentes viaticum, collatam sibi a sacerdote eucharistiam reiecerunt; non quod infidelitate hoc agerent, sed quod præter dominici calicis haustum, traditam sibi non possent eucharistiam deglutire. Non ergo huiusmodi a corpore ecclesiæ separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt; præsertim hi, de quibus nihil fidei sinistræ sentitur. Concilium *Carthaginense* quartum huius rei in diuersis canonibus meminit, præcipue autem vno quodam, vbi de memorabili quodam casu, qui nonnumquam contingere solebat, loquitur, in hanc sententiam decernens[t]: *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesin versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem & infundatur ori eius eucharistia.* Quod ipsum in duobus sequentibus canonibus dicitur *viaticum eucharistiæ* [u]. Quomodo etiam in concilio *Arausicano* [x], *Gerundensi* [y] & multis in locis aliis est. Eucharistia in his casibus plerumque deferebatur a presbytero vel diacono, vti e IVSTINO MARTYRE notauimus. Magna tamen necessitate vrgente ab alio quocumque portari poterat & porrigi. Sicut ex iis apparet, quæ ex epistola quadam DIONYSII, episcopi *Alexandrini* ad *Fabianum*, episcopum *Romanum*, exhibet EVSEBIVS [z], vbi de *Serapione* quodam, qui tempore persecutionis sacrifica-

(t) Concil. Carthag. IV. c. LXXVI. (tom. II. concil. p. 1206.)

(u) Ibid. can. LXXVII. Pœnitentes, qui in infirmitate sunt, *viaticum* accipiant. Can. LXXVIII. Pœnitentes, qui in infirmitate *viaticum* acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint.

(x) Concil. Arausic. I. c. III. (tom. III. concil. p. 1448.) Qui recedunt a corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari, quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones patrum, qui huiusmodi communionem congruenter *viaticum* nominarunt.

(y) Concil. Gerund. c. IX. (tom. IV. concil. p. 1569.) Is, qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem (quam viaticum deputamus) per communionem acceperit, cetera.

(z) Euseb. lib. VI. c. XLIV. δέομαι σπεύσατε, καί με θᾶττον ἀπολύσατε· τῶν πρεσβυτέρων μοι τινὰ κάλεσον, καὶ ταῦτα εἰπὼν πάλιν ἦν ἄφωνος· ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· νὺξ δὲ ἦν· κἀκεῖνος ἠσθένει· ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη· -- βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκεν τῷ παιδαρίῳ, ἀποβρέξαι κελεύσας καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι· ἐπανῆκεν ὁ παῖς φέρων· — ἀπέβρεξεν ὁ παῖς,

verat, relatum legitur, quod non potuerit mori prius, quam vnum ex presbyteris ad ſe abſoluendum arceſſeret. Quum vero presbyter ægrotaret, exiguam euchariſtiæ partem puero tradidiſſe dicitur & iuſſiſſe, vt in aqua intinctam ei in os inſtillaret, qui, ea paullatim abſorpta, continuo animam exhalarit. Hoc autem per canones [a] in ordinariis caſibus fieri vetitum erat.

§. X.

Euchariſtia hunc in finem nonnumquam conſecrata in ædibus priuatis.

NONNVMQVAM quidem priuatam euchariſtiæ conſecrationem adhibebant in ædibus eorum, qui ægrotabant, vel in carceribus detinebantur, ad pio iſti ſcopo & deſtinationi ſatisfaciendum. Vt plurimum vero exiguam quamdam eius partem in eccleſia de tempore alio in aliud reſeruabant in hunc vſum, vtpote quod iſtiuſmodi fortuitis & repentinis occaſionibus maxime expediebat. Dantur omnino antiqua vtriuſque generis exempla. CYPRIANVS de priuatis conſecrationibus, quas in carceribus apud martyres ac confeſſores perſecutionis tempore fecerint, loquitur, quando ait: *Etſi fratres pro dilectione ſua cupidi ſunt ad conueniendum & viſitandum confeſſores bonos, quos illuſtrauit iam glorioſis initiis diuina dignatio, tamen caute hoc & non glomeratim, nec per multitudinem ſimul iunctam puto eſſe faciendum: ne ex hoc ipſo inuidia concitetur & introëundi aditus denegetur, & dum inſatiabiles multum volumus, totum perdamus. Conſulite ergo & prouidete, vt cum temperamento hoc agi tutius poſſit: ita vt presbyteri quoque, QVI ILLIC [b] APVD CONFESSORES OFFERVNT, ſinguli cum ſingulis diaconis per vices alternent: quia & muta-*

καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας, εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα.

(a) Vid. Gratian. de conſecrat. diſt II. c. XXIX. Ex concilio Rhemenſi cap. II. Peruenit ad notitiam noſtram, quod quidam presbyteri in tantum parui pendant diuina myſteria, vt laico vel feminæ ſacrum corpus domini tradant ad deferendum infirmis: & quibus prohibetur, ne ſacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis ſancta ſanctorum committuntur. Quod quam ſit horribile, quamque deteſtabile, omnium religioſorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia ſynodus, ne talis temeraria præſumtio vlterius fiat, ſed omnimodis presbyter per ſe ipſum infirmum communicet. Quod ſi aliter fecerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

(b) Cyprian. epiſt. V. ad cler. p. 11. (p. 176. edit. Amſtelod. MDCC.)

tio personarum & vicissitudo conuenientium minuit inuidiam. Nihil certius est & exploratius, quam quod persecutionis temporibus christiani omnia diuina officia in quocumque loco, in quo necessitas id vrgeret, peregerint. *Quiuis locus*, vt DIONYSIVS ALEXANDRINVS loquitur apud EVSEBIVM [c], *in quo ærumnas pertulerant, ager, solitudo, nauis, stabulum, carcer, instar templi ad sacros conuentus peragendos erat. Luciani* martyris carcer templum illius erat, & pectus proprium altare eius, supra quod eucharistia [d] tum pro ipso, tum pro aliis, qui cum ipso erant in custodia, consecrabatur. In eiusmodi rerum statu TERTVLLIANVS [e] tres ecclesiam constituere dicit, si pluribus adesse non liceat. Manifestum itidem est, priuatas consecrationes in priuatis domibus in infirmorum gratiam fuisse factas. AMBROSIVS hoc modo aliquando inuitatus est, vt sacrificium in domo quadam priuata *Romæ* offerret, vti vitæ eius scriptor [f] memoriæ prodidit. Et *Paulinus* episcopus *Nolanus* iussisse dicitur, paucis ante obitum suum horis, altare sibi præparari ante lectulum, super quo [g] eucharistiam ægrotans consecrarit. Ita

(c) Ap. Euseb. lib. VII. c. XXII. *πᾶς ὁ τῆς καθ' ἕκαστον θλίψεως τόπος, πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον· ἀγρός· ἐρημία· ναῦς· πανδοχεῖον· δεσμωτήριον.*

(d) Vita Luciani ap. Philostorg. lib. II. c. XIII. *Ὅτι τὸν μάρτυρα Λουκιανόν φησι μέλλοντα τελευτᾷν, καὶ μήτε ναὸν μήτε θυσιαστήριον τῆς τυραννικῆς βίας παρεχούσης, ἀλλὰ μηδὲ ἀντικινεῖσθαι τῶν δεσμῶν καὶ πληγῶν συγχωρούντων, ἐν τῷ οἰκείῳ στέρνῳ ἀνακείμενον τὴν φρικτὴν θυσίαν τελεσάμενον, οὕτω τε αὐτὸν μεταχεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους μεταλαβεῖν τοῦ ἀχράντου θύματος ἐπιτρέψαι·* ἐτελέσθη δὲ ἡ ἱερουργία ἐν τῇ εἱρκτῇ, *τοῦ κυκλώσαντος αὐτὸν ἱεροῦ χοροῦ ὡς ἤδη ἀποβιοῦντα, ἐκκλησίας σχῆμα καὶ ἀσφάλειαν τοῦ μὴ καθορᾶσθαι τὰ δρώμενα παρὰ τῶν ἀσεβούντων ἀναπληροῦντος. Ait, Lucianum martyrem, quum iamiam moriturus esset, & tyrannica vis nec ecclesiæ, nec altaris copiam faceret: Quumque vincula & plagæ ne quidem vt se commoueret, ei permitterent, supinum iacentem, supra proprium pectus tremendum sacrificium peregisse, & tum ipsum participasse, tum aliis, vt de immaculato sacrificio participarent, copiam fecisse.* Peractum *autem* est hoc sacrificium in carcere, *quum sacer christianorum chorus, qui illum vtpote morientem vndique cingebat, ecclesiæ speciem referret, ac simul munimentum præstaret, ne ab impiis spectari possent ea, quæ gerebantur.*

(e) Tertull. de fuga c. XIV. Non potes discurrere per singulos, sit tibi & in tribus ecclesia.

(f) Paulin. vit. Ambros. Per idem tempus, quum trans Tiberim apud quemdam clarissimum inuitaretur, vt sacrificium in domo offerret &c.

(g) Vranius vit. Paulin.

GRE-

GREGORIVS NAZIANZENVS [h], patrem ſuum domi ſuæ in conclaui miſſam celebraſſe, & *Gorgoniam* [i] ſororem ſuam altare domeſticum habuiſſe, fidem nobis facit. Nulla proinde nobis controuerſia eſt hac de re cum BONA, nulla cum ipſius eccleſia, ſi hoc eſt, quidquid per priuatas miſſas intelligunt in eccleſia *Romanenſi*. Obſeruare hinc lector viri iſtius eruditi [k] errorem poteſt, adſerentis, priſcos patres, etſi nimium indulgentes in præbendo ægrotis fratribus viatico fuerint, ſemper tamen curaſſe, vt elementa conſecrarentur in eccleſia. Nam exempla, quæ in medium produximus tam de martyribus, quam de ægrotantibus, validiſſima teſtimonia ſunt in contrarium. Neque priuatarum conſecrationum, aliis occaſionibus factarum, exempla deficiunt. Cuiuſmodi conſecratio AVGVSTINO memoratur, in priuata domo, in quodam diœceſis ſuæ loco, peracta, qua de re verba eius ſic habent: *Vir tribunitius Heſperius, qui apud nos eſt, habet in territorio Fuſſalenſi fundum Zubedi appellatum, vbi quum afflictione animalium & ſeruorum ſuorum, domum ſuam ſpirituum malignorum vim noxiam perpeti comperiſſet, rogauit noſtros, me abſente, presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, OBTVLIT [l] IBI SACRIFICIVM CORPO-*

(h) Naz. orat. XIX. de laud. patris p. 305. ὃς ὡς βακτηρίᾳ τῇ χειραγωγίᾳ χρησάμενος, μιμεῖται τὸν ἐπὶ τοῦ ὄρους Μωυσέα, καὶ τὰς παρειμένας χεῖρας εἰς εὐχὴν σχηματίσας, συντελεῖ προθύμως ἢ προτελεῖ τοῦ λαοῦ τὰ μυστήρια, ῥήμασι μὲν ὀλίγοις, καὶ οἷς ἴσθενεν, διανοίᾳ δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ λίαν τελειωτάτῃ· ὢ τοῦ θαύματος! ἄνευ βήματος, ἐπὶ βήματος, ἄνευ θυσιαστηρίου, θύτης ἱερεὺς πόῤῥω τῶν τελουμένων. *Ipſe manu (famuli) tamquam baculo ductus, Moſem illum in monte orantem imitatur, fractiſque ac debilitatis manibus ad orationem compoſitis, alacri animo cum populo, vel ante populum myſteria peragit, paucis quidem, & quibus poterat verbis, mente autem, vt mihi videtur, perquam integra, (rem miram!)* ſine ſacrario in ſacrario, ſine altari ſacrificus, ſacerdos a myſteriis procul remotus.

(i) Nazianz. orat. XI. de Gorgonia p. 187. τῷ θυσιαστηρίῳ τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς προσθεῖσα, μετὰ τῆς ἴσης βοῆς, καὶ δάκρυσι τούτο πλουσίοις, ὥσπερ τις πάλαι τοὺς πόδας Χριστοῦ καταβρέχουσα, καὶ μὴ πρότερον ἀνήσειν, ἢ τῆς ὑγιείας τυχεῖν ἀπειλοῦσα κ. τ. λ. Quum caput ſuum *pari clamore lacrimiſque, quibus abundabat, (muliercuiæ illius inſtar, quæ olim Chriſti pedes rigauit)* altari admouiſſet, *nec ſe prius illud dimiſſuram eſſe denuntiaſſet, quam ſanitatem obtinuiſſet &c.*

(k) Hamon. Leſtrange *Allyanc of div. offic.* chap. 10. p. 299.

(l) Auguſtin. de ciuitat. Dei lib. XXII. cap. VIII. p. 1485. (p. 1344. b. edit. Baſil. MDLXIX.)

RIS CHRISTI, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio: Deo protinus miserante cessauit. Et quæ historici [*m*] de tentorio *Constantini* narrant, quod secum sumserit ad bellum profectus, in quo omnia diuina officia & sancta mysteria celebrata sint, pro alio istiusmodi priuatarum consecrationum exemplo haberi possunt.

§. XI.

Et communiter conseruata in ecclesia ad eumdem vsum.

VSITATISSIMI etiam moris erat sacerdotibus, aliquam consecratorum elementorum partem in ecclesia reponere, vel secum sumere domum, vt quauis istiusmodi vigente necessitate in parato eam haberent. Sicut ex ante memorata historia de *Serapione* apud EVSEBIVM videre est. Et OPTATVS [*n*] idem innuit, in memorabili illa historia, quam de episcopis *Donatistis* narrat, quod furioso in catholicos zelo acti eucharistiam, in ipsorum ecclesiis repertam, canibus fundi iusserint, non sine signo diuini iudicii: Nam canes accensos rabie, deuorandorum elementorum loco, ipsos dominos suos, quasi latrones sancti corporis reos, dente vindice tamquam ignotos & inimicos laniasse, adserit. Idem ex simili querela CHRYSOSTOMI de tumultu, *Constantinopoli* in ecclesia ipsius suborto, patet, quando dicit, locum, in quo sancta condita [*o*] seruata sint, ingressos

(*m*) Euseb. vit. Constantin. lib. IV. c. LVI. *ἔπειτα καὶ τὴν σκηνὴν τῷ τῆς ἐκκλησίας σχήματι πρὸς τὴν ἐκείνου τοῦ πολέμου παράταξιν σὺν πολλῇ φιλοτιμίᾳ κατειργάζετο· ἐν ᾗ τῷ θεῷ, τῷ τῆς νίκης δοτῆρι, τὰς ἱκετηρίας ἅμα τοῖς ἐπισκόποις ποιεῖσθαι ἐπενόει. Deinde tabernaculum in speciem ecclesiæ ambitioso cultu ad huius belli vsum præparauit; in quo preces ad Deum, victoriæ auctorem, vna cum episcopis fundere decreuerat.*

Sozomen. lib. I. c. VIII. *σκηνὴν εἰς ἐκκλησίαν εἰκασμένην περιέφερεν, ἡνίκα πολεμίοις ἐπεστράτευεν· ὥστε μὴ δὲ ἐν ἐρημίᾳ διάγοντα αὐτὸν ἢ τὴν στρατιὰν, ἱεροῦ οἴκου ἀμοιρεῖν, ἐν ᾧ δέοι τὸν θεὸν ὑμνεῖν καὶ προσεύχεσθαι* καὶ μυστηρίων μετέχειν. *Quoties ad bellum proficiscebatur, tabernaculum ad ecclesiæ similitudinem fabricatum circumferre consueuerat: ita vt ne quidem in solitudine constitutus, tam ipse quam exercitus eius, sacra æde careret, in qua Deum laudare ac preces fundere,* & sacra mysteria percipere *posset.*

(*n*) Optat. lib. II. p. 55. (p. 49. edit. Paris. MDCLXXIX.) Vt omnia sacrosancta supra memorati vestri episcopi violarent, iusserat *eucharistiam canibus fundi* &c.

(*o*) Chrysostom. epist. ad Innocent. tom. IV. p. 681. (p. 596. fin. edit. Francof.) ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειντο *εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι, καθ᾽ ὡς ἐ-*

esse milites, eorumque aliquos, nullis initiatos mysteriis, vidisse omnia, quæ intus essent. Quin & sanctissimum *CHRISTI* sanguinem, sicut in tali tumultu contingat, in prædictorum militum vestes effusum esse. Idem ex iis colligi potest, quæ de *Valeriano*, *Abensis* ciuitatis in *Africa* episcopo, perhibet VICTOR VTICENSIS [*p*], quod a *Geiserico* rege *Vandalorum* in exilium coactus sit, eo, quod sacramenta, in ecclesia ipsius adseruata, tradere noluerit. CYRILLVS ALEXANDRINVS in epistola quadam sua [*q*] eos reprehendit, qui dicebant, eucharistiam in sequentem diem seruandam non esse. Et in concilio *Constantinopolitano* sub *Menna* [*r*] columbæ aureæ & argenteæ super altare appensæ memorantur, quas probabilissimum est tamquam thecas sacramenti in ecclesiis adseruati adhibitas fuisse. Quod etiam ab AMPHILOCHIO in *vita* BASILII notatur, at vero non multum ponderis testimonium inde petitum habet, quia liber spurius est; neque ad concilium *Turonense* secundum [*s*] aut alia recentiora decreta descendere necesse est, ad demonstrandum id, quod tantum auctoritatis inter multo vetustiores habet scriptores.

γνωμεν, ἀμύητοι ἦσαν, πάντα τε ἑώρων τὰ ἔνδον, καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ χριστοῦ, ὡς ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, εἰς τὰ τῶν προειρημένων στρατιωτῶν ἱμάτια ἐξεχεῖτο.

(*p*) Vict. de persecut. Vandal. lib. I. bibl. patr. tom. VII. p. 593. (tom. VIII. p. 678. f. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Tunc etiam sanctus Valerianus, Abensis ciuitatis episcopus, dum viriliter, sacramenta diuina ne traderet, dimicasset, foras ciuitatem singularis iussus est pelli.

(*q*) Cyrill. epist. ad Calosyrium in præfat. lib. contr. Anthropomorph. tom. VI. p. 365. *ἀκούω, ὅτι εἰς ἁγιασμὸν ἀπρακτεῖν φασὶν τὴν μυστικὴν εὐλογίαν, εἰ ἀπομένοι λείψανον αὐτῆς εἰς ἑτέραν ἡμέραν· μαίνονται δὲ ταῦτα λέγοντες. κ. τ. λ. Alios esse audio, qui mysticam benedictionem nihil ad sanctificationem iuuare dicant, si quid ex ea fiat reliqui in aliam diem. Insaniunt vero, qui hæc adserant.*

(*r*) Concil. sub Menna act. V. (tom. V. concil. pag. 159. b.) Τὰς γὰρ εἰς τύπον τοῦ ἁγίου πνεύματος χρυσᾶς τε καὶ ἀργυρᾶς περιστερὰς κρεμαμένας ὑπεράνω τῶν θείων κολυμβηθρῶν καὶ θυσιαστηρίων μετὰ τῶν ἄλλων ἐσφετερίσατο. Columbas aureas & argenteas *in figuram spiritus sancti* super *diuina lauacra &* altaria appensas *vna cum aliis sibi appropriauit.*

(*s*) Concil. Turon. II. c. III. (tom. V. concil. p. 83.) Vt corpus domini in altari non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur.

§. XII.

§. XII.

Nec non ad publicum vſum certis diebus, quando noua conſecratio haud peragebatur. Hæc dicta miſſa præſanctificatorum.

Eius vſus & origo.

Ex quodam concilii *Trullani* canone etiam apparet, ſacram euchariſtiam nonnumquam in publicum eccleſiæ vſum conſeruatam fuiſſe, vt perciperetur aliquot diebus poſt ſui conſecrationem, maxime ieiunii quadrageſimalis tempore, quando in iſtis elementis communicabant, quæ antecedentis hebdomadis ſabbato vel die dominico conſecrata erant, quippe quibus diebus ſolis, durante ipſo temporis interuallo, conſecrationis officium peragi ſolebat, quamuis aliis diebus in iſtis elementis communicarent, quæ e priore iſta conſecratione erant reſidua. Verba canonis hæc ſunt [t]: *In omnibus ſanctæ quadrageſimæ diebus præterquam ſabbato, & dominica, & ſancto adnuntiationis die, peragatur ſacrum præſanctificatorum miniſterium.* Hic canon melius intelligitur ex alio canone concilii *Laodiceni* [u], ita præcipiente: *Non oportet in quadrageſima panem offerre, niſi ſabbato & ſolis dominicis.* Non, quod euchariſtiam aliis diebus recipi vetuerint (quotidie enim hoc fiebat) ſed hiſce diebus ſolum recipiebant, quod die ſabbati & die dominico antegreſſis conſecratum, & ad communionem horum dierum reſeruatum erat, ſine noua conſecratione. Hoc plerumque viris doctis initium huiuſmodi communionum in adſeruatis hoſtiis videtur fuiſſe, quamuis rationem huius obſeruationis coniectando adſequi, perquam difficile ſit. LEO ALLATIVS [x], qui duas diſſertationes hoc de argumento ſcripſit, rationem narrat, quam ipſi *Græci* pro ea adlegent, nimirum quia Deo ſacrificare feſtiuæ celebritatis ſit, ea vero celebritas hilaritatis atque lætitiæ; adeoque quum omnes dies quadrageſimæ, ſabbatis & diebus dominicis

(t) Concil. Trullan c. LII. Ἐν πάσαις τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία.

(u) Concil. Laodicen. c. XLIX. Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.

(x) Leo Allat. epiſt. ad Naudæum de libris eccleſ. Græcorum. It. diſſert. de miſſa præſanctificatorum, ad calcem libri de conſenſu eccleſ. orient. & occident.

nicis

nicis exceptis, ieiunii dies ſint, quibus mœrere & compungi ob peccata præcipiatur, non facere ſe in illis oblationem, ſed tantum miſſam celebrare præſanctificatorum, hoc eſt, communicare in elementis iam ante conſecratis. Hoc fuſe oſtendit [y] ex ALEXIO ARISTENO, MATTHAEO BLASTARIO, BALZAMONE, ZONARA, MICHAELE CERVLARIO & SIMEONE THESSALONICENSI. Vtrum hæc vera fuerit, an apta ſit ratio, non eſt noſtri inſtituti diſquirere. Nos tantum obſeruamus, fuiſſe hanc vetuſtam praxin eccleſiæ *Græcæ*, in qua in hodiernum vſque diem duret [z], quamquam eccleſia *Latina* numquam in officium ſuum eam adoptarit. In hac enim conſecratio æque ac communio ad horam tertiam poſtmeridianam, omnibus quadrageſimæ diebus celebrata fuit, quemadmodum ex TERTVLLIANO [a], AMBROSIO [b] aliiſque pluribus con-

(y) Leo Allat. de miſſa præſanctific. §. XII. tot. pag. 1570 -- 1577.

(z) Smith. *of the Greek Church* p. 175. (p. 118. edit. Latin.) Toto tempore quadrageſimali, quod pœnitentiæ ſolemnius agendæ dicauit eccleſia catholica, præterquam ſabbato, dominica, & feſto ἁγίȣ εὐαγγελισμȣ͂, ſiue ſacræ *adnuntiationis B. Mariæ* virginis, ſacrum facere neque per canones neque per conſuetudines vllatenus licet. Qua de cauſſa iſti dies profeſti quadrageſimæ dicuntur ἀλειτȣργητοί. At ne ſolemne & maxime verendum Chriſti inſtitutum, quod eccleſiæ chriſtianæ ad exorandum huius incruenti ſacrificii oblatione & merito Deum quotidie celebrari intererit, hac intermiſſione negligi videatur, tum ieiuniorum quadrageſimalium ſeueritati, tum euchariſtiæ celebrationi frequentandæ prouidendum hoc modo antiquitus videbatur, vt intermedio illo tempore fieret τῶν προηγιασμένων λειτȣργία, hoc eſt, *præſanctificatorum* miſſa. Ita hodie pro veteri inſtituto tertia poſt meridiem hora, qua ieiunium ſoluitur, veſpertinarum precum tempore, licet quandoque quaſi relaxata ſeueriori diſciplina illud tempus citra nefas cenſeant anteuertendum, elementa ante conſecrata exhibent ſumuntque ſacerdotes, ita vt ſola conſecratione excepta, ritibuſque præuiis, prioris ſit quaſi imago & repetita celebratio.

(a) Tertull. de orat. c. XIV. Similiter de ſtationum diebus, non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum, quod ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore domini. Ergo deuotum Deo obſequium euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat? Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore domini reſeruato vtrumque ſaluum, & participatio ſacrificii & executio officii. Si ſtatio de militari exemplo nomen accipit, (nam & militia Dei ſumus) vtique nulla lætitia ſiue triſtitia obueniens caſtris, ſtationes militum reſcindit. Nam lætitia libentius, triſtitia ſollicitius adminiſtrabit diſciplinam.

(b) Ambroſ. ſerm. VIII. in pſalm. CXVIII. pag. 656. (pag. 945. I. m. edit. Pariſ.

ſtat;

ſtat; qua de re copioſius dicendi locus erit, quando ad ieiuniorum, & dierum feſtorum eccleſiæ conſiderationem deueniemus. LEO ALLATIVS huius *miſſæ præſanctificatorum* veſtigia reperiri exiſtimat apud SOCRATEM [c], quando hic dicit, *Alexandriæ* quarta feria & ea, quæ dicitur paraſceue, omnia diuina officia peragi, præter euchariſtiæ conſecrationem. Enimuero non conſtat, quod hiſce diebus omnino communicauerint, multo minus, quod id fecerint in præſanctificatis elementis. Vtcumque autem res ſit, recte ille concludit, quod DVRANTVS & alii, qui hanc *præſanctificatorum miſſam* confundant cum *miſſa ſicca*, magnopere fallantur: quia miſſa ſicca corruptio eſt, quæ peculiariter in eccleſiam irrepiit *Latinam*, & a multis ipſorummet *Romanenſium* theologis ESTIO, ECKIO, LANDMETERO & epiſcopis *Belgis* [d] tamquam recens, ſimulata & hiſtrio-

MDCXLII.) Si te fames quotidianum cogit ad prandium, vt intemperantia declinet ieiunium, tamen cæleſti magis te ſeruato conuiuio. Non epulæ paratæ extorqueant, vt cæleſtibus ſis vacuus ſacramentis. Differ aliquantulum, non longe finis eſt diei: immo plerique ſunt eiuſmodi dies, vt ſtatim meridianis horis adueniendum ſit in eccleſiam, canendi hymni, celebranda oblatio. Tunc vtique paratus adſiſte, vt accipias tibi munimentum, vt corpus edas domini Ieſu, in quo remiſſio peccatorum eſt, poſtulatio diuinæ reconciliationis & protectionis æternæ. --- Admonet etiam ſacrificium veſpertinum, vt numquam Chriſtum obliuiſcaris. Non potes obliviſci, quum lectum adſcendes, eius domini, cui in occaſum precem ſuderis diei, qui eſurientem te ſui corporis epulis expleuerit.

(c) Socrat. lib. V. c. XXII. ap. Allatium epiſt. ad Naudæum §. II. p. 1533. Non deſunt huiuſce miſſæ veſtigia apud antiquos & potiſſimum Socratem lib. V. hiſtor. c. XXII. αὖθις δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ τετράδι καὶ τῇ λεγομένῃ παρασκευῇ γραφαί τε ἀναγινώσκονται, καὶ οἱ διδάσκαλοι ταῦτα ἑρμηνεύουσι· πάντα δὲ τὰ τῆς συνάξεως γίνεται δίχα τῆς τῶν μυστηρίων τελευτῆς. *Rurſus in Alexandria, quarta feria, & ea quæ dicitur paraſceue, & leguntur ſcripturæ & doctores eas interpretantur, & omnia, quæ ad ſynaxin ſpectant, adminiſtrantur, præter myſteriorum conſecrationem.*

(d) Allat. de miſſa præſanct. §. X. p. 1566. Cum hac præſanctificatorum miſſa, miſſam, cui ſiccæ nomen eſt, confundunt; multis tamen paraſangis diuerſam eſſe, facile quiſque intelliget, qui vtramque conſeret. Nam miſſa ſicca eſt, vt tradit Eckius in adnotat. ad librum oblatum Cæſari, art. XXI. miſſæ ſimulatio, ſacerdote agente quæ ſunt celebrantis, cum introitu, collecta, epiſtola, euangelio, & canticis, tamen, quia non vult communicare, non conſecrat: ac proinde vere miſſa ſicca eſt, ſine corpore ac ſanguine domini. In præſanctificatis corpus Chriſti, antea oblatum, abſumitur, quæ nonnullorum opinione verum ſacrificium eſt, tantorum virorum ac ſan-

nica condemnatur, quum e contrario hæc miſſa præſanctificatorum antiqui & approbati vſus eſſet in eccleſia *Græca*, quamobrem certa elementorum conſecratorum portio pro publico eccleſiæ vſu per hos quadrageſimæ dies, in quibus nouam conſecrationem haud peragebant, reſeruabatur.

§. XIII.

Euchariſtia non numquam ab hominibus priuatis domi ſuæ ad quotidianam participationem adſeruata.

VERVM præter hanc elementorum in vſum publicum reſeruationem, a miniſtris eccleſiæ fieri ſolitam, alia quædam privata eorum cuſtodia erat, religioſis hominibus non numquam indulta, quibus aliquas euchariſtiæ particulas domum ſecum deferre, & quotidie de illis priuatim participare, permittebatur. Hæc conſuetudo ſæuiente perſecutione introducta videtur, quando homines quotidie communicare deſiderabant, neque tamen quotidianorum conuentuum commoditate frui poterant. Cuiuſmodi defectum vt ſupplerent, portionem euchariſtiæ, acceptam a ſacerdote, ſecum deferebant, de eaque ſingulis diebus domi ſuæ ſecreto percipiebant. Ad quam conſuetudinem manifeſto digitum videtur intendere TERTVLLIANVS [e], quando loquens de muliere, viro ethnico nuptura, ex ea quærit: *Non ſciet maritus, quid ſecreto ante omnem cibum guſtes? Et ſi ſciuerit panem, non illum credit eſſe, qui dicitur.* Et alio loco [f], reſpondens obiectioni, quam quidam contra receptionem euchariſtiæ die ieiunii faciebant, metuentes, ne ieiunium ſolueretur, ait, (prout nonnulla exemplaria legunt) *Accepto corpore & reſeruato, vtrumque ſaluum eſt, & participatio ſacrificii & exſecutio officii.* At enimvero quum alia exempla pro *reſeruato* habeant *re ſeruata*, huic loco non multum inhæremus. CYPRIANI teſtimonium [g] validius eſt & grauius, quando exempla

ctorum auctoritate patrum ſuffulti, vbi ſicca a pleriſque theologis, Eſtio, Eckio, Landmetero & epiſcopis Belgis, tamquam recens, & non ante tempora Guidonis Rocheriani, auctoris *manipuli curatorum*, ſimulata & hiſtrionica, condemnatur, conferturque cum cœnis Heliogabali, in quibus exhibebantur videnda de diuerſa materia, quæ ille cœnabat; ſuos nihilominus & ipſa habuit defenſores.

(e) Tertull. ad vxor. lib. II. c. V.

(f) Tertull. de orat. c. XIV.

(g) Cyprian. de lapſis p. 123. (p. 94. edit. Fell. Amſtelod.)

adferens diuinæ animaduerſionis in lapſos, de certa muliere hæc notatu digna narrat: *Quum quædam mulier ARCAM SVAM, IN QVA DOMINI SANCTVM FVIT, manibus indignis* (vtpote quibus ſuper altari idolorum ſacrificauerat) *tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere.* Et vetuſtus auctor, qui aduerſus ſpectacula *Romanorum* ſcripſit ſub nomine CYPRIANI [*h*], introducit quemdam, qui de eccleſia egreſſus ſtatim iuerit ad theatrum, gerens ſecum euchariſtiam. *Oculos*, inquit, *ad idololatriæ ſpectaculum per libidinem duxit, auſus ſecum ſpiritum ſanctum in lupanarium ducere, ſi potuiſſet; qui feſtinans ad ſpectaculum, dimiſſus, & adhuc GERENS SECVM, vt aſſolet, EVCHARISTIAM inter corpora obſcœna meretricum tulit.* Narrat GREGORIVS NAZIANZENVS [*i*] in *Gorgoniæ* ſororis ſuæ funere, eam apud ſe in cubiculo reconditam habuiſſe euchariſtiam. Et BASILIVS [*k*] in epiſtola ad *Cæſariam* ait: *Quoniam per tempora illa perſequutionum cogebantur homines neceſſario, ſacerdote vel miniſtro non præſente, propriis manibus percipere communionem, non eſt niſi ſuperuacuum, vt demonſtrem, illam ipſam rem non eſſe grauiter & inique ferendam, eo quod inueterata conſuetudo hoc ipſum reuera confirmatum dederat. Nam & illi omnes, qui per eremos vitam monaſticam inſtituunt, vbi copia non ſuppetit ſacerdotis, quum habeant domi communionem, de ſuis manibus illam percipiunt. Alexandriæ autem, & per Aegyptum vnuſquiſque etiam de plebe vt plurimum habet domi ſuæ communionem.* Et paucis interiectis: *Idem igitur quoad poteſtatem eſt, ſiue quis de manu ſacerdotis partem vnam aliquam percipiat, ſiue partes ſimul quam plurimas.* HIERONYMVS idem etiam indicat, quando de illis, qui ſe domi euchariſtiam ſecure accipere poſſe exiſtimabant, quum ad id in eccleſia faciendum minus parati eſſent, quærit [*l*]: *Quare ad*

(*h*) Cyprian. de ſpectaculis p. 3. in append.

(*i*) Nazianz. orat. XI. de Gorgonia p. 187. Vid. §. X. litt. (*i*).

(*k*) Baſil. ep. CCLXXXIX. *τὸ δὲ ἐν τοῖς τῦ διωγμῦ καιροῖς, ἀναγκάζεσθαί τινα, μὴ παρόντος ἱερέως ἢ λειτυργῦ, τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ, μηδαμῶς εἶναι βαρὺ, περιττόν ἐστιν ἀποδεικνῦναι, διὰ τὸ τὴν μακρὰν συνήθειαν τῦτο δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων πιςώσασθαι· πάντες γὰρ οἱ κατὰ τὰς ἐρήμυς μονάζοντες, ἔνθα μή ἐστιν ἱερεὺς, κοινωνίαν οἴκοι κατέχοντες ἀφ᾽ ἑαυτῶν μεταλαμβάνυσιν· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ἕκαστον καὶ τῶν ἐν λαῷ τελύντων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἔχει κοινωνίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῦ. --- ταυτὸν τοίνυν ἐςὶ τῇ δυνάμει, εἴτε μίαν μερίδα δέξεταί τις παρὰ τῦ ἱερέως, εἴτε πολλὰς μερίδας ὁμῦ.*

(*l*) Hieron. epiſt. L. ad Pammachium.

mar-

martyres ire audent? Quare non ingrediuntur ecclesias? An alius in publico, alius in domo Christus est? Quod in ecclesia non licet, nec domi licet. AMBROSIVS similiter in libro *de obitu Satyri fratris* [m] dicit, accepisse eum eucharistiam a nonnullis, qui eam secum habuerint in naui. *Qui*, inquit, *priusquam perfectioribus esset initiatus mysteriis, in naufragio constitutus, quum ea, qua veheretur, nauis scrupuloso allisa vado, & vrgentibus hinc atque inde fluctibus solueretur, non mortem metuens, sed ne vacuus mysterii exiret e vita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fidelium sacramentum poposcit, non vt curiosos oculos inferret arcanis, sed vt fidei suæ consequeretur auxilium.* Equidem noui, hanc consuetudinem in *Hispania* sæculo quinto ineunte sufflaminatam esse, propter *Priscillianistas*, qui ea vtebantur, vt inter catholicos se occultarent, eucharistiam tamen omnino ne ederent. Quibus vt se opponeret concilium *Cæsar-Augustanum* [n] circa annum CCCLXXXI decretum faciebat in hanc sententiam: *Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam in ecclesia non sumsisse; anathema sit in perpetuum.* Quod simili decreto confirmabatur in concilio primo *Toletano* [o]: *Si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumserit, velut sacrilegus propellatur.* Enim vero vti hi canones ex peculiari occasione & pro regione particulari facti sunt, ita reliquas orbis christiani partes non adfecerunt. Adeo, vt ipse BONA [p] ex IOANNE MOSCHO & ANASTASIO *Bibliothecario* diuersa obseruet exempla, ex quibus hanc consuetudinem sæculo septimo & octauo adhuc viguisse apparet. Sine dubio doctrina de *transubstantiatione* & adoratio hostiæ hanc consuetudinem penitus aboleuit, quippe quæ cum ea haud consistere posse credita fuit.

(*m*) Ambros. orat. de obitu fratris tom. III. p. 19. (tom. IV. p. 315. i. edit. Paris. MDCXLII.)

(*n*) Concil. Cæsar-August. c. III. (tom. II. conc. p. 1010.)

(*o*) Concil. Toletan. I. c. XIV. (ibid. p. 1225.)

(*p*) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. XVII. §. IV. Philippinus gener Mauritii imperatoris, vt Anastasius Bibliothecarius in historia scribit, noctu ab eo arcessitus, timens vitæ suæ, corpus Christi percipere quæsiuit, *vtique domi adseruatum*, antequam pergeret ad imperatorem. Seleuciæ sub Dionysio episcopo miraculum accidisse narrat Ioannes Moschus *in prato spirituali*; quidam enim seruus fidelis sumtam communionem in die cœnæ domini secundum consuetudinem illius prouinciæ linteo mundissimo inuoluit & reposuit in armario; dominus autem eius aperiens armarium vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse.

§. XIV.

§. XIV.

Numquam tamen in publico officio a laicis administrari permissa.

NOTANDVM ſub hoc capite eſt, quod, licet eccleſia, ob rationes ante memoratas, populo euchariſtiam ſecum deferendi, eamque per ſe domi priuatim recipiendi copiam fecerit; nulli tamen laico in publica eius adminiſtratione partem habere vmquam permiſerit. Vt epiſcopi & presbyteri vni ſoli erant, quibus euchariſtiam conſecrare licebat, ita ordinarium diaconorum [*] officium erat, eam populo miniſtrare. Si quis vero de laicorum ordine eam ſibi ipſe impertire in eccleſia auſus eſſet, cenſuris eccleſiaſticis ſubmittebatur [q]. Maxime autem feminæ ab hoc [r] aliiſque officiis publicis omnibus prohi-

(*) Vid. lib. II. c. XX. §. VII & VIII. volum. I. p. 304. ſeqq.

(q) Concil. Trullan. c. LVIII. (tom. VI. concil. p. 1167.) Μηδεὶς τῶν ἐν λαϊκοῖς τελαγμένων ἑαυτῷ τῶν θείων μυστηρίων μεταδιδότω παρόντος ἐπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου· ὁ δέ τι τοιοῦτον τολμῶν, ὡς παρὰ τὰ διατεταγμένα ποιῶν, ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἀφοριζέσθω, ἐντεῦθεν παιδαγωγούμενος μὴ φρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν. *Nemo eorum, qui in ſunt in ordine laicorum, diuina ſibi myſteria impertiat præſente epiſcopo, vel presbytero, vel diacono. Qui autem tale quid auſus fuerit, vt præter ea, quæ ſunt conſtituta, faciens, vna ſeptimana ſegregetur; & ex eo doceatur non amplius ſapere, quam ſapere oportet.*

(r) Vid. Firmil. epiſt. LXXV. inter epiſt. Cypriani (p. 323. edit. Fell. Amſtelod.) Atqui illa mulier, quæ prius per præſtigias & fallacias dæmonis multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter auſa eſt, vt & inuocatione non contemtibili ſanctificare ſe panem & euchariſtiam facere ſimularet, & ſacrificium domino non ſine ſacramento ſolitæ prædicationis offerret.

Concil. Pariſ. ann. DCCCXXIX. lib. I. c. XLV. (tom. VII. concil. p. 1616.) Quidam noſtrorum verorum virorum relatu, quidam etiam viſu didicimus, in quibuſdam prouinciis, contra legem diuinam canonicamque inſtitutionem feminas ſanctis altaribus ſe vltro ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia presbyteris adminiſtrare, & quod his maius, indecentius, ineptiuſque eſt, corpus & ſanguinem domini populis porrigere, & alia quæque, quæ ipſo dictu turpia ſunt, exercere. Miranda ſane res eſt, vnde is illicitus in chriſtiana religione irrepſerit vſus, vt quod viris ſæcularibus illicitum eſt, feminæ, quarum ſexui nullatenus competit, aliquando contra fas ſibi licitum facere potuerint: quod quorumdam epiſcoporum incuria & negligentia perueniſſe, nulli dubium eſt. - - Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant & in concilio Laodiceni capitulo XLIV. & in decretis Gelaſii papæ titulo XXVI. copioſe inuenitur. Hoc be-

bebantur, excepto, quod ad inferius diaconissarum ministerium pertinebat, qua de re alio loco [†] fusius diximus.

Non possum heic prætermittere congruam obseruationem, a MORINO [s] factam approbatamque a BONA [t], tamquam scitam & veram animaduersionem, quod consuetudo plures particulas eucharistiæ reseruandi, ad fideles in ipsa ecclesia extra sacrificium communicandos, a monachis mendicantibus primum introducta sit. Libere illi fatentur, recens & nouum hoc esse, ac regulis in ipso *Romano rituali* contrarium, in quo sacramentum in ecclesia tantum propter infirmos adseruari decernatur. Veteri ritu in ecclesia adseruari dicunt ob solam infirmorum communionem; nec sanis vllum fuisse communionis vsum extra officii actionem, nisi quum permiserit ecclesia, vt accepta mysteria domum deferrent, de eisque secreto participarent: quæ res erat, a publica communione in ecclesia diuersa [*].

ergo tam illicitum factum, quia ex toto a religione christiana abhorret, ne vlterius fiat, inhibendum est.

(†) Lib. II. c. XXII. volum. I. p. 341. seqq.

(s) Morin. de pœnitent. lib. VIII. c. XIV. §. II. Nec enim in ecclesia conseruabatur corpus Christi alium in finem propter infirmos, vna scilicet ex pane consecrato particula. Quo circa sanis non erat extra sacrificii actionem communicandi locus. Consuetudo hodierna corpus *CHRISTI* propter fidelium communionem reseruandi recens est, *a monachis mendicantibus primum introducta*, deinde ab aliis plerisque vsurpata, quæ nondum tamen Romani ritus rubricas expungere potuit.

(t) Bona rer. liturgic. lib. II. cap. XVII. §. VI. Recte obseruat Morinus lib. VIII. de pœnit. c. XIV. seruatum antiquitus in ecclesia corpus Christi propter infirmorum communionem, addens, hodiernam consuetudinem plures particulas reseruandi ad fideles in ipsa ecclesia etiam extra sacrificium communicandos, a mendicantibus primum introductam, & ab aliis deinde vsurpatam, ipso Romano rituali refragante, in quo nunc etiam decernitur propter infirmos adseruari. Sanis veteri ritu nullus erat communionis vsus extra sacrificii actionem, nisi quum permisit ecclesia, vt accepta mysteria domum deferrent.

(*) *Qui plures abusus, qui in Romanum officium irrepserint, videre gestiunt, illi sessionem XXI concilii* Basil. cap. de spectaculis in ecclesia non faciendis, *possunt conspicere, vel Gregorii nostri dissertationem, quæ inscribitur* Episcopus puerorum, *vbi videbunt, quomodo officium episcopale tempore* Innocentii *in multis ecclesiis histrioniam imitari fuerit solitum.*

§. XV.

§. XV.

Noua consuetudo reseruandi eucharistiam ad dies vsque quadraginta, & incommoda eam comitantia.

DVM de more reseruandi hoc sacramentum loquimur, non inconsultum fuerit, obiter facere obseruationem de noua quadam consuetudine, cuius a quibusdam *Romanorum* rituum expositoribus, circa *Caroli Magni* imperatoris ætatem, mentio fit. Narrant illi, moris fuisse isto æuo in episcopi vel presbyteri ordinatione, vt iam ordinato non modo eucharistiam eo tempore impertirent, sed tot quoque eiusdem panis consecrati particulas darent, vt per quadraginta dies quotidie vnam posset comedere. Describitur hæc consuetudo ab ALCVINO [u] & *ordine Romano* ac FVLBERTO CARNOTENSI, neque BONA [x] adfirmare audet, in pluribus auctoribus antiquis eam memorari. Difficile est huius consuetudinis rescìscere rationes, adeoque satis habemus eius meminisse, sine vlla ampliore in mysterium eius inquisitione. Hoc tantum obseruamus, magna sæpe incommoda hanc diuturnam particularum sacramenti reseruationem esse insequuta. Solebant enim mucorem contrahere, corrumpi ac putrescere, atque tum hærebant dubii, quid esset de eis statuendum. Interdum ex sacerdotum negligentia a muribus vel aliis animalibus deuorabantur, & tum sacerdotem quadraginta diebus pœnitere oportebat, quemadmodum canonem quemdam ex concilio quodam *Arelatensi* vel *Aurelianensi* hanc in rem citat GRATIANVS [y]. Quod si con-

(u) Alcuin. de diuinis offic. c. XXXVII. agens de ordinatione episcopi in ecclesia Romana. Pontifex ad communicandum porrigit ei formatum, atque sacram oblationem, quam accipiens communicat super altare, cetera vero reseruat sibi ad communicandum vsque ad dies quadraginta.
Fulbert. ep. ad Finardum. (bibliothec. patr. max. tom. XVIII. p. 6. f. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Episcopus, qui vices Christi tenet, sacerdotales viros in plebem subiectam missurus, sacri corporis eucharistiam per quadragenos dies sumendam distribuit, & dum, verbi gratia, quotidie cælestis panis alimonia reficiuntur, tempus illud in mente habeant, quo per quadraginta dies dominus discipulis apparens, & conuescens desideratæ visionis satietate refecit.

(x) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XXIII. §. IX.

(y) Gratian. de consecrat. distinct. II. c. XCIV. Qui bene non custodierit sacrificium, & mus vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat.

tin-

tingeret, vt putrescerent, secundum alios canones, ab IVONE [z] & BVRCARDO [a] ex concilio *Arelatensi* citatos, comburendæ erant, & cinis iuxta altare sepeliendus, idque in vsu fuisse suo tempore, docet ALGERVS [b], quemadmodum BONA [c] ex ipso fatetur. Et inde canon missæ [d] rubricam habet adhuc exstantem: *Si post consecrationem ceciderit musca aut aliquid eiusmodi* (in calicem) *& fiat nausea sacerdoti, extrahat eam & lauet cum vino, finitaque missa comburat, & combustio ac lotio huiusmodi in sacrarium proiiciatur. Item, Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidem super terram seu super tabulam, lingua lambatur, & locus ipse radatur, quantum satis est, & abrasio comburatur; cinis vero in sacrarium recondatur.* Sunt tamen ex *scholasticis* [e], qui *hostias consecratas, quamuis mucidas, comburere, immane sacrilegium* vocant; hoc enim ex ipsorum opinione nihil aliud est, quam corpus Dei comburere. Qui difficultates videre vult, quibus premuntur casuistæ *Romanenses*, dicturi, quid de corpore Christi statuendum sit, si contingat, vt sacramentum sic corrumpatur, & quomodo alii aliorum solutiones improbent ac confutent; is eruditum adeat ALBERTINVM [f], qui diuersa eorum responsa, non minus septem numero, considerauit, eorumque omnium futilitatem detexit, in elaborato opere, quod de *sacramento eucharistiæ*, doctrinæ *Romanensium* oppositum edidit. Sed vt ne iusto longius ab rerum ordine declinare lectori meo videar, ad inceptum redeo.

§. XVI.

Eucharistia nonnumquam energumenis, in calamitatis suæ interuallis, data.

QVAMVIS energumenos, siue homines ab impuris spiritibus vexatos, ad eucharistiam promiscue non reciperent, ne-

(z) Iuo decret. part. II. c. LVI.
(a) Burchard. lib. V. c. L.
(b) Alger. de eucharistia lib. II. c. I.
(c) Bona rer. lit. lib. II. c. XIX. §. II. Quod si contingeret, vt ministrorum incuria putrescerent, statuit concilium Arelatense apud Iuonem p. II. c. LVI. vt igne comburantur & cinis iuxta altare sepeliatur; idque in vsu fuisse, docet Algerus lib. II. c. I.
(d) Missal. de defectibus missæ c. X.
(e) Petrus Paludanus in sentent. lib. IV. quæst. I. artic. III.
(f) Albertin. de eucharist. lib. I. c. XIX. p. 122. 123.

que tamen penitus eos inde arcebant; ſed in calamitatis ſuæ interuallis, ſi qua ſigna pietatis ac ſobrietatis oſtenderent, ad eam recipiendam admittebant. Hæc ex TIMOTHEI, eccleſiæ *Alexandrinæ* epiſcopi, condiſcimus canonibus, vbi hæc ab eo proponitur interrogatio: *Si quis, quum ſit fidelis, a dæmone corripiatur: debetne eſſe ſanctorum myſteriorum particeps an non?* Et reſponſio hæc eſt: *Si myſterium* [*g*] *non enuntiet, nec vllo alio modo blaſphemet, ſit particeps: ſed non ſingulis diebus. Sufficit enim, ſi ſtatis ſolum temporibus.* Et CASSIANVS [*h*] idem reſponſum ad eam quæſtionem a patribus *Aegyptiis* datum fuiſſe, dicit. *Communionem*, inquit, *eis ſacroſanctam a ſenioribus noſtris numquam meminimus interdictam: Quinimo, ſi poſſibile eſſet, etiam quotidie eis impertire eam debere cenſebant. -- Hoc namque modo curatum & Andronicum nuper adſpeximus alioſque complures.* Quare, licet canones & regulæ eccleſiæ energumenos vna cum catechumenis ac pœnitentibus reiicere videantur, hac tamen cum exceptione intelligi debent. Aut certe eccleſiam diuerſam diſciplinam in diuerſis locis obſeruaſſe, ſtatuendum eſt.

§. XVII.

Omnes homines ab ea prohibiti, qui grauis cuiuſdam & in vulgus noti criminis erant rei, cuiuſcumque dignitatis eſſent vel gradus.

INFINITVM foret, omnia crimina enarrare ſigillatim, ob quæ homines ſacræ euchariſtiæ vſu arceri ſoliti fuerint: Commodior aptiorque ea enarrandi locus erit in volumine proximo, vbi copioſius diſtinctiuſque de diſciplina eccleſiæ dicturi ſumus. Heic generatim obſeruaſſe ſufficiat, quicumque notorum in vulgus criminum rei eſſent, eos a ſacræ menſæ participatione fuiſſe reiectos, cuiuſcumque dignitatis ac gradus eſſent, ſi vel ipſemet eſſet imperator; quemadmodum ex exemplo *Theodoſii* apparet, quem *Ambroſius* ob indigniſſimam cædem, qua ſeptem millia hominum, ipſo mandante, *Theſſalonicæ*

(*g*) Timoth. reſponſ. can. III. ap. Beuereg. tom. II. pag. 165. Ἐρώτησις· Ἐὰν πιστός τις ὢν δαιμονίζηται, ὀφείλει μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἢ οὔ; Ἀπόκρισις· Ἐὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω· μὴ μέν τοι καθ᾽ ἑκάστην· ἀρκεῖ αὐτῷ κατὰ καιροὺς μόνον.

(*h*) Caſſian. collat. VII. c. XXX.

interfecta erant, admittere omnino recuſabat, vſque dum peccatum confeſſus eſſet, & cenſuræ eccleſiaſticæ feciſſet ſatis, quemadmodum hiſtoriam relatam a THEODORETO [i] legere, cui lubet, poteſt, quam & nos in proxime ſequenti volumine loco ſuo commemorabimus. Nonnulli caſus ſpecialiores proponuntur & reſoluuntur in canonibus DIONYSII [k] & TIMOTHEI [l] atque ab HIERONYMO [m], qui quum magis priuati caſus conſcientiæ ſint, quam res diſciplinæ publicæ, lectorem ad hos ipſos auctores remitto.

§. XVIII.

Quæſtio de digamia determinata. Num ea homines vllo tempore a ſacræ euchariſtiæ vſu prohibuerit.

DATVR aliqua quæſtio in dubio quodam caſu, quam non-

(i) Theodoret. lib. V. c. XIIX. tot.

(k) Dionyſ. can. II. ap. Beuereg. tom. II. p. 4. Περὶ τῶν ἐν ἀφέδρῳ γυναικῶν, εἰ προσῆκεν αὐτὰς οὕτω διακειμένας εἰς τὸν οἶκον εἰσιέναι τοῦ θεοῦ, περιττὸν καὶ τὸ πυνθάνεσθαι νομίζω· οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτως διακειμένας, ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου προσάψασθαι. *De mulieribus autem, quæ ſunt in abſceſſu, an eas ſic affectas oporteat domum Dei ingredi, ſuperuacaneum vel interrogare, exiſtimo. Neque enim eas exiſtimo, ſi ſint piæ & fideles, ſic affectas, auſuras vel ad ſanctam menſam accedere, vel corpus ac ſanguinem domini attingere.* Ibid. can. IV. Οἱ δ' ἐν ἀπροαιρέτῳ νυκτερινῇ ῥύσει γενόμενοι καὶ οὗτοι τῷ ἰδίῳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν, καὶ ἑαυτοὺς εἴτε διακρίνονται περὶ τούτου, εἴτε μή, σκοπείτωσαν. κ. τ. λ. *Qui autem in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ii quoque propriam conſcientiam ſequantur, & ſe ipſos, an de eo dubitent, annon, conſiderent.*

(l) Timoth. c. V. ibid. pag. 166. Ἐρώτησις· Ἐὰν γυνὴ συγγένηται μετὰ ἀνδρὸς αὐτῆς τὴν νύκτα, ἢ ἀνὴρ μετὰ γυναικός, καὶ γένηται μίξις, ὀφείλουσι μεταλαβεῖν, ἢ οὔ; ἀπόκρισις. οὐκ ὀφείλουσι, τοῦ ἀποστόλου βοῶντος, μὴ ἀποστερῆτε ἀλλήλους κ. τ. λ. Interrogatio. *Si vxor cum marito ſuo noctu cohabitarit, vel maritus cum vxore, & fiat coitio, debentne communicare, an non?* Reſponſio: *Non debent, quum clamet apoſtolus,* Ne fraudate vos inuicem *cetera.* Can. VII. Ἐρώτησις. Εἰ γυνὴ ἴδῃ τὸ κατ' ἔθος τῶν γυναικείων αὐτῆς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τοῖς μυστηρίοις αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ οὔ; ἀπόκρισις. οὐκ ὀφείλει, ἕως οὗ καθαρισθῇ. Interrogatio. *Si mulier conſueta ſibi muliebria accidiſſe viderit, debetne ad ſancta myſteria accedere, an non?* Reſponſio: *Non debet, vſque dum purgetur.*

(m) Hieron. epiſt. L. ad Pammach. c. VI. Paulus apoſtolus dicit, quando coimus cum vxoribus, nos orare non poſſe. Si per coitum quod minus eſt, impeditur, id eſt orare, quanto plus, quod maius eſt, id eſt, corpus Chriſti prohibetur accipere?

nul-

nullorum antiquorum canonum obſcuritas in virorum doctorum reſolutione valde perplexam reddidit atque intricatam, quæ proinde ſilentio prætereunda non eſt. Quæſtio hæc eſt de digamia, ſiue de ſecundis nuptiis, quo illæ ſenſu homines a ſacræ cœnæ participatione ad tempus excluſerint? Pœna, digamis iſtis inflicta, abſtinentia eſt a ſacra communione ad annum vnum vel duos; quod genus cenſuræ, vti per conciliorum *Neocæſareenſis* [n], ac *Laodiceni* [o] & *Baſilii* [p] canones, iniungitur, fateor de duriſſimis eſt, quæ in omni veteris eccleſiæ hiſtoria leguntur. BEVEREGIVS & quidam alii, ſecundum duntaxat

(n) Concil. Neo-Cæſar. can. VII. (tom. I. concil. p. 1482.) *πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι· ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις; Presbyter in nuptiis eius, qui duas vxores ducit, ſeu digamus efficitur, ne conuiuetur. Quum enim requirat pœnitentiam digamus, qui erit presbyter, qui eo, quod ſit conuiuio acceptus, nuptiis adſentiatur?*

(o) Concil. Laodic. can. I. (ibid. p. 1496.) *περὶ τοῦ, δεῖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τοὺς ἐλευθέρως καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις γάμοις, μὴ λαθρογαμίαν ποιήσαντας, ὀλίγου χρόνου παρελθόντος, καὶ σχολασάντων ταῖς προσευχαῖς καὶ νηστείαις, κατὰ συγγνώμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν ὡρίσαμεν. Oportere ex eccleſiaſtico canone eis, qui libere & legitime ſecundo matrimonio coniuncti ſunt, & non clam vxores duxerint, quum exiguum tempus præterierit, & orationibus & ieiuniis vacauerint, ex venia dari communionem.*

(p) Baſil. can. IV. *περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων τὸν αὐτὸν ὡρίσαμεν κανόνα, ὃν καὶ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἀναλόγως· ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ διγάμων, ἄλλοι δὲ δύο ἔτη, τοὺς δὲ τριγάμους ἐν τρισὶ καὶ τέτρασι πολλάκις ἔτεσιν ἀφορίζουσιν· ὀνομάζουσι δὲ τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἔτι γάμον, ἀλλὰ πολυγαμίαν· μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην· - - συνήθειαν δὲ κατελάβομεν, ἐπὶ τῶν τριγάμων πενταετίας ἀφορισμόν· οὐκ ἀπὸ κανόνων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν προειληφότων ἀκολουθίας· δεῖ δὲ μὴ πάντη αὐτοὺς ἀπείργειν τῆς ἐκκλησίας· ἀλλ' ἀκροάσεως αὐτοὺς ἀξιοῦν ἐν δύο που ἔτεσιν ἢ τρισί· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιτρέπειν συστήκειν μὲν, τῆς δὲ κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ ἀπέχεσθαι, καὶ οὕτως ἐπιδειξαμένους καρπόν τινα μετανοίας, ἀποκαθιστᾶν τῷ τόπῳ τῆς κοινωνίας. Trigamorum & polygamorum eumdem canonem definimus, quem in digamis proportione: annum enim in digamis, alii vero duos annos: trigamos autem ſæpe tribus & quatuor annis ſegregant. Id autem non amplius coniugium, ſed polygamiam appellant, vel potius caſtigatam fornicationem. - - Conſuetudine autem accepimus, in trigamis quinquennii ſegregationem, non a canone, ſed ab eorum, qui præceſſerunt, conſequentia. Oportet autem non eos omnino arcere ab eccleſia, ſed dignari auditione duobus vel tribus annis: & poſtea permitti quidem conſiſtere, ſeu in fidelium eſſe congregatione, a boni tamen communione abſtinere, & ſic, poſtquam pœnitentiæ fructum aliquem oſtenderint, communionis loco reſtituere.*

matri-

matrimonium intelligi, putant, quod contractum sit primo non dissoluto. Quod si ita est, nihil hac in re difficultatis superest. Nam seueriore adhuc pœna adfici omnino possunt, qui duas simul vxores retinent. Igitur alii existimant, voluisse eos diminuere, etsi non penitus prohibere, secundas nuptias, factas post primarum morte abolitam obligationem. Sic autem non facile ad definiendum est, quo pacto hoc ipsum & regulas apostolicas inter se conciliare possimus. Neque id excusatione inclinationis ad *Nouatianorum* & *Montanistarum* errores, pro quibus TERTVLLIANVS in libro suo de *monogamia* aliisque in locis contra ecclesiam tantopere pugnat, tegi potest. Ego potius existimem, horum canonum scopum non fuisse alium, nisi impedire nuptias post illegitimum diuortium, quæ res scandali plena erat, etsi per iudæorum pariter ac gentilium leges licita. Idque tanto magis, quia TERTVLLIANI argumenta contra catholicos innuunt, quod secundas nuptias, primarum vinculis legitime solutis, celebratas, in omnibus, si a clericis discesseris, approbarint. Accedit, quod multæ etiam ecclesiæ digamos (hoc quidem sensu) in ipsos ordines admiserint, quemadmodum ex ipso TERTVLLIANO, CHRYSOSTOMO & THEODORETO alio loco [*] pluribus demonstrauimus. Si vero hosce canones plus intendisse dixeris, vt regulæ priuatæ spectandæ sunt, quæ generali sententiæ ac praxi ecclesiæ catholicæ præscribere nequeunt.

§. XIX.

Corrupta consuetudo eorum, qui eucharistiam dabant mortuis, a veteribus castigata.

ADMODVM corrupta ac superstitiosa quædam praxis in ecclesias *Africanas* & nonnullas alias maturius cœpit irrepere, in quam patres, pro eo ac commeruit, seuere animaduerterunt: Erat hæc mortuis eucharistiam dandi consuetudo. Concilium *Carthaginense* tertium canonem habet eo spectantem [q]: *Placuit, vt corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a domino, Accipite & edite. Cadauera autem nec accipere possunt nec edere. Cauendum est etiam, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas*

(*) Lib. IV. c. V. §. IV. volum. II. p. 156. 157. 158.

(q) Concil. Carthag. III. c. VI.

cre-

credat, quibus nec euchariſtiam dari licitum eſt. Qui canon in codice *Africano* [r] cum parua quadam variatione repetitur, vbi cauſſa vtriuſque erroris tam in baptiſmo quam in euchariſtia ignorantiæ decipientium populum presbyterorum adſignatur. Similis canon in concilio *Antiſſiodorenſi* [ſ] in *Gallia* factus ann. DLXXVIII. paullo ante tempus *Gregorii Magni*: *Non licet mortuis, nec euchariſtiam nec oſculum tradi.* Quod eumdem abuſum & heic quodam modo fotum eſſe oſtendit. CHRYSOSTOMVS etiam aduerſus illum loquitur, etſi eum a catholicis foueri non dicat, ſed potius (ſi ab vllis) a *Marcionitis* hæreticis, qui vt viuis vicarium baptiſmum pro mortuis tribuerunt, ita fortaſſis euchariſtiam ipſis mortuis dederunt: Vtriuſque autem conſuetudinis abſurdam rationem verbis ſeruatoris noſtri ſimul profligat. *Quibuſnam dixit*, inquit [t], *Niſi comederitis carnem meam, & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: viuiſne an mortuis? dic quæſo. Et rurſus, Niſi quis regeneratus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt videre regnum Dei.* Longe etiam poſt ætatem CHRYSOSTOMI quædam huius erroris reliquiæ in eccleſia *Græca* ſuperfuiſſe intelliguntur. Nam concilium *Trullanum* [u] prohibitionem verbis concilii *Carthaginenſis* repetit: *Nemo mortuorum corporibus euchariſtiam communicet: ſcriptum eſt enim: Accipite & comedite. Mortuorum autem corpora non poſſunt accipere nec comedere.*

§. XX.

Cui cognatus eſt mos conſepeliendi mortuis euchariſtiam.

BONA cardinalis iſtum quidem abuſum defendere non

(r) Cod. African. c. XVIII. ἤρεσεν, ἵνα τοῖς σώμασι τῶν τελευτώντων εὐχαριστία μὴ δοθῇ· γέγραπται γάρ· λάβετε, φάγετε· τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα ὔτε λαβεῖν δύναται, ὔδὲ φαγεῖν· καὶ ἵνα μὴ τὰς ἤδη τελευτῶντας βαπτισθῆναι ποιήσῃ ἡ τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια. *Item placuit, vt corporibus defunctorum euchariſtia non detur: ſcriptum eſt enim: Accipite & edite; cadauera autem nec accipere poſſunt, nec edere: & ne iam mortuos homines baptizari faciat* presbyterorum ignorantia.

(ſ) Concil. Antiſſiodor. c. XII. (tom. V. concil. p. 958.)

(t) Chryſoſt. homil. XL. in 1 Cor. p. 688. (p. 449. edit. Francof.) τίσι δὲ ἔλεγεν, Ἐὰν μὴ φάγητέ μου τὴν σάρκα, καὶ πίητέ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς; τοῖς ζῶσιν, ἢ τοῖς τετελευτηκόσιν, εἰπέ μοι; καὶ πάλιν· Ἂν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

(u) Concil. Trull. can. CXXXIII. Μηδεὶς τοῖς σώμασι τῶν τελευτώντων τῆς εὐχαριστίας μεταδιδότω· γέγραπται γάρ· λάβετε, φάγετε· τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα οὐδὲ λαβεῖν δύνανται, οὐδὲ φαγεῖν.

audet; alium tamen non minus absurdum defendit, quia a *Benedicto* eum vsurpatum & a *Gregorio Magno* cum approbatione relatum inuenit: Mos hic est consepeliendi mortuis eucharistiam. Factum hoc esse dicit [x] a BASILIO in ecclesia *Græca*, vti in eius vita referatur. Nemo autem est, qui vitæ istius scriptorem sublesta fide auctorem esse ignoret. Quæ ex GREGORIO adlegat [y], ea plus fidei habent. Dicit enim, *Basilium* iussisse eam poni super pectus cuiusdam monachi & simul cum ipso sepulturæ tradi. Hoc ipsum vel peculiari instinctu factum esse putat, vel ex consuetudine tunc recepta, quæ tamen postmodum abrogata fuerit. Nullam autem ecclesiæ suæ regulam producit in medium, qua abrogatam esse ostendat. Quæcumque autem regulæ in contrarium factæ fuerunt, certum tamen est, praxin istam adhuc durare Nam non BALSAMON [z] tantum & ZONARAS suo tempore de ea loquuntur; sed

(x) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XVII. §. VI. Notabile est, quod in præcitata Basilii vita refertur; quum enim precibus a Deo gratiam obtinuisset, vt suis verbis sacrificium offerre posset, accepto diuinitus pane & vino, ipsisque consecratis, tempore confractionis panem diuisit in tres partes, & vnam quidem cum multo timore & veneratione sumsit, alteram vero vna secum sepeliendam seruauit, tertiam denique in columba aurea depositam desuper sacrum altare suspendit. Quod ideo hoc loco adnotandum censui, quia olim viguit hic mos consepeliendi mortuis eucharistiam, non solum apud Græcos, sed etiam apud Latinos. Exstat siquidem exemplum S. Benedicti, qui, vt Gregorius scribit lib. II. dialogor. c. XXIV. puerum monachum extra claustra defunctum sepulturæ tradi iussit, posito super pectus eius dominico corpore, quod ad hunc effectum ipsemet dedit, ne terra defunctum cadauer proiiceret, sicut antea bis acciderat. Siue autem id fecerint sancti patres peculiari instinctu, ne vmquam a domino separarentur, siue ex consuetudine tunc recepta, hæc tamen postmodum abrogata fuit.

(y) Gregor. dialog. lib. II. c. XXIV. Iussit communionem dominici corporis in pectus defuncti reponi atque sic tumulari.

(z) Balzam. in can. LXXXIII. concil. Trullani. (apud Beuereg. tom. I. p. 253.) τὸ μέντοι χειρίζεσθαι τοῖς ἀρχιερεῦσι μετὰ τελευτὴν ἅγιον ἄρτον, καὶ οὕτως ἐνταφιάζεσθαι, νομίζω γίνεσθαι εἰς ἀποτροπὴν τῶν δαιμονίων, καὶ ἵνα δι' αὐτοῦ ἐφοδιάζηται πρὸς οὐρανὸν, ὁ τοῦ μεγάλου καὶ ἀποστολικοῦ καταξιωθεὶς ἐπαγγέλματος. *Quod autem sanctus panis antistitibus post mortem tradatur, & sic sepeliantur, existimo hoc fieri ad auertendos dæmonas, & vt per ipsum, tamquam viaticum, deducatur ad cælum, qui magna & apostolica professione dignus est habitus*

Not. Zonaras, quem Binghamus simul adlegat, de hac consuetudine nihil hoc loco habet.

IVO

IVO [a] etiam dicit, quod quum corpus *S. Othmari* transferretur, sacramentum ex ipsius dormitorio simul cum eo translatum fuerit. Vir quidam doctus, qui adhuc in viuis est [b], nobis confirmat, vidisse se cum pluribus aliis calicem, in quo sacer sanguis sepultus fuerit, e diuersorum episcoporum bustis effossum, *Sari* in ecclesia sepeliri. Vt adeo, quidquid leges prohibuerint, hæc profanatio sub specie pietatis inter viros summos, etsi sine vllo fundamento, vel fide digno exemplo in veteris ecclesiæ praxi, adhuc duret.

§. XXI.

De ordine communicandi.

HACTENVS ea considerauimus, quæ ad ipsos communicantes spectant; nunc in rationem communicandi fas est inquiramus. Vbi omnium primum ordo communicandi nostræ se exhibet obseruationi, qui hunc in modum in *constitutionibus* describitur [c]: *Primum sumat & communicet episcopus; deinde presbyteri, diaconi, subdiaconi, lectores, cantores & ascetæ; & in feminis diaconissæ, virgines & viduæ; postea pueri; tuncque omnis populus ordine.* IVSTINI MARTYRIS [d] ætate, quando episcopus consecrauerat, diaconi tam panem quam calicem communicantibus distribuebant: sequentibus autem temporibus episcopus vel presbyter plerumque panem, diaconi autem post eos calicem, ministrabant. Et sunt quidam canones [e], qui per diaconum,

(a) In vita S. Othmari lib. II. c. III. ap. Surium die XVI Nouembr. Sub capite & circa pectus viri Dei quædam panis rotulæ, quæ vulgo oblatæ dicuntur, ita illæsæ, atque ab omni corruptione extraneæ, ab eodem episcopo inueniebantur, vt in nulla omnino parte colorem vel speciem sui amittentes, adspicientium oculis infra spatium ipsius hebdomadæ viderentur esse confectæ.

(b) *Dr.* Whitby *Idolatry of Host-Worship* chap. I. p. 26.

(c) Constitut. lib. VIII. c. XIII. *μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος κ. τ. λ.* Vid. §. VII. sub litt. (o) pag. 392.

(d) Iustin. apol. II. p. 97. *εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ᾽ ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσιν. Postquam præsidens gratiarum actionem perfecit & populus vniuersus apprecatione læta eam comprobauit, qui apud nos vocantur diaconi atque ministri, distribuunt vnicuique præsentium, vt participet eum, in quo gratiæ actæ sunt, panem, vinum & aquam, & ad absentes perferunt.*

(e) Concil. Arelat. II can. XV. Diaconi corpus Christi, præsente presbytero, tradere non præsumant.

presbytero quodam præſente, corpus *CHRISTI* tradi vetant, & alii [*f*], nonniſi cogente neceſſitate & iubente presbytero, id fieri permittunt. Et aliquando adeo dedecere credebatur presbyterum, ex manibus diaconi euchariſtiam accipere, vt concilium *Nicænum* [*g*] peculiari canone hoc prohibendum cenſeret. Ex permiſſione autem & conſuetudine ordinarium eorum euaſit officium, vt calicem [*h*] & interdum vtramque ſpeciem [*i*] præberent populo, præſcriptam methodum hoc ſacramentum ſuo cuique ordine impertiendi obſeruantes.

§. XXII.

Regulæ quædam, de diſtinctione locorum obſeruatæ.

ALIA diſtinctio fiebat in adſignando communicantibus ſuam cuique ſtationem. Etſi enim hoc in caſu nullum diſcrimen inter diuites & pauperes ſtatuebatur; quum omnes peræque ad eamdem communionem recipiendam, tamquam amici communis domini [*k*], vocarentur; tamen aliquod diſcrimen loci, ordinis cauſſa, generatim obſeruabatur, licet non omnino idem in omnibus locis, ſed cum quadam varietate pro diuerſis diuerſarum eccleſiarum conſuetudinibus. In eccleſiis *Hiſpanicis* presbyteri & diaconi ante altare communica-

(*f*) Concil. Carthag. IV. can. XXXVIII. Diaconus præſente presbytero euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget.

(*g*) Concil. Nic. c. XVIII. Ηλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἔν τισι τόποις καὶ πόλεσι, τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν· ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. κ. τ. λ. *Peruenit ad ſanctam & magnam ſynodum, quod in nonnullis locis & ciuitatibus diaconi dant presbyteris euchariſtiam, quod nec canon, neque conſuetudo tradidit, vt, qui offerendi poteſtatem non habent, iis, qui offerunt, dent corpus Chriſti.*

(*h*) Vid. Cyprian. de lapſis p. 132. (p. 94. edit. Amſtelod.) Vbi vero ſolemnibus adimpletis calicem diaconus offerre præſentibus cœpit. cetera. Conſtit. lib. VIII. c. XIII. vid. ſub litt. (c).

(*i*) Con. Ancyr. can. II. (tom. I. concil. p. 1455.) Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τῆς τε τοῦ ἄρτου ἢ ποτήριον ἀναφέρειν ἢ κηρύσσειν. *Diaconi ſimiliter qui immolauerint, honorem quidem habeant: ceſſare vero ab omni ſacro miniſterio, ſiue a* pane, *ſiue a* calice offerendo, *vel prædicando.*

(*k*) Chryſoſtom. homil. X. in 1 Theſſ. p. 1455. (NB. in editione Francofurtenſi, quæ mihi ad manus eſt, non inuenio, quod huc ſpectet.)

bant,

bant, in choro clerus, extra chorum populus, vti e canone quodam concilii *Toletani* [*l*] quarti manifeftum eft; & ad hoc, tamquam veterem confuetudinem, iam pridem antiquis canonibus ftabilitam, remittit concilium *Bracaranfe* [*m*]. Quod innuit, datas fuiffe olim regulas de hac materia, fiquidem concilium *Bracarenfe* non potuit intelligere *Toletanum*, vtpote quod poft illud an. DCXXXIII. habitum eft. Ad vetuftiores ergo canones hoc concilium refpexerit, oportet, cuiufmodi ille *Laodicenus* eft, qui [*n*] non nifi facro minifterio deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem permittit. Et hæc conftans ecclefiæ *Græcæ* praxis videtur fuiffe, in qua nulli laico ex eo tempore, præter imperatorem, licitum fuit, offerendi & communicandi cauffa, intra altaris fepta ingredi; hoc autem priuilegium imperatori ex antiquiffima traditione [*o*] indultum erat, vt concilium *Trullanum* loquitur. Verumtamen hoc ipfum imperatori in ecclefia *Italica* negatum fuit. Neque enim *Ambrofius Theodofio* imperatori in hoc loco communicandi veniam dare volebat, fed compellebat eum abire, fimulac bona fua fuper altare obtuliffet. VALESIVS [*p*] autem ex epiftolis DIONYSII

(*l*) Concil. Tolet. IV. c. XVII. Sacerdos & Leuita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.

(*m*) Concil. Bracar. I. c. XXXI. Placuit, vt intra fanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis viris vel mulieribus, ficut & antiquis canonibus ftatutum eft.

(*n*) Concil. Laodic. c. XIX. *μόνοις ἐξὸν εἶναι τοῖς ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον καὶ κοινωνεῖν.*

(*o*) Concil. Trull. can. LXIX. *Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἁπάντων ἐν λαϊκοῖς τελοῦντι ἔνδον ἱεροῦ εἰσιέναι θυσιαστηρίου· μηδαμῶς ἐπὶ τούτῳ τῆς βασιλικῆς εἰργομένης ἐξουσίας καὶ αὐθεντίας, ἡνίκα ἂν βουληθείη προσάξαι δῶρα τῷ πλάσαντι, κατά τινα ἀρχαιοτάτην παράδοσιν. Nulli omnium liceat, qui quidem fit in laicorum numero, intra fepta facri altaris ingredi, nequaquam tamen ab eo prohibita poteftate & auctoritate imperiali, quandoquidem voluerit creatori dona offerre, ex antiquiffima traditione.*

(*p*) Valef. not. in Eufeb. lib. VII. c. IX. Olim fideles ad ipfam facram menfam accedebant quemadmodum hoc loco [apud Eufebium] docet Dionyfius & in epiftola ad Bafilidem c. II. vbi de mulieribus, quæ menftruo fanguinis fluxu laborant, ita fcribit, *οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτως διακειμένας ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι.* Ad quem Dionyfii locum recte notat Balfamo, *ὡς ἔοικε δὲ, τὸ παλαιὸν εἰσήρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον*, id eft, *Olim quidem, vt apparet, mulieres ad altare*

episcopi *Alexandrini* obseruat, quod sæculo tertio fideles communicaturi ad ipsam sacram mensam accesserint. Et MABILLONIVS [q], eamdem consuetudinem in ecclesiis *Gallicanis* invaluisse, demonstrat ex GREGORIO *Turonensi* [r]. Et hoc ex concilio *Turonensi* secundo planum perspectumque est, quod habet canonem ita decernentem : *Vt laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos, tam ad vigilias, quam ad missas, stare penitus non præsumant: sed pars illa, quæ a cancellis versus altare diuiditur, choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum vero & communicandum* [s], *laicis & feminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum.* Vt adeo hic manifesto de illis ritibus fuerit, qui pro diuersitate temporum ac locorum, & pro diuersis diversarum ecclesiarum consuetudinibus, variarunt. Dantur quamplurimæ aliæ consuetudines, ad hanc rationem communicandi spectantes, quæ plus momenti habent & his vltimis temporibus in magnam controuersiam vocatæ sunt, adeoque eas paullo studiosius examinemus, oportet, quod capite sequenti facere animum induximus.

---

re accedebant, & e sacra mensa participabant. Postea tamen canone XLIV. concilii Laodiceni vetitum est, ne mulieres ad altare accederent: viris autem id ipsum interdictum est in synodo Trullana &c.

(q) Mabillon. de liturg. Gallican. lib. I. c. V. §. 24. Post benedictionem & sacerdotis communionem, fideles communicaturi ad altare accedebant, etiam mulieres, vt num. 6. notauimus: contra quam apud Hispanos, apud quos sancitum est concilii quarti Toletani can. XVII. *Vt sacerdos & Leuitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.* Idem fere statutum concilii Laodiceni canone XIX. Contrarius mos apud Gallos. In secundo concilio Turonensi canon quartus vetat laicos choro misceri psallentium clericorum: *ad orandum vero & communicandum laicis & feminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum.* De Guntchramno rege id testatur Gregorius in lib. IX. c. III. *Interea* cet. [Vid. sub litt. seq. (r)].

(r) Gregor. Turon. lib. IX. c. III. Interea aduenit festiuitas sancti Marcelli, quæ apud vrbem Cabilonensem mense septimo celebratur: & Guntchramnus rex adfuit. Verum vbi peractis solemnibus ad sacrosanctum altarium communicandi gratia accessisset, venit quidam, quasi aliquid suggesturus.
Id. lib. X. c. VIII. Episcopus permisit eum cum ceteris missarum spectare solemnia. Verum vbi ad communicandum ventum est, & *Eulalius ad altare accessisset*, ait episcopus: Rumor populi parricidam te proclamat esse &c.

(s) Concil. Turon. II. c. IV.

LIBRI

LIBRI DECIMI QVINTI
CAPVT QVINTVM
DE DIVERSIS QVAESTIONIBVS CIRCA MODVM COMMVNICANDI IN ECCLESIA ANTIQVA.

§. I.

Populum semper admissum esse ad recipiendam eucharistiam sub vtraque specie.

PRIMA harum & maximi momenti quaestio est, Num populus & illi de clericis, qui non consecrabant, generatim admissi fuerint ad eucharistiam recipiendam sub vtraque specie? Principes papatus aduocati sub exordium reformationis [a] fateri nolebant, vniuersalem primitiuae ecclesiae praxin inuectae posterioribus temporibus sacrilegae consuetudini negandi populo calicem fuisse contrariam: adeoque etsi quaedam in antiquitate exempla communionis sub vtraque dari largiebantur, tamen consuetudinem non vniuersalem fuisse, contendebant. Ita ECKIVS & HARDINGVS cum multis aliis. Qui autem ex eo tempore veteris ecclesiae praxin considerauerunt curatius, illi hanc opinionem defendere erubescunt, & libere profitentur, per duodecim priora saecula nullum dari exemplum, quod populus in publica sacramenti celebratione sub vna specie communicare debuerit, in priuata autem eius administratione pauca quaedam putant inueniri. Ita distinguit BONA [b] cardinalis, cuius verba adeo digna sunt notatu, vt facere non possim, quin ea heic interponam: *Certum est*, inquit, *omnes passim clericos & laicos, viros & mulieres sub vtraque specie sacra mysteria antiquitus sumsisse, quum solemni eorum celebrationi aderant, & offerebant & de oblatis participabant. Extra sacrificium vero & extra eccle-*

(a) Eckii enchirid. c. X. de eucharistia p. 130. Fatemur, hunc vsum fuisse in primitiua ecclesia: nec tamen vniuersalis fuit vsus. Item homil. XXXIII. Non negamus immo libere profitemur, in quibusdam particularibus ecclesiis in principio atque deinde aliquanto post, sacramentum hoc etiam laicis in vtraque specie esse porrectum.
Harding's *Answer* to Juel's *Challenge* Artic. 2. p. 30.

(b) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XVIII. §. I.

siam

stam semper & vbique communio sub vna specie in vsu fuit. Primæ parti assertionis consentiunt omnes, tam catholici quam sectarii; nec eam negare potest, qui vel leuissima rerum ecclesiasticarum notitia imbutus sit. Semper enim & vbique ab ecclesiæ primordiis vsque ad sæculum duodecimum sub specie panis & vini communicarunt fideles; cœpitque paullatim eius sæculi initio vsus calicis obsolescere, plerisque episcopis eum populo interdicentibus ob periculum irreuerentiæ & effusionis, quod ineuitabile erat, aucta fidelium multitudine, in qua deesse non poterant minus cauti & attenti ac parum religiosi. Et paucis interiectis: *Hæc mutatio facta est primum a diuersis episcopis in suis ecclesiis, deinde a synodo Constantiensi canonica sanctione pro omnibus stabilita.* Hæc tam libera est & ampla confessio pro vniuersali ecclesiæ praxi, quam quis exoptauerit, & eo valet, vt omnium istorum argumentorum ostendat vanitatem, quæ primi huius disputationis auctores e scriptura & antiquitate producunt, probaturi, morem communicandi sub vtraque specie non fuisse vniuersalem. Eximit etiam nos labore cumulandi testimonia in hac disputatione, vtpote minus necessaria in re tam indubia & incontrouersa, vti quidem ipsimet aduersarii profitentur. Si quis vero testimonia copiosius producta videre gestit, inuenire ea potest apud VOSSIVM [c] & MOLINAEVM [d], inprimis autem apud CHAMIERVM [e] & eruditum recentioris cuiusdam libelli [f], lingua nostra *Anglicana* scripti, auctorem, qui nullam catholicam traditionem pro communione sub vna specie haberi ostendit. BONA autem non tantum omnia hæc nobis largitur, sed tacite etiam omnibus speciosis argumentis respondet, quibus BELLARMINVS [g] & alii vtuntur, vt lectoribus suis persuadeant, veterem ecclesiam sub vna duntaxat specie dedisse eucha-

(c) Voss. thes. theol. disput. V. de symbolis cœnæ domin.

(d) Moulin. *Novelty of Popery* Book 7. Controversy 12. (p. 1273 -- 1285. edit. German. Vesaliæ MDCXXXII.)

(e) Chamier. de eucharist. lib. VIII. c. IX.

(f) *Demonstration that the Church of* Rome *had erred in her Decrees about Communion in one kind.*

(g) Bellarm. de eucharist. lib. IV. c. XXIV. Quintus ritus erat, vsus communionis laicæ, quæ in pœnam grauis alicuius delicti olim dabatur clericis, ablata eis communione clericali. Est autem huius communionis crebra mentio in decretis antiquissimorum pontificum & conciliorum, &c.

risti-

ristiam. BELLARMINVS viget crebram mentionem communionis laicæ, ad quam clerici delinquentes redigi consueuerint, eamque interpretatur communionem sub vna specie. At BONA hanc communionis laicæ notionem, vt omnino falsam, reiicit, tacite animaduertens in BELLARMINVM & alios recentiores suæ ipsius ecclesiæ scriptores, tanquam antiquæ disciplinæ ignaros. *Recentiores*, inquit [h], *qui audito nomine communionis* (laicæ), *eius veteri notione neglecta, id solum concipiunt, quod hodie ea voce significatur, laicam communionem nihil aliud esse putant, quam perceptionem eucharistiæ sub vnica specie, aut extra cancellos, more laicorum; Quod quam falsum sit, vel ex eo liquet, quod sæpe clericos ad laicam communionem detrusos legimus, eo tempore, quo etiam laici sub vtraque specie communicabant.* Alii argumentum ex eo captant, quod veteres vocabant *communionem peregrinam*, quam itidem communionem sub vnica specie interpretantur. Multam autem operam nauat BONA [i], vt horum virorum detegat ignorantiam, & in vtramque huius communionis notionem curate inquirit, concludens tandem, quodcumque per eam intelligatur, communionem sub vna specie non intelligi. BELLARMINVS præterea vnum & alterum argumentum format ex eucharistiæ in vsum ægrotantium reseruatione, & ex priuata ac domestica communione, quam priuatis christianis in domibus suis, vel in itinere, vel solitudine permissam fuisse supra vidimus: quæ communionis genera omnia sub vna tantum specie facta esse, BELLARMINVS contendit. Enimvero præterquam quod hoc falsum per se est: (Nam non vnam solam sed vtramque speciem in hos vsus reseruarunt, vti mox videbimus) BONA [k] id omne præter quæstionem esse dicit. Nam quæstio non est de priuata & extraordinaria communione, in magnæ necessitatis casibus, sed de publica: De qua ille concludit, nullum exemplum in medium posse proferri, quod ante sæculum duodecimum sub vna solum specie celebrata sit.

(*h*) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XIX. §. III.

(*i*) Bona ibid. §. V. Quidam, inter quos Binius in notis ad concilium Ilerdense, communionem peregrinam cum Laica confundunt, sed non est credibile, veterem ecclesiam eamdem rem diuersis adeo vocabulis expressisse. --- Alii existimarunt, nihil aliud esse, quam perceptionem eucharistiæ sub vna tantum specie. Verum quid magis alienum a disciplina veterum patrum? &c.

(*k*) Bon. ibid. c. XVIII. §. I. Vid. supra sub litt. (h) in textu.

VERVM ENIM VERO ne caussam ecclesiæ suæ, vt omnino desperatam, deserere BONA videatur [*], mutationem a concilio *Constantiensi* factam & a concilio *Tridentino* confirmatam, cum nulla diuina lege pugnare dictitat; communionem enim sub vtraque specie nec diuinitus institutam fuisse, nec vmquam antiquos patres eam ad salutem necessariam esse, docuisse. Miraberis, credo, lector, videns, hominem eruditum ita fatuari. Ecquæ enim verba diuinam institutionem exprimere valent, si hæc seruatoris nostri verba non valent, *Bibite ex eo omnes?* Aut quo pacto patres non crediderunt, communionem sub vtraque specie esse necessariam, qui eam adeo pueris necessariam esse docuerunt, & reuera illis sub vtraque specie eucharistiam dederunt, si recipere eam possent, quemadmodum antea audiuimus? Sed male cum habet, quod quidam de ipsis eorum pontificibus hanc mysterii diuisionem grande sacrilegium vocarunt. GELASIVS [*l*] queribunda voce ait: *Comperimus, quod quidam sancta tantummodo corporis sacri portione contenti, a calice sacri cruoris abstineant. Qui procul dubio, quia nescio qua superstitione docentur obstringi, aut integra sacramenta percipiant, aut integris arceantur: quia diuisio vnius eiusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non potest prouenire.* LEO MAGNVS [*m*] contra eos in eumdem modum declamat, *Ore indigno*, inquiens, *CHRISTI corpus accipiunt, sanguinem autem redemtionis nostræ hac vice omnino declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, vt nobis huiuscemodi homines & in his manifestentur indiciis, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi a sanctorum societate sacerdotali auctoritate pellantur.* Friuolum est heic dicere cum BONA, aduersus *Manichæos* promulgatas esse has leges, qui vinum fel principis tenebrarum, & a diabolo creatum esse crediderint, adeoque eius haustum respuentes diuina mysteria mutilarint, seque grandi sacrilegio ob-

(*) Bon. ibid. Hæc mutatio facta est primum a diuersis episcopis in suis ecclesiis, deinde a synodo Constantiensi canonica sanctione pro omnibus stabilita, nullo profecto spiritualis refectionis detrimento, vt fideles experiuntur; nulla diuinæ legis transgressione: quia communio sub vtraque specie nec diuinitus instituta fuit, nec vmquam antiqui patres eam ad salutem necessariam esse, docuerunt.

(*l*) Gelas. ap. Gratian. de consecrat. distinct. II. c. XII.

(*m*) Leo serm. IV. de quadragesima (biblioth. patr. max. tom. VII. p. 1015. d. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

strin-

ſtrinxerint: Nam iſtorum pontificum rationes generatim ſuperſtitioni cuicumque oppoſitæ ſunt, ex eorumque opinione ſacramentum ſine grandi ſacrilegio & violatione primæ inſtitutionis diuidi non poteſt. Id quod BONA ex alio etiam decreto diſcere potuiſſet, quod in lege ipſorum canonica [n] ſub IVLII pontificis maximi nomine recitatur. *Audiuimus*, inquit ille, *quoſdam ſchiſmatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & apoſtolicas inſtitutiones, lac pro vino in diuinis ſacrificiis dedicare; alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere. -- Quod quam ſit euangelicæ & apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini eccleſiaſticæ aduerſum, non difficile ab ipſo fonte veritatis probabitur, a quo ordinata ipſa ſacramentorum myſteria proceſſerunt.* Nonne hæc verba manifeſto produnt, communicare ſub vtraque ſpecie diſtincte, fieri ſecundum leges *CHRISTI*, ipſiuſque regulæ & doctrinæ non minus quam exemplo eſſe conſentaneum? Qua igitur fronte dicere BONA poterat, communionem ſub vtraque ſpecie nec diuinitus inſtitutam eſſe, nec vmquam antiquos patres eam ad ſalutem neceſſariam eſſe, docuiſſe? quando adeo ex ipſis eccleſiæ *Romanæ* pontificibus aliqui communionem diſtincte in vtraque ſpecie adminiſtratam, diuinum ordinem, diuiſionem autem myſterii grande ſacrilegium eſſe, diſertis & perſpicuis verbis profitentur. Et veteres ex hoc ipſo principio, quod ſit lex *CHRISTI*, ſemper in vtraque ſpecie adminiſtrarunt, quidquid BONA eiuſque aſſeclæ in contrarium obganniant.

DE altero quæſtionis momento, Anne veteres nonnumquam priuatim & extra ordinem ſacramentum in vna duntaxat ſpecie adminiſtrarint, nulla nobis eſt cum BONA controuerſia, vtpote quod, ipſomet profitente, præter quæſtionem eſt de publica communione: Quamquam multum omnino abſit, vt argumenta, quæcumque ab ipſo & BELLARMINO hac in re adhibentur, vera ſint & firma. Quando enim pro communione ſub vna duntaxat ſpecie argumentantur ex priuata & domeſtica communione, ex diuerſis exemplis apparet, hoc genus communionis ſæpius fuiſſe ſub vtraque ſpecie. Ita NAZIAN-

(n) Iul. ep. ad epiſcop. Aegypt. ap. Gratian. de conſecrat. diſtinct. II. c. VII.

ZENVS [*o*] de *Gorgonia* ſorore ſua dicit, quod corporis ac ſanguinis dominici antitypa recondiderit. Et AMBROSIVS, de *Satyro* [*p*] fratre ſuo aliiſque nauigantibus loquens, rem eiusmodi verbis exprimit, quæ ſatis indicant, eos & panem ediſſe & bibiſſe vinum. Et quando iterum dicunt, communionem reſeruatam in eccleſia pro ægrotis in vna tantum ſpecie fuiſſe: contrarium aperte patet ex IVSTINO MARTYRE [*q*], qui panem & vinum ad abſentes per diaconos deferri docet; & ex CHRYSOSTOMI epiſtola [*r*] ad *Innocentium*, vbi deſcribens militum graſſationem in eccleſia, ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem in tanto tumultu in militum veſtimenta fuſum eſſe, queritur. Quem locum ipſe BARONIVS [*s*] tamquam argumentum citat, ſacramentum ſub vtraque ſpecie in vſum ægrotantium in eccleſia adſeruari conſueuiſſe, probaturus. Porro argumentantur ab exemplo eorum, qui longam profectionem ſuſceperint, vel nauigarint, quod euchariſtiam ſemper ſub vna ſpecie receperint. BARONIVS [*t*] autem eodem loco auctoritate GREGO-

(*o*) Nazianz. orat. XI. de Gorgon. p. 187. *εἴ πȣ τῶν ἀντιτύπων τȣ̃ τιμίȣ σώματος, ἢ τȣ̃ αἵματος ἡ χεὶρ ἐθησαύρισεν.*

(*p*) Ambroſ. orat. de obitu fratris (tom. III. p. 19. edit. Baſileenſ. MDLV.) Quantum arbitrabatur ſi ore ſumeret (panem puta) & toto pectoris hauriret arcano: (nempe vinum.)
Voſſ. theſ. p. 517. (p. 329. edit. Hag.) ex Tappero. Ruardus Tapperus de exemplo Satyri, fratris Ambroſii tractans, ſic inter alia ſcribit: *Videtur ex eo & ſimul ſermone V. de lapſis apud Cyprianum, quod illis temporibus ſanguinem domini ex calice omnes bibebant, & quod corpus domini iis in manus dabatur, vt vel ſtatim ſumerent, vel ſecum portarent domum, ibique ſumerent, ita vt per interualla temporum biberent ex calice domini, & corpus domini manducarent.*

(*q*) Iuſtin. apol. II. p. 97. Vid. cap. IV. §. XXI. ſub litt. (d) pag. 437.
Ita quoque nonnulli putant accipi poſſe verba Hieronymi, quando loquens de Exuperio epiſcopo Toloſano ait: *Nihil illo ditius, qui corpus domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro,* vtpote quibus videatur indicare, detuliſſe eum vtramque ſpeciem ad ægrotantes.

(*r*) Chryſoſt. epiſt. ad Innocent. tom. IV. p. 681. cit. ſupr. c. IV. §. XI. ſub litt. (o) p. 409.

(*s*) Baron. an. CCCCIV. tom. V. p. 194. edit. Morel. Conſidera hæc lector, quam procul abhorreant a patrum traditione vſuque eccleſiæ catholicæ, qui noſtro tempore negant, adſeruandam eſſe ſacratiſſimam euchariſtiam, quam videmus, non ſub ſpecie panis tantum, ſed etiam ſub ſpecie vini, olim conſueuiſſe recondi.

(*t*) Baron. ibid. ex Gregor. dialog. III. c. XXXVI. Habes id quoque probatum au-

RII MAGNI probat, in naui portasse nauigantes *CHRISTI* corpus & sanguinem. Ipse quoque BONA [*u*] narrat, nonnumquam communionem sub vtraque specie ad eos, qui in desertis & solitudinibus degerint, delatam esse, & exemplum ex vita *Mariæ Aegyptiacæ*, a SOPHRONIO conscripta, suggerit. Similiter communionem præsanctificatorum vrgent, cuius vsus apud *Græcos* erat per omnem quadragesimam, sabbatis & dominicis diebus exceptis, vti notatum est supra; In *Latina* vero ecclesia iste vsus erat in die parasceues, & hanc confidenter dictitant communionem sub vna duntaxat specie fuisse; Reseruasse enim solum panem, non vinum, ad huiusmodi communionem. BELLARMINVS ad bene multos auctores nos remittit pro hac sua sententia, nempe ad INNOCENTIVM pontificem *Romanum epist. I. cap. IV*, vbi ne verbum quidem hac de re habetur; & ad GREGORII *sacramentarium*, ad *Ordinem Romanum* in officio parasceues, ad RABANVM MAVRVM & ad MICROLOGVM. Verum CASSANDER [*x*], hoc argumento infeliciter infracto eosque contra inuerso, hunc in modum obiectioni respondet: *Grauiores auctores, qui ante aliquot sæcula de ecclesiasticis officiis scripserunt, Ordinis Romani auctoritatem ad comprobandam plenam populi communionem ex hoc ipso ritu adducunt. In quo Ordine iubetur, vt in parasceue vinum non consecratum cum dominica oratione, & dominici corporis immissione consecretur: VT POPVLVS PLENE POSSIT COMMVNICARE siue (vt alius quidam in Ordinario Romano legi adfirmat) vt contractu dominici corporis integra fiat communio. Idem censendum de liturgia προηγιασμένων, id est, præsanctificatorum, siue im-*

ctoritate S. Gregorii, Romani pontificis, dum ait, in naui portasse nauigantes Christi corpus & sanguinem.

(*u*) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XVIII. n. II. ex vita Mariæ Aegyptiacæ. Non nego, aliquando simul cum corpore Christi sanguinem quoque extra ecclesiam delatum, in vita enim S. Mariæ Aegyptiacæ, a Sophronio conscripta, legimus, quod, quum in vasta eremo annis XLVII. vitam rigidissimam egisset, ab abbate Zozimo Dei nutu reperta, sibique mortem imminere cognoscens rogauit illum, vt reuersus in monasterium diuini corporis & viuifici sanguinis portionem in vaso sacro sibi adferret, quia numquam communicauerat, ex quo desertum ingressa fuerat. Ille vero statuto tempore mittens in modico calice intemerati corporis & pretiosi sanguinis portionem ad eam attulit, quæ susceptis sacris mysteriis in pace quieuit.

(*x*) Cassand. de commun. sub vtraque specie p. 1027.

perfecta, quæ apud Græcos per quadragesimam celebrabatur quinque illis diebus hebdomadæ (qui sunt præter sabbatum & dominicum) quibus oblatio & consecratio non fiebat, sed sola ex præsanctificatis distributio. Nam & illic vinum & aqua in calicem mittitur, & in precibus ante communionem corpus & sanguis domini commemoratur. Ita CASSANDER & post eum VOSSIVS [y]. At LEO ALLATIVS [z], qui peculiarem dissertationem de hac materia scripsit, fortius hoc argumentum prostrauit, quod mirum est BONAM non obseruasse, qui toties hanc illius dissertationem adlegat & commendat. Nam e scriptoribus *Græcis*, NICOLAO CABASILA [a] & SIMEONE THESSALONICENSI [b] demonstrat, in ista communione vtrumque elementum, panem & vinum, adfuisse, siue

(y) Voss. theses theol. p. 519. (p. 331. edit. Hagæ comit.)

(z) Allat. de missa præsanctificatorum §. VII. p. 1559.

(a) Cabasil. exposit. missæ c. XXIV. ap. Allat. ibid. Εἰ δέ τινες τῶν προσπιπτόντων εἰσιόντων μετὰ τῶν δώρων τῷ ἱερεῖ εἰς σῶμα χριστοῦ καὶ αἷμα τὰ κομιζόμενα δῶρα προσκυνοῦσι, καὶ διαλέγονται, ἀπὸ τῆς εἰσόδου τῶν προηγιασμένων δώρων ἠπατήθησαν, ἀγνοήσαντες τὴν διαφορὰν τῆς ἱερουργίας ταύτης, κἀκείνης· αὐτὴ μὲν γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ εἰσόδῳ ἄθυτα ἔχει τὰ δῶρα, καὶ οὔπω τετελεσμένα, ἐκείνη δὲ τέλεια καὶ ἡγιασμένα, καὶ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ. *Si qui autem eorum, qui sacerdote cum donis ingrediente humi procumbunt, tamquam corpus & sanguinem Christi, dona, quæ deferuntur, adorant & alloquuntur, ab ingressu præsanctificatorum donorum decepti sunt, ignorantes differentiam huius & illius sacrificii; hoc enim in ipso ingressu non sacrificata habet dona; illud autem perfecta & sacrificata, & corpus & sanguinem Christi.*

(b) Simeon. opuscul. contra hæreses. καὶ ἡ λοιπὴ γίνεται συνήθης ἀκολουθία τῶν προηγιασμένων, ὅτε καὶ ἐν τῇ τῶν ἁγίων εἰσόδῳ δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον ὑποπίπτειν, ὡς τετελεσμένων ὄντων τῶν θείων δώρων, καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀληθῶς ὄντος· αὐτὸ γάρ ἐστι, τὸ κατεχόμενον ἐν τῷ δίσκῳ, τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα μετὰ τοῦ θειοτάτου αἵματος. *Et reliquorum pro more præsanctificatorum officium celebratur, cum & in introitu sanctorum oportet nos inclinatius procumbere, cum diuina munera iam perfecta sint, & saluator noster vere exsistat. Quod enim in disco continetur, sanctissimum ipsius corpus est cum diuinissimo sanguine.*

Id. respons. LVI. ad Gabriel. Pentapolitan. καὶ περὶ μὲν τὴν ἐννάτην ὥραν ταύτην τελοῦμεν τὴν τελετὴν, ἀποσώζοντες τὸν ὅρον τῆς νηστείας, ἅπαξ πρὸς ἑσπέραν ἐσθίοντες· ἁγιαζόμεθα δὲ ταῖς εὐχαῖς, καὶ τῇ ὄψει τῶν ὀφθαλμῶν, ἅμα τῷ νοῒ αὐτὸν ὁρῶντες τὸν κύριον, κατεχόμενον ὑπὸ τῶν ἱερέων, καὶ εἰς ἱλασμὸν προτιθέμενον, καὶ μεταδιδόμενον τοῖς ἀξίοις τῆς αὐτοῦ κοινωνίας· ὅτε καὶ προσπίπτειν αὐτῷ θερμῶς ὀφείλομεν ἐπ᾽ ἔδαφος, καὶ συγχώρησιν ἐξαιτεῖσθαι τῶν ἐσφαλμένων, καὶ πάντων μεμνῆσθαι πιστῶν, δηλονότι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἰσόδου, ἡνίκα ἐπὶ κεφαλῆς αὐτὸν κατέχει ὁ ἱερεύς· καὶ γὰρ τετελεσμένα εἰσὶ τὰ μυστήρια, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ· καὶ εἰ πρὸ τοῦ τελεσθῆναι ἄξια τιμᾶσθαι τὰ δῶρα, ὡς ἀντίτυπα,

antea

antea conſecrata, ſiue ex mutuo contactu. Vt adeo hoc argumentum nihil in eorum gratiam probet, ſed hypotheſin potius deſtruat aduerſariorum. Nam hæc communio præſanctificatorum apud *Græcos* in vtraque ſpecie fuit. Et ipſæ preces in hac liturgia cum ante tum poſt communionem, (vti ALLATIVS [*c*] obſeruat) euidenter id demonſtrant. Nam ſacerdos ante communionem ſic deprecatur: *Dignos fac potenti tua manu participes fieri immaculati corporis tui & pretioſi ſanguinis, & miniſterio noſtri vniuerſum populum.* Et poſt communionem [*]: *Gratias agimus tibi ſaluatori omnium Deo propter omnia bona, quæ nobis exhibuiſti, & propter participationem ſancti corporis & ſanguinis Chriſti tui.* Et ALLATIVS porro obſeruat [*d*], eamdem præſanctificatorum communionem ſub vtraque ſpecie adhibitam eſſe feria ſexta in paraſceue apud *Hiſpanos*, ſecundum regulam liturgiæ *Mozarabicæ*, quod cum iis concordat, quæ ex *Latina* eccleſia antea obſeruauit CASSANDER. Quod autem BELLARMINVM & BONAM in eum errorem abripuit, vt hanc communionem ſub vna duntaxat ſpecie fuiſſe ſtatuant, hoc eſt, quod tum in *Græca* tum in *Latina* eccleſia panem ſolum, non ſimul vinum, pro hoc

---

καὶ ἀφιερωμένα θεῷ, πολλῷγε μᾶλλον τελελεσμένα ὄντα τῇ θείᾳ χάριτι διὰ τῆς ἱερουργίας, καὶ σῶμα ἀληθῶς, καὶ αἷμα τελοῦνται χριστοῦ. Et circa horam nonam hoc ſacrificium peragimus, ieiunii regulam ſeruantes, quum ſemel circa veſperam manducamus. Precibus vero ſanctificamur, & oculorum viſione, vna cum mente, ipſum dominum intuemur, a ſacerdotibus comprehenſum, & in propitiationem poſitum, dignisque illius communione diſtributum; quando & ante eum ſummo cordis adſectu nos proſternere in pauimento debemus, & veniam delictorum exorare, & omnium fidelium recordari, tempore ſcilicet introitus, quum eum ſuper caput geſtat ſacerdos, namque myſteria abſoluta ſunt, & corpus & ſanguis Chriſti. Et, ſi, antequam perfectionem acquirant, digna veneratione munera illa exſiſtunt, veluti antitypa, Deoque conſecrata, multo magis cum diuina gratia per ſacrificium perfectionem adepta ſunt, & corpus vere & ſanguis Chriſti ſunt, venerationem merentur.

(*c*) Allat. ibid. §. XIX. *καὶ καταξίωσον τῇ κραταιᾷ σου χειρὶ μεταδοῦναι ἡμῖν τοῦ ἀχράντου σώματός σου, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, καὶ δι' ἡμῶν παντὶ τῷ λαῷ.*

(*) Ibid. *Εὐχαριστοῦμέν σοι τῷ σωτῆρι τῶν ὅλων θεῷ ἐπὶ πᾶσιν οἷς παρέχεις ἡμῖν ἀγαθοῖς, καὶ ἐπὶ τῇ μεταλήψει τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ χριστοῦ σου.*

(*d*) Ibid. §. XVIII. ex miſſa Mozarab. in die paraſceues. Et deinde accipiat patinam, & mundet eam ſuper calicem cum pollice; & mundatam ponat eam ſub mento, & poſtea ſumat vinum de calice cum ſua particula; quæ, ſecundum quoſdam, conſecrat vinum in calice.

offi-

officio reseruarent; quando vero ad communicandum progrediebantur, panem præsanctificatum in calicem vini ponebant, dicebantque orationem dominicam & alias quasdam precationes; & hic actus pro consecratione eius habebatur, atque ita ad communicandum sub vtraque specie procedebant. Paullo longius explicando huic ritui immorati sumus, quia hoc vnum solum argumentum est, quod aduersarii nostri cum aliquo colore, de publica communione sub vna specie, vrgere possunt; quod tamen, recte quidem intellectum, non pro ipsis sed contra eos valere videmus. Neque in hodiernum vsque diem *Græci* & *Maronitæ*, *Abassini* & *Orientales* omnes vmquam aliter, ac sub vtraque specie, eucharistiam recipiunt, vti ex ABRAHAMO ECHELLENSI aliisque scriptoribus ipse BONA [*e*] profitetur. Et quod ad reliqua attinet exempla ægrotorum, vel infantium, vel in itinere constitutorum, qui in vna solum specie communicarint (si vel maxime vera esse concedamus, vti eorum plura falsa esse videmus) priuati tantum & extraordinarii casus sunt, qui ad publicam communionem in ecclesia non spectant, neque adeo in præsentem disquisitionem vocandi sunt, quæ de publica tantum communione, non autem de ea, quæ in specialioribus quibusdam & extraordinariis casibus facta est, instituitur.

(*e*) Bona rer. liturg. lib. II. c. XVIII. §. II. Quod vero subiungit, duobus hisce casibus exceptis ceteros omnes cuiusuis ætatis & conditionis sub vtraque specie communicare, id sacerdotes Maronitæ in Vrbe degentes a me consulti de his intelligendum testantur, qui intra ecclesiam communicant. Liber enim constitutionum ecclesiæ orientalis, quem citat Abraham Echellens. epist. ad Nihusium, post quam decreuit c. III. sect. III. non licere sacerdoti portare corpus sine sanguine, statim subdit: *exceptis ægrotis, & qui longe distant ab ecclesia, & qui impedientibus sunt distracti negotiis, vt sunt pastores & agricolæ, qui incolunt villas, nec habent ecclesias, nec ecclesiam remotam adire possunt: similiter quoque mulieres, præsertim quum timetur, ne hinc accidat eis ignominia aliqua propter itineris distantiam: deferre autem ad hos calicem, periculosum est valde, ideoque corpus sine sanguine detur illis.* Simili modo apud Abassinos viaticum moribundis præberi sub vnica specie panis Lucas Holstenius ad Nihusium scribit ex certa & fida sacerdotis Abassini relatione: idque mihi sciscitanti duo eius nationis monachi, viri graues & senio venerabiles, quos per interpretem alloquutus sum, confirmarunt.

§. II.

§. II.

Recipientes euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, elementa diſtincte ſemper recepiſſe, non vnum alteri intinctum.

EXPLICATA ſic iſta magni momenti quæſtione de communione ſub vna ſpecie, & oſtenſo, conſtantem fuiſſe eccleſiæ conſuetudinem, euchariſtiam recipere in ambobus elementis, ſequitur iam, vt diſpiciamus, vtrum ea ſeorſum & diſtincte, an vero ſimul mixta receperint. *Græci* hodie, tradita ſibi ante aliquot ſæcula a maioribus ſuis conſuetudine, conſecrati panis particulas vino imbutas paruo cochleari porrigunt populo [*f*]. Viri quidam docti, & inter hos LATINVS LATINIVS [*g*] & ARCVDIVS [*h*] huius conſuetudinis originem ad *Innocentii* pontificis *Romani* & *Chryſoſtomi* ætatem referunt: At HABERTVS [*i*] & BONA [*k*] demonſtrant, non poſſe eo tempore iſtius-

(*f*) Vid. *Dr.* Smith's Account *of the Greek Church* p. 142. (p. 96. edit. Latin. Traject. ad Rhen. MDCXCVIII.) Extra baſilicam portam bematis populo ad hæc ſupercæleſtia myſteria percipienda admiſſo h. e. ad ipſam ſoleam, & hac formula, μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πίστεως [& vt alii codices habent, καὶ ἀγάπης] προσέλθετε, *cum timore Dei & fide & caritate accedite*, a diacono inuitato, conſecrati panis particulam, vnam aut plures, quas μαργαρίτας ſiue *vniones* appellant, vino imbutas, vtpote e calice eductas, cochleari [τῇ λαβίδι] exhibet diaconus. Soli enim clerici elementa ſeorſim percipiunt.

(*g*) Latinius epiſt. ad Anton. Auguſtin. ap. Bon. rer. liturg. lib. I. c. XXIII. §. VIII. cit. ſub litt. (k) ſeq.

(*h*) Arcad. de concord. lib. III. cap. LIII. ap. Bon. rer. lit. lib. II. c. XIIX §. III. citat. ſub litt. (k) ſeq.

(*i*) Habert. archierat. part. X. obſeruat. X. p. 271. Quintum obſeruatione dignum eſt, euchariſtiam aliquando ſub panis ſpecie ſeorſim porrectam fuiſſe, contra quam fit hodie apud Græcos, qui laicis micellam ſancti panis calici iniectam, & intinctam cum cochleari (λαβίδα vocant) porrigunt. -- - Poſtea & nunc, vt iam dixi, communicant laici, porrecto eis corpore ſimul & ſanguine ex cochleari.

(*k*) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XXIII. Cur fermenti nomen ipſi ſacramento tributum ſit expendens Latinius duas cauſſas comminiſcitur, quæ pace tanti viri mihi prorſus abſurdæ, & a moribus illorum temporum ex toto alienæ viſæ ſunt. *Appellabatur autem fermentum*, inquit, *non quia aliquid haberet commune cum fermento, quo vtimur ad panem fermentandum, ſed ea fortaſſe ratione, vel quia velut maſſa & conſperſio eſſet vtriuſque partis ſacramenti, corporis videlicet & ſanguinis, ita mixta, vt nullo modo ſeparari poſſet. Vel quia eadem ipſa maſſa proprie fermenti vicem obtineret in alia maiori maſſa fermentanda, quæ ſatis eſſe poſſet ad populum cuiuſque tituli communicandum.* Hanc vero mixtionem eo conſilio factam

modi morem obtinuiſſe in eccleſia, quum ſit a moribus & ritibus eccleſiæ per iſta tempora omnino alienum, elementa miſcere, vel aliter quam ſeorſum tradere populo. Et ſane nihil eo euidentius eſt in omnibus antiquis ſcriptoribus, qui de diſtributione primum quidem panis cum certa verborum formula, & deinde calicis cum alia formula (vti mox videbimus), eaque plerumque a diuerſis perſonis peracta, epiſcopo quidem vel presbytero alterum, alterum autem diacono porrigentibus, loquuntur. Neque adeo multiplicandis teſtimoniis opus eſt, vt elementorum mixtionem nouum inuentum eſſe demonſtremus. Vnum duntaxat locum ex epiſtola notabimus, quæ ſub nomine IVLII [l] pontificis *Romani* apud GRATIANVM legitur,

arbitratur, vt Manichæi, qui a vino abhorrebant, detegerentur: nam mittens pontifex illud fermentum presbyteris præcipiebat, ſi Latinio credimus; *vt per eoſdem presbyteros plebi vniuerſæ adſtanti diligentiſſime declararetur, fermentum illud a ſummo pontifice confectum & conſecratum, cum admixtione vtriuſque ſpeciei, eo conſilio fuiſſe, vt qui cum eccleſia catholica ſentirent, & in eius communione manere vellent, dum illud ſumerent, profiterentur, ſe ſub ſpecie panis & vini ſimul mixta eucharistiam accipere, & tam panis quam vini creatorem Deum agnoſcere, & non principem tenebrarum, vt de vino in creatoris omnium iniuriam Manichæi blaſphemi aſſerebant.* At miſſum ex hoc motiuo fermentum, nec ex actis Melchiadis & Siricii, nec ex epiſtola Innocentii vlla ratione colligi poteſt. Nulla item aſſertæ mixtionis vtriuſque ſpeciei apparet neceſſitas ad detegendos Manichæos; quum enim tunc ſub vtraque ſpecie fideles communicarent, multo facilius deprehendi poterant, ſi a ſanguinis poculo, per diaconum porrecto, abſtinerent; quo iudicio ſub Leone magno eos proditos *ex eius ſermone IV. de quadrageſ.* conſtat. Nihil etiam legimus in ſcriptoribus illorum temporum, quo Latinii coniectura inniti queat. Deinde mixtio corporis & ſanguinis tunc inaudita fuit, & a moribus ac ritibus eccleſiæ omnino per illa tempora diſſidebat, vt lib. II. palam fiet, quum de communione intincta diſſeremus.

Idem lib. II. c. XVIII. §. III. Suſpicatur Arcudius lib. III. c. LIII. hanc communionem (recentiorum Græcorum) originem traxiſſe ex facto mulieris Macedonianæ ſupra commemorato, quæ celebrante Chryſoſtomo ſe catholicam ſimulans de manu eius euchariſtiam ſuſcepit, quam ancillæ occulte dedit, & alium panem ab eadem acceptum ori impoſuit, qui in lapidem verſus eſt. Sed nuſquam lego, hoc factum occaſionem dediſſe veterem ritum immutandi, & ex ſcriptis Chryſoſtomi conſtat, diaconum ſanguinem diſtribuiſſe: quo munere fungi deſiit, quum panis ſacer ſanguine tinctus cochleari præberi cœpit.

(l) Gratian. de conſecrat. diſtinct. II. c. VI.

quæ

quæ huius praxis initium videtur innuere, eamque vt magnum abusum, primæ seruatoris nostri institutioni contrarium, damnat. *Audiuimus*, inquit, *quosdam schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & apostolicas institutiones, intinctam eucharistiam populis, pro complemento communionis, porrigere: quod quam sit euangelicæ & apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt.* Et paullo post: *Quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis: nec hoc prolatum ex euangelio testimonium recepit, vbi apostolis corpus suum & sanguinem commendauit. Seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta bucella magistri proditorem ostenderet, non quæ sacramenti huius institutionem signaret.* Idem iisdem verbis repetitur in concilio *Bracarensi* ad ann. DCLXXV [*m*]. BONA porro nobis ex *Micrologo* [*n*] narrat, quod huic consuetudini contradicat vetustus liber, *Ordo Romanus*, & quod HVMBERTVS DE SYLVA CANDIDA, qui contra *Græcos* sæculo vndecimo medio scripsit, hunc ritum [*o*] insectetur, acrius licet, quam oportuerit, vti quidem ille ex scita ratione, quod certo constat, arbitratur; quia videlicet eadem praxis, quantuscumque abusus esset & primæ institutioni aduersus, non multo post in ecclesia *Romana* publicam auctoritatem obtinuit. Nam *Vrbanus*, pontifex huius nominis secundus, in concilio *Claromontano*, vrgente quadam necessita-

(*m*) Concil. Bracar. III. can. I. (aliis concil. IV. vid. Labb. tom. VI. concil. p. 562.) Quidam eucharistiam vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendam.

(*n*) Microlog. c. XIX. Non est authenticum, quod quidam corpus domini intingunt & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt, nam ordo Romanus contradicit.

(*o*) Humbert. disputat. de azymo aduersus Græcos. (citante *Vossio* p. 337. edit. Hag. Com. ex Baronio tom. XI. p. 694.) Deinde quod sanctum panem vitæ æternæ in calice intinctum cum cochleari sumere consuestis, quid opponitis? neque enim ipse dominus panem in calice vini intriuit, & sic apostolis dedit, dicens: Accipite & cum cochleari comedite, hoc est enim corpus meum. Sed, sicut sancta Romana ecclesia vsque nunc obseruat, panem integrum benedixit, & fractum singulis particulatim distribuit, dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Quibus, postquam cœnatum est, calicem porrexit dicens: Bibite ex eo omnes.

te ægrotis ita dari iubet, & aliis occasionibus ex superuacanea cautela, ne sanguis aliquando effundatur. Enimvero varios hæc praxis in ecclesia *Romana* casus habuit. Nam PASCHALIS secundus non multo post licentiam, ab antecessore suo indultam, reuocauit, epist. XXXII. ad *Pontium*, abbatem *Cluniacensem*, præcipiens [*p*], vt paruuli & infirmi, qui panem absorbere non possint, in solo sanguine communicent, decentius id existimans, quam intinctam communionem permittere. Verum hoc non satisfecit concilio *Turonensi* [*q*] apud IVONEM, in quo decretum hac de re sancitum legitur in hanc sententiam: *Omnis presbyter habeat pyxidem aut vas tanto sacramento dignum, vbi corpus domini cum diligentia recondatur ad viaticum recedentibus de sæculo. Quæ tantum sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, vt veraciter presbyter possit dicere infirmo: Corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in remissionem peccatorum & vitam æternam.* Istius æui homines nondum credebant, vel infirmos adeo sub vna tantum specie recte & legitime communicari, nec persuasi erant, sacerdotem veraciter dicere posse, *Corpus & sanguis Christi*, nisi illis vtramque speciem porrigeret. Sed vero BONAM miseret horum ignorantiæ. Nam proh miseros! nondum nobile illud arcanum in theologia edocti erant, doctrinam videlicet de concomitantia, vt eius beneficio didicissent, corpus *CHRISTI* sine sanguine esse non posse. Pergit autem ex antiquo ritu missæ, a IOANNE episcopo *Abrincatensi* descripto, nobis narrare, mixtam hanc communionem omni populo dari iussam esse, timore effusionis sanguinis *CHRISTI*. Et in antiquis consuetudinibus monasterii *Cluniacensis*, a DACHERIO publicatis, statutum exstare dicit, de communione intincta, quæ nouitiis & aliis rudibus impertiri debeat, quia si sanguinem separatim accipiant, vix fieri possit, quin aliquam negligentiam incur-

(*p*) Paschal. epist. XXXII. ad Pontium (tom. X. conc. p. 656.) In sumendo corpore & sanguine domini dominica traditio seruetur, nec ab eo, quod Christus magister & præcepit & gessit, humana & nouella institutione discedatur. Nouimus enim, per se panem, per se vinum ab ipso domino traditum. Quem morem sic semper in sancta ecclesia conseruandum docemus atque præcipimus, præter in paruulis ac omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt.

(*q*) Concil. Turon. ap. Iuonem part. II. c. XIX.

rant

rant eumque effundant. Tametsi in margine adnotatum legatur, veterem consuetudinem dandi vtramque speciem seorsum in aliis ecclesiis obseruari. In *Anglia* adeo propagatus erat hic mixtorum elementorum vsus, vt ERNVLPHVS siue ARNVLPHVS episcopus *Roffensis* an. MCXX. prolixe eam defenderet epistola quadam, a DACHERIO tom. II. *spicilegii* [*] publicata, vbi *Lambertus* quidam hanc ei quæstionem proposuerat: Cur hodierna ecclesiæ consuetudo alio & pene contrario ritu censeat porrigi corpus dominicum, quam a domino in cœna discipulis fuerit distributum. Id enim ecclesiæ quotidianum protendere vsum, vt tribuatur hostia sanguine intincta, quum a domino prius corpus, deinde sanguis porrectus fuisse memoretur? Ad quam quæstionem ARNVLPHVS respondet: Esse hanc rem de earum censu, quæ mutari possint, adeoque licet olim duæ species panis ac vini separatim datæ sint, hoc tamen tempore porrigi simul mixtas, ne quid minus decenter fiat. „Nos carnem „domini, inquit, intinguimus in sanguine domini, ne accipi„entes siue porrigentes peccemus, non habita forte compe„tenti cautela in labiis & manibus nostris, Euenit enim fre„quenter, vt barbati, & prolixos habentes granos, dum po„culum inter epulas sumunt, prius liquore pilos inficiant, quam „ori liquorem infundant. Ii si accesserint ad altare, liquorem „sanctum bibituri, quomodo periculum deuitare poterunt in„ter accipiendum, quomodo vterque, accipiens videlicet & „porrigens, effugient grande peccatum? Præterea si imberbes, „& sine granis, aut mulieres, ad sumendam communionem „sanctam conueniant, quis sacerdotum poterit tam prouide „ministrare, tam caute calicem domini distribuere, vt multis „eum singulatim diuidat, diuidens sic in ora eorum fundat, vt „infundens nihil effundat? Sæpe enim dum sibi soli calicem „infundere disponit, negligentia aut imprudentia faciente, ef„fusionis periculum incurrit: quanto facilius in multitudine „posito sacerdoti, multis diuersarum formarum ministranti, „contingere potest, vnde grauiter offendat, vnde eum asperam pœnitentiam agere oporteat? Ne ergo polluamus san„guinem nostræ redemtionis, ne tamquam impietatis manibus

(*) Dacher. spicileg. tom. III. p. 471. 472. edit. Paris. MDCCXXIII. fol.

„effundamus, poculum humanæ salutis, a religiosis viris provide actum est, vt dominici portiuncula corporis non sicca, „sicut dominum egisse nouimus, porrigatur, sed domini infu-„sa sanguine tribuatur„. Hactenus ARNVLPHI responsio. Verumtamen his omnibus non obstantibus *Richardus*, archiepiscopus *Cantuariensis*, in synodo *Westmonasteriensi* ad an. MCLXXV. inhibuit [r], ne quis quasi pro complemento communionis intinctam alicui eucharistiam traderet. In hunc modum res disputata & vltro citroque agitata est in ecclesia LATINA; aliis hunc ritum permittentibus, aliis damnantibus: modo concilio quodam eum stabiliente, rursus alio quodam abrogante & condemnante, quidquid antea decretum fuerat; donec tandem concilium *Constantiense* cum auctoritate dictatoria intercedens, omnibus disputationibus ac incommodis sapienter, vti BONA quidem existimat, finem imposuit, dum calicem populo penitus abstulit, nec eum amplius vel separatim vel coniunctim dari iussit. Atque ita hic abusus dandi eucharistiam vino intinctam post diuturnam durationem variæque fortunæ luctationem peiore quodam errore curatus est, qui, calice laicis ablato, vnam sacramenti partem populo in totum denegat. Revertamur nunc ad ecclesiam antiquam.

§.III.

Veteres eucharistiam aliquando recepisse stantes, aliquando genua inflectentes, numquam vero sedentes.

PROXIMA quæstio de corporis gestu, quo eucharistiam receperint veteres, fieri potest. Ad quam respondendum est 1.) Quod aliquando receperint stantes. 2.) Aliquando genua inflectentes. 3.) Numquam sedentes, quod legamus. Stantes frequenter sacramentum recepisse, duobus modis probari potest; tum directo, tum collaterali siue ex transuerso adsumto testimonio. Testimonium directum suggerunt expressæ eorum adsertiones de ipso standi actu. Ita DIONYSIVS ALEXANDRINVS, loquens de non nemine, qui vna cum fidelibus frequenter sacra cœna vsus fuerat, repræsentat eum τραπέζῃ παραςάντα,

(r) Conc. Westmonaster. c. XI. Inhibemus, ne quis quasi pro complemento communionis intinctam alicui eucharistiam tradat.

tam-

tamquam ad ſacram menſam adſtantem [s]. Quem in locum VALESIVS [*] hanc habet obſeruationem: *Fideles communicaturi ad altare accedebant; ibique corpus Chriſti de manu presbyteri ſtantes, non vt hodie, genibus flexis accipiebant.* Et HABERTVS [**] in gratiam *Italorum* quorumdam, quos vocat, probare ſatagit, totum liturgiæ dominicæ officium a ſtantibus peractum eſſe: ſtantes conſecraſſe, ſtantes & communicaſſe. Idem agnoſcit BONA [†] de eccleſia *Græca*, etſi de *Latina* magis dubitet. De eccleſia *Græca* teſtimonia producit CHRYSOSTOMI (*orat. in encænia*) & CYRILLI HIEROSOLYMITANI, qui communicantes [t] inclinato corpore, in modum adorationis & venerationis, accedere ad recipiendam euchariſtiam iubent. Nonnulli hoc pro genuum inflexione [u] accipiunt, verum id ſtandi actum denotat cum inclinato ſiue incuruato corpore in modum adorationis. Atque ita CHRYSOSTOMVS [x] & ſacerdotem & populum tamquam adſtantes ad altare repræſentat. *Hoc altare*, inquit, (lo-

(s) Dionyſ. epiſt. ap. Euſeb. lib. VII. c. IX. *εὐχαριστίας γὰρ ἐπακέσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμήν, καὶ τραπέζῃ παραστάντα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα κ. τ. λ.* *Qui gratiarum actionem frequenter audierit, & qui cum ceteris reſponderit amen; qui ad* ſacram menſam adſtiterit, *& manus ad ſuſpiciendum ſacrum cibum porrexerit; &c.*

(*) Valeſ. in loc. p. 129.

(**) Habert. archierat. part. VIII. obſeruat. X. p. 149. 150. Quartus adorandi habitus ſeu modus eſt, ſtando: quod aliquando probandum nobis fuit in gratiam Italorum quorumdam, qui eccleſiæ noſtræ, Pariſienſis metropolitanæ ritum improbabant, in qua diuerſis cærimoniis nunc flexo genu, nunc inclinando, nunc ſtando euchariſtia adoratur. - - Totum ergo liturgiæ dominicæ officium, ſtando peragebatur. Vnde ſtantes conſecrabant, *ſtantes & communicabant.*

(†) Bona rer. liturgic. lib. II. c. XVII. §. VIII. De ſitu communicantium, ſi de Græcis ſermo ſit, nulla eſt dubitatio, quin ſtantes dona diuina percipiant; ita enim præſcribunt ipſorum ritualia, quibus conſonant ſancti patres: ſed prono capite & demiſſis oculis, vt Cyrillus *catech. V.* & Chryſoſtomus *orat. in encænia* monent. De Latinis non auſim adfirmare, nihil enim habeo ex antiquis ſcriptoribus, quo id confirmem, niſi quod etiam hodie in miſſa ſolemni Romani pontificis diaconus communicat ſtans, omnino ex veteri ritu.

(t) Cyrill. catech. V. §. XIX. *κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ Ἀμήν.*

(u) Hamon. Leſtrange, *Allyance of div. offic.* chap. VII. p. 209.

(x) Chryſoſtom. homil. XX. in 2 Cor. p. 886. (p. 689. edit. Francoſ.) *ὥστε τοῦτο*

quens

quens de altari animæ humanæ, preces & eleemoſynas Deo offerentis) *horribilius eſt, quam illud, cui tu laicus adſtas.* Et paucis interiectis: *Quemadmodum ſtat ſacerdos, ſpiritum arceſſens, ita tu quoque ſpiritum arceſſis, non quidem voce, ſed rebus ipſis.* Simili modo AVGVSTINVS, deſcribens rationem, qua chriſtiani Deum colant ad altare, vt reſpondeat gentilibus, qui eos diuinum cultum martyribus exhibere criminabantur, ait: *Quis audiuit* [y] *aliquando fidelium, ſtantem ſacerdotem ad altare, -- dicere in precibus, Offero tibi ſacrificium, Petre, vel Paule, vel Cypriane, quum apud eorum memorias offeratur Deo.* Quem locum heic ideo tantum produco, vt preces tunc a ſtantibus oblatas eſſe ad altare, oſtendam. Quam ob cauſſam moris erat diacono illis temporibus, ſpeciatim iſtis diebus, vbi hic ſitus vſitatus erat, populum excitare formula quadam adhortationis, cuiuſmodi aliqua in CHRYSOSTOMO [z] & auctore *conſtitutionum* [a] frequenter occurrit, ὀρθοὶ στῶμεν καλῶς, *Erecti ſtemus honeſte.* Sunt, qui TERTVLLIANVM etiam ad hunc corporis habitum reſpicere, putant, quando ait [b]: *Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris?* Sed vt libere loquar, TERTVLLIANVM hoc loco vocabulum *ſtationis* adhibere puto, non ad ſignificandum peculiarem corporis ſitum in precibus, ſed tantum ad longiorem in illis perſeuerantiam diebus ſtationariis, quando religioſos conventus ſuos ad horam vſque tertiam pomeridianam continuabant. Nam hiſce diebus, vt ſtatim percipiemus, ſemper orabant flexis genibus, licet aliis diebus id non facerent; adeoque TERTVLLIANI ſententia non poteſt eſſe, quod preces his diebus ſtando fuderint, ſed tantum quod publici cultus exercitia hiſce diebus ſtationariis longius, quam aliis quidem die-

(θυσιαστήριον) φρικωδέστερον ἐκείνου, ᾧ σὺ **παρέστηκας ὁ λαϊκός** -- καθάπερ ὁ ἱερεὺς ἕστηκε τὸ πνεῦμα καλῶν, οὕτω καὶ σὺ τὸ πνεῦμα καλεῖς· ἀλλ' οὐ διὰ φωνῆς, ἀλλὰ δι' ἔργων.

(y) Auguſtin. de ciuit. Dei lib. VIII. c. XXVII. It. contr. Fauſtum lib. XX. c. XXI. *Quis antiſtitum, adſiſtens altari*, aliquando dixit, offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane, ſed quod offertur, offertur Deo &c.

(z) Chryſoſt. hom. II. in 2 Cor. p. 740. (p. 516. edit. Francof.) Hom. XXIX. de incomprehenſibili Dei natura tom. I. p. 375. (p. 333. edit. Francof.)

(a) Conſtitut. lib. VIII. c. XII.

(b) Tertull. de orat. c. XIV.

bus,

bus, produxerint. At enim vero ſine hoc controuerſo TERTVLLIANI loco ex ante citatis teſtimoniis ſatis liquet, quod euchariſtiam adſtando ad menſam dominicam receperint.

ATQVE hoc ipſum argumento etiam ex tranſuerſo adſumto confirmatur, quod eſt, quod die dominico cunctiſque diebus pentecoſtalibus preces ſtando facere debuerint, non autem aliter; quemadmodum alio loco [*] fuſe demonſtrauimus. Quamobrem rationi conſentaneum eſt, credere, quod omnibus illis temporibus euchariſtiam perceperint eodem corporis habitu, quo precari iuſſi erant, hoc eſt adſtando ad altare.

VERVM tum reliquis diebus omnibus, maxime diebus ſtationariis, moris erat vniuerſæ eccleſiæ, vt preces faceret flexis genibus, ſicut itidem fuſius ſupra [†] demonſtrauimus. Adeoque non minus conſentaneum rationi eſt, ſtatuere, quod euchariſtiam eodem geſtu, quo precati ſint, perceperint, quamquam non adeo clara teſtimonia pro hac eorum praxi ſuppetant. Quod nonnulli ex TERTVLLIANO adlegant, quod populus ſolitus ſit *aris Dei adgeniculari* [c], nihil ſolide probat: Nam corrupta tantum lectio eſt priorum editionum, quam alii correctius exhibent, *caris Dei adgeniculari;* adludentem ad morem pœnitentium, qui ad genua miniſtrorum Dei ac populi prouolui ſolebant, deprecationes eorum, quando templum ingrediebantur, ſibi expetituri. Neque plus roboris illud argumentum habet, quod alii ex CYRILLI *catecheſi* adferunt, quando modo baptizatum & iam communicaturum monet, vt ad recipiendam ſacram euchariſtiam accedat κύπτων: Nam hoc, vt modo obſeruauimus, non ſignificat *genua flectere*, ſed *ſtare inclinato corpore.* Verba CHRYSOSTOMI, quæ facit in adhortatione quadam ad ſumturos euchariſtiam, magis id exprimere videntur: *Cum horrore accedamus, gratias agamus, procumbamus* [d] *confitentes peccata noſtra; lacrimemur, mala noſtra lugentes, intentas ac largas preces Deo fundamus: ſicque nos ipſos emundantes, ta-*

(*) Lib. XIII. cap. VIII. §. III. volum. V. p. 253.

(c) Tertull. de pœnitent. c. IX.

(d) Chryſoſt. homil. XXXI. in natal. Chriſti tom. V. p. 490. (hom. XXXIII. p. 429. edit. Francof.) Φρίξωμεν τοίνυν προσιόντες, εὐχαριστήσωμεν, προσπέσωμεν ἐξομολογέμενοι τὰ πλημμελήματα ἡμῶν, δακρύσωμεν, τὰ οἰκεῖα πενθῦντες κακὰ, ἐκτενεῖς εὐχὰς ἀποδῶμεν τῷ θεῷ· καὶ ἔτω διακαθάραντες ἑαυτὰς ἠρέμα, καὶ μετ᾽ ἐ-

cite & cum debita modestia tamquam ad cælorum regem adeuntes, accedamus. Si vero nulla harum locutionum exstaret, ipsa consuetudo flectendi genua ad preces per hosce dies satis indicium esset situs, quo eucharistiam eodem tempore perceperint.

QVOD ad sessionem attinet, nullum eius exemplum exstat, nec vllum vestigium, quod ad eam nos ducat, in antiquis scriptoribus conspicitur. Iam supra ostendimus, in multis ecclesiis sessionem, durante publico Dei cultu, nec in sermone, nec in scripturarum lectione, nec in psalmodia, nec in precibus, nec post preces vlla ratione fuisse licitam. Et absurdum foret, sibi persuadere, quod reliquis temporibus omnibus reiectum fuit, id in receptione eucharistiæ licuisse. PERRONIVS quidem, aulæ pontificiæ purpuratus, omnibus viribus contendit probare, apostolos eam recepisse sedentes, & sessionem situm quoque fuisse adorantium. Verum vir magnæ eruditionis IOANNES DALLAEVS falsitatem huius sententiæ satis abunde detexit & profligauit, quemadmodum alia iam occasione [*] adnotauimus. Neque huius ritus multa exempla hodie reperiuntur, & eorum, quæ suppetunt, nonnulla sunt istiusmodi, vt si in caussas inquiras, ea ne indicare quidem sustineas. *Ariani* in *Polonia* communionem sedendo accipere dicuntur, vt se *CHRISTVM* non pro Deo, sed creatura habere, declarent. Quam ob caussam synodi quædam, a protestantibus in *Polonia* habitæ [*e*], expressis verbis hunc gestum interdicunt, tamquam *Arianis* proprium, iubentque omnes cœtus suos ad mensam dominicam stare, vel genua flectere, non sedere, quam cærimoniam *Ariani* inuexerint, ecclesiis euangelicis non

τῆς προσηκούσης εὐταξίας, ὡς τῷ βασιλεῖ προσιόντες τῶν οὐρανῶν, οὕτω προσέλθωμεν.

(*) Lib. XIII. c. VIII. §. VII. vol. V. p. 263.

(*e*) Synod. Wlodislav. an. MDLXXXIII. artic. VI. in corpore confess. part. II. p. 309. Sententia iam olim in Sendomiriensi synodo agitata, & conclusio in generali Cracouiensi atque Petricouiensi synodo facta ac repetita, in hoc etiam consessu approbata est: nempe ne in vsu sit sessio ad mensam dominicam in vllis huius nostri consensus ecclesiis. Nam hæc cærimonia, licet cum ceteris libera, ecclesiis christianis & cœtibus euangelicis non est vsitata, tantumque infidelibus Arianis, cum domino pari solio sese collocantibus, propria &c. Vid. synod. Petricouiens. art. IV. ibid. p. 306. Synod. Cracouiens. artic. IV. p. 303.

vsi-

vſitatam. Similiter hoc ſingulare pontificis *Romani* priuilegium eſſe dicitur, vt ſedeat, quando ipſe officium conſecrationis peragit. BONA [*f*] non hoc tantum narrat, ſed vniuerſam cærimoniam deſcribit ex libro, quem vocant *cærimoniale Romani pontificis*, & ex *ordine Romano*, quos libros, qui harum rerum ſunt ſtudioſi, in locis ſuis poſſunt euoluere. Nos pergimus in conſiderandis antiquæ eccleſiæ conſuetudinibus.

§. IV.

Eleuationem hoſtiæ, quæ adorationis illius cauſſa fit, per multa ſæcula non fuiſſe cognitam in eccleſia antiqua, ad ortum vſque commenti de tranſubſtantiatione.

NIHIL eſt, quod maiorem turbam & rerum omnium confuſionem in orbe chriſtiano per multa retro ſæcula dedit,

(*f*) Bona rer. liturgic. lib. II. c.XVII. §.VIII. Summus pontifex, quum ſolemniter celebrat, ſedens communicat, hoc modo. Dati pace epiſcopo & duobus diaconis adſiſtentibus, qui os eius & pectus oſculantur, adſcendit ad ſedem ſuam, comitantibus ipſum diaconis & epiſcopis. Tum diaconus euangelii apud altare patenam cum ſacramento reuerenter accipiens, ambabus manibus in altum eleuat vſque ad oculos, habentem deſuper auream ſtellam cum nominibus XII apoſtolorum, ne hoſtia labi poſſit. Et primo vertit ſe ad latus epiſtolæ cum ſumma grauitate, & per eamdem viam reuertitur ad medium altaris: poſtea eodem modo vertit ſe ad latus euangelii, vbi ſubdiacono genuflexo patenam tradit cum ſacramento. Tum ſurgit ſubdiaconus, & ipſe diaconus flectit genua, donec ille diſceſſerit, portans ſacramentum pontifici, qui ei aduenienti profunde inclinat, ac ipſum reuerenter adorat. Subdiaconus vero, quum peruenerit ad pontificem, ſtat rectus ad eius ſiniſtram. Poſt hæc diaconus accipiens calicem, paruo velo aureo coopertum, eodem modo ſe vertit ad vtrumque latus altaris, ſicut cum patenam tenebat: & inde cum ipſo calice ad dextrum latus pontificis accedit. Pontifex vero ſumit vnam partem hoſtiæ, & aliam in duas partes diuidit pro communione diaconi & ſubdiaconi. Sumto autem a pontifice Chriſti corpore epiſcopus cardinalis adſiſtens porrigit ei calamum aureum, quo ſanguinis partem ſugit, reſiduum dimittens pro diacono & ſubdiacono. Tum pontifex communicat diaconum ſtantem & tenentem dextera manu calicem, calamum ſiniſtra; qui accepto corpore Chriſti faciem pontificis oſculatur, & reuerſus ad altare partem ſanguinis ſugit. Eodem modo corpus Chriſti porrigit pontifex ſubdiacono coram ſe genuflexo & patenam tenenti, qui & ipſe ad cornu altaris accedens, reſiduum ſanguinis cum calamo ſugit. Vnus autem ex ipſis particulam hoſtiæ, quæ calici de more immiſſa fuerat, ad labia ipſius calicis retrahit & ſumit. Hæc ex cærimoniali Romani-pontificis excerpta ſunt, quæ ab antiquiſſimo ordine Romano in paucis diſcrepant, vt vtrumque conferenti manifeſtum erit.

quam adoratio hostiæ, falso supposito nixa, quod non sit panis & vinum, sed quod elementa ista in reale corpus & sanguinem *CHRISTI* transmutata, siue, vt loquuntur, transubstantiata sint. Non est mihi propositum, in historiam descendere *transubstantiationis* (quæ res ad capita doctrinæ, nec proprie ad hoc institutum spectat, vbi solum in praxin ecclesiæ inquirimus) sed satis habebo, si dixero, præcipuos de antiquis patribus tam perspicue, quam verbis fieri potest, declarasse, quod mutatio, per consecrationem in elementis panis ac vini facta, non sit eiusmodi mutatio, quæ naturam & substantiam destruat, sed tantum eorum qualitates mutet, atque ad vsum eleuet spiritualem, quemadmodum fit in multis aliis consecrationibus, vbi qualitates rerum immutantur sine vlla reali substantiæ immutatione. Ita GREGORIVS NYSSENVS [g]: *Altare hoc sanctum, cui adsistimus, lapis est natura communis, ex quibus parietes nostri exstruuntur, & pauimenta exornantur: sed quoniam Dei cultui consecratum atque dedicatum est, ac benedictionem accepit, mensa sancta, altare immaculatum est, quod non amplius ab omnibus, sed a solis sacerdotibus iisque venerantibus contrectatur. Panis item panis est initio communis, sed vbi eum mysterium sacrificauerit, corpus Christi fit & dicitur. Sic mysticum oleum, sic vinum: quum sint res exigui pretii ante benedictionem, post sanctificationem, quæ a spiritu procedit, vtrumque eorum excellenter operatur. Eadem item verbi vis etiam sacerdotem augustum & honorandum facit, nouitate benedictionis a communitate vulgi segregatum. Quum enim heri ac tempore superiori vnus e multitudine ac plebe esset, repente redditur præceptor, præses, doctor pietatis, mysteriorum latentium præsul: eaque contingunt ei, quum nihil vel corpore,*

(g) Nyssen. de bapt. Christi. tom. III. p. 369. 370. τὸ θυσιαστήριον τοῦτο τὸ ἅγιον, ᾧ παρεστήκαμεν, λίθος ἐστὶ κατὰ τὴν φύσιν κοινός, οὐδὲν διαφέρων τῶν ἄλλων πλακῶν, αἳ τοὺς τοίχους ἡμῶν οἰκοδομοῦσι, καὶ καλλωπίζουσι τὰ ἐδάφη· Ἐπειδὰν δὲ καθιερώθῃ τῇ τοῦ θεοῦ θεραπείᾳ, καὶ τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο, ἔστι τράπεζα ἁγία, θυσιαστήριον ἄχραντον, οὐκέτι παρὰ πάντων ψηλαφώμενον, ἀλλὰ μόνων τῶν ἱερέων· καὶ τούτων εὐλαβουμένων· ὁ ἄρτος πάλιν ἄρτος ἐστὶ τέως κοινός· ἀλλ᾽ ὅταν αὐτὸν τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα χριστοῦ λέγεταί τε καὶ γίνεται· οὕτως τὸ μυστικὸν ἔλαιον, οὕτως ὁ οἶνος, ὀλίγου τινὸς ἄξια ὄντα πρὸ τῆς εὐλογίας, μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὸν τοῦ πνεύματος, ἑκάτερον αὐτῶν ἐνεργεῖ διαφόρως· ἡ αὐτὴ δὲ τοῦ λόγου δύναμις, καὶ τὸν ἱερέα ποιεῖ σεμνὸν καὶ τίμιον, τῇ καινότητι τῆς εὐλογίας τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς κοινότητος χωριζόμενον· χθὲς γὰρ καὶ πρώην εἷς ὑπάρχων τῶν πολλῶν καὶ τοῦ δήμου, ἀθρόον ἀποδείκνυται καθηγεμών, πρόεδρος, διδάσκαλος εὐσεβείας, μυστηρίων λαν-

vel

vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam attinet, ille sit, qui erat, inuisibili quadam vi ac gratia, inuisibilem animam in melius transformatam gerens. Eamdem similitudinem & illustrationem adhibet CYRILLVS [b], ecclesiæ *Hierosolymitanæ* episcopus, *Vide*, inquiens, *ne illud esse putes vnguentum tantum. Quemadmodum enim panis eucharistiæ, post sancti spiritus inuocationem non amplius est panis communis, sed est corpus Christi: sic & sanctum hoc vnguentum, non amplius est vnguentum nudum, neque, vt ita dicam, commune, postquam iam consecratum est: sed est charisma, quod Christi & spiritus sancti, id est, diuinitatis eius præsentiam efficit. Quo frons & alii sensus corporis tui symbolice inunguntur: & corpus quidem isto visibili vnguento perungitur, anima vero sancto viuificoque spiritu sanctificatur.* CHRYSOSTOMVS in celebratissima epistola ad *Cæsarium* simili comparatione vtitur, ad explanandum duas naturas *CHRISTI* contra *Apollinarem*, & demonstrandum, quod humanam ac diuinam habent substantiam sine vlla transformatione vel confusione. *Sicut*, inquit [*], *antequam sanctificetur panis, panem nominamus, divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem ab appellatione panis, dignus autem habitus est dominici corporis appellatione, etsi natura panis in ipso permansit, & non duo corpora, sed vnum filii corpus prædicatur: sic & hæc diuina* ἐνιδρυσάσης, *inundante corporis natura* (legendum, *heic diuina insidente corpori natura*) *vnum filium, vnam personam, vtraque hæc fecerunt.* Hic locus, quum primum produceretur a PETRO MARTYRE, ita spectabatur, vt *Romanensi* ecclesiæ addicti vim argumenti in eo sitam euadendi viam haud haberent aliam, nisi vt imposturæ dicam scriberent MARTYRI, quasi hanc epistolam confinxisset. MARTYR eam e bibliotheca *Florentina* in *Angliam* secum adlatam in bibliothe-

θανόντων μυσταγωγός· καὶ ταῦτα ποιεῖ μηδὲν τοῦ σώματος ἢ τῆς μορφῆς ἀμειφθείς· ἀλλ' ὑπάρχων κατὰ τὸ φαινόμενον ἐκεῖνος, ὃς ἦν, ἀοράτῳ τινὶ δυνάμει καὶ χάριτι τὴν ἀόρατον ψυχὴν μεταμορφωθεὶς πρὸς τὸ βέλτιον.

(b) Cyrill. catech. mystag. III. §. III. ὅρα, μὴ ὑπονοήσῃς, ἐκεῖνο τὸ μύρον ψιλὸν εἶναι· ὥσπερ καὶ ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας, μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐκ ἔτι ἄρτος λιτός, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον τοῦτο μύρον, οὐκ ἔτι ψιλόν, οὐδ' ὡς ἂν εἴποι τις κοινόν, μετ' ἐπίκλησιν, ἀλλὰ χριστοῦ χάρισμα καὶ πνεύματος ἁγίου παρουσίᾳ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐνεργητικὸν γινόμενον, ὅπερ συμβολικῶς ἐπὶ μετώπου, καὶ τῶν ἄλλων σου χρίεται αἰσθητηρίων· καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ τὸ σῶμα χρίεται, τῷ δὲ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι ἡ ψυχὴ ἁγιάζεται.

(*) Apud Albertin. de sacram. eucharistiæ lib. II. cap. I. p. 532.

ca archiepiſcopi *Cantuarienſis* repoſuit, ſed perſecutionis ſub *Maria* regina temporibus inde ablata eſt. BIGOTIVS, doctus ſcriptor pontificius natione *Gallus*, eam ex autographo publicauit, ſed vniuerſa editio ſuppreſſa eſt. STEPHANVS tamen LE MOYNE, denuo eam *Latine* edidit in *variis ſacris*. Et eruditus quidam præſul, qui hodie in noſtra eccleſia primatis dignitatem meritiſſimo obtinet, & cuius indefeſſam contra papatum induſtriam nulla vnquam delebit obliuio, nactus, quas doctores *Sorbonici* in noua *Palladii* editione, a BIGOTIO adornata, ſupprimendas curauerant, chartas, lingua noſtra patria [i] vna cum fragmentis *Græcis*, quæ hodie ſuperſunt, eam euulgauit. Et in his monumentis exſtabit tamquam maius omni exceptione teſtimonium CHRYSOSTOMI, & tamquam clauis ad explicanda reliqua loca omnia in iſtius æui *Græcis* ſcriptoribus, qui ſine vllo dubio idem cum ipſo de pane & vino ſenſerunt, quod videlicet in ſubſtantia ſua res immutabiles maneant.

THEODORETVS non multo poſt CHRYSOSTOMVM vixit, atqui hic manifeſto adſerit, panem ac vinum etiam poſt conſecrationem in natura ſua manere. *Seruator noſter*, inquit [k], *volebat eos, qui diuinis myſteriis participant, non attendere naturam eorum, quæ cernuntur, ſed per nominum mutationem mutationi, quæ ex gratia facta eſt, fidem adhibere. Qui enim corpus naturale frumentum & panem appellauit, & vitem rurſus ſe ipſum nominauit, is viſibilia ſymbola corporis ac ſanguinis appellatione honorauit, non naturam mutans, ſed naturæ gratiam addens.* Alibi [l] eodem armorum genere vtitur ad profligandum hæreticum quemdam *Eutychianum*, qui probaturus, Chriſti humanam naturam poſt vnionem in diuinam naturam eſſe mutatam, ita argumentabatur: „Sicut ſymbola dominici corporis & ſanguinis, alia ſunt ante ſacerdotis

(i) *Defence of the Expoſition of the doctrin of the Church of* England, *againſt Mr.* de Meaux Lond. 1686.

(k) Theodoret. dialog. I. tom. IV. p. 18. ἠβουλήθη (ὁ σωτὴρ) τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας, μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ: ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας, καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς.

(l) Id. dialog. II. p. 85. EPANISTHS. ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ σώ-

„in-

„inuocationem, post inuocationem vero mutantur & alia fi-„unt: ita dominicum corpus post adscensionem in diuinam sub-„stantiam mutatum est„. Ad quod respondebat THEODORETVS: „Retibus, quæ ipse texuisti, captus es. Neque enim sym-„bola mystica post sanctificationem recedunt a sua natura. Ma-„nent enim in priore substantia, & figura & forma, & videri „tangique possunt, sicut & prius: intelliguntur autem ea esse, „quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur, vt quæ illa sint, „quæ creduntur. Confer igitur imaginem cum archetypo, & „videbis similitudinem. Oportet enim figuram similem esse „veritati. Illud enim corpus priorem habet formam & cir-„cumscriptionem, & vt semel dicam, corporis substantiam: „immortale autem post resurrectionem & immune a corruptio-„ne factum est, sedemque a dexteris adeptum, & ab omni cre-„atura adoratur, quia domini naturæ corpus appellatur„. Hæc verba adeo plana sunt & perspicua, quod panis in sua ipsius substantia post consecrationem maneat, quemadmodum corpus *CHRISTI* in humanæ naturæ substantia manet post eius adsumtionem, vt, COSINO episcopo [m] obseruante, *Nicolinus* pontificis *Romani* typographus, qui *Romæ* anno MDXLVII. hosce dialogos typis excudit, fassus sit, opinionem THEODORETI de transubstantiatione non esse sanam, excusari autem ipsum posse, quod ecclesia nondum decretum de ea fecisset.

EPHRAEMIVS, episcopus *Antiochiæ*, centum circiter annis post THEODORETVM vixit ann. DXL, scripsitque contra *Eutychianos* eumdem in modum. *Patres* [n] *nostri*, inquit, *dicen-*

ματός τε καὶ αἵματος, ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται, καὶ ἕτερα γίνεται· οὕτω τὸ δεσποτικὸν σῶμα μετὰ τὴν ἀνάληψιν εἰς τὴν οὐσίαν μετεβλήθη τὴν θείαν. ΟΡΘΟΔΟΞΟΣ. *Ἑάλως αἷς ὕφηνες ἄρκυσιν· οὐ δὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως· μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι, καὶ ἁπτὰ, οἷα καὶ πρότερον ἦν· νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται, καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται· παράθες τοίνυν τῷ ἀρχετύπῳ τὴν εἰκόνα, καὶ ὄψει τὴν ὁμοιότητα· χρὴ γὰρ ἐοικέναι τῇ ἀληθείᾳ τὸν τύπον· καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ μὲν πρότερον εἶδος ἔχει, καὶ σχῆμα, καὶ περιγραφὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν· ἀθάνατον δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν γέγονε, καὶ κρεῖττον φθορᾶς, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν ἠξιώθη καθέδρας, καὶ παρὰ πάσης προσκυνεῖται τῆς κτίσεως, ἅτε δὴ σῶμα χρηματίζον τοῦ δεσπότου τῆς φύσεως.*

(m) Cosins *hist. of transubstan.* p. 77.

(n) Ephrem. ap. Photium cod. CCXXIX. pag. 793. *οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκ δύο φύσεων*

τες

tes, dominum nostrum Iesum Christum ex duabus naturis constare, intelligunt ex duabus substantiis, vt quando dicunt, eum in duabus naturis esse, id illis est in duabus substantiis. Et id ipsum docet filius tonitrui, quando ait, Quod erat ab initio, quod vidimus & palpauerunt manus nostræ de verbo vitæ. Docet enim his verbis, vt diximus, vnum & eumdem substantiam habere palpabilem & impalpabilem. Nam verbum dicens, impalpabile palpatum fuisse testatus est, & se vidisse inquiens inuisibile, visum fuisse nuntiauit. Sic vnum Christum in palpabili & impalpabili substantia, in visibili & inuisibili agnoscit, & aliis ad hoc sciendum præceptor fit: Si quidem vtrumque vnius personæ est, nemoque sana mente dicere potest, eamdem esse naturam palpabilis & impalpabilis, visibilis & inuisibilis. Sic quod & a fidelibus (id est, a baptizatis) *percipitur Christi corpus & a sensibili substantia non discedit, & indiuisum a gratia intelligibili manet. Et baptismus, spiritualis totus factus & vnus exsistens, proprium sensibilis substantiæ, aquæ inquam, conservat, & quod fuit, non amittit.*

Latinae patres ecclesiæ non minus plani ac copiosi sunt in testimoniis suis de hac materia. TERTVLLIANVS non tantum frequenter dicit, panem repræsentare corpus domini [*o*], & esse figuram corporis eius [*p*]; sed etiam sensuum nostrorum testimonio in hoc ipso & rebus multis aliis ad *CHRISTVM* pertinentibus, fidere docet. *Non licet nobis*, inquit [*q*], *in dubium*

λέγοντες τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησῦν χριςὸν συγκεῖσθαι, ἐκ δύο νοῦσιν ἐσιῶν· ὥσπερ καὶ ἡνίκα ἐν δύο φύσεσιν, ἐν δυσὶν ἐσίαις· καὶ ὁ τῆς βροντῆς δὲ υἱὸς τῦτο διδάσκει ἐν τῷ λέγειν, ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τῦ λόγυ τῆς ζωῆς· τὸν ἕνα γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν, δι' ὧν ἔφημεν, καὶ ψηλαφητὴν ἐσίαν ἔχειν καὶ αψηλάφητον ἀνεκήρυξε· λόγον γὰρ εἰπὼν, τὸν ἀψηλάφητον ψηλαφηθῆναι προσεμαρτύρησε· καὶ ἑωρακέναι εἰπὼν, τὸν ἀόρατον προανήγγειλεν· ὥςε τὸν ἕνα χριςὸν ἐν ψηλαφητῇ καὶ ἀψηλαφήτῳ ἐσίᾳ, καὶ ἐν ὁρατῇ καὶ ἀοράτῳ γνωρίζεσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις εἰδέναι διδάσκαλος γίνεται· εἰ γὰρ καὶ ἑνὸς προσώπυ καὶ ἑκάτερον, ἀλλ' ἐδεὶς ἂν εἰπεῖν δύναιτο νῦν ἔχων, ὡς ἡ αὐτὴ φύσις ψηλαφητῦ καὶ ἀψηλαφήτυ, καὶ ὁρατῦ καὶ ἀοράτυ· ἔτω καὶ τὸ παρὰ τῶν πισῶν λαμβανόμενον σῶμα χριςῦ, καὶ τῆς αἰσθητῆς ἐσίας ἐκ ἐξίςαται· καὶ τῆς νοητῆς ἀδιαίρετον μένει χάριτος· καὶ τὸ βάπτισμα δὲ πνευματικὸν, ὅλον γενόμενον καὶ ἓν ὑπάρχον, καὶ τὸ ἴδιον τῆς αἰσθητῆς ἐσίας, τῦ ὕδατος λέγω, διασώζει, καὶ ὃ γέγονεν ἐκ ἀπώλεσεν.

(*o*) Tertull. contr. Marcion. lib. I. c. XIV. Panem, quo ipsum corpus suum repræsentat.

(*p*) Ibid. lib. IV. c. XI. Panem corpus suum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei.

(*q*) Tertull. de anima c. XVII.

sen-

sensus nostros reuocare, ne & in Christo de fide eorum deliberetur: ne forte dicatur, quod falso satanam prospectarit de cælo præcipitatum: aut falso vocem patris audierit de ipso testificatam: aut deceptus sit, quum Petri socrum tetigit: aut alium postea vnguenti senserit spiritum, quod in sepulturam suam acceptauit: alium postea vini saporem, quod in sanguinis sui memoriam consecrauit. Sic enim & Marcion phantasma eum maluit credere, totius corporis in illo dedignatus veritatem. Atqui ne in apostolis quidem eius ludificata natura est. Fidelis fuit & visus & auditus in monte: fidelis & gustus vini illius, licet aquæ ante in nuptiis Galileæ: fidelis & tactus, exinde creduli Thomæ. Recita Ioannis testimonium. Quod vidimus, inquit, quod audiuimus, oculis nostris vidimus, & manus nostræ contrectauerunt, de sermone vitæ. Falsa vtique testatio, si oculorum & aurium & manuum sensus natura mentitur. Manifestum ex hisce verbis TERTVLLIANI est, de transubstantiatione numquam ei in mentem venisse, quæ quatuor de quinque omnium mortalium sensibus, visui, tactui, gustui & olfactui contradicit; eumque oportere fuisse absurdissimum omnium, qui vnquam scripserunt, si, dictis non obstantibus, credere potuit, non esse id panem, quod ex sua ipsius regula tot sensuum habet testimonia.

IDEM testimonium cum TERTVLLIANO vsurpat AVGVSTINVS in sermone ad recens baptizatos, qui licet hodie inter AVGVSTINI opera non reperiatur, a FVLGENTIO [r] tamen & BEDA ac BERTRAMO conseruatus est. Heic instituens eos de hoc sacramento, in hunc modum loquitur: „Hoc quod „videtis in altari Dei, etiam transacta nocte vidistis: sed quid „esset, quam magnæ rei sacramentum contineret, nondum au„distis. Quod ergo videtis, panis est & calix, quod vobis et„iam oculi vestri renuntiant. Quod autem fides vestra postu„lat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis *CHRI*„*STI.* Breuiter quidem hoc dictum est, quod fidei forte suf„ficiat: sed fides instructionem desiderat. Dicit enim prophe„ta, *Nisi credideritis, non intelligetis.* Potestis ergo dicere mi„hi: Præcepisti, vt credamus, expone, vt intelligamus. Pot„est enim in animo cuiuspiam talis cogitatio oboriri. Domi„nus noster Iesus Christus nouimus vnde acceperit carnem de

(r) Fulgent. de baptism. Aethiopis c. XI. Beda in 1 Cor. X. Bertram. de corpore & sanguine dom.

„virgine. Infans lactatus eſt, nutritus eſt, creuit, ad iuueni-„lem ætatem productus eſt, a iudæis perſequutionem paſſus eſt, „ligno ſuſpenſus eſt, in ligno interfectus eſt, de ligno depoſi-„tus eſt, ſepultus eſt, tertia die reſurexit, quo die voluit, in „cælum adſcendit. Illuc leuauit corpus ſuum, vnde eſt ven-„turus, vt iudicet viuos & mortuos. Ibi eſt modo ſedens ad „dextram patris. Quomodo eſt panis corpus eius? & calix, vel „quod habet calix, quomodo eſt ſanguis eius? Iſta, fratres, „ideo dicuntur ſacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud in-„telligitur. Quod videtur, ſpeciem habet corporalem, quod „intelligitur, fructum habet ſpiritualem. Corpus ergo Chri-„ſti ſi vis intelligere, apoſtolum audi, dicentem fidelibus, „Vos eſtis corpus Chriſti & membra, myſterium veſtrum in „menſa domini poſitum eſt, myſterium domini accipitis. Ad „id, quod eſtis, amen reſpondetis, & reſpondendo ſubſcribi-„tis. Audis ergo *corpus Chriſti*, & reſpondes, *Amen.* Eſto „membrum corporis Chriſti, vt verum ſit, Amen. Quare er-„go in pane? Nihil heic de noſtro adferamus: Ipſum apoſto-„lum item audiamus. Quum ergo de iſto ſacramento lo-„queretur, ait: *Vnus panis, vnum corpus multi ſumus.* In-„telligite & gaudete. Vnitas, pietas, veritas, caritas, vnus „panis, vnum corpus multi ſumus. Recolite enim, quia panis „non ſit de vno grano, ſed de multis. Quando exorcizabimi-„ni, quaſi molebamini: quando baptizati eſtis, quaſi conſperſi „eſtis; quando ſpiritus ſancti ignem accepiſtis, quaſi cocti eſtis. „Eſtote, quod videtis, & accipite, quod eſtis. Hoc apoſtolus „de pane dixit: iam de calice quid intelligeremus, etiam hoc „dictum ſatis oſtendit. Sicut enim vt ſit ſpecies viſibilis panis, „multa grana in vnum conſperguntur, tamquam illud fiat, „quod de fidelibus ait ſancta ſcriptura; *Erat illis anima & „cor vnum* in Deum; ſic & de vino, fratres, recolite, vnde „ſit vnum. Grana multa pendent ad botrum, ſed liquor gra-„norum in vnitate confunditur. Ita dominus noſter Ieſus „Chriſtus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere voluit, myſteri-„um pacis & vnitatis noſtræ in menſa ſua conſecrauit. Qui „accipit myſterium vnitatis, & non ſeruat vinculum pacis, non „myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe„. Hac-tenus AVGVSTINVS. Quibus verbis perſpicue docet 1.) pa-nem

nem esse ac vinum, quod sit super altari, cuius caussa ad testimonium sensuum prouocat. 2.) Hunc ipsum panem ac vinum esse corpus ac sanguinem *CHRISTI*. Consequenter non poterat esse naturale eius corpus in substantia, sed tantum sacramentaliter. 3.) Dicit, naturale *CHRISTI* corpus tantum esse in cælo: sacramentum autem corpus eius nominari; quia, licet in externa, visibili & corporali specie panis tantum sit, fructum tamen habeat spiritualem. Denique 4.) ait, sacramentum non tantum esse repræsentationem naturalis corporis *CHRISTI*, sed etiam corporis mystici, hoc est ecclesiæ; &, tamquam symbolum vnitatis ecclesiæ, vocari corpus Christi hoc sensu non minus, quam altero illo. Vt adeo, si heic esset realis quædam transsubstantiatio, panem in mysticum corpus *CHRISTI*, siue ecclesiam, æque ac in corpus naturale transmutari necesse foret. Hæc ex innumeris aliis locis in operibus AVGVSTINI confirmari possunt, sed hic vnus ad ostendendam eius sententiam idoneus est.

PROXIME iam sequitur egregium GELASII, episcopi *Romani*, testimonium, ex tractatu de duabus naturis, contra *Nestorium* & *Eutychen* an. CCCCXC. scripto, in quo sic loquitur [s]: *Certe sacramenta, quæ sumimus, corporis & sanguinis domini diuina res est, propter quod & per eadem diuinæ efficimur consortes naturæ, & tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini. Et certe imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo euidenter ostenditur hoc nobis in ipso Christo domino sentiendum, quod in eius imagine profitemur, celebramus & sumimus, vt sicut in hanc, scilicet in diuinam transeunt, spiritu sancto perficiente, substantiam, permanente tamen in sua proprietate natura* (ita enim euidenter legendum est) *sic illud ipsum mysterium principale* (vnio diuinæ & humanæ naturæ) *cuius vobis efficientiam virtutemque repræsentat, ex quibus constat proprie permanentibus, vnum Christum, quia integrum verumque, permanere.* Cæcus sit, oportet, qui non videt, quemadmodum vis huius argumenti supponat, panem ac vinum permanere in sua natura & substantia in eucharistia, non obstante sacramentali, quæ inter ista elementa & corpus ac

(s) Gelas. de duab. natur. contr. Nestor. & Eutych. biblioth. patr. tom. IV. p. 422. (tom. VIII. p. 703. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

ſanguinem Chriſti per ſacrum eorum vſum fit, vnione. Sine hoc enim ſuppoſito ſermo iſte nihil roboris aduerſus *Eutychianos* habiturus fuiſſet, & hi ipſi facili reſponſione argumentum contra ipſum potuiſſent inuertere, dicendo, quod vti panis de natura ſua in ipſam ſubſtantiam naturalis corporis Chriſti tranſmutatus ſit, nec amplius panis manſerit; ita quoque humana natura reuera mutata ſit in diuinam naturam, nec amplius poſt adſumtionem ſui in diuinitatem in propria ſua ſubſtantia perſeueret. Ad quod argumentum ex ore *Eutychianorum* GELASIVS minime potuiſſet reſpondere, ſi cum ſucceſſoribus ſuis doctrinam de tranſubſtantiatione tradidiſſet.

ALIQVANTO poſt GELASIVM circa an.DL. vixit FACVNDVS, epiſcopus *Hermianenſis* in *Africa.* Hic excuſaturus *Theodorum Mopſueſtenum*, accuſatum, quod dixiſſet, *Chriſtum adoptionem filiorum ſuſcepiſſe*, ac proinde ſtatuiſſet, eum Dei filium adoptiuum eſſe, non proprium, in hunc modum ediſſerit: *Adoptionem quoque filiorum ſuſcepiſſe Chriſtum, ſi antiqui doctores eccleſiæ dixiſſe monſtrarentur, nec ipſi, nec omnis eccleſia, quæ tales doctores habuit, iudicari deberent hæretici. Nam ſacramentum adoptionis ſuſcipere dignatus eſt Chriſtus, & quando circumciſus eſt, & quando baptizatus eſt: & poteſt ſacramentum adoptionis adoptio nuncupari, ſicut ſacramentum corporis & ſanguinis eius, quod eſt in pane & poculo conſecrato, corpus eius, & ſanguinem dicimus, non quod proprie corpus eius ſit panis* [t], *& poculum ſanguis, ſed quod in ſe myſterium corporis ſanguiniſque contineant. Hinc & ipſe dominus benedictum panem & calicem, quem diſcipulis tradidit, corpus & ſanguinem ſuum vocauit. Quocirca ſicut Chriſti fideles, ſacramentum corporis & ſanguinis eius accipientes, corpus & ſanguinem CHRISTI recte dicuntur accipere, ſic & ipſe Chriſtus, ſacramentum adoptionis filiorum quum ſuſcepiſſet, potuit recte dici adoptionem filiorum ſuſcepiſſe.* Manifeſtum eſt ex his FACVNDI verbis, panem ac vinum non eſſe proprie corpus ac ſanguinem *CHRISTI*, ſed proprie eſſe adhuc panem ac vinum, & ſolum vocari corpus ac ſanguinem illius, perinde ac baptiſmus & circumciſio vocatur adoptio, quia ſunt ſacramenta adoptionis, non autem res ipſæ, quas repræſentant.

(t) Facund. lib. IX. c. V.

HISCE

HISCE addere tantum lubet testimonium ISIDORI HISPALENSIS, qui initio sæculi septimi vixit, an. DCXXX. Loquens de pane & vino eucharistiæ ait [u]: *Panis, quem frangimus, corpus Christi est, qui dicit, Ego sum panis viuus &c. Vinum autem sanguis eius est, & hoc est, quod scriptum est, Ego sum vitis vera. Sed panis, quia confirmat corpus, ideo Christi corpus nuncupatur, vinum autem, quia sanguinem operatur in carnem, ideo ad sanguinem Christi refertur. Hæc autem duo sunt visibilia, sanctificata autem per spiritum sanctum, in sacramentum diuini corporis transeunt.* BERTRAMVS [x] similem citat sententiam ex ISIDORI *originibus: Panis & vinum ideo corpori & sanguini domini comparantur, quia sicut visibilis huius panis vinique substantia exteriorem nutrit & inebriat hominem, ita verbum Dei, qui est panis viuus, participatione sui fidelium recreat mentes.* Verum, vti COSINVS episcopus nostras & ALBERTINVS obseruarunt, hoc testimonium ex quadam fraude loco suo proprio non amplius reperitur. Iam si panis istiusmodi panis est in substantia sua, vt corpus nutriat, talis ergo sit, oportet, qualis proprie dictus est panis, non autem incorruptibile corpus *CHRISTI*, quod non dici potest eiici in secessum, quod tamen de eo pane adfirmat ORIGENES [y], quod videlicet pars materialis sacramenti, typicum ac symbolicum corpus Christi, quod

(u) Isidor. Hispalens. de eccles. offic. lib. I. c. XVIII.

(x) Bertram. de corp. & sanguin. dom. ex Isidor. orig. lib. VI. c. XIX. (apud Flac. catal. test. verit. lib. X. p. 1065. edit. Geneu. MDCVIII.)

(y) Origen. comm. in Matth. XV. tom. II. p. 27. (p. 16. m. p. 17. a. edit. Paris. MDCIV.) Dixerit quispiam in hunc locum (*Non quod os ingreditur polluit hominem*) incidens, quod sicut quod ingreditur in os, non polluit hominem, etiam si putetur a Iudæis pollutum; ita quod ingreditur in os non sanctificat hominem, etiamsi a simplicioribus credatur sanctificare, nimirum is, qui vocatur panis domini. Et est, ni fallor, oratio non contemnenda, eoque desiderans dilucidam expositionem, quæ mihi talis videtur. Quemadmodum non cibus, sed conscientia cum hæsitatione vescentis polluit edentem, eo quod qui hæsitat, si vescatur, iudicatus est, quia non ex fide; & quemadmodum nihil est impurum per se polluto & incredulo, sed propter ipsius immunditiam & incredulitatem: Ita quod sanctificatur per verbum Dei & orationem, non suapte natura sanctificat vtentem. Nam si id esset, sanctificaret etiam illum, qui comedit indigne, neque quisquam ob hunc esum infirmus aut ægrotus fuisset, aut obdormiisset. Nam tale quiddam Paulus demonstrat, quum ait: Propter hoc in vobis infirmi & male valentes & dormiunt multi. Proinde etiam in pane domini tum vtilitas est

os ingreditur, in ſeceſſum eiiciatur; reale autem corpus *CHRISTI* ab iis duntaxat accipiatur, qui digni ſint, idque per fidem. Ex quibus omnibus planum eſt, veteres nihil ſciuiſſe de noua tranſubſtantiationis doctrina, ſed credidiſſe, quod panis ac vinum in euchariſtia in natura ſua permaneant. Qui plura hac de re videre geſtit, is COSINI *hiſtoriam tranſubſtantiationis* & elaboratum ALBERTINI librum de *ſacramento euchariſtiæ* [z] adeat, vbi reliqua argumenta omnia contra hanc doctrinam propoſita, & ſingulorum patrum teſtimonia, a PERRONII ac BELLARMINI & reliquorum *Romanenſium* auctorum omnium, qui de hoc argumento ſcripſerunt, deprauatione vendicata reperiet; videbitque adeo, quam fortiter nouæ hypotheſi PASCHASII RATHBERTI (qui magis *conſubſtantiationem*, quam *tranſubſtantiationem* ſtatuit), ſimul ac apparuiſſet, ſeſe oppoſuerint RABANVS MAVRVS, AMALARIVS, WALAFRIDVS STRABO, HERIBALDVS, LVPVS, FRVDEGARDVS, IOANNES ERIGENA, PRVDENTIVS TRICASSINVS, CHRISTIANVS BRVTHMARVS, ALFRICVS & *Anglo-Saxonicæ homiliæ*, FVLBERTVS CARNOTENSIS, LEVTHERICVS SENONENSIS, BERNO AVGIENSIS & alii, ad ætatem vſque *Berengarii*, poſt quem acrioribus contradictionibus oppugnari cœpit ab HONORIO AVGVSTODVNENSI, AMALRICO, PETRO & HENRICO DE BRVIS, GVIDONE GROSSO archiepiſcopo *Narbonenſi*, FRANCO ABBATE, *Waldenſibus*, *Albingenſibus*, *Bohemis*, & ſectatoribus IOANNIS HVSSI & HIERONYMI PRAGENSIS, *Wicleuiſtis* heic in *Anglia*, inter

veſcendi, cum impolluta mente puraque conſcientia particeps eſt illius. Sic quod ad eſum per ſe attinet, nec ex hoc, quia non edimus de pane, per verbum Dei & obſecrationem ſanctificato, fraudamur aliquo bono, nec ex edendo abundamus aliquo bono: ſi quidem cauſſa defectus eſt malitia peccatique, & abundantiæ cauſſa eſt iuſtitia & recte facta. Vt tale ſit, quod dicitur apud Paulum his verbis: Neque ſi comederimus, abundabimus, neque ſi non comederimus, minus habebimus. Quodſi, quidquid ingreditur in os in ventrem abit, & in ſeceſſum eiicitur, & ille cibus, qui ſanctificatur per verbum Dei & orationem, iuxta id, quod habet, materiale in ventrem abit & in ſeceſſum eiicitur. Ceterum iuxta precationem, quæ illi acceſſit, proportione fidei fit vtilis, efficiens, vt perſpicax ſit animus, ſpectans ad id, quod vtile eſt. Nec materia panis, ſed ſuper illum dictus ſermo eſt, qui prodeſt non indigne domino comedenti illum. Et hæc quidem de typico ſymbolicoque corpore.

(z) Albertin. de euchariſt. lib. III. pag. 921. ſeqq.

quos

quos celebratissimus erat REGINALDVS PECOCKIVS, & a multis doctis viris aliis ad tempus vsque reformationis. Primus nominis *transsubstantiationis* inuentor fuit STEPHANVS episcopus ecclesiæ *Eduensis* [a], vti ALBERTINVS demonstrat. Et hic non multo ante concilium *Lateranense* vixit, quod eam primum dogmatice stabiliuit an. MCCXV. Antea potius concomitantiam corporis *CHRISTI* cum pane adhuc manente statuisse eos, ostendit. COSINVS multas curiosas obseruationes eiusdem generis habet, & inprimis notat de palinodia, quam NICOLAVS II. pontifex *Romanus Berengarium* canere coëgit, fuisse eam adeo crudam ac absurdam, vt nec hodierni *Romanenses* eam possint concoquere. Nam heic ille profiteri [b] compellebatur, ipsum corpus ac sanguinem *CHRISTI* manibus sacerdotis tractari ac frangi, & dentibus fidelium atteri, idque non sacramentaliter duntaxat, sed quoque in veritate & sensualiter. Quam in confessionem glossator GRATIANI IOANNES SEMECA hanc cautelam [*] adscripsit: *Nisi sane intelligis verba Berengarii, in maiorem incides hæresin, quam ipse habuit.* Adeo exigua huius monstrosæ doctrinæ intelligentia fuit, quando primum in orbe christiano cœpit audiri.

NOLVMVS vero hanc materiam persequi longius, quum satis demonstratum sit, veteres nihil huius doctrinæ habuisse, quia vno omnes ore declarant, panem ac vinum in natura sua permanere etiam post consecrationem. Vnde sequitur, vt

(a) Id. ibid. p. 969. Tunc nouitium transsubstantiationis figmentum, nouo hoc nomine eo vsque non vocitatum, illo cœpit commendari. Nomenclator ei Stephanus episcopus Eduensis, qui id nomen ante ingnotum in tractatu de *sacramento altaris* primus vsurpauit: *Oramus*, inquit, *vt cibus hominum fiat cibus angelorum, scilicet vt oblatio panis & vini TRANSSVBSTANTIETVR in corpus & sanguinem Christi.*

(b) Gratian. de consecrat. distinct. II. c. XLII. Consentio sanctæ Romanæ & apostolicæ sedi, & ore & corde, profiteor, de sacramentis dominicæ mensæ eamdem fidem me tenere, quam dominus & venerabilis papa Nicolaus & hæc sancta synodus auctoritate euangelica & apostolica tenendam tradidit, mihique firmauit, scilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem domini nostri I. C. esse, & sensualiter non solum sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. cetera.

(*) Citante Chamiero de euchar. lib. XI. c. II. §. IX. p. 290.

eucha-

euchariſtiam diuino adorationis cultu honorare non potuerint, quam nonniſi typicum & ſymbolicum corpus *CHRISTI* eſſe crediderunt. Quid? quod eam ne quidem eleuarunt per multa ſæcula qualicumque de cauſſa, multo minus ideo, vt eam adorarent. Nonnulli BASILII auctoritatem adlegant pro eius eleuatione, vt populo oſtenderetur adoranda. Ita SCHELSTRATVS [c] & BONA [d] poſt BELLARMINVM. Verum verba eius hunc ſenſum non admittunt. Neque enim de adoratione loquitur, neque de eleuatione, vt populo oſtendatur, ſed tantum de conſecratione, quam vocabulum *Græcum* ἀνάδειξις tam in profanis quam eccleſiaſticis ſcriptoribus proprie ſignificat, quomodo ALBERTINVS variis exemplis [e] demonſtrauit.

(c) Schelſtrat. de concil. Antiochen. p. 219. Latini poſt conſecrationem eleuant corpus & calicem ſanguinis dominici. - - Græci paulo poſt eleuationem frangunt in quatuor partes ſacroſanctam hoſtiam, & eleuationem ipſam non in medio ſacrificii, ſed paullo ante communionem peragunt. - - D. Baſilius libro de ſpiritu ſancto c. XXVII. *Inuocationis verba, quum oſtenditur panis euchariſtiæ & poculum benedictionis, quis ſanctorum ſcripto nobis reliquit?*

(d) Bon. rer. lit. lib. II. c. XIII. §. II. Latini peracta conſecratione, Græci paullo ante communionem -- corpus dominicum & calicem eleuant, vt a populo adoretur. - - Baſilius lib. de ſpiritu S. c. XXVII. *Inuocationis verba* &c. Bellarmin. de euchar. lib. II. c. XV. Alterum teſtimonium Baſilii eſt in lib. de ſpiritu ſancto c. XXVII. vbi ſic ait: *Verba inuocationis, quum oſtenditur panis euchariſtiæ, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit?* Hinc enim habemus, morem fuiſſe in eccleſia veteri, vt poſt conſecrationem oſtenderetur populo euchariſtia, quod etiam nunc fieri videmus: & conceptis verbis inuocaretur, quæ verba quidem ſuſpicantur fuiſſe, Kyrie eleiſon. Sed certe ex *inuocatione* manifeſta colligitur veritas Chriſti in euchariſtia, neque enim panem *inuocare* poſſumus, quantumlibet ſignificet vel repræſentet corpus Chriſti.

(e) Albertin. de euchariſtia lib. II. p. 446. Verbum ἀναδείκνυσθαι ſæpe ſumi apud Græcos pro deſignatione & conſecratione ad munus aliquod, innumeris teſtimoniis demonſtrari poteſt. Sic enim ex ſcriptoribus exoticis Strabo (lib. IV.) ait, Lugduni *templum fuiſſe conſecratum* ἀναδειχθὲν *Cæſari, communi Gallorum conſilio.* Sic e ſacris b. Lucas (cap. X, 1.): *Poſt hæc dominus* ἀνέδειξεν *deſignauit & alios ſeptuaginta.* Et Nyſſenus (*de vita Macrini*) de Baſilio ipſo: *tum Baſilius* ἀνεδείχθη *ordinatus eſt epiſcopus Cæſareæ.* Et rurſum: (*orat. III. in Chriſti reſurrect*) *Deus hominem eius, quæ ſub cœlo eſt, creaturæ regem ordinauit*, ἀνέδειξεν. Et Syneſius (epiſt. LXVI.) de quodam Alexandro loquens: ἀνεδείχθη, *conſecratus eſt* ſeu conſtitutus *epiſcopus in Bithynia per Ioannem.* Et Dionyſius Areopagites vulgo dictus (*eccleſ. hierarch. c. III.*): *Sacerdotes laudibus concelebrant beneficum illum principem, per quem nobis ſanctificata & conſeruata ſunt* ἀνεδείχθησαν *ſalutaria my-*

Ver-

Verba BASILII hæc sunt: Τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῆς (f) ἀναδείξεως τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; Quæ verba BELLARMINVS secundum corruptam *Latinam* editionem sic reddit: *Verba inuocationis, quum OSTENDITVR panis eucharistiæ, quis sanctorum in scripto nobis reliquit?* quum tamen sic reddi debeant: *Verba inuocationis* (siue *precationis*) *quum CONSECRATVR panis eucharistiæ, quis sanctorum in scripto nobis reliquit?* Atque ita ipse PERRONIVS [g] magis ingenue ac apertius, quam alias solet, fatetur, verba BASILII non accipienda esse de inuocatione populi adstantis precantisque ad eucharistiam, sed de oratione sacerdotis, sub solemni precum ad Deum formula eucharistiam consecrantis. Quæ consecratio, vti supra [*] ostendimus, non nuda verborum, *Hoc est corpus meum*, pronuntiatione facta est, vti hodie fit in ecclesia *Romanensi;* sed formali inuocatione & gratiarum actione ad

---

steria. Et Proclus in fragmento liturgiæ illi tributo, de apostolis loquens, ac de iis, qui eis successerunt: *Exspectabant*, inquit, *aduentum spiritus sancti, vt diuina sua præsentia* ἀποφήνῃ τε καὶ ἀναδείξῃ *efficeret & consecraret panem ad sacrificium propositum, & calicem aqua mixtum, ipsum corpus ac sanguinem domini nostri Iesu Christi.* Et liturgia præsanctificatorum in oratione pro iis, qui ad baptismum parabantur: (*bibliothec. patr. tom. II. Græco-Latin.*): *Accipiens panem in sanctas, immaculatas, inculpabiles & immortales manus suas dominus, ac tibi Deo patri consecrans* ἀναδείξας, *eucharistans & sanctificans, & frangens dedit nobis.* Denique ipsamet Basilii liturgia: *Rogamus te, &c. vt veniat spiritus sanctus tuus super nos & super hæc dona, eaque benedicat, sanctificet & consecret*, ἀναδεῖξαι.

(f) Basil. de spiritu S. c. XXVII.

(g) Perron. de eucharist. lib. II. auctor. XV. c. III. ap. Albertin. l. c. Pro nobis respondet (Bellarmino) Perronius; *In textu Græco non haberi*, verba inuocationis quum ostenditur panis eucharistiæ *sed* verba inuocationis quum consecratur panis eucharistiæ. *Non enim ibi agitur*, inquit, *de inuocatione adstantium, sed de ea, in qua Christi verba insita esse Basilius ipse docet, subiungens*; Nec enim his contenti sumus, quæ aut apostolus aut euangelium commemorat; sed alia ante & post dicimus, ea ex doctrina non scripta mutuantes, magnam ad mysterium virtutem habentia. *At verba Christi non dicuntur in adstantium precibus, sed in oratione sacerdotis, quam veteres & speciatim Irenæus duobus in locis* ἐπίκλησιν *appellant, perinde ac Basilius. Hæc autem oratio non funditur, quum ostenditur eucharistia, sed ante, & præcipue iuxta vsum liturgiarum Græcarum &c. Itaque vocabulum græcum* ἀνάδειξις *consecrationem ibi significat, non ostensionem.*

(*) Libr. XV. cap. III. §. XI. pag. 319. seq.

Deum, vt dona propoſita ſanctificare vellet; quam formulam BASILIVS, à nullo euangeliſtarum ſcripto nobis relictam eſſe, recte dicit. Nonnulli vrgent teſtimonium GERMANI, epiſcopi *Conſtantinopolitani*, vt qui de eleuatione hoſtiæ poſt conſecrationem loquatur. Et omnino hoc facit [*h*]:. Aliam autem illi ritui cauſſam adſignat, non adorationis honorem ei a populo exhibendum. *Eleuatio*, inquit, *in altum venerandi corporis repræſentat crucis elationem, & mortem in ea, & ipſam reſurrectionem.* Quæ ratio multum omnino abeſt ab hodierno eleuationis ſcopo. Vixit hic autor ad an. DCCXV, & primus eſt, qui huius eleuationis inter *Græcos* meminit, ſine vlla adorationis mentione. Quod ad *Latinam* attinet eccleſiam, altum heic de ea ſilentium apud vetuſtos rituum expoſitores eſt, ad ſæculum vſque vndecimum, vbi IVONI [*i*] CARNOTENSI & HVGONI VICTORINO [*k*] memoratur, etſi adhuc propter eamdem cauſſam, quam GERMANVS dedit, non propter adorationem. Primus ſcriptor, qui iſti eleuationi adorationis cauſſam tribuit, vti fuſe demonſtrat DALLAEVS [*l*], eſt GVILIELMVS DVRANDVS, qui *rationale diuinorum officiorum* [*m*] ſcripſit anno circiter MCCCLXXXVI. Vt adeo tranſubſtantiatio & adoratio euchariſtiæ tamquam mater & filia duobus ſæculis proxime ſibi ſuccedentibus introductæ ſint. Eruditiſſimi inter hodiernos eccleſiæ *Romanenſis* ſcriptores potiſſimam dictorum partem confi-

(*h*) German. theoria rer. diuinar. bibl. patr. Græco-Latin. tom. II. p. 163. (tom. XIII. p. 61. b. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(*i*) Iuo epiſt. de ſacram. miſſa (apud Dallæum de cult. religioſ. lib. II. p. 237.) Cum vero panis & calix adhibito diacono eleuatio corporis Chriſti in cruce commemoratur.

(*k*) Hugo de S. Vict. de miſſa obſeruat. (cit. eodem ibid.) Poſt ſigna crucis ſacerdos vtraque manu eleuat ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti & paullo poſt deponit; quod ſignificat eleuationem corporis Ieſu Chriſti in cruce & eiuſdem in ſepulchrum depoſitionem.

(*l*) Dall. de obiecto cultus lib. II. c. VI. p. 277. Sequentis demum ſæculi, id eſt decimi tertii, anno circiter octuageſimo Guilielmus Durandus aliis quibusdam allatis eleuationis iſtius rationibus hanc poſtremo præter ſuperiorum liturgiæ interpretum doctrinam addit, *Quinto hoſtia* &c. Vid. litt. (m) ſeq.

(*m*) Durand. rational. lib. IV. de 6. parte canon. Quinto hoſtia eleuatur, vt populus non præueniens conſecrationem, ſed ex hoc cognoſcens illam factam, & Chriſtum ſuper altare veniſſe, reuerenter ad terram proſternatur.

ten-

tentur. BONA [n] aperte & libere dicit, non posse se originem eleuandi sacra mysteria, statim ac consecrata sint, in ecclesia *Latina* altius repetere, quam ab *Iuonis* & *Guilielmi Parisiensis* ac *Hildeberti Turonensis* temporibus, qui de ritu campanam pulsandi, dum fiat hæc eleuatio, sæculo duodecimo & decimo tertio fecerunt mentionem. Fatetur autem, in codicibus *ordinis Romani* tam excusis quam manuscriptis, & in priscis rituum expositoribus ALCVINO, AMALARIO, WALFRIDO STRABONE, MICROLOGO & aliis nullum eius vestigium reperiri. Et quum STEPHANVS DVRANTVS [o] vetustatem huius praxeos iactet, dicatque ab ipsis ecclesiæ incunabilis eam cœpisse, errorem illius corrigit, vt qui hoc statuat *Græcorum* tantum patrum testimonio suffultus, qui de *Latinis* ritibus nihil probent. Atque ita planam nouitatis eius agnitionem heic habemus. Et DALLAEVS [p] eamdem confessionem tacitam ex IOANNE MORINO [q] & IACOBO GOARE [r], duobus aliis ecclesiæ *Roma-*

(n) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. XIII. §. II. Nec liquet, quæ prima origo fuerit in ecclesia latina eleuandi sacra mysteria, statim ac consecrata sunt: in antiquis enim sacramentorum libris & in codicibus Ordinis Romani tam excusis quam MSS. nec in priscis rituum expositoribus Alcuino, Amalario, Walfrido, Micrologo, & aliis aliquod eius vestigium reperitur. Ea duntaxat in Ordine Romano eleuatio commemoratur, qua calix attollitur ante orationem dominicam, *Quum dixerit*, Per quem hæc omnia domino, *erigit se archidiaconus solus, & quum dixerit* per ipsum & cum ipso, *leuat cum offertorio calicem per ansas & tenet exaltans illum iuxta pontificem.*

(o) Durant. de ritib. eccles. lib. II. c. XL. §. 2. Plane ab ipsis ecclesiæ incunabulis, post consecrationem, eucharistiam in altum tollere & populo ostendere consuetum, probat a parte sanctus Dionysius lib. de eccles. hierarch. c. III. *Pontifex &c.* Vid. Bon. ibid.

(p) Dall. l. c. p. 237. Goar, vir eruditissimus & Latinarum traditionum studiosissimus, vere meritoque negat, plane constare, quando consecrationi apud Latinos iuncta fuerit hostiæ eleuatio; & Stephani Duranti numquam ab ea diuisam fuisse, contendentis opinionem iure adspernatur. Hoc quidem ex eo, quod ego proxime obseruaui, auctorum tam multorum de illa silentio constat, non fuisse hunc ritum apud Latinos receptum ante vndecimum sæculum; quo eos vixisse, quos ad hanc rem Goar citauit, & Micrologi auctorem, omnes fatentur, & ipsum ordinis Romani scriptorem, si alii negant, docuit ac probauit Ioannes Morinus.

(q) Morin. de ordinat. part. III. exercit. VIII. c. I.

(r) Goar. not. in euchelog. p. 146. §. 158. Quando consecrationi apud Latinos iuncta fuerit hostiæ eleuatio, non plane constat. Steph. Durantus ab ea numquam fuisse diuisam contendit, sed infirmo iuxta suam sententiam Dionysii

nensis doctis scriptoribus, sumit, quemadmodum STILLINGFLEETVS [s] etiam facit ex MENARDO.

§. V.

Nec diuinam hostiæ adorationem ante sæculum duodecimum aut decimum tertium.

DIXERIS autem, etiamsi nulla eleuatio hostiæ, nec vlla æris campani pulsatio ante hoc tempus in ecclesia *Latina* vsitata fuerit, diuinæ tamen adorationis honorem, per omnia retro sæcula ab ipso inde ecclesiæ principio, ei forte fuisse exhibitum. PERRONIVS adeo confidenter hoc adfirmat, vt sessionem faciat ritum adorationis, ideo quidem, vt apostolos eucharistiam sedentes adorasse probet. Cuius opinationis falsitatem iam supra deteximus. Multæ aliæ probationes ex veterum scriptorum monumentis ad hanc adorationem comprobandam adleguntur. Nihil autem aliud probant, quam quod aut veneratio huic sacramento exhibita sit, vti libris euangelii, aquis baptismi, mensæ dominicæ aliisque sacris rebus exhiberi consueuit, quod nemo negat; vel certe honos adorationis *CHRISTO* præstitus sit, tamquam diuino quodam modo vbique præsenti, vel ad dextram Dei in cælo sedenti, quo per solemnem admonitionem *Sursum corda* mentes suas eleuare, ibique eum adorare iubebantur. HIERONYMVS de communi & ordinaria veneratione loquitur, quando ait [t]: *Discant, qui ignorant, eruditi testimoniis scripturarum, qua debeant veneratione sancta suscipere, & altaris CHRISTI ministerio deseruire, sacrosque calices & sancta velamina, & cetera, quæ ad cultum pertinent dominicæ passionis, non quasi inanima & sensu carentia sanctimoniam non habere, sed ex consortio corporis & sanguinis domini, eadem, qua corpus eius & sanguis, maiestate veneranda.* Talis reuerentia, qualis hæc, quæ calicibus aliisque vasis altaris exhibita est, sine dubio sacramen-

& Maximi fundamento, qui scriptis suis, non nisi Græcis ritibus suffragantur.

(s) Stillingfl. orig. Brit. p. 236. ex Menardo not. in Gregor. sacram. p. 374. *It is well observed by Cardinal Bona, that the Custom of Elevation of the Host, in order to Adoration, is found in none of the ancient Sacramentaries. - - The same had been ingenuously confessed before by Menardus, in the same Words.*

(t) Hieron. epist. ad Theophilum.

to

to exhibita est, tamquam symbolico corpori ac sanguini *CHRISTI*. Verum hæc non potuit esse veneratio diuini cultus, siue adoratio, nisi calicibus & vasis altaris diuinum cultum eos tribuisse, statuamus, vtpote quæ eadem maiestate, qua corpus ac sanguis Christi suscipiatur, veneranda esse dicit. EDMVNDVS ALBERTINVS [u] bene multa exempla huiusmodi venerationis ac reuerentiæ ecclesiis, libro legis & baptismo exhibitæ adfert, quæ nihil amplius quam verecundum horum omnium, tamquam sacrarum & venerabilium rerum, vsum significare potest. Atqui tali veneratione sacramentum prosequebantur; numquam panem consecratum in profanum vel communem vsum adhibentes; multo minus eius sanctitudinem indecenti magis praxi, (cuiusmodi iniuriosum illud *Donatistarum* factum erat, quum canibus eum proiicerent) violantes; nec vmquam illotis manibus contrectantes; quum cauerent quam maxime, ne qua particula in terram caderet: quæ specialior cautio est, multis veterum obseruata, TERTVLLIANO [x], AVGVSTINO [y], CYRILLO HIEROSOLYMITANO [z]

(u) Albertin. de eucharist. p. 432. §. Tertium est &c. toto.

(x) Tertull. de coron. milit. c. III. Calicis aut panis etiam nostri, aliquid decuti in terram anxie patimur.

(y) Augustin. homil. XXVI. & L. Quanta sollicitudine obseruamus, quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat, tanta sollicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus aut loquimur, de corde nostro pereat.

(z) Cyrill. Hierosolym. catech. mystagogic. V. §. XVIII. προσιὼν οὖν, μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις· ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ βασιλέα ὑποδέχεσθαι· καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, Ἀμήν· μετ' ἀσφαλείας οὖν ἁγιάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῇ ἐπαφῇ τοῦ ἁγίου σώματος, μεταλάμβανε, προσέχων μὴ παραπολέσῃς τι ἐκ τούτου αὐτοῦ· ὅπερ γὰρ ἐὰν ἀπολέσῃς, τούτῳ ὡς ἀπὸ οἰκείου δηλονότι ἐζημιώθης μέλους· εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις σοι ἔδωκε ψήγματα χρυσίου, οὐκ ἂν μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἐκράτεις, φυλαττόμενος μή τι αὐτῶν παραπολέσῃς, ἢ ζημίαν ὑποστῇς; οὐ πολλῷ οὖν μᾶλλον ἀσφαλέστερον, τοῦ χρυσίου καὶ λίθων τιμίων τιμιωτέρου διασκοπήσεις, ὑπὲρ τοῦ μὴ ψίχαν σοι ἐκπεσεῖν· Εἶτα μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τε τοῦ σώματος χριστοῦ, προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ, Ἀμήν, ἁγιάζου καὶ ἐκ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων χριστοῦ· ἔτι δὲ τῆς νοτίδος ἐνούσης τοῖς χείλεσι σου χερσὶν ἐπαφώμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ μέτωπον, καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια· εἶτα ἀναμείνας τὴν εὐχὴν, εὐχαρίστει τῷ θεῷ τῷ καταξιώσαντί σε τῶν τηλικούτων μυστηρίων. *Accedens ad communionem, non expansis ma-*

 et

et ORIGENI [*], qui id diſertis verbis venerationem appellat. Vnde BELLARMINVS vafre colligit, oportere eos credidiſſe, quod ſit naturale Dei corpus adeoque adorandum. Quaſi rebus ſacris talis cautela ac veneratio adhiberi non poſſit, quin id ſtatim pro actu adorationis haberi debeat.

EQVIDEM veteres nonnumquam dicunt, ſe *CHRISTVM* adorare in euchariſtia. Id quod non negamus. AVGVSTINVS ait [a]: *Nemo iſtam carnem (CHRISTI) manducat, niſi prius adorauerit.* Et exſtant ſimiles locutiones in AMBROSIO, CHRYSOSTOMO & aliis quibuſdam vetuſtis ſcriptoribus. Tum autem ſatis dilucide mentem ſuam explicant, ſe nec de orali manducatione, nec de adoratione *CHRISTI*, tamquam corporaliter præſentis in euchariſtia, ſed vt ſpiritualiter præſentis, vel certe vt abſentis in cælo, loqui declarantes. CHRYSOSTOMVS [b]

manum volis accede, neque cum disiunctis digitis, ſed ſiniſtram, veluti ſedem quandam ſubiiciens dextræ, quæ tantum regem ſuſceptura eſt: & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens: Amen. Sanctificatis ergo diligenter oculis, tam ſancti corporis contactu, communica. Caue autem, ne quid excidat tibi: quod enim amittes, hoc tamquam ex proprio membro amiſeris. Nam ſi quis tibi ramenta aurea daret: nonne magna cum diligentia illa teneres, cauens, ne quid ex illis periret, damnumque ſuſtineres? Et non multo magis & diligentius de hoc, quod auro gemmiſque pretioſius eſt, ne mica aliqua ex illo cadat, prouidebis. Tum vero poſt communionem corporis Chriſti, accede & ad calicem ſanguinis illius, non extendens manus, ſed pronus adorationis in modum & venerationis, dicens: Amen. Sanctificeris eo ſanguine Chriſti, quem aſſumis: & quum adhuc eſt humiditas in labiis tuis, manibus attingens, & oculos, & frontem, & reliqua ſenſuum organa conſecra. Poſtremo, exſpectata oratione, Deo gatias age, qui te tantis myſteriis dignum reddidit.

(*) Origen. hom. XIII. in Exod. Noſtis, quæ diuinis myſteriis intereſſe conſueuiſtis, quomodo, quum ſuſcipitis corpus domini, cum omni cautela & veneratione ſeruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid delabatur. Reos enim vos creditis & recte creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat. Quod ſi circa corpus eius conſeruandum tanta vtimini cautela, & merito vtimini; quomodo putatis eſſe minoris piaculi, verbum Dei neglexiſſe quam corpus eius?

(a) Auguſtin. in pſalm. XCVIII. (tom. VIII. opp. p. 1104. edit. Baſil. MDLXIX.)

(b) Chryſoſt. in illud, Simile eſt regnum cælorum &c. ἐπειδὰν καταλάβητε τὸν νυμφῶνα τοῦ πνεύματος, ἐπειδὰν εἰσδράμητε τὴν παστάδα τῆς χάριτος, ἐπειδὰν πλησίον γένησθε τῆς φοβερᾶς ὁμοῦ καὶ ποθεινῆς κολυμβήθρας, ὡς αἰχμάλωτοι προσπέσητε τῷ βασιλεῖ, ῥίψατε πάντες ὁμοίως ἐπὶ γόνατα. *Poſtquam ad thalamum ſpiritus perueneritis, poſtquam ad porticum gratiæ accurreritis, poſtquam*

bapti-

baptiſmum ſuſcepturos tamquam captiuos procidere, & omnes ſimiliter in genua ſe proiicere ait. Neque vero inde colligas, eos *CHRISTVM* adoraſſe tamquam corporaliter præſentem in baptiſmo, tametſi baptiſmus eos quoque corporis ac ſanguinis *CHRISTI* participes reddat. Et alibi [*c*], regem ipſum incuruare ſe, dicit, propter Deum in ſanctis euangeliis loquentem. Ridiculum autem foret, hinc inferre, ipſos vel euangelia adoraſſe, vel Chriſtum corporaliter in eis præſentem. EDMVNDVS ALBERTINVS [*d*] ex AVGVSTINI operibus diuerſas has propoſitiones demonſtrauit, quæ omnes *CHRISTI*, tamquam corporaliter in euchariſtia præſentis, adorationi e diametro repugnant. 1.) Panem & vinum nec fieri nec eſſe proprie & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem domini, ſed ſacramentaliter tantum & figurate. 2.) Chriſtum non eſſe in euchariſtia ſubſtantialiter & corporaliter præſentem. 3.) In euchariſtia verum panem manducari. 4.) Manducationem proprii corporis Chriſti participationemque ſanguinis ipſius ſpiritualem eſſe, non oralem. 5.) Impios proprium domini corpus & ſanguinem nec manducare nec bibere. 6.) Impoſſibile eſſe, vt idem corpus in pluribus locis ſimul ſit: & hoc in ſpecie de corpore Chriſti dici. 7.) Corpus neceſſario locum occupare. 8.) Accidentia ſine ſubiecto ſubſiſtere nullo modo poſſe. Quæ omnia corporalem *CHRISTI* præſentiam in euchariſtia euertunt, & conſequenter oſtendunt, ad orationem *CHRISTO* in euchariſtia præſtitam, non corporali, ſed ſpirituali eius præſentiæ, vel corpori illius tamquam abſenti in cælo, exhibitam eſſe.

STEPHANVS autem DVRANTVS [*e*] probare nititur, corpus *CHRISTI* non tantum adoratum fuiſſe tamquam præſens in

prope tremendam ſicut & deſiderabilem piſcinam veneritis, & tamquam captiui processeritis coram rege, omnes ſimiliter in genua vos proiicite.

(*c*) Chryſoſt. In illud, Attendite, ne eleemoſynam faciatis, ap. Albertin. p. 432. ὑποκύπτει διὰ τὸν ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις ὁμιλοῦντα θεόν.

(*d*) Albertin. de ſacram. euchariſt. p. 602. &c.

(*e*) Durant. de ritibus lib. II. c. XL. §. V. Adoratam fuiſſe euchariſtiam extra vſum & a non communicantibus, probat S. Chryſoſtomus *homil. III. de incomprehenſibili Dei natura.* Ibi enim loquens de energumenis ait, Agitatos quoque, ob eam rem, diaconus tempore illo ducit, & iubet caput inclinare. Et *homil IV. eiuſdem tractationis.* Cur homines dæmone agitatos, & furore accitos teterrimo, adduci tempore illo, & capita inclinare iubet diaconus.

eucha-

euchariſtia, in ipſo vſu & tempore adminiſtrationis, ſed etiam extra vſum a non-communicantibus. Quam in ſententiam CHRYSOSTOMVM [f] adlegat, dicentem, agitatos tempore illo a diacono adduci & iuberi caput inclinare. Quod DVRANTVS de inclinatione capitis erga euchariſtiam interpretatur. Verum CHRYSOSTOMVS argumentum illius infeliciter diluit. Nam eo tempore euchariſtiam nondum conſecratam ſed adhuc conſecrandam fuiſſe teſtatur. Neque enim hi energumeni conſiſtendi veniam habebant ad audiendas preces conſecrationis cum fidelibus, ſed cum catechumenis aliiſque non-communicantibus ante miſſæ fidelium exordium dimittebantur. Vt adeo, ſi hoſtiam adorarunt, hoſtiam nondum conſecratam adorarint, oporteat, quod ſecundum ipſum DVRANTVM manifeſta foret idololatria. Ita infelices boni iſti viri ſunt in optimis, quæ producere poſſunt, argumentis pro adoratione hoſtiæ inter veteres, vt ipſæ eorum probationes euidenter eam deſtruant.

AB altera autem parte firmiſſimæ dantur demonſtrationes, non potuiſſe tale quid, cuiuſmodi eſt adoratio hoſtiæ, eſſe apud veteres, non tantum inde petitæ, quod eos tranſubſtantiationem & corporalem præſentiam haud credidiſſe certo conſtet, ſed etiam multis ex aliis argumentis, quæ duo viri docti IOANNES DALLAEVS [g] & DANIEL WHITBY [h] in duobus egregiis tractatibus, hac de materia editis, ſolide deduxerunt atque demonſtrauerunt luculentiſſime: ad quos libros lectorem amandamus, ſatis habentes, ſi præcipuorum argumentorum, quæ fuſe atque late propoſuerunt ac probaue-

(f) Chryſoſt. homil. III. de incomprehenſibili Dei natura p. 365. (tom. I. p. 324. edit. Francof.) *καὶ τοὺς ἐνεργουμένους κατ' ἐκεῖνον ἵστησι τὸν καιρὸν ὁ διάκονος, καὶ κελεύει κλῖναι τὴν κεφαλὴν μόνον, καὶ τῷ σχήματι ποιεῖσθαι τοῦ σώματος τὰς ἱκετείας.* Id. homil. IV. de incomprehenſibili p. 374. (p. 332. edit. Francof.) *ἔσται δὲ ἡ χάρις, ἂν διδάξωμεν ὑμᾶς, τίνος ἕνεκεν ἐκείνη γίνεται πρὸ τῶν ἄλλων ἡ εὐχὴ, καὶ τί δήποτε, τοὺς δαιμονῶντας, καὶ τῇ μανίᾳ πονηρᾷ κατεχομένους εἰσάγεσθαι κελεύει τότε ὁ διάκονος καὶ κλίνειν τὰς κεφαλάς. Gratiam autem reddam, ſi vos docuero, quamobrem illa præ ceteris oratio ſolet fieri, & cur homines dæmone agitatos, & furore accitos teterrimo, adduci tempore illo & capita inclinare iubet diaconus.*

(g) Dall. de obiecto cultus religioſi contr. Latin. lib. I. & II.

(h) Whitby, *Idolatry of Hoſt Worſhip* Lond. MDCLXXIX. 8vo.

runt,

runt, summas attigerimus. DALLAEVS argumenta sua sub duo capita refert, alia generatim contra cultum religiosum eucharistiæ, diuorum, reliquiarum, imaginum ac crucium; alia magis speciatim contra adorationem eucharistiæ proponens. Inter primi generis argumenta hoc

I. tamquam notatu dignum vrget, Quod in omni veterum de miraculis disputatione nulla habeatur miraculorum, per eucharistiam effectorum, mentio, vti iam tritum & peruulgatum in sæculis posterioribus, maxime in libro, quem vocant *scholam eucharistiæ*, quæ collectio fictionum est sub nomine miraculorum, per hostiam variis occasionibus patratorum.

II. Aliud generale argumentum vrget ex omnium ecclesiæ scriptorum, qui de traditionibus loquuntur, silentio, quod eucharistiæ adoratio ne semel quidem inter eos nominata sit.

III. Quod inter varias paganorum calumnias de Deo christianorum, quos alii solem, alii caput asini, alii sacerdotum suorum genitalia, alii crucifixum & mortuum hominem, alii alia colere iactabant, nemo panem ac vinum colere dixerit, quod tamen & facile fuerit discere & inuidiosissimum obiectare: si hæc vere culta a christianis fuissent, quemadmodum posterioribus sæculis coli cœpta sint.

IV. Quod christiani paganis obiicere consueuerint, quod colerent res mutas & anima carentes; res humeris baiulandas, & si ceciderint, surgere haud valentes; res, quæ custodiantur ab hominibus, ne a furibus auferantur; res, quæ captiuæ abduci possint, nec valeant ipsæ se conseruare; res, quas oppignorare liceat, vti eucharistiæ in posterioribus sæculis sub quibusdam principibus vsu venerit; res, quæ ignis & imbrium & rubiginis, & blattarum ac tinearum, aliisque naturæ iniuriis obnoxiæ sint; res, quæ a muribus aliisque bestiis deuorari possint, arrodi atque inquinari. Quas obiectiones ethnicos in christianos facile repercussuros fuisse, dicit, si vel eucharistiam, vel imagines, vel reliquias, vel cruces coluissent, vtpote quæ res omnes iisdem exprobrationibus obnoxiæ sint. Hæc generalia sunt argumenta contra adorationem hostiæ, nec non contra reliquos cultus idololatricos, qui hodie in ecclesia *Romana* tantopere frequentantur. Longe autem plurima argumen-

menta ſpecialia a viro iſto docto contra adorationem hoſtiæ vrgentur.

Argumentum I. ducitur a conſtanti ſcriptorum hac de re ſilentio.

Argumentum II. Quod euchariſtia a vetuſtiſſimis chriſtianis eleuata in ſacris non fuerit, vti a nobis quoque ſupra ex BONA oſtenſum eſt.

Argumentum III. inde ducitur, Quod *Latinus* pulſandæ nolæ ritus, vt hoc ſono ad euchariſtiæ adorationem, quicumque eum audiant, excitentur, veteribus chriſtianis ignotus fuerit.

Argumentum IV. inde ducitur, Quod, quæ in poſterioribus ſæculis abundant, de adorata etiam a beſtiis per miraculum euchariſtia narrationes, eæ nullæ reperiantur in ſæculis prioribus.

Argumentum V. inde ducitur, Quod veteres numquam euchariſtiam ad abſentes cum vlla pompa vlliſue cultus inſignibus miſerint ac detulerint, nec vmquam vel lætis vel aduerſis & triſtibus temporibus expoſuerint, aut in rerum arduarum ſuſceptione ac molimine eam adorarint & inuocarint, quod tamen hodie eccleſiæ *Romanenſi* ſolemne ac familiare ſit.

Argumentum VI. Quod veteres chriſtiani numquam neophytos & pœnitentes ante euchariſtiam ſtatuerint, illos quidem, vt ei gratias pro generatione ſua adorantes agerent, hos, vt coram ea ſatisfacerent venerabundi, qui ritus vterque in eccleſia *Romanenſi* hodie obtineat.

Argumentum VII. Quod veteres chriſtiani non communicantibus numquam conſiſtere & ſacram euchariſtiam adorare permiſerint, quod tamen facere eos omnino oportuiſſet, ſi euchariſtiam numen eſſe adorandum vna cum *Romanenſibus* crediſſent. Sed quod ad ſolam communionem ſiue ſumtionem, inſtitutum eſſe hoc ſacrum cenſuerint.

Argumentum VIII. Quod euchariſtiam publice, palam aperteque circumgeſtare, (quæ res KRANTZIO [i] & CASSAN-

(i) Krantz. metrop. lib. XI. c. XXXIX. Fertur idem inter alia ſalubria conſtituiſſe de venerabili euchariſtia, cuius erat tunc (vt nunc) quidam abuſus, quum in publicum deferretur in diebus Iouis per anni circulum. Res, vt prima fronte prætenditur, deuotioni parata; ſed vt euidenter clauit, per

DRO

DRO [*] consuetudo noua dicatur) vetutissimis christianis insuetum, & inauditum & ab ipsa eorum disciplina alienum fuerit.

Argumentum IX. Quod eucharistiæ veteres neque lucernas de die accenderint, neque tura adoleuerint, neque flores solutos sertosque obtulerint, qui sint ex eorum bonorum genere, quibus suam hodie *Latini* hostiam colant.

Argumentum X. Quod vetustissimi christiani nullas fecisse vel consecrasse reperiantur eucharistiæ icones, quales hodie tamquam imagines *CHRISTI* osculentur & adorent homines in ecclesia *Romanensi*.

Argumentum XI. Quod apud veteres nullum fuerit sacramento dicatum aut celebratum festum, vt hodie apud *Latinos*, & quidem celeberrimum ac religiosissimum: sed quod hæc solemnitas non vltra ætatem *Vrbani IV.* qui primus eam an. MCLXIV, & quidem peculiariter pro ecclesia *Romana* instituit, referenda sit.

Argumentum XII. Quod eucharistiæ veteres christiani nullas preces, nullas gratiarum actiones dixisse vmquam reperiantur; quod vtrumque nunc sit in frequentissimo ac pene passiuo & vniuersali omnium *Latinorum* vsu.

Argumentum XIII. Quod vetutissimis christianis pagani eiusdem æui neque serio neque ioco, neque in suis contra nostros calumniis & maledictis, neque in suorum deorum a nostrorum obiectionibus defensione θεοφαγίαν obiecisse, vel eos θεοφάγους (Dei voratores) vocasse reperiantur; quod infidelium in *Romanenses* nunc sit solemne conuicium. (Notum est

crebram eius ostentationem vilescente, quæ semper ardens & summa debuit esse, reuerentia. Constituit ergo, vt non in publicum efferretur, nisi infra octauam festiuitatis, institutæ ad honorem sanctissimæ eucharistiæ: præsertim quia eius vsus a cælesti magistro institutus est ad esum, non ostentationem.

(*) Cassander. consultat. sect. de circumgestat. Consuetudo, qua panis eucharistiæ in publica pompa conspicuus circumfertur, ac passim omnium hominum oculis ingeritur, præter veterum morem & mentem, haud ita longo tempore inducta & recepta videtur. Illi enim hoc mysterium in tanta religione ac veneratione habuerunt, vt non modo ad eius perceptionem, sed ne inspectionem quidem admitterent, nisi fideles, quos Christi membra & tanti mysterii participatione dignos esse existimarent. Quare ante consecrationem catechumeni, energumeni, pœnitentes, denique non communicantes diaconi voce, & ostiariorum ministerio secludebantur.

 di-

dictum AVERROIS: *Quandoquidem comedunt christiani, quod colunt, sit anima mea cum philosophis.* Hic doctus philosophus *Saracenus* vixit anno circiter MCL, quando hostiæ adoratio introduci cœpta est, quæ res eum a christiana religione deterruit.)

Argumentum XIV. Quod patres priorum trium sæculorum nonnulla paganis obiiciant, quæ obiecturi non erant, si eucharistiam adorassent; vt quod sit ἀνόσιον, id, quod adoretur, comedere; item id ipsum adorare, quod sacrificamus; & adorare id, quod pascimus, & Deum vel homine vesci, vel liberos suos glutire.

Argumentum XV. Quod vetustissimi christiani inuidiosissimum anthropophagiæ crimen, cuius nomine diræ in eos persecutiones a paganis excitatæ, vel refellentes, vel a se suisque audientes, id simpliciter negent, neque eucharistiæ negotium, quod ad calumniam diluendam explicari necesse erat (si cum *Latinis* de eo sensissent) vsquam talibus in locis memorent.

Argumentum XVI. Quod gentilium de anthropophagia, & *Thyesteis* dapibus aduersus veteres calumnia, non sit ex eucharistiæ occasione, quod nonnulli hariolentur, exorta; sed ex *Carpocratianorum* aliorumque hæreticorum nefariis sacris.

Argumentum XVII. Quod vetustissimi scriptores eucharistiæ adorationem in suis aduersus *Ebionæos* & *Docetas* disputationibus numquam vrgeant, in quos tamen fuisset vtilis & valida, ad eorum errores confutandos.

HISCE DALLAEI argumentis D. WHITBY sequentia subiungit:

I. Quod sacræ scripturæ & patres gentilium derideant idola & dicant, nos inde posse cognoscere, quod non sint Dii, quia nullum externorum suorum sensuum vsum habeant.

II. Quia fiant dii per consecrationem, & ex artificum voluntate, quum pars eius materiæ, quæ in Deum consecretur, communibus vsibus exponatur.

III. Quia inclusi sint in imaginibus suis, vel in obscuris habitationibus statuantur.

IV. Quia deos suos pretiosis vestibus ornent.

V. Quia transformari, siue ex alia forma in aliam mutari possint. Quæ omnia in christianos, si eucharistiam adorassent, sine vllo effugio retorqueri potuissent. SOTO & PALVDANVS

vni-

vniuersam eucharistiam, substantiam æque ac species, rursus euomi vel in secessum eiici posse concedunt. Quod de vero corpore *CHRISTI* dicere, veteres quam maxime impium & blasphemum pronuntiassent. Ex quibus & similibus rationibus tuto concludere poterimus, non obtinuisse inter priscos christianos hanc consuetudinem exhibendi diuinum honorem hostiæ, ex supposito, quod sit reale corpus *CHRISTI*, tametsi panem, tamquam symbolum & antitypum corporis *CHRISTI*, reuerentia & veneratione, quam mente concipere possent, maxima tractarunt. Hæc argumenta si prolixe deducere vellemus, integrum volumen conficiendum foret, adeoque satis habemus, heic eorum capita summatim recensuisse, lectorem remittentes ad hosce duos eruditos auctores, qui, quidquid dicunt, abunde probant. Pergimus iam in consideratione praxis ecclesiæ antiquæ.

§. VI.

Populo eucharistiam manu excipere permissum.

IN distributione elementorum populo manu ea excipere permittebatur. Quod iam, ex quo tempore transsubstantiatio credi, & adoratio hostiæ induci cœpit, seuere interdictum est in ecclesia *Romanensi.* Quæ res ad minimum bonam coniecturam nobis facit, quod veteres omnino alias de eucharistia opiniones habuerint, quam quæ hodie in ecclesia *Romanensi* dominantur. Quod ad rem facti attinet, nulla de ea controuersia est. Fatentur eam BARONIVS [*k*], MORINVS [*l*], & GARSIVS LOAYSA [*m*], quemadmodum ex illis adnotauit DALLAEVS [*n*]. Et BONA [*o*] ipse fatetur, non posse se indicare, quo tempore contraria consuetudo inducta sit, satis autem probabile sibi videri dicit, tunc cœpisse in *Oriente* corpus *CHRISTI*

(*k*) Baron. an. LVII. n. CXLVII. (n. CXLIX. edit. Antuerp. MDCLXX.) Dabat sacerdos in manus cuiusque eucharistiam, quam sic ille cum summa reuerentia ori admouebat. Suppetunt de ea re quam plurima testimonia sanctorum patrum &c.

(*l*) Morin. de ordinat. part. III. exercit. XII. c. III. tot.

(*m*) Loaysa in concil. Tolet. I. c. XIV. (tom. II. concil. p. 1239.) Antiquus ecclesiæ mos fuit, dare fidelibus eucharistiam in manus.

(*n*) Dall. de obiecto cult. relig. lib. II. c. XX. (p. 299. edit. Geneu. MDCLXIV.)

(*o*) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. XVII. §. VII. Valesf. not. in Euseb. lib. VII. c. IX. Fideles, qui corpus domini manu accepturi erant, lotis prius studiose manibus accedebant.

ore accipi, quum in pane azymo confici cœperit: idque vbique receptum fuisse, quum panis consecrandus ad eam formam tenuissimam, qua nunc vtantur, redactus sit, quod, vti antea probauerat, sæculo demum duodecimo vel decimo tertio factum est. Ne autem lector in his concessis penitus acquiescat, pauca quædam loca ex TERTVLLIANO [p], CLEMENTE ALEXANDRINO [q], CYPRIANO [r], ORIGENE [s], DIONYSIO ALEXANDRINO [t], CYRILLO HIEROSOLYMITANO [u], GREGORIO NAZIANZENO [x], BASILIO [y], AM-

(p) Tertull. de coron. mil. c. III. Eucharistiæ sacramentum --- non de aliorum manu quam præsidentium sumimus. Id. de idololatr. c. VII. Eas manus admouere corpori domini, quæ dæmoniis corpora conferunt.

(q) Clem. Alex. strom. I. p. 318. *τινὲς εὐχαριστίαν διανείμαντες, ὡς ἔθος, αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσιν. ἀρίστη γὰρ πρὸς τὴν ἀκριβῆ αἵρεσίν τε καὶ φυγὴν ἡ συνείδησις.* *Quidam eucharistiam quum, vt mos est, diuiserunt*, permittunt vnicuique ex populo eius partem sumere. *Ad accurate enim perfecteque eligendum ac fugiendum, optima est conscientia.*

(r) Cyprian. de lapsis p. 132. (p. 93. fin. edit. Fell. Amstelod.) Iacens stantibus, & integris vulneratus minatur; & quod non statim domini corpus inquinatis *manibus accipiat*, aut ore polluto domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. Id. de patient. p. 216. (p. 149. edit. Amstelod.) Sit fortis & stabilis in corde patientia, & nec adulterio sanctificatum corpus & Dei templum polluitur, &c. nec post gestatam eucharistiam *manus* gladio & cruore maculatur. Id. epist. LVI. al. LVIII. ad Thibaritanos p. 127. (p. 258. ed. Amstelod.) Armemus dextram gladio spirituali, vt sacrificia funesta fortiter respuat, & eucharistiæ *memor, quæ domini corpus accipit*, ipsum complectatur postmodum *dominum*, sumtura præmium cælestium coronarum.

(s) Orig. hom. XIII. in Exod. Nostis &c. Vid. §. V. sub not. (*) pag. 470.

(t) Dionys. Alexandr. ep. ad Xyst. ap. Euseb. lib. VII. c. IX. Vid. supr. §. III. sub litt. (s) p. 447.

(u) Cyrill. catech. mystagog. V. §. XVIII. Vid. §. V. sub litt. (z) p. 469.

(x) Nazianzen. de ornatu mulier. tom. II. p. 152.

Οὐδὲ χέρες φρίσσουσιν, ἐπὴν ἐς μύστιν ἐδωδὴν
Τείνεις, ὧς σὺ γράφεις πένθιμον ἀγλαΐην;
Non horrent palmæ, quas liba ad mystica tendis,
Et queis depingis triste & mane decus?

(y) Basil. ep. CCLXXXIX. ad Cæsaream Patriciam. *καὶ γὰρ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὁ ἱερεὺς ἐπιδίδωσι τὴν μερίδα, καὶ κατέχει αὐτὴν ὁ ὑποδεχόμενος μετ᾽ ἐξουσίας ἁπάσης, καὶ οὕτω προσάγει τῷ στόματι τῇ ἰδίᾳ χειρί.* *Nam & in ecclesia sacerdos partem dat, & qui suscipit, eam retinet cum omni libertate,* & sic propria manu ori admouet.

BRO-

BROSIO [z], AVGVSTINO [*], CHRYSOSTOMO [†] & concilio *Trullano* [a] ad marginem adſcribam. Quæ in materia tam plana & incontrouerſa heic nihil attinet interponere. Ipſa conſuetudo lauandi manus ante euchariſtiam iamiam accipiendam, crebræ admonitiones de cauendo, ne quid decidat, venia eam portandi domum ibique priuatim communicandi, laicis indulta, miſſio eius ad ægrotos per homines priuatos, de quibus diximus antea, teſtimonium huic praxi perhibent. Verum hæ conſuetudines vniuerſæ, poſteaquam adoratio hoſtiæ inuecta eſt, penitus antiquatæ ſunt & abolitæ in eccleſia *Romanenſi*, dum partim populis manibus eam attingere interdictum, &, vt in os ſuum ingeri ſinerent, iniunctum, partim etiam calix illis omnino ablatus fuit. Multæ lepidæ rationes pro abrogata hac conſuetudine adferri ſolent, cuiuſmodi aliqua eſt, vt hominum negligentiæ, irreuerentiæ aliiſque ab-

(z) Ambroſ. orat. ad Theodoſ. ap. Theodoret. lib V. c. XVIII. *πῶς δὲ τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τοῦ δεσπότου τὸ πανάγιον σῶμα; πῶς δὲ τῷ στόματι προσοίσεις τὸ αἷμα τὸ τίμιον; Quomodo ſacroſanctum domini* corpus *eiuſmodi* manibus excepturus es? *Quomodo pretioſum ſanguinem admoturus es ori tuo?*

(*) Auguſtin. contr. litt. Petil. lib. II. c. XXIII. (tom. VII opp. p. 102. edit. Baſil. MDLXIX.) In cuius manibus euchariſtiam ponebatis. Id. homil. XXVI. ex L. vid. §. V. ſub litt. (y) p. 469.

(†) Chryſoſt. homil. XXI. ad pop. Antioch. tom. I. p. 266. (p. 236. edit. Francof.) *ἐννόησον, τί δέχῃ τῇ χειρί, Cogita quid* manu accipias. Id. homil. XXII. p. 285. (p. 253. edit. Frf.) *ἐχθρὸν ἔχεις; μὴ προσέλθῃς· βούλει προσελθεῖν; καταλλάγηθι, καὶ τότε προσελθὼν ἅψαι τοῦ ἱεροῦ. Inimicum habes? Ne accedas. Vis accedere, fac in gratiam cum inimico redeas, & tum* ſacrum corpus attinges. Ibid. p. 290. (p. 257. ed. cit.) *μὴ τολμᾷς ἀνίπτοις χερσὶ τῆς ἱερᾶς ἅψασθαι θυσίας κ. τ. λ. Non audes illotis* manibus *ſacram victimam attrectare.* Homil. XXIV. p. 316. (p. 281. ed. Frf.) *μετὰ πολλῆς σιγῆς -- τῆς ἱερᾶς ταύτης ἁπτώμεθα θυσίας. Cum multo ſilentio -- ſanctum hoc ſacrificium* attingamus. Id. homil. VI. contr. Iud. tom. I, p. 540. (p. 477.) *ποίᾳ χειρὶ τῆς ἱερᾶς ἅψῃ τραπέζης; qua manu ſacram attinges menſam?* Homil. III. in Epheſ. (p. 888. edit. Frf.) *εἰπέ μοι, ἆρα ἂν ἕλοιο χερσὶν ἀνίπτοις τῇ θυσίᾳ προσελθεῖν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· - - εἶτα ἐν τῷ μικρῷ οὕτως ὢν εὐλαβής, ψυχὴν ἔχων ῥυπαρὰν προσέρχῃ, καὶ ἅπτεσθαι τολμᾷς. Dic mihi, velleſne ad ſacrificium manibus illotis accedere? Non, opinor. - - Quum in re parva ſis adeo reuerens & religioſus, ſordidam & immundam habens animam accedis & audes* tangere. Hom. VI. in Seraphim. & paſſim.

(a) Concil. Trull. can. CI. Vid. §. VIII. ſeq. ſub litt. (p).

uſi-

uſibus occaſio præcluderetur. At vero patres meliores habebant cauſſas eam permittendi. Tum enim egregium eis argumentum ſuppeditabat manus conſeruandi innoxias & ſanctas, immunes ab idololatria, cæde, rapina aliiſque ſimilibus ſceleribus, quandoquidem his ipſis manibus immaculatum domini ſui corpus ac ſanguinem accipere debebant. *Tota die*, inquit TERTVLLIANVS [*b*], *ad hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens, chriſtianum ab idolis in eccleſiam venire, de aduerſaria officina in domum Dei venire, attollere ad Deum patrem matres manus idolorum, his manibus adorare, quæ foris aduerſus Deum adorantur, eas manus admouere corpori domini, quæ dæmoniis corpora conferunt.* Quanta non cum eloquentia CHRYSOSTOMVS in rapinas, & cædes, & rixas, & contentiones ex hoc ipſo argumentandi fonte inuehitur? *Cogita* [*c*], *quid manu capias*, inquit, *nec vmquam vllum verberare audeas, nec tanto decoratam munere plagæ crimine dedecores. Cogita, quid manu capias, & ipſam ab omni auaritia & rapina liberam conſerua. Reputa, quod non tantum manu capias, verum & ori admoueas, & linguam cuſtodi a contumelioſis mundam & turpibus verbis, blaſphemia, periurio, & aliis omnibus huiuſmodi.* Ita ruſus reprehendens eos, qui ſi in morbum inciderent, ad *Iudæos* confugiebant, vt amuleta ad curandum morbum ſibi compararent, ſic rogat: *Quomodo* [*d*] *excuſaberis Chriſto? Quomodo illum implorabis precibus? Qua conſcientia poſthac ingredieris eccleſiam? Quibus oculis videbis ſacerdotem? Qua manu ſacram attinges menſam?* Et alio loco, ad reprimendum populi furorem in *Eutropium* (qui procurata lege contra perfugientes ad ſanctuarium non multo poſt, quum

(*b*) Tertull. de idololatr. c. VII. Conf. Cypr. epiſt. LVI. al. LVIII. cit. ſub litt. (r) anteced. p. 478.

(*c*) Chryſoſt. homil. XXI. ad popul. Antioch. tom. I. p. 266. (p. 236. edit. Francof.) ἐννόησον τί δέχῃ τῇ χειρὶ, καὶ μηδέποτε ἀνάσχῃ τυπτῆσαί τινα, μηδὲ τὴν τοσούτῳ τιμηθεῖσαν δώρῳ καταισχύνῃς τῇ τῆς πληγῆς ἁμαρτίᾳ· ἐννόησον τί δέχῃ τῇ χειρὶ, καὶ καθαρὰν αὐτὴν πλεονεξίας καὶ ἁρπαγῆς πάσης διατήρησον· λόγισαι, ὅτι οὐ τῇ χειρὶ δέχῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ στόματι προσάγεις, καὶ καθαρὸν φύλαττε τὴν γλῶτταν αἰσχρῶν καὶ ὑβριστικῶν ῥημάτων, βλασφημίας, ἐπιορκίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἁπάντων.

(*d*) Chryſoſt. homil. VI. contr. Iud. tom. I. p. 539. (p. 477. edit. Frf.) πῶς ἀπολογήσῃ τῷ χριστῷ; πῶς αὐτὸν καλέσεις ἐν ταῖς εὐχαῖς; ποίῳ συνειδότι λοιπὸν ἐπιβήσῃ τῆς ἐκκλησίας; ποίοις ὀφθαλμοῖς ἐκεῖ ὄψει τὸν ἱερέα; ποίᾳ χειρὶ τῆς ἱερᾶς ἅψῃ τραπέζης;

in offenſionem cecidiſſet imperatoris, ipſe neceſſe habebat eo perfugere; nonnullis de populo cupidis vindictæ contra eum declamantibus, æquum eſſe, vt ipſe legis ſuæ pœnam ſubiret) commouendaſque mentes ad tribuendam ei miſericordiam & dandam veniam, ex illis quærit: *Quomodo* [e] *hoc cœtu ſoluto ſacramenta contrectabitis, & precationem illam dicetis, qua rogare iubemur: Remitte nobis, quemadmodum etiam nos remittimus debitoribus noſtris; ſi a debitore veſtro pœnas exigatis?* Sunt hæc nonnulla eloquentiæ artificia, fundata hac innocenti & pia conſuetudine, ſecundum quam populus ſacramentum manibus ſuis excipiebat, habebantque ſæpenumero pondus ſuum ac vim congruentem in ipſis etiam maximis mentibus; quemadmodum ex effectu ſermonis apparet, quem ad *Theodoſium* imperatorem habuit *Ambroſius*, quum hic *Theſſalonicæ* ſeptem hominum millia, nullo prius habito iudicio, interfici iuſſiſſet. *Ambroſius* ad eccleſiam venienti imperatori prodibat obuiam, & his eum verbis adloquebatur [f]: *Quibus oculis templum communis domini adſpecturus es? Quibus pedibus ſanctum ſolum calcaturus? Quomodo manus extenſurus es, iniuſte cæſorum ſanguine adhuc ſtillantes? Quomodo ſacroſanctum domini corpus eiuſmodi manibus excepturus es? Quomodo pretioſum ſanguinem admoturus es ori tuo, qui verbo furoris tui tot hominum ſanguinem iniuſte effudiſti?* Hæc iuſta pii epiſcopi obiurgatio, ita ſcite ac opportune in imperatorem adhibita, animum eius adeo percutiebat, vt in lacrimas effuſus eccleſia, pœnitentis inſtar, egrederetur, nec eo rediret ante, quam per modum ſatisfactionis inter alia, hortante AMBROSIO, legem ſcripſiſſet, vt triginta dierum ſpatio manerent ſcriptæ ſententiæ de cæde ac bonorum proſcriptione, rationis iudicium exſpectantes. Tam egregiis ſermonibus & tam dignis effectis vetus illa & pia conſuetudo occaſionem olim dedit, quæ hodie in ec-

(e) Chryſoſtom. homil. in Eutrop. tom. IV. p. 514. (p. 485. ed. Frf.) πῶς δέ, τοῦ θεάτρου τούτου λυθέντος, ὑμεῖς μυστηρίων ἅψεσθε, καὶ τὴν εὐχὴν ἐρεῖτε ἐκείνην, δι' ἧς κελευόμεθα λέγειν, ἄφες ἡμῖν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, τὸν ὑμῶν ὀφειλέτην ἀπαιτοῦντες δίκην;

(f) Theodoret. lib. V. cap. XVIII. ποίοις ὀφθαλμοῖς ὄψει τὸν κοινοῦ δεσπότου νεών; ποίοις δὲ ποσὶ τὸ δάπεδον ἐκεῖνο πατήσεις τὸ ἅγιον; πῶς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτενεῖς, ἀποστάζουσας ἔτι τοῦ ἀδίκου φόνου τὸ αἷμα; πῶς δὲ τοιαύταις ὑποδέξῃ τοῦ δεσπότου τὸ πανάγιον σῶμα; πῶς δὲ τῷ στόματι προσοίσεις τὸ αἷμα τὸ τίμιον, τοσοῦτον διὰ τὸν τοῦ θυμοῦ λόγον ἐκχέας παρανόμως αἷμα;

clesia *Romanensi* abrogata & in aliam consuetudinem mutata est, quæ nec exemplum in antiquitate habet, nec vsum vllum; fovendæ tantum superstitioni inseruit, hominesque monstrosis ac inueteratis opinationibus de transsubstantiatione implicatos tenet, ad quas ab hominum mentibus arcendas hic innocens ritus quodam modo faciebat.

§. VII.

Num eadem consuetudo in tradenda mulieribus ac pueris eucharistia obseruata fuerit.

OBSERVANDVM quoque est, quod hac in re nullum discrimen inter viros, mulieres ac pueros fuerit, sed omnes manibus eucharistiam exceperint, qui id facere valerent. Tantum sæculo sexto extremo regulam factam legimus, qua mulieres non nuda manu, sed mundo linteolo eam excipere iussæ sunt. Nonnulli hanc consuetudinem iam AVGVSTINI tempore obtinuisse putant, quia in sermone quodam *de tempore* [g], qui sub nomine eius circumfertur, illius mentio habetur. Hæc enim ibi verba exstant: *Omnes viri, quando communicare desiderant, lauant manus: Et omnes mulieres exhibent linteamina, vbi corpus Christi accipiant.* Enimvero vt sermones isti magnam partem spurii sunt & suppostitii, ita hic speciatim aliis auctoribus nonnumquam adscribitur, neque adeo multum pretii ei statui potest. Verumtamen concilium *Antissiodorense* [h] in *Gallia* an. DXC. hoc decretum fecit: *Non licet mulieri nuda manu eucharistiam accipere.* Quemadmodum autem eam manu sua accipere debeant mulieres, non significatur. Multi viri docti existimant, alium huius concilii canonem [i] præcipere, vt subiecto linteolo eam accipiant, quia communicaturæ dominicale suum habere iubeantur, quod illi per linteolum exponunt. Ita non solum BARONIVS, BINNIVS & SYLVIVS, sed BONA [k]

(g) Aug. serm. CCLII. de temp.

(h) Concil. Antissiodor. c. XXXVI. (tom. V. concil. p. 960.)

(i) Ibid. can. XLII. Vna quæque mulier, quando communicat, dominicalem suum habeat. Quod si non habuerit, vsque in alium diem dominicum non communicet.

(k) Bon. rer. liturgic. lib. II c. XVII. § III. Notandum est, in susceptione eucharistiæ inter viros & mulieres discrimen aliquod fuisse: nam viri nuda manu, mulieres subiecto linteolo, quod dominicale dicebatur, illam acci-

etiam

etiam & HABERTVS [l], immo ipſe MABILLONIVS [m] ac VOSSIVS [n] intelligunt. BALVZIVS autem, qui in exponendo difficiliorum verborum ſenſu reliquis multo ſolet eſſe ſagacior, velum [o] mulierum intelligi dicit, quod in capitibus ſuis portare ex aliorum canonum præſcripto, regulæ apoſtolicæ conformi, debebant. Quam in rem vetuſtam collectionem canonum citat, vbi in concilio *Matiſconenſi* dominicale diſerte appelletur velum, quod mulieres in capitibus ſuis portent communicantes. Vt adeo, qualicumque manuum tegmine mulieres vſæ fuerint, certum ſit, a dominicali illud fuiſſe diuerſum. Concilium *Trullanum* [p] de nonnullis in eccleſia *Græca* loquitur, qui obtentu reuerentiæ ſacramentum non manibus, ſed receptaculis ex auro vel ex alia pretioſa materia factis, accipere voluerint, ſed

---

piebant. Sic ſtatutum legimus in concilio Antiſſiodorenſ. c. XXXVI. *Non licet &c.* & can. XLII. *Vt vnaquæque mulier dominicale ſuum habeat &c.*

(*l*) Habert. archierat. part. X. obſeruat. VIII. p. 264. Linteamen illud *dominicalis* nomine donatum apud Gallos. concil. Antiſſ. c. XXXVI.

(*m*) Mabill. de liturg. Gallican. lib. I. c. V. n. 25. Mulieres linteo dominicali vtebantur, vt notum eſt ex can. XLII. concilii Autiſſiodorenſis.

(*n*) Voſſ. theſ. theol. de ſymbolis cœnæ domin. p. 477. (p. 292. edit. Hag. Com. MDCLVIII.) Videtur concilium illud (Autiſſiodorenſe) velle, vt feminæ eucharistiam in mundo linteo acciperent: quod linteum eſſe vocatum *dominicale*, colligunt viri eruditi ex ſequentibus canonis XLII verbis, *Vnaquæque mulier, quando communicat, dominicalem ſuam habeat &c.*

(*o*) Baluz. not. in Gratian. cauſſ. XXXIII. quæſt. III. c. XIX. Si mulier communicans dominicale ſuum ſuper caput ſuum non habuerit, vſque ad illum diem dominicum non communicet.

(*p*) Concil. Trullan. can. CI. *Εἴ τις τοῦ ἀχράντου σώματος μετασχεῖν ἐν τῷ τῆς συνάξεως βουληθείη καιρῷ, καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ τῇ μετουσίᾳ γενέσθαι, τὰς χεῖρας χρηματίζων εἰς τύπον σταυροῦ, οὕτω προσίτω, καὶ δεχέσθω τὴν κοινωνίαν τῆς χάριτος· τοὺς γὰρ ἐκ χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης ἀντὶ χειρός τινα δοχεῖα κατασκευάζοντας πρὸς τὴν τοῦ θείου δώρου ὑποδοχὴν, καὶ δι' αὐτῶν τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἀξιουμένους, οὐδαμῶς προσιέμεθα, ὡς προτιμῶντας τῆς τοῦ θεοῦ εἰκόνος τὴν ἄψυχον ὕλην καὶ ὑποχείριον· εἰ δέ τις ἁλῷ τῆς ἀχράντου κοινωνίας μεταδιδοὺς τοῖς τοιαῦτα δοχεῖα προσφέρουσιν, καὶ αὐτὸς ἀφοριζέσθω, καὶ ὁ ταῦτα ἐπιφερόμενος. Si quis immaculati corporis in ſynaxis tempore eſſe particeps voluerit, & offerre ſe ad communionem, manus in crucis formam figurans ſic accedat, & gratiæ communionem accipiat. Eos enim, qui ex auro, vel ex alia materia quædam loco manus receptacula efficiunt ad diuini muneris ſuſceptionem, & per ipſa immaculatam communionem recipiunt, minime admittimus, vt qui inanimatam ſubiectamque materiam Dei imagini præferant. Si quis autem deprehenſus fuerit immaculatam communionem iis impertiens, qui eiuſmodi receptacula adferunt, & ipſe ſegregetur, & is qui adfert.*

damnat eos, illudque tamquam praxin superstitiosam vetat; iubens omnes & singulos manibus, in forma crucis figuratis, accedere, & gratiæ communionem accipere; quemadmodum a CYRILLO in *catechesi* [q] & aliis nonnullis ante hoc concilium præceptum erat. Eos autem, qui eiusmodi receptacula ad recipiendam eucharistiam adferre ausi fuerint, non admittendos esse, dicit, vt qui inanimatam subiectamque materiam Dei imagini præferant. Præterea sacerdotibus, hunc in modum communicantes admittentibus, segregationem minatur. Ex quibus mutationem hac in re in ecclesia *Græca* nondum factam fuisse, manifestum est.

§. VIII.

Eucharistia populo tradi solita cum certa verborum formula, ad quam respondebant, Amen.

QVOD proximo loco obseruari meretur, hoc est, quod sacerdotes in tradendis populo elementis certa verborum formula vsi sint, ad quam populus responderit, *Amen.* Formula initio haud videtur fuisse alia, quam hæc: *Corpus Christi; &, Sanguis Christi;* ad quam vtramque populus subiunxit, *Amen.* TERTVLLIANVS huc respicere creditur, quando christianum [r], *Romanorum* spectacula frequentantem, rogat, quo pacto gladiatori testimonium possit reddere ex eo ore, quo in sanctis mysteriis soleat dicere, *Amen?* At vero hoc non minus ad illud Amen referri potest, quo in fine maiorum precum consecrationis vtebantur, quam ad hanc formulam in tradenda eucharistia. Veruntamen CORNELIVS episcopus *Romanus* non multo post disertis verbis hac de re loquitur. Dicit [s] enim, *Nouatum*, dum eucharistiam sectæ suæ addictis tradat, eos benedictionis loco iurare cogere, se numquam partes ipsius desertu-

(q) Cyrill. catech, mystag. V. §. XVIII. Vid. §. V. sub litt. (z) p. 469.

(r) Tertull. de spectac. cap. XXV. Quale est -- ex ore, quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere?

(s) Ap. Euseb. lib. VI. c. XLIII. p. 245. (p. 199. edit. Amstelod. vel potius Colon. MDCXCV.) *ποιήσας τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδοὺς τοῦτο ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφιεὶς, ἕως ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις· ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν* Ἰησοῦ *Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς*

ros

ros nec ad *Cornelium* esse redituros.. Et subdit: *Quum, panem illum accipiens dicere debuisset Amen, dicit: Non reuertar deinceps ad Cornelium.* Auctor *constitutionum* de hac formula loquitur in hunc modum [t]: *Episcopus tribuat oblatam, dicens, Corpus Christi; & qui recipit, respondeat, Amen: Diaconus vero teneat calicem ac tradendo dicat: Sanguis Christi, calix vitæ; & qui bibit, Amen respondeat.* Ita CYRILLVS [u] neophytum iubet recipere corpus *CHRISTI* & dicere *Amen.* Et AMBROSIVS [x]: *Dicit tibi sacerdos, Corpus Christi: Et tu dicis, Amen, id est, Verum.* Similiter AVGVSTINVS [y]: *Habet magnam vocem Christi sanguis in terra, quum eo accepto ab omnibus gentibus respondetur, Amen.* HIERONYMVS [z]: *Qua conscientia ad eucharistiam accedam, & respondebo, Amen; quum de caritate dubitem porrigentis?* Ita quoque LEO MAGNVS [a] & alii plures. A tempore GREGORII MAGNI formula in tradenda eucharistia paullulum aucta fuit: Tum enim sacerdos dicebat: *Corpus [b] domini nostri IESV CHRISTI conseruet animam tuam!* Et ab ætate ALCVINI & *Caroli magni* noua ei facta est accessio, hunc in modum: *Corpus [c] domini nostri Iesu Christi custodiat te in vitam æternam!* Quæ eadem est cum priore parte eius, quam hodie in nostra habemus liturgia. Liturgia *Scotica* itidem populum iubet respondere, *Amen;* Quod antiquæ con-

---

Κορνήλιον· καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος ὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιτο· καὶ ἀντὶ τῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ ἀμὴν, ὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει.

(t) Constit. lib. VIII. c. XIII. *ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν, λέγων· σῶμα χριςῦ· καὶ ὁ δεχόμενος λεγέτω· ἀμήν· ὁ δὲ διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον, καὶ ἐπιδιδὺς λεγέτω· αἷμα χριςῦ, ποτήριον ζωῆς· καὶ ὁ πίνων λεγέτω· ἀμήν.*

(u) Cyrill. catech. mystag. V. n. XVIII. Vid. supr. §. V. ad litt. z) p. 469 seq.

(x) Ambros. de sacram. lib. IV. c. V. It. de initiandis c. IX. Post consecrationem sanguis nuncupatur & tu dicis, *Amen.*

(y) August. contra Faust. lib. XII. c. X.

(z) Hier. epist. LXII. ad Theophil.

(a) Leo serm. VI. de ieiunio septimi mensis. Sic sacræ mensæ communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur, & frustra ab illis *Amen* respondetur, a quibus contra id, quod accipitur, disputatur.

(b) Ioan. diacon. vit. Gregor. lib. II. ap. Bonam liturg. lib. II. c. XVII. §. III.

(c) Alcuin. de offic. ap. Bon. ibid. Helgald. in vita Roberti regis Galliæ, A dante sacerdote dicitur, corpus domini nostri Iesu Christi sit tibi salus animæ & corporis. ap. Bon. ibid.

ſentaneum eſſe conſuetudini videmus. *Romanenſes* generatim ex hoc populi reſponſo argumentum pro tranſubſtantiatione captant. Quia dicere *Amen*, omnino verum corpus *CHRISTI* inferat. Verum æque bene argumentari poterant, panem in corpora populi eſſe tranſubſtantiatum, ipſumque adeo nonniſi vnum, proprium, ſubſtantiale, verum, numericum corpus eſſe cum domino ſuo; Quia AVGVSTINVS dicit, hoc quoque corpus *CHRISTI* ſignificare, quando ſacerdoti verba illa pronuntianti populus reſpondeat, Amen. *Ad id*, inquit [*d*], *quod eſtis* (hoc eſt, corpus *CHRISTI*) *reſpondetis Amen*, *& reſpondendo ſubſcribitis. Audis corpus Chriſti*, *& reſpondes Amen. Eſto membrum corporis Chriſti*, *vt ſit verum Amen tuum.* Alio loco denotare dicit, quod credant, *CHRISTVM* vere [*] pro ipſis paſſum eſſe, & quod hoc ipſum profiteantur, dicendo *Amen. Quid dicit omnis homo, quando accipit ſanguinem CHRISTI? Amen dicit. Quid eſt Amen? Verum eſt. Quid eſt verum? Quia fuſus eſt ſanguis CHRISTI.* Et rurſus [†]: *CHRISTVS in cruce pro nobis ſanguinem fudit: Et noſtis fideles, quale teſtimonium perhibeatis ſanguini, quem accepiſtis. Certe enim dicitis Amen. Noſtis, qui ſit ſanguis, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum.* Vt adeo, quocumque ſenſu id accipias, non neceſſe ſit ſtatuere, quod corporalem & ſubſtantialem præſentiam ſignificet, quam certum eſt AVGVSTINO numquam in mentem veniſſe.

§. IX.

Quemadmodum Nouatiani *& alii euchariſtia ad res prauas abuſi ſint.*

EXPEDIT hoc loco, antequam progrediamur, iuſtam facere animaduerſionem in horribiles quoſdam euchariſtiæ abuſus, a nonnullis contra verum eius finem ac ſcopum commiſſos, vtpote quæ, interprete *CHRISTO*, eo ſpectat, vt noſtri cum ipſo & inter nos mutuam repræſentet communionem, quam autem malitioſi homines in deteriorem finem & res prauas adhibebant. De *Nouato* iam audiuimus, quomodo ea ad ſchiſmatis ſui confirmationem abuſus ſit, hominesque iurare

(*d*) Auguſtin. ſerm. ad infantes ap. Fulgent. de baptiſmo Aethiopis c. XI.

(*) Aug. ſerm. de IV. feria, ſiue cultura agni. tom. IX. p. 319.

(†) Id. ſerm. XXIX. de verbis apoſt. tom. X. p. 150.

coë-

coëgerit, ſe ipſius partes non eſſe deſerturos. Similis quoque abuſus erat, qui aliquando ſuperſtitioſis papatus temporibus ſub generali multarum aliarum ſuperſtitioſarum conſuetudinum, quas *purgationes canonicas* vocabant, notione obtinuit. Quando, qui criminis alicuius ſuſpectus erat, ſumtione ſacramenti ſe purgare debebat. GRATIANVS canonem hanc in rem citat ex concilio *Wormatienſi* [e]: *Sæpe contingit, vt in monaſteriis furta perpetrentur & qui hæc committunt, ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quando ipſi fratres de talibus ſe expurgare debuerint, miſſa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe abbas præceperit, præſentibus fratribus: & ſic expleta miſſa, omnes communicent in hæc verba: Corpus domini ſit mihi ad probationem hodie.* Enimuero licet hoc a concilio ſic fieri iuſſum eſſet, ab omnibus tamen prudentibus viris in magnis abuſibus poſitum fuit. ANTONIVS AVGVSTINVS in emendationibus ſuis ad GRATIANVM [f] hanc in iſtud decretum habet animaduerſionem: *Hæc omnia ſunt illorum temporum ſordibus adſcribenda.* Nam, ipſo vetuſto gloſſatore GRATIANI obſeruante [g], *ſuſpectis non eſt danda eucharistia,* quemadmodum ex aliis legibus, ſpeciatim ex *extrauagante de purgatione canonica cap. Cum dilectis*, demonſtrat. Et propterea hunc canonem in GRATIANO nullum robur habere dicit, vtpote in lege antiquatum. Vt adeo non ſit, quod hanc praxin grandem abuſum ſacræ euchariſtiæ vocare dubitemus, quantumuis ſynodica auctoritate aliquando iniunctam. Vix quicquam norim, quod hunc abuſum ſub obtentu religionis excedat, niſi forte ſit horribilis ille abuſus, quem BARONIVS [h] ipſe ex *Græcis* hiſtoricis refert, de *Theodoro*, pontifice *Romano*, quod an. DCCXLVIII. *Pyrrhum* & *Paulum*, hæreticos *Monothelitas*,

(*e*) Conc. Wormat. can. XV. ap. Grat. cauſſ. II. quæſt. V. cap. XXIII.

(*f*) Anton. Auguſtin. de emendat. Grat. lib. I. dial. XV. p. 170.

(*g*) Gloſſ. in locum Gratiani.

(*h*) Baron. an. DCXLVIII. num. XV. (tom. VIII p. 391. edit Antuerp. MDCXI.) Pyrrhus quum Roma diſceſſiſſet, & Rauennam perueniſſet, vt canis ad vomitum ſuum reuerſus eſt. Quo papa Theodorus comperto, plenitudine conuocata eccleſiæ ad ſepulchrum verticis apoſtolorum acceſſit, & diuino calice expoſtulato, ex viuifico ſanguine in atramentum ſtillauit, & ita propria manu depoſitionem Pyrrhi excommunicati facit. Hanc excommunicationem Pyrrhi tunc per Theodorum papam Romæ factam annales (Theoph. XX. Heracl. imper.) habent. Sed de ſanguine Chriſti ex calice diſtillato in atra-

dam-

damnaturus, conuocata ecclesia ad sepulchrum verticis apostolorum accesserit, & diuino calice expostulato ex sanguine in atramentum stillarit, & ita depositioni eorum subscripserit. Exemplum hoc est immoderati zeli sine lege & sine exemplo in ecclesia *Romana*, vti BARONIVS fatetur. In ecclesia autem *Græca* vnum istiusmodi reperitur, quando *Ignatius* in concilio *Constantinopolitano* an. DCCCLXIX. *Photii*, aduersarii sui, condemnationi sanguine ex sacro calice atramenti loco subscripsit, vt itidem BARONIVS [i] ex NICETA in *vita Ignatii* narrat. Sed mittimus horribiles istos abusus, *Draconi* potius eiusque legibus sanguinariis, quam calamis & consuetudinibus christianorum episcoporum conuenientes, & magis innocuos ecclesiæ primitiuæ ritus considerando pergimus.

§. X.

Peculiares & proprii isti solemnitati psalmi cantari soliti, dum populus communicaret.

DVRANTE communicandi tempore, dum elementa distribuerentur populo, in plerisque locis moris erat cantoribus, vel toti populo, canere psalmos quosdam, actioni isti congruentes. *Constitutionum* auctor [k] psalmum tricesimum tertium (ex nostra recensione tricesimum quartum) hanc in rem præscribit: *Benedicam domino omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Qui præcipue canebatur ob ista verba, ad sacramentum illud respicientia, *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus, beatus vir,*

mentum, in signum maledictionis & damnationis æternæ, in ritibus sacris ecclesiæ Romanæ haud aliqua huiusmodi de his reperitur esse præscripta lex, vel factum ipsum aliquo alio, quod sciamus, declaratum exemplo.

(i) Baron. ann. DCCCLXIX. tom. X. p. 428. (p. 416. n. XLVII. edit. Antuerp. MDCXVIII.) Hic non prætermittendum, quod habet Nicetas in vita Ignatii, episcopos subscribentes damnationi Photii, in maiorem hominis detestationem (quod factum legimus in damnatione Pyrrhi pseudopatriarchæ Monothelitæ) intinxisse calamum in sacrum sanguinem Christi: Ait enim: Subscribunt autem huiusmodi damnationi non simplici atramento facto chirographo, sed horrendum dictu (vt ab his, qui id norunt, accepi) ipso videlicet saluatoris sanguine calamum tingentes ita damnant Photium. Hæc Nicetas.

(k) Constit. lib. VIII. c. XIII. ψαλμὸς δὲ λεγέσθω τριακοστὸς τρίτος, ἐν τῷ μεταλαμβάνειν πάντας τοὺς λοιπούς. *Psalmus autem tricesimus tertius dicatur, dum reliqui omnes communicant.*

qui

qui sperat in eo. Ita enim CYRILLVS [*l*] clarioribus verbis declarat, *Audisti*, inquiens, *deinceps diuina quadam melodia psallentem, atque ad sacrorum mysteriorum communionem vos adhortantem: Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.* HIERONYMVS [*m*] quoque innuere videtur, & hunc & quadragesimum quintum cani consueuisse, quando ait: *Vtinam possimus eucharistiam absque condemnatione nostri & pungente conscientia semper accipere, & psalmistam audire dicentem: Gustate & videte, quoniam suauis est dominus; & cum eo canere: Eructauit cor meum verbum bonum.* Siquidem hic psalmus est, laudes *CHRISTI* & amorem ecclesiæ erga ipsum peculiariter describens: *Audi, filia, & vide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi & domus patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Deus, dominus tuus, incurua te ei. Afri* hac consuetudine valde delectati videntur, ita quidem, vt quum *Hilarius* quidam illius & omnium reliquorum psalmorum ad altare recitationem maledice reprehendisset, AVGVSTINVS ad hunc morem defendendum peculiarem librum scriberet, qui hodie quidem in deperditis est, ipsi autem in *retractationibus* [*n*] memoratur. Et cum ipse tum TERTVLLIANVS significare videntur, inter alios psalmos & centesimum tricesimum tertium cani solitum esse: *Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Nam TERTVLLIANVS [*o*] hunc psalmum compluribus vna cœnantibus cani dicit: Quo ipso cœnam dominicam eum intelligi probabilissimum est. Et AVGVSTINVS [*p*] psalmum valde notum & nominatum esse adfirmat, vt, qui psalterium

(*l*) Cyrill. mystag. catech. V. §. XVII. *Μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέλους θείου, προτρεπομένου ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ λέγοντος, γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος.*

(*m*) Hieron. epist. XXVIII. ad Lucin. Boeticum.

(*n*) Augustin. retract. lib. II. c. XI. Morem, qui tunc esse apud Carthaginem cœperat, vt hymni ad altare dicerentur de psalmorum libro, siue ante oblationem, siue quum distribueretur populo, quod fuisset oblatum, maledica reprehensione, vbicumque poterat, lacerabat &c. Huic respondi, & vocatur liber contra Hilarium.

(*o*) Tertull. de ieiun. c. XIII. Vide, quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Hoc tu psallere non facile nosti, nisi quo tempore cum compluribus cœnas.

(*p*) Augustin. in psalm. CXXXIII. p. 629. Psalmus breuis est, sed valde notus & nominatus: Ecce quam bonum & quam iucundum &c. Ita sonus ille dulcis est, vt & qui psalterium nesciunt, ipsum versum cantent.

nesciant, hunc psalmum cantare possint, vtpote cuius sonum sæpius (ad altare, vt probabile est) audiuerint. Dicere quoque videtur [q], quod psalmum tricesimum tertium eadem occasione cantauerint. Expressis autem verbis eum quotidie cantari adfirmat: *Benedicam domino in omni tempore. Semper laus eius in ore meo.* Quod si consideres, quam multi scriptores de eo loquuti sint, tamquam cantato in elementorum distributione, probabile omnino est, idem & AVGVSTINVM intelligere, quod quotidie ad altare cantatus sit. CHRYSOSTOMVS centesimum quadragesimum quintum psalmum ista occasione cani adserit, præcipue ob hæc eius verba: *Oculi omnium in te sperant, domine, & tu das cibum illorum in tempore opportuno.* Nam hoc de spirituali cibo in mensa dominica interpretatur. *Hic psalmus,* inquit [r], *est diligentissime attendendus. Hic est enim, qui habet hæc verba; quæ, qui sunt mysteriis initiati, assidue concinunt: Oculi omnium in te sperant, & tu das cibum eorum in tempore opportuno. Qui enim filius factus est & mensa spirituali fruitur, merito patrem gloria & honore adfecerit. Filius enim, inquit, glorificat patrem, & seruus dominum suum timebit. Factus es filius, & mensa spirituali frueris, comedens carnem & sanguinem eius, qui te regenerauit. Refer itaque gratiam pro tanto beneficio, & eum, qui hæc præbuit, gloria & honore adfice: & verba legens, compone mentem ad ea, quæ dicuntur: & quum dicit, Exaltabo te, Deus meus, rex meus,* (quæ prima huius psalmi verba sunt) *ostende magnam familiaritatem & coniunctionem, vt de te etiam dicat*

(q) Augustin. ibid. p. 630. Impletum est in eo, quod quotidie cantamus, si & moribus consonemus: Benedicam dominum in omni tempore. Semper laus eius in ore meo.

(r) Chrysostom. in psalm. CXLIV. tom. III. p. 594. (p. 516. ed. Frf. MDCXCVIII.) *Μετὰ ἀκριβείας τούτῳ μάλιστα προσέχειν ἄξιον τῷ ψαλμῷ· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τὰ ῥήματα ἔχων ταῦτα, ἅπερ οἱ μεμυημένοι συνεχῶς ὑποψάλλουσι, λέγοντες, οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ· ὁ γὰρ γενόμενος υἱὸς καὶ τραπέζης ἀπολαύων πνευματικῆς, δοξάζειν δίκαιος ἂν εἴη τὸν πατέρα· υἱὸς γάρ, φησι, δοξάζει τὸν πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ φοβηθήσεται· γέγονας υἱὸς καὶ τραπέζης ἀπολαύων πνευματικῆς, σιτούμενος τὰς σάρκας καὶ τὸ αἷμα τὸ ἀναγεννῆσάν σε· ἀπόδιδου τοίνυν τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας τὴν ἀμοιβὴν, καὶ δόξαζε τὸν τοιαῦτα παρεσχηκότα, καὶ ἀναγινώσκων τὰ ῥήματα, ῥύθμιζέ σου τὴν γνώμην πρὸς τὰ λεγόμενα· λέγων ὑψώσω σε ὁ θεός μου, ὁ βασιλεύς μου, πολλὴν ἐπιδείκνυσο τὴν οἰκείωσιν, ἵνα καὶ περὶ σοῦ λέγῃ ὁ θεὸς, ὥσπερ*

Deus,

Deus, sicut & de Abraham, Isaac & Iacob, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob. In liturgia, quæ nomen ipsius sibi præfixum gerit [*s*], populus hoc tempore cantare dicitur, psalmus autem non indicatur, vti heic in genuinis eius operibus. In liturgia, *Iacobo* [*t*] *Hierosolymitano* adscripta, verba psalmi tricesimi quarti, *Gustate & videte, quod benignus est dominus*, cani iubentur. Liturgia diui *Marci* [*u*] psalmum quadragesimum secundum præscribit: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Et COTELERIVS [*x*] obseruauit, quod in missa appendicis ad librum sacramentorum GREGORII psalmus centesimus tricesimus nonus præscriptus sit: *Domine, probasti me & cognouisti me &c.* Vt adeo, licet consuetudo cantandi psalmos in hac cultus parte vniuersalis fuerit, ipsi tamen psalmi pro sapientia & selectione præcentoris, vel diversis diuersarum ecclesiarum regulis variarint. Sic determinauimus resoluimusque diuersas quæstiones & casus, qui de ratione communicandi in ecclesia antiqua proponi possunt. Res vna superest consideratione digna, nimirum solemnis gratiarum actio & oratio post sumtam eucharistiam, quæ cum aliis quibusdam annexis ritibus generali nomine *postcommunionis* comprehendi potest; de quo capite sequenti disseremus.

καὶ περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακώβ· ἐγὼ ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ.

(*s*) Chrysost. liturg. tom. IV. p. 618.

(*t*) Iacob. liturg. bibliothec. patr. Græc. Lat. tom. II. p. 20.

(*u*) Marci liturg. ibid. p. 40.

(*x*) Coteler. in constit. lib. VIII. c. XIII. not. 79.

LIBRI DECIMI QVINTI
CAPVT SEXTVM
DE VETERVM POSTCOMMVNIONE.

§. I.

Missa fidelium, siue celebratio eucharistiæ, cum diuersis gratiarum actionibus finita. Prima erat diaconi προσφώνησις, *denuntiatio obsecrationis ac gratiarum actionis.*

QVANDO omnis populus communicauerat, & diaconi elementorum reliquias in pastophoria, siue locum receptioni eorum adsignatum, reposuerant; primum diaconus aliquis populum hortari solebat, vt pro acceptis beneficiis Deo agerent gratias. Formula huius hortationis in *constitutionibus* [a] sic habet: *Percepto pretioso corpore & pretioso sanguine CHRISTI, agamus gratias ei, qui dignos effecit nos, vt participes essemus sanctorum eius mysteriorum; rogemusque, id nobis non in iudicium ac damnationem fieri, sed in salutem, in vtilitatem animæ & corporis, in custodiam pietatis, in remissionem peccatorum, in vitam futuri sæculi.* Tum surgere eos iubebat, seque ipsos Deo & *CHRISTO* eius commendare. Quo facto episcopus gratiarum actionem proferebat, his verbis conceptam.

§. II.

Gratiarum actio episcopi, qua populum Deo commendat.

[*] *DOMINE, Deus omnipotens, pater Christi tui, benedicti filii, exauditor eorum, qui recte inuocant te, cognitor precum etiam eorum, qui tacent; gratias agimus tibi, quod nos dignos censuisti, qui participaremus sancta tua mysteria, quæ præbuisti nobis ad plenam eorum, quæ bene cognouimus, persuasionem, ad custodiam pietatis, ad remissionem deli-*

(a) Constit. lib. VIII. c. XIV. Μεταλαβόντες τῦ τιμίυ σώματος καὶ τῦ τιμίυ αἵματος τῦ χριςῦ, εὐχαριςήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτῦ μυςηρίων, καὶ παρακαλέσωμεν, μὴ εἰς κρῖμα, ἀλλ᾽ εἰς σωτηρίαν ἡμῖν γενέϑαι, εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς φυλακὴν εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν τῦ μέλλοντος αἰῶνος.

(*) Ibid. cap. XV. Δέσποτα ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτορ, ὁ πατὴρ τῦ χριςῦ σῦ, τῦ εὐλογητῦ παιδὸς, ὁ τῶν μετ᾽ εὐθύτητος ἐπικαλȣμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ τῶν σιωπώντων ἐπιςάμενος τὰς ἐντεύξεις· εὐχαριςῦμέν σοι, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων σῦ μυςηρίων, ἃ παρέχȣ ἡμῖν, εἰς πληροφορίαν τῶν καλῶν ἐγνωσμένων

ctorum; quoniam nomen Christi tui inuocatum est super nos, & tibi adiuncti sumus. Qui segregasti nos ab impiorum communione, aduna cum iis, qui tibi sunt consecrati, firma nos in veritate per sancti spiritus adventum, quæ ignoramus reuela, quæ deficiunt supple, quæ nouimus corrobora. Sacerdotes inculpatos conserua in cultu tuo: reges tuere in pace; magistratus in iustitia; aërem in temperie; fruges in vbertate; mundum in omnipotente prouidentia. Gentes bellicosas seda: errantes converte; populum tuum sanctifica: virgines conserua: coniuges custodi in fide: castos robora: infantes ad maturam ætatem perduc: nuper initiatos firma: catechumenos erudi, ac dignos initiatione redde: nosque omnes congrega in regnum cælorum in Christo Iesu domino nostro: cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, & sancto spiritui in sæcula. Amen.

§.III.

Benedictio episcopi.

DEINDE diaconus populum Deo per Christum eius se inclinare iubebat & accipere benedictionem. Tum episcopus precabatur his verbis: *Deus* [†] *omnipotens; verax, & incomparabilis; qui vbique exsistis, ac omnibus præsens es, & in nullo instar eorum, quæ insunt, contineris; qui locis non circumscriberis, temporibus non vetustiscis, sæculis non terminaris, verbis non seduceris; qui ortui non es subiectus, & custodia non indiges, & supra extraque interitum es, ac conversionem recipere nequis, atque natura es immutabilis; qui lucem habi-*

σμένων· εἰς φυλακὴν τῆς εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν πλημμελημάτων· ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ χριστοῦ σου ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς, καὶ σοι προσῳκειώμεθα· ὁ χωρίσας ἡμᾶς τῆς τῶν ἀσεβῶν κοινωνίας, ἕνωσον ἡμᾶς μετὰ τῶν καθωσιωμένων σοι· στήριξον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ, τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσει· τὰ ἀγνοούμενα ἀποκάλυψον· τὰ λείποντα προσαναπλήρωσον· τὰ ἐγνωσμένα κράτυνον· τοὺς ἱερεῖς ἀμώμους διαφύλαξον ἐν τῇ λατρείᾳ σου· τοὺς βασιλεῖς διατήρησον ἐν εἰρήνῃ· τοὺς ἄρχοντας ἐν δικαιοσύνῃ· τοὺς ἀέρας ἐν εὐκρασίᾳ· τοὺς καρποὺς ἐν εὐφορίᾳ· τὸν κόσμον ἐν παναλκεῖ προνοίᾳ· τὰ ἔθνη τὰ πολεμικὰ πράϋνον· τὰ πεπλανημένα ἐπίστρεψον· τὸν λαόν σου ἁγίασον· τοὺς ἐν παρθενίᾳ διατήρησον· τοὺς ἐν γάμῳ διαφύλαξον ἐν πίστει· τοὺς ἐν ἁγνείᾳ ἐνδυνάμωσον· τὰ νήπια ἅδρυνον· τοὺς νεοτελεῖς βεβαίωσον· τοὺς ἐν κατηχήσει παίδευσον· καὶ τῆς μυήσεως ἀξίους ἀνάδειξον· καὶ πάντας ἐπισυνάγαγε εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

(†) Ibid. Ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀσύγκριτος, ὁ πανταχοῦ ὢν, καὶ τοῖς πᾶσι παρών, καὶ ἐν οὐδενὶ ὡς ἐνόν τι ὑπάρχων, ὁ τόποις μὴ περιγραφόμενος, ὁ χρόνοις μὴ παλαιούμενος, ὁ αἰῶσι μὴ περατούμενος, ὁ λόγοις μὴ παραγόμενος, ὁ γενέσει μὴ ὑποκείμενος, ὁ φυλακῆς μὴ δεόμενος, ὁ φθορᾶς ἀνώτερος, ὁ τροπῆς ἀνεπίδεκτος, ὁ φύσει ἀναλλοίωτος, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ τῇ φύσει ἀόρατος,

tas inacceſſam, & natura inuiſibilis es; qui omnibus naturis rationalibus, te beneuole requirentibus, notus es, & deprehenderis ab iis, qui in beneuolentia veſtigant te: Deus Iſraelis, vere videntis, in Chriſtum credentis populi tui; propitius factus, exaudi me propter nomen tuum; ac benedic iis, qui tibi inclinarunt ceruices ſuas: atque da eis cordis eorum petitiones, quæ vtiles ſunt, & neminem eorum abiici facias a regno tuo; verum ſanctifica illos, cuſtodi, protege, adiuua, libera ab aduerſario, ab omni inimico; domos eorum ſerua; eorum introitus & exitus tuere: quoniam tibi gloria, laus, maieſtas, cultus, adoratio, & filio tuo Ieſu, Chriſto tuo, noſtro domino, Deo ac regi, & ſancto ſpiritui; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

§. IV.

Formula diaconi populum dimittentis cum breui hac precatione: Exite in pace.

POSTEA diaconus breui verborum formula, inſtar orationis pro pace, vtebatur, quod ſignum erat, quo totam congregationem dimittebat, totumque officium iam peractum eſſe ſignificabat, adeoque precans, vt pax Dei cum ipſis eſſet continuo eoſque conſeruaret, dicebat, ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ, *Diſcedite in pace.* Erat hæc vſitata omnes religioſos conuentus dimittendi formula in eccleſia *Græca*, quemadmodum ſupra [*] notauimus, vbi de ordine quotidiani officii matutini ex hoc ipſo auctore verba fecimus, de eaque certiores facti ſumus ex CHRYSOSTOMO [*b*], qui loquens de crebro breuis huius formulæ ſalutandi, *Pax vobiſcum*, vſu, ſpeciatim innuit, quod diaconus in dimiſſione cœtus eam adhibeat. *Diaconus*, inquit, *ab*

ὁ γνωστὸς πάσαις ταῖς μετ᾽ εὐνοίας ἐκζητούσαις σε λογικαῖς φύσεσιν, ὁ καταλαμβανόμενος ὑπὸ τῶν ἐν εὐνοίᾳ ἐπιζητούντων σε, ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, τοῦ ἀληθινῶς ὁρῶντος, τοῦ εἰς χριστὸν πιστεύσαντος λαοῦ σου, εὐμενὴς γενόμενος ἐπάκουσόν μου διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ εὐλόγησον τοὺς σοι κεκλικότας τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας· καὶ δὸς αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, τὰ ἐπὶ συμφέροντι· καὶ μηδένα αὐτῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς ἐκ τῆς βασιλείας σου· ἀλλὰ ἁγίασον αὐτούς· φρούρησον· σκέπασον· ἀντιλαβοῦ· ῥῦσαι τοῦ ἀλλοτρίου· καὶ παντὸς ἐχθροῦ· τοὺς οἴκους αὐτῶν φύλαξον· τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους φρούρησον· ὅτι σοι δόξα, αἶνος, μεγαλοπρέπεια, σέβας, προσκύνησις, καὶ τῷ σῷ παιδὶ Ἰησοῦ, τῷ χριστῷ σου, τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ θεῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

(*) Lib. XIII. cap. X. §. VIII. vol. V. p. 324.

(*b*) Chryſoſt. homil. LII. in eos, qui paſcha ieiunant, tom. V. p. 713. (homil. LV.

hoc

hoc conuentu vos dimittens hoc vobis precatur, dicens: πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ, In pace discedite. Vnde eam non vt nudam formulam, sed vt breuem precationem ad populum cum benedictione dimittendum, vſurpatam fuiſſe, condiſcimus.

§. V.

Quaenam mentio harum precum in aliis ſcriptoribus habeatur.

QVOD ad reliquas preces, in hac diuini cultus parte vſitatas, attinet, earum in aliis auctoribus non inuenimus ſpecialem aliquam mentionem. Sed in genere illi nobis narrant, quod iſtiuſmodi formulae laudationis ac gratiarum actionis ſemper adhiberi conſueuerint poſt communionem. AVGVSTINVS [c] omnibus peractis & ſacramento ab vniuerſis percepto, gratiarum actionem cuncta dicit concludere. Et CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS [d] recens baptizatum iubet poſt acceptam euchariſtiam exſpectare orationem, Deoque gratias agere, qui ipſum tantis myſteriis dignum reddiderit. CHRYSOSTOMVS multis verbis inuehitur in eos, qui poſtremam gratiarum actionem exſpectare recuſabant, ſed facti euchariſtiae participes ſtatim diſcedebant, fratribus ſolis gratiarum actionem relinquentes. Quos ille *Iudae* comparat, qui poſt coenam, antequam hymnus caneretur, ſeſe proripuerit, remanentibus ceteris ad hymnum cum domino cantandum apoſtolis, quorum ab exemplo eccleſia hanc conſuetudinem faciendi vltimas preces poſt communionem adſumſerit. Egregius locus eſt, adeoque eum huc tranſcribemus integrum, prout verba eius habent [e]: *Vultis, dicam, vnde tumultus & clamor oriatur* (in eccleſia)? *quod non toto ſacri tempore vobis fores occludamus, ſed ante poſtremam gratiarum actionem reſilire vos domumque redire patiamur, quod & i-*

p. 637. edit. Francof.) ὁ διάκονος --- τῆς συνόδου ταύτης ἀπολύων ὑμᾶς, τοῦτο ὑμῖν ἐπεύχεται λέγων· πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

(c) Aug. epiſt. LIX. ad Paulin. quaeſt. V. Quibus peractis & participato tanto ſacramento, gratiarum actio cuncta concludit.

(d) Cyrill. catech. myſtagog. V. §. XIX. εἶτα ἀναμείνας τὴν εὐχὴν, εὐχαρίστει τῷ θεῷ, τῷ καταξιώσαντί σε τῶν τηλικούτων μυστηρίων.

(e) Chryſoſt. homil. XXIV. de bapt. Chriſti tom. I. p. 317. (p. 291. edit. Franc. [illegible]) βούλεσθε, εἴπω, πόθεν ὁ θόρυβος καὶ ἡ κραυγὴ γίνεται; ὅτι οὐ διὰ παντὸς τὰς θύρας ἀποκλείομεν, ἀλλὰ συγχωροῦμεν πρὸ τῆς ἐσχάτης εὐχαριστίας ἀποπηδᾷν καὶ

pſum

psum non mediocrem contemtum habet. Quid facis, mi homo? Præsente Christo, adstantibus angelis, proposita ista tremenda mensa, dum adhuc fratres tui mysteriis initiantur, tu relictis illis abscedis. Atqui ad prandium quidem si vocatus fueris, tametsi prius saturatus sis, recumbentibus ceteris, non audes ante amicos discedere: hic vero, dum Christi mysteria celebrantur, dum sanctum illud sacrificium adhuc peragitur, omnia in medio derelinquis & abscedis? quis hæc tandem venia digna censuerit? quis defensione purgarit? Vultis, dicam, cuiusnam opus perficiant illi, qui ante complementum finemque discedunt, neque cœna absoluta gratiarum actionis hymnos offerunt? durum fortasse odiosumque videbitur, quod sum dicturus, sed necesse est tamen, ob plerorumque negligentiam dicatur. Quomodo vltimæ cœnæ communicauit Iudas nocte illa postrema, ceteris omnibus recumbentibus, ipse se proripiens excessit. Illum imitantur & isti, qui ante vltimam gratiarum actionem discedunt, nisi enim exiisset ille, proditor factus non esset; nisi condiscipulos deseruisset, non periisset; nisi se ipsum extra ouile proripuisset, non eum lupus solum offendisset atque deuorasset. Idcirco nimirum ille cum Iudæis, isti vero cum domino, hymno dicto, exierunt. Vides, vt extrema illa post sacrificium oratio ad illud fiat exemplum? Hactenus CHRYSOSTOMVS,

ἀναχωρεῖν οἴκαδε· ὃ καὶ αὐτὸ πολλῆς ἂν εἴη καταφρονήσεως. τί ποιεῖς ἄνθρωπε; τοῦ Χριστοῦ παρόντος, τῶν ἀγγέλων παρεστώτων, τῆς φρικτῆς ταύτης τραπέζης προκειμένης, τῶν ἀδελφῶν σου μυσταγωγουμένων ἔτι, αὐτὸς καταλιπὼν ἀποπηδᾷς; καὶ ἐπὶ δεῖπνον μὲν εἰ κληθῇς, κἂν πρότερος κορεσθῇς, οὐ τολμᾷς τῶν ἄλλων ἀνακειμένων, ἀναχωρῆσαι πρὸ τῶν φίλων αὐτός· ἐνταῦθα δὲ τῶν φρικτῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων ἐπιτελουμένων, τῆς ἱερᾶς τελετῆς συνεστώσης ἔτι, καταλιμπάνεις ἐν μέσῳ πάντα, καὶ ἀναχωρεῖς; καὶ πῶς ταῦτα συγγνώμης ἄξια; ποίας δὲ ἀπολογίας; βούλεσθε εἴπω, τίνος ἔργον ποιοῦσιν οἱ πρὸ τῆς συμπληρώσεως ἀναχωροῦντες, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους ᾠδὰς οὐκ ἐπιφέροντες τῷ τέλει τῆς τραπέζης; τάχα φορτικόν ἐστι τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι, ἀλλ' ὅμως ἀναγκαῖον λεχθῆναι διὰ τὴν τῶν πολλῶν ῥᾳθυμίαν· ὅτε ἐκοινώνησε τὸ ἔσχατον δεῖπνον ὁ Ἰούδας, τὸ κατὰ τὴν τελευταίαν νύκτα ἐκείνην, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνακειμένων αὐτὸς προπηδήσας ἐξέβη· ἐκεῖνον τοίνυν μιμοῦνται καὶ οὗτοι, πρὸ τῆς ἐσχάτης ἀποπηδῶντες εὐχαριστίας· ἐκεῖνος γὰρ εἰ μὴ ἐξῆλθεν, οὐκ ἂν ἐγένετο προδότης· εἰ μὴ κατέλιπε τοὺς συμμαθητάς, οὐκ ἂν ἀπώλετο· εἰ μὴ τῆς ἀγέλης ἑαυτὸν ἀπέῤῥηξεν, οὐκ ἂν αὐτὸν εὗρεν ὁ λύκος μόνον, καὶ κατέφαγεν· εἰ μὴ τοῦ ποιμένος ἑαυτὸν ἐχώρισεν, οὐκ ἂν θηριάλωτος γέγονε· διὰ δὴ τοῦτο ἐκεῖνος μὲν μετὰ Ἰουδαίων· οὗτοι δὲ μετὰ τοῦ δεσπότου ὑμνήσαντες ἐξῆλθον· ὁρᾷς ὅτι ἡ ἐσχάτη μετὰ τὴν θυσίαν εὐχὴ κατ' ἐκεῖνον γίνεται τὸν τύπον; Homil. LXXXII. al. LXXXIII in Matth. (p. 864. edit. Francof.) εὐχαρίστησε καὶ πρὸ τοῦ δοῦναι τοῖς μαθηταῖς, ἵνα καὶ ἡμεῖς εὐχαριστῶμεν· εὐχαρίστησε καὶ ὕμνησε μετὰ τὸ δοῦναι, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτὸ τοῦτο ποιῶμεν. *Gratias egit, antequam discipulis daret, vt etiam nos ab actione gratiarum incipiamus. Gratias egit, posteaquam dedit, & hymnum cecinit, vt nos quoque similiter faciamus.*

qui

qui innuere videtur, quod non tantum preces habuerint, sed psalmos etiam & hymnos gratiarum actionis, in imitationem *CHRISTI*, qui post vltimam cœnam cum discipulis suis hymnum cantauit. Et id omnino probabile est ex iis, quæ alio loco dicit CHRYSOSTOMVS, quod ecclesia psalmis *Dauidicis* tantopere sit delectata, vt in omnibus officiis suis eos intermiscuerit. *Primus*, inquit, *& medius & nouissimus est Dauid* [*f*]. Auctor quidem *constitutionum* psalmorum siue hymnorum loco ante citato meminit: At alio loco [*g*], vbi quoque preces habet **μετὰ τὴν μετάληψιν**, *post communionem* præter istam gratiarum actionem cani iubetur *Maranatha*, hoc est, *Dominus venit:* Nec non, *Hosanna filio Dauidis. Benedictus qui venit in nomine domini: Deus dominus, qui apparuit nobis in carne.* Quod videtur arguere, diuersas in diuersis ecclesiis obtinuisse consuetudines, & has huius auctoris collectiones inter se variare, quia diuersarum ecclesiarum ritus complectantur. In *veteri missali Gothico*, quod edidit MABILLONIVS, non nisi duæ precationes post communionem præscriptæ leguntur, altera dicta *postcommunio ;* altera *collectio.* In eumdem prorsus modum est in *liturgia Mozarabica*, cuius rei vnum alterumue specimen in appendice suo MABILLONIVS exhibet. In liturgiis autem *Græcis*, exempli gratia in ea, quæ sub nomine IACOBI [*h*] edita est, præter preces diuersi hymni & laudationes, ex psalmis aliisque scripturis collectæ, post communionem dici iubentur. Verbi caussa, ex psalmo LVII, *Exaltare supra cælos, & supra terram vniuersam gloria tua.* Et, *Benedictum nomen domini Dei nostri in sæcula.* Et, *Benedictus, qui venit in nomine domini. Serua Deus populum tuum & benedic hæreditati tuæ.* Et, *Imple os nostrum laude tua, domine, & gaudio reple labia nostra, vt laudemus gloriam tuam & toto die magnificentiam tuam*, Psalm. LXXI, 7. Sic in liturgia CHRYSOSTOMI [*i*] populus canere iubetur hæc psalmi CXIII. verba: *Sit nomen domini benedictum ex hoc & nunc & vsque in sæculum.* Et integrum psalmum

(*f*) Chrysost. homil. VI. de pœnitentia in edit. Latinis.

(*g*) Constit. lib. VII. c. XXVI. *μαρανάθα· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· Θεὸς κύριος, ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν ἐν σαρκί.*

(*h*) Liturg. Iacobi bibl. patr. græc. lat. tom. II. p. 21.

(*i*) Chrysost. liturg. ibid. p. 87. & inter opera tom. IV. p. 621.

XXXIV: *Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. &c.*

§. VI.

Gratiarum actiones semper factæ in numero plurali ab vniuerso ecclesiæ corpore.

OBSERVARI quoque meretur, quod ex omnibus antiquis formulis gratiarum actiones semper in plurali numero fiant, repræsentantes vniuersum caput communicantium, vt qui laudes Deo pro acceptis beneficiis reddant. Tunc enim temporis non erant missæ priuatæ nec solitariæ, in quibus sacerdos solus per se sine audientibus officium dicit, vel solus, sine participantibus secum, communicat; sed omnes adsistebant & communicabant simul. Et eo vsque rationi erat consentaneum, generalem reddere gratiarum actionem pro beneficiis eucharistiæ, quæ omnes & singuli perceperant. Postea autem, quam missæ priuatæ & solitariæ inuentæ sunt, omnes istæ formulæ incommodæ sunt & absurdæ, dicere Deo, quod omnes participarint de sacramento, eumque pro hoc ipso laudare, quum tamen non nisi vnus illud receperit, & interdum ne vnus quidem officium missæ audierit, præter solum sacerdotem, qui illud recitauit. Verumtamen hæc officia in *Romana* missa hodieque exstant in sempiternam eorum ignominiam, qui illis abutuntur. Nam adhuc dicunt: *Quod ore sumsimus* [k], *domine, pura mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.* Dantur & multæ aliæ orationes in eumdem sensum; quæ vniuersæ plures simul communicasse indicant, quum tamen non nisi solus sacerdos communionem recepit. BONA [l] hoc non ex antiquæ ecclesiæ consuetudine fieri fatetur. *Istæ orationes*, inquit, *pro communicantibus institutæ sunt, quando omnes vel plerique, qui aderant sacrificio, communicabant: nam & ipsum communionis vocabulum improprie heic vsurparetur, nisi plures de eodem sacrificio participarent.* Quidquid autem in excusationem harum in missa retentarum orationum, quando earum vsus per missas priuatas adeo improprius factus est, dicere habet, hoc est, quando sic pergit: *Quamuis autem mos ille desierit,*

(k) Missal. Roman. p. 24. de ritu celebrandi missam, & in canone missæ p. 306.
(l) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. XX. §. I. II.

nihil

nihil tamen in orationibus immutatum est, sed ideo retentæ sunt, vt sciamus, quid olim factum sit, & ex ipso precationum tenore ad pristinum feruorem excitemur. Quam felix faustumque id foret, si ecclesia *Romana* in omnibus hanc regulam obseruare & ad laudabilem consuetudinem ac simplicitatem ecclesiæ veteris redire vellet; reformando officia sua ad primitiuum exemplar, & exterminando omnes istas corruptiones, quæ ex tota huius historiæ serie noscuntur esse manifestæ innouationes, siue priuatim dissimulatione ac negligentia temporibus ignorantiæ illapsæ, siue per vim ac tyrannidem introductæ, contra antiquæ ecclesiæ consuetudines, & sæpenumero contra ipsum diuini cultus scopum, ipsamque diuinarum institutionum intentionem. Quemadmodum res plana est in administratione diuini cultus in lingua incognita, in diuina sanctorum, angelorum, imaginum & crucium adoratione, in sacramenti diuisione eiusque administratione in vna tantum specie, multisque rebus istiusmodi aliis; quæ vt vero diuinæ institutionis scopo aduersantur, ita cum vniuersa antiquæ ecclesiæ praxi pugnant, quemadmodum facile videbit, qui testimonia considerare volet, quæ in hisce collectionibus produximus, in quibus tam ortum errorum ac fontem corruptelarum in posterioribus sæculis, quam vere antiquam priscæ ecclesiæ praxin in omnibus diuersis diuini cultus partibus, ad ordinariam Dei adorationem spectantibus, ob oculos ponere studuimus.

ATQVE heic concluderem hanc narrationem: quoniam vero quæstiones supersunt modicæ & paucæ, quæ de nonnullis appendicibus & adiunctis communionis fieri possunt, ad quas hoc loco respondere proderit, scil. I. Quemadmodum de reliquiis eucharistiæ post actum communicationis statuerint veteres? II. Quænam illis consuetudo & praxis fuerit ratione tam decantatarum in historia antiqua agaparum? III. Quasnam præparationes requisierint, tamquam communicantibus necessarias, quibus ad dignam receptionem apti redderentur atque idonei? IV. Quo tempore cœnam dominicam administrarint, & quoties singulos homines ad eam recipiendam adhortati sint & excitarint? breuissime, quoad fieri potest, ad has quæstiones respondebo, & tum huic dissertationi constituam finem.

LIBRI DECIMI QVINTI
CAPVT SEPTIMVM
DE RATIONE, QVAM CVM EVCHARISTIAE RELIQVIIS INIERVNT VETERES. ET DE COMMVNI EORVM CONVIVIO AGAPE VOCITATO.

§. I.

Quædam particulæ eucharistiæ olim in specialiores vsus adseruatæ.

SVPRA in diuersis huius libri locis obseruauimus, particulas quasdam eucharistiæ in diuersos vsus specialiores adseruari consueuisse, vt sacramentum ad absentes mitti, & ægrotis dari, atque testimonium communionis distantium ab se inuicem ecclesiarum perhibere posset. Et hæc vna ratio est, quam cum consecratorum elementorum reliquiis, post finitam communionem, inierunt. Ad quam, credo, auctor *constitutionum* respicit, quando diaconos [a] accipere iubet, quæ supersint, & inferre in pastophoria; in quibus res sanctæ, ad ecclesiam pertinentes, reponi solebant.

§. II.

Si quid reliquum esset, id communicantibus distributum.

SI quid reliquum esset supra id, quod ad istos vsus erat necessarium, tum per alias regulas communicantibus distribui oportebat. Quemadmodum ex canonibus THEOPHILI episcopi *Alexandrini* apparet, quorum vnus ita habet [b]: *Quæ in sacrificii rationem adferuntur, post ea, quæ in mysteriorum vsum consumuntur, clerici diuidant, & nec catechumenus ex iis comedat vel bibat; sed solum clerici, & qui cum iis sunt fideles fratres*, hoc est communicantes.

(a) Constitut. lib. VIII. c. XIII. ὅταν πάντες μεταλάβωσι καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα, εἰσφερέτωσαν εἰς τὰ παστοφόρια. *Quum vniuersi & vniuersæ communicauerint, accipientes diaconi, quæ supersint, inferant in pastophoria.*

(b) Theoph. can. VII. (ap. Beuereg. tom. II. pandect. p. 173.) Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω ἢ πινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί.

§. III.

§. III.

Hæc consecratorum elementorum distributio res ab aliarum oblationum distributione diuersa.

VIRI quidam docti [c] hanc consecratorum elementorum distributionem siue consumtionem cum altera illa oblationum distributione inter clericos confundunt, adlegantque hanc in rem auctorem *constitutionum*, quasi eam intelligat, quando [d] ait: *Eulogias, quæ in mysticis oblationibus supersunt, diaconi ex voluntate episcopi aut presbyterorum distribuant clero; episcopo partes quatuor, presbytero partes tres, diacono partes duas, ceteris vero subdiaconis, vel lectoribus, vel cantoribus, vel diaconissis partem vnam. Id enim pulchrum & coram Deo acceptum est, vnumquemque secundum suam dignitatem honorari.* Manifestum est, non de consecratis elementis heic sermonem esse, sed de distribuendo clericis pane ac vino, quod a populo oblatum, nec vero a sacerdote consecratum erat, vt recte explicat COTELERIVS. Hæc enim vna ratio alendi clericos istis temporibus erat, vti alio loco [*] satis demonstrauimus. Et licet has oblationes nominet mysticas eulogias, non tamen id consecrata elementa efficit. Nam, vti supra notauimus, eulogiarum nomen commune est, quod vtrumque significat. Et SOCRATES [e] hoc nomen pro oblationibus hoc ipso in casu accipit, quando loquens de *Chrysantho*, episcopo *Nouatiano*, ait: *Ab ecclesiis nihil accepit, præter duos panes eulogiarum, singulis diebus dominicis.* Vbi certum est, non intelligi duos panes de eucharistia, sed de aliis oblationibus populi, in quibus clerici suam quisque partem habere consueuerunt.

(c) Lestrange, *Allyance of Divin. office* chap. 7. p. 213.

(d) Constit. lib. VIII. c. XXXI. *τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ· τῷ ἐπισκόπῳ μέρη τέσσαρα, πρεσβυτέρῳ μέρη τρία, διακόνῳ μέρη δύο· τοῖς δὲ ἄλλοις, ὑποδιακόνοις, ἢ ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ διακονίσσαις, μέρος ἕν· τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν.*

(*) Lib. V. c. IV. §. I. vol. II. p. 262.

(e) Socrat. lib. VII. c. XII. *ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν οὐδὲν ἐδέξατο, πλὴν κατὰ κυριακὴν δύο ἄρτους τῶν εὐλογιῶν ἐλάμβανεν.*

§. IV.

Reliquiæ euchariſtiæ interdum innocentibus pueris datæ.

INTERDVM reliquiæ euchariſtiæ innocentibus eccleſiæ pueris diſtributæ. Nam, vt ſupra breuiter indicauimus, durante adhuc communione infantium in eccleſia, nihil erat multis in locis vſitatius, quam pueris tempore conſecrationis dare euchariſtiam, & reliquias inconſumtas reſeruare, certo ſequentis hebdomadis die illis diuidendas. Sic a concilio ſecundo *Matiſconenſi* [*f*] in *Gallia* an. DLXXXVIII ſtatutum eſt: *Quæcumque reliquiæ ſacrificiorum poſt peractam miſſam in ſacrario ſuperſederint, quarta vel ſexta feria innocentes ab illo, cuius intereſt, ad eccleſiam adducantur, & indicto eis ieiunio, eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant.* Et EVAGRIVS [*g*] idem illud *Conſtantinopoli* olim fieri conſueuiſſe, auctor eſt, *Vetus eſt*, inquiens, *conſuetudo Conſtantinopoli, vt quoties ex ſacris partibus immaculati corporis Chriſti, Dei noſtri, magnus numerus ſuperfuerit, pueri impuberes ex iis, qui grammaticorum ſcholas frequentant, euocentur, qui eas manducent.* Narrat hanc in rem hiſtoriam notatu dignam, quando ſtatim ſic pergit: „Id eo tempore quum accidiſſet, vna cum aliis pueris „conuocatus eſt filius vitriarii cuiuſdam, qui ſecta erat *Iudæus*. „Hic puer parentibus, cauſſam moræ ex ipſo ſciſcitantibus, id „quod factum fuerat, expoſuit, & quod ipſe vna cum reliquis „pueris deguſtaſſet. Pater ira atque indignatione ſuccenſus, „illico filium correptum in fornacem ardentem coniecit, in qua „vitrum formare conſueuerat. Mater vero puerum quæritans „quum reperire non poſſet, per totam vrbem circuibat, plorans atque eiulans. Tertio demum die ad oſtium officinæ „mariti ſui ſtans, filium nominatim inclamare cœpit, flens at-

(*f*) Concil. Matiſcon. II. c. VI.

(*g*) Euagr. lib. IV. c. XXXVI. *ἔθος παλαιὸν βούλεται ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, ὅτ᾽ ἂν πολύ τι χρῆμα τῶν ἁγίων μερίδων τοῦ ἀχράντου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐναπομείνοι, παῖδας ἀφθόρους μεταπέμπτους γίγνεσθαι παρὰ τῶν ἐς χαμαιδιδασκάλου φοιτώντων, καὶ ταῦτα κατεσθίειν· ὅπερ ἐπειδὴ γέγονεν, ἠλίσθη μετὰ τῶν παίδων ὑαλουργοῦ παῖς, ἑβραίου τὴν δόξαν· ὃν τοῖς γονεῦσι τὴν αἰτίαν τῆς βραδυτῆτος πυνθανομένοις, ἀνεῖπε τὸ γεγονός, καὶ ὅπερ ἀποφαγὼν σὺν τοῖς ἄλλοις παισὶν εἴη· ὁ δὲ φύσας, θυμωθεὶς καὶ μηνίσας, ἐν τῷ πνιγεῖ τῶν ἀνθράκων, ἔνθα τὴν ὕαλον ἐμόρφου, τὸν παῖδα καθίησιν ἀνάψας· ὡς δὲ τὸν παῖδα ἡ μήτηρ ζητοῦσα, εὑρεῖν οὐκ ἴσχυε, πᾶσάν τε τῆς πόλεως ᾔει ποτνιωμένη, καὶ λύγιον κωκύουσα· καὶ τριταία κατὰ τὴν θύραν τοῦ ἐργαστηρίου τἀνδρὸς ἑστῶσα, ὀνομαστὶ ἀνακαλεῖ τὸν παῖδα, τοῖς*

que

„que ſe ipſam lacerans. Tum puer agnita matris voce ei re-„ſpondit ex fornace Statimque mater perfractis foribus in-„trogreſſa, puerum inter carbones ſtantem videt, quem ignis „nullatenus ambuſſerat. Qui poſtea interrogatus, quonam „modo illæſus permanſiſſet, mulierem purpurea indutam ve-„ſte crebro ad ipſum ventilaſſe dixit, & aquam ipſi porrexiſſe, „& carbones, qui iuxta ipſum erant, reſtinxiſſe. Cibum quo-„que eſurienti præbuiſſe. Quæ quum nuntiata eſſent *Iuſtinia-„no* imperatori, puerum ſimul ac matrem regenerationis lauacro „initiatos, clero adſcripſit. Patrem vero, chriſtianæ religionis „ſacramenta recipere penitus recuſantem, tamquam proprii filii „interfectorem, in *Syceenſi* ſuburbio cruci ſuffigi præcepit„. Hactenus EVAGRIVS. Eamdem hiſtoriam GREGORIVS quoque TVRONENSIS [h] & NICEPHORVS CALLISTVS [i] memoriæ prodiderunt, quorum hic poſterior addit, hanc conſuetudinem ſua adhuc ætate viguiſſe; dicit enim, id ſibi quoque ſæpenumero, quum puer admodum eſſet, contigiſſe, vt cum pueris aliis ad edendas iſtas reliquias euocaretur.

§. V.

Interdum etiam igne combuſtæ.

QVIBVSDAM in locis regulam obſeruabant, datam diuinitus de reliquiis ſacrificiorum pacificorum & votiuorum, ſub lege veteri Lev. VII, 7. Hæc erat conſuetudo eccleſiæ *Hieroſolymitanæ* ſæculo quinto, quando HESYCHIVS eccleſiæ iſtius presbyter commentarium ſuum ſcripſit in *Leuiticum*, in quo his verbis de ea loquitur: *Quod* [k] *reliquum eſt de carnibus & panibus, in igne incendi præcepit* (Deus). *Quod nunc videmus ſenſibiliter etiam* an ita?

θρήνοις σπαραττομένη· ὁ δὲ, τῆς φωνῆς μητρὸς συνεὶς, ἐν τῷ πνιγέως ἀνταπεκρίνετο· ἡ δὲ τὰς θύρας διατεμοῦσα, εἴσω τε γενομένη, ὁρᾷ τὸν παῖδα τῶν ἀνθράκων μέσον ἑστῶτα, τοῦ πυρὸς αὐτὸν μὴ προσάψαντος· ὃς ἀνερωτώμενος, ὅπως ἀπαθὴς μεμενήκει, γυναῖκα ἔφησε πορφυρᾶν ἀμπεχομένην ἐσθῆτα συχνὰ φοιτῶσαν παρ' αὐτὸν, ὕδωρ ὀρέγειν, καὶ τούτῳ τοὺς πλησιάζοντας τῶν ἀνθράκων κατευνάζειν, σιτίζειν τε αὐτὸν ὁσάκις πεινῴη· ὅπερ ἐπειδὴ ἐς Ἰουστινιανὸν ἠνέχθη, τὸν μὲν παῖδα, καὶ τὴν μητέρα τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας φωτισθέντας ἐκλήρωσε· τὸν δὲ φύσαντα, οὐκ ἀνασχόμενον χριστιανοῖς ἐναριθμηθῆναι, ἐν Συκαῖς ὡς παιδοφόνον ἀνεσκολόπισε.

(h) Gregor. Turon. de glor. martyr. lib. I. c. X. tot. (Bibl. patr. max. tom. XI. p. 833. 834. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(i) Niceph. lib. XVII. c. XXV. tot.

(k) Heſych. in Leuit. lib. II. ap. Albertin. de euchar. p. 851. b.

in ecclesia fieri, ignique tradi, quæcumque remanere contigerint inconsumta, non omnino ea, quæ vna die vel duabus aut multis seruata sunt. Vnde eruditi scriptores e nostratibus [l] duo generatim obseruant. 1.) Non fuisse ecclesiæ *Hierosolymitanæ* consuetudinem, reseruare eucharistiam de die altero in alterum, etsi hoc in aliis quibusdam ecclesiis fecerint. 2.) Non credidisse eos, illam realiter, proprie ac substantialiter, sed typice tantum & symbolice, Christi sui corpus esse. *Quantum enim offendiculum,* inquit ALBERTINVS [*], *iudæis & ethnicis fuisset, si christianos resciuissent Christi Dei sui corpus animatum & gloriosum ignibus tradere? - - Sed quid vrgeo scandalum iudæorum & paganorum? Simplices certe christiani id tamquam horrendum abominati fuissent.* Et qua fronte ethnicis obiectare potuissent, quod colerent res eiusmodi, quæ comburi possent; (quod commune ARNOBII, LACTANTII, ATHANASII, & plerorumque aliorum argumentum est) si ipsi idem fecissent? Quod si nullum aliud argumentum suppeteret contra transubstantionem & cultum hostiæ hæc res vna sola sufficeret ad persuadendum homini cuilibet rationali, tales doctrinas & consuetudines ab antiqua ecclesia numquam esse propositas ac defensas.

§. VI.

Reliquæ oblationes ex parte communi cœnæ destinatæ. Quod veteres generatim pro ritu apostolico, communionem comitante, habuerunt.

VIDIMVS, quam rationem inierint veteres cum elementis consecratis, nunc quid de reliquis oblationibus statuerint, par est dispiciamus. Iam obseruatum nobis est, aliquam earum partem (quanam cum distinctione, non adeo liquet) ad alendos clericos conferri consueuisse. Ex reliquis partibus communis cœna parabatur, quæ a natura & circumstantiis dici solebat *agape* [m], *caritas;* quia fieri solebat ad mutuam carita-

(l) Vid. Du Moulin *Novelty of Popery* lib. VII. Controv. XI. chap. XIX. (p. 1237. tot. edit. German. Wesel MDCXXXII. 4to.)

(*) Albertin. de sacram. euchar lib. II. p. 873. a.

(m) Ignat. epist. ad Smyrn. n. VIII. *οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν,* οὔτε ἀγάπην ποιεῖν. *Non licet sine episcopo neque baptizare, neque* agapem celebrare. Epistola interpolata vocat id δοχήν.

tem

tem fouendam & ad pauperes refocillandos. CHRYSOSTOMVS hanc huius consuetudinis dat rationem, ab apostolorum praxi eam deriuans. Loquens enim in verba PAVLI 1 Cor. XI, 33
27. *Hoc autem præcipio, non laudans, quod non in melius, sed in deterius conueniatis*, ait [n]: *Sicut in tribus millibus, quæ ab initio crediderunt, omnes communiter inibant conuiuia, & possidebant omnia communia: ita etiam tunc fiebat, quando Paulus hæc scripsit, sed non adeo exacte & accurate. Quidam autem veluti effluxus communionis illius remansit & ad posteros descendit: & quoniam contingebat, vt alii quidem essent pauperes, alii vero diuites, sua quidem omnia non proferebant in medium, statis autem diebus mensas faciebant communes & peracta synaxi, post sacramentorum communionem, omnes commune inibant conuiuium, diuitibus quidem cibos adferentibus, pauperibus autem, & qui nihil habebant, etiam vocatis, & omnibus communiter vescentibus.* Alio loco [o] idem repetit: *Ab hac lege & consuetudine* (habendi omnia

Constit. lib. II. c. XXVIII. Τοῖς εἰς **ἀγάπην**, ἤτοι **δοχὴν**, ὡς ὁ κύριος ὠνόμασε, προαιρουμένοις καλεῖν πρεσβυτέρας, ἣν ἐπίστανται οἱ διάκονοι θλιβομένην, αὐτῇ πλειστάκις πεμπέτωσαν. κ. τ. λ. *Qui ad* agapen, *seu, vt dominus appellauit*, conuiuium, *anus inuitare voluerint; ei, quam diaconi inopem esse sciunt, mittant persæpe.*

Clem. Alexandr. pædag. lib. II. c. I. p. 165. τὰ γὰρ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, ἐξ ὧν ὁ σαρκικὸς ὄντως οὑτοσὶ καὶ φθοροποιὸς ἀπήρτηται βίος· ὃν ἀγάπην τινὲς τολμῶσι καλεῖν, ἀθύρῳ γλώττῃ κεχρημένοι, δειπνάριά τινα, κνίσσης καὶ ζωμῶν ἀποπνέοντα· τὸ καλὸν καὶ σωτήριον ἔργον τοῦ Λόγου, τὴν **ἀγάπην τὴν ἡγιασμένην**, κυθριδίοις καὶ ζωμοῦ ῥύσει καθυβρίζοντες· κ. τ. λ. Escæ enim ventri; *ex quibus hæc carnalis & exitialis vita pendet, quam audent nonnulli Agapen vocare, effrænata lingua vtentes, nempe quædam prandiola nidorem & ius redolentia:* sacram agapen, *pulcrum ac salutare Verbi opus, ollis nescio quibus & liquido iure dedecorantes, cetera.*

(n) Chrysost. homil. XXVII. in 1 Cor. p. 559. (p. 289. edit. Francof.) καθάπερ ἐπὶ τῶν τρισχιλίων τῶν ἐξ ἀρχῆς πιστευσάντων κοινῇ πάντες εἱστιῶντο, καὶ κοινὰ πάντα ἐκέκτηντο, οὕτω καὶ τότε ταῦτα ἔγραφεν ὁ ἀπόστολος, ἐγίνετο, οὐχ οὕτω μὲν μετὰ ἀκριβείας· ὥσπερ δέ τις ἀπόῤῥοια τῆς κοινωνίας ἐκείνης ἐναπομείνασα, καὶ εἰς τοὺς μετὰ ταῦτα κατέβη· καὶ ἐπειδὴ συνέβαινε, τοὺς μὲν πένητας εἶναι, τοὺς δὲ πλουσίους, τὰ μὲν ἑαυτῶν οὐ κατετίθεντο πάντα εἰς μέσον, κοινὰς δὲ ἐποιοῦντο τὰς τραπέζας ἐν ἡμέραις νενομισμέναις, ὡς εἰκὸς, καὶ τῆς συνάξεως ἀπαρτισθείσης μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν ἐπὶ κοινὴν πάντες ᾔεσαν εὐωχίαν, τῶν μὲν πλουτούντων φερόντων τὰ ἐδέσματα, τῶν δὲ πενομένων καὶ οὐδὲν ἐχόντων ὑπὲρ αὐτῶν καλουμένων καὶ κοινῇ πάντων ἑστιωμένων.

(o) Chrysost. hom. XXII. Oportet hæreses esse &c. tom. V. p. 310. (p. 250. edit. Francof.) ἐκ τούτου τοίνυν τοῦ νόμου καὶ τοῦ ἔθους ἐγένετό τις συνήθεια θαυμαστὴ

communia) *inoleuit in ecclesiis consuetudo quædam admirabilis: Fideles enim omnes in conuentibus suis, postquam audissent doctrinas, post preces, post sacramentorum communionem, soluta concione non mox domum concedebant, sed diuites & abundantiores alimenta & edulia a domibus suis adferentes, pauperes vocabant, communesque faciebant mensas, communia prandia, communia conuiuia in ipsa ecclesia. Atque ita a communione mensæ & pietate loci vndequaque ad caritatem accendebantur, non absque summa voluptate vtilitateque maxima: pauperes enim tum fruebantur consolatione non mediocri: diuites vero fructum beneuolentiæ & ab his, quos pascebant, & a Deo, propter quem illos pascebant, adsequebantur: sicque tandem domum redibant.* Eadem hac de re narrat personatus HIERONYMVS [*p*], *In ecclesia*, inquiens, *conuenientes oblationes suas separatim offerebant, & post communionem, quæcumque eis de sacrificiis superfuissent, illic in ecclesia communem cœnam comedentes pariter consumebant.* Eadem & THEODORETVS [*q*], OECVMENIVS, THEOPHYLACTVS & alii in hunc apostoli locum

τότε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· συνιόντες γὰρ οἱ πιστοὶ πάντες μετὰ τὴν τῆς διδασκαλίας ἀκρόασιν, μετὰ τὰς εὐχὰς, μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν, τῆς συνάξεως λυθείσης οὐκ ἀνεχώρουν εὐθέως οἴκαδε, ἀλλ' οἱ πλούσιοι καὶ εὐπορώτεροι φέροντες οἴκοθεν τροφὰς καὶ ἐδέσματα, τοὺς πένητας ἐκάλουν, καὶ κοινὰς ἐποιοῦντο τραπέζας, κοινὰς ἑστιάσεις, κοινὰ συμπόσια ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ· ὥστε καὶ ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῆς κατὰ τὴν τράπεζαν, καὶ ἀπὸ τῆς εὐλαβείας τῆς ἀπὸ τοῦ τόπου, καὶ πανταχόθεν τὴν ἀγάπην αὐτοῖς ἐπισφίγγεσθαι, καὶ πολλὴν μὲν τὴν ἡδονὴν, πολλὴν δὲ αὐτοῖς γίνεσθαι τὴν ὠφέλειαν· οἵ τε γὰρ πένητες παραμυθίας ἀπέλαυον οὐ τῆς τυχούσης, οἵ τε πλουτοῦντες πολλὴν εὔνοιαν καὶ παρὰ τῶν τρεφομένων, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ, δι' ὃν ταῦτα ἐποίουν, καρπούμενοι πολλὴν τὴν χάριν, οὕτως ἀπῄεσαν οἴκαδε.

(*p*) Hieron. in 1 Cor. XI, 20.

(*q*) Theodoret in 1 Cor. XI, 16. *εἰώθασιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μετὰ τὴν μυστικὴν λειτουργίαν ἑστιᾶσθαι κοινῇ πλούσιοί τε καὶ πένητες, καὶ πολλὴ ἐντεῦθεν παραμυθία τοῖς πενομένοις ἐγίνετο· τῶν μὲν εὐπόρων οἴκοθεν τὰ ὀψώνια κομιζόντων, τῶν δὲ πενίᾳ συζώντων διὰ τὴν μετουσίαν τῆς πίστεως κοινωνούντων τῆς εὐωχίας. Consueuerant in ecclesiis post mysticam liturgiam communiter comedere diuites & pauperes, & hinc ad egenos magnum redibat solatium: quum diuites obsonia domo afferrent, & pauperes propter fidei participationem, etiam conuiuii essent participes.*

Oecumen. in 1 Cor. XI. tom. I. p. 529. (cit. Bona rer. liturgic. lib. I. c. I. §. IV.) Præcipuis diebus, siue festis, post sacrorum mysteriorum participationem agebantur communes cœnæ, præparantibus illas diuitibus ac pauperes inuitantibus.

Theophil. 1 Cor. XI, 17. *ὥσπερ οἱ ἐν ἀρχῇ πιστεύσαντες, κοινὰ πάντα ἔχοντες κοινῇ εἱστιῶντο· οὕτω κατά τινα μίμησιν τούτων, εἰ καὶ μὴ ἀκριβῆ, ἐν Κορίνθῳ κα-*

dicunt.

dicunt. Vnde apparet, fuiſſe ritum, communioni ſemper adiunctum. Et prorſus ſingularis ALBASPINAEI [r] opinio eſt, quando haſce *agapas* & communionem numquam eodem tempore celebrari conſueuiſſe dicit, quam ſine vlla ratione contra communem omnium tam antiquorum quam recentiorum ſcriptorum ſententiam tuetur.

§. VII.

Vtrum hoc conuiuium ante, an vero poſt communionem tempore apoſtolorum celebratum ſit.

DISSENSIO quædam eſt inter antiquos & recentiores interpretes de circumſtantia temporis, quo hæc conuiuia communia apoſtolorum ætate fuerunt celebrata. Veteres, vti audiuimus ex CHRYSOSTOMO & reliquis, generatim hæc conuiuia non niſi poſt communionem, finita vniuerſa concionandi, orandi & ſacra elementa participandi cærimonia, diſpenſatiſque oblationum reliquiis, inſtituta eſſe dicunt. Multi autem ex recentioribus ſecus exiſtimant. GVLIELMVS CAVEVS [s] probabile eſſe dicit, apoſtolorum diebus & temporibus proxime inſequutis hoc conuiuium ante communionem inſtitutum eſſe, in imitationem inſtitutionis ſeruatoris noſtri, qui ſacramentum poſt cœnam celebrauit, quomodo & *Paulus*, ab-

τὰς τινὰς ῥητὰς ἡμέρας, ἑορτὰς ἴσως, κοινῇ εὐωχοῦντο μετὰ τὸ μεταλαβεῖν τῶν μυστηρίων. *Quemadmodum illi, qui primum crediderant, communia omnia habentes, communiter epulabantur: ſic per quamdam eorum imitationem, etiamſi minus accuratam, Corinthii ſtatis quibuſdam diebus, feſtis fortaſſe, poſt myſteriorum participationem, communiter conuiuabantur.*

(r) Albaſpin. obſeruat. lib. I. c. XVIII. p. 57. obſeruante SVICERO tom. I. p. 26. probare conatur, *Agapas diebus dominicis fuiſſe celebratas, euchariſtiam vero poſt agapas illas non fuiſſe celebratam, quia agapæ cœna fuerit, quæ tantum veſperi facta: Euchariſtiam vero non niſi mane ſumtam fuiſſe, etſi dominus eam ſub veſperam inſtituerit. In agapis numquam celebratam fuiſſe euchariſtiam &c.*

(s) Caue prim. chriſt. part. I. c. XI. p. 344. In edit. Germ. p. 279. vbi verba ſic habent: *Ob dergleichen liebesmahle entweder vor oder nach haltung des heiligen abendmahls ſind angeſtellet worden, daſſelbe läſſet ſich nicht ſo leicht entſcheiden. Vermuthlich iſt es, daß ſie zur apoſtel und den kurtz darauf folgenden zeiten vorhero, ehe ſie das heilige abendmahl empfingen, ſind gehalten worden, und zwar das zur nachahmung unſers heylandes, welcher eben auch das ſacrament nach dem abend-eſſen eingeſetzt hat, wie denn auch der heilige Paulus* (1 Cor. XI, 20. 21.) *als er die mißbräuche der kirche*

vsus ecclesiæ *Corinthiacæ* vituperans, eos reprehendat, quod, si ad edendam cœnam dominicam conueniant, ceteris non exspectatis, vnusquisque propriam cœnam præoccupet, adeo, vt hic quidem esuriat, ille vero ebrius sit. Quæ omnia fieri debuisse, ait, ante celebrationem eucharistiæ, quæ numquam administrata sit, vsque dum vniuersa ecclesia esset congregata. Huic eius sententiæ assentiuntur SVICERVS [t], DALLAEVS [u], & ESTIVS [x], qui PELAGIVM, PRIMASIVM, HAIMONEM,

zu Corintho tadelte, sie bestrafte, daß wenn sie zusammen kämen, des Herrn abendmahl mit einander zu halten, so wartete nicht einer auf den andern, sondern ein ieglicher nähme sein eigenes vorhin; das ist, er nähme diejenige speise, die er von hause zur allgemeinen mahlzeit mitgebracht hätte, vor sich weg, frässe heißhungrig und unordentlicher weise hinein, und esse und trincke alles auf, daß die andern (sonderlich die armen, die etwas spät kamen) nichts davon krigten, daß also einer hungrig bliebe, der andere hingegen voll und truncken würde. Es ist ausgemacht, daß alles dieses iezt erzählte bey dem heiligen abendmahl, welches niemals gehalten wurde, ausser wenn die gantze kirche beysammen war, ist vorhergegangen.

(*t*) Suicer. thesaur. eccles. voce Ἀγάπη (tom. I. p. 24.) Eucharistiam demum post ἀγάπας illas fuisse celebratam, ex 1 ad Cor. c. XI. satis manifestum est. Ibi enim apostolus κυριακὸν δεῖπνον eorum vocat, qui conueniebant ad commune conuiuium in ecclesia agitandum. In quo non aliud reprehendit, quam quod vnusquisque propriam prius sumebat cœnam edendo, adeo vt alii quidem esurirent, alii autem ebrii essent. Ἕκαστος τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει. Ex quibus verbis patet, eos prius cœnasse, deinde eucharistiam in illis conuiuiis sumsisse.

(*u*) Dall. de obiecto cult. relig. lib II. c. XIX. p. 202. De eo vno lis aliqua est, an illam piorum communem agapen, siue cœnam, processerit, an vero sequuta sit sacramenti ipsius participatio - - Eam (sententiam, qua præcessisse dicitur agape) Estius, qui præfert, multis rationibus confirmat. &c.

(*x*) Estius in 1 Cor. XI, 20. Longe probabilius est id, quod Augustinus insinuat in epistola ad Ianuarium: morem fuisse, vt prius haberetur conuiuium illud commune; postea fieret oblatio & participatio sacræ eucharistiæ. Quamvis enim op net.r Augustinus, Corinthios per abusum mensis suis sacra miscuisse, tamen vt certo anni tempore post alios cibos eucharistia sumeretur a fidelibus, eum morem ad rationabilia maiorum refert instituta. Quod autem hoc ordine res facta fuerit in cœtibus primitiuorum fidelium, inprimis ea ratio suadet, quod, vti dictum est, illa cœna, quam Paulus vocat dominicam, repræsentatio fuerit cœnæ domini cum apostolis, & inde nomen acceperit; vnde consentaneum est, vt insignior esset commemoratio, (quomodo loquitur ibidem Augustinus) celebratam fuisse eodem ordine, quo Christus suam cum discipulis cœnam celebrauit. Quem profecto con-

HER-

HERVAEVM, AQVINATEM, LYRAM, CAIETANVM atque alios *Latinos* idem ſentire dicit. Probabiliſſimum omnium eſt, non obſeruaſſe eos certam regulam hac in materia, ſed inſtituiſſe illud ſacrum conuiuium aliquando ante, aliquando poſt communionem, ſicut in ſequentibus ſæculis quodam modo factum videtur.

§. VIII.

Quomodo hoc ſubſequentibus ætatibus obſeruatum. Euchariſtia plerumque recepta a ieiunis & ante hoc conuiuium, exceptis quibuſdam ſpecialioribus occaſionibus.

QVANDO enim chriſtiani tempore perſecutionis, ad celebrandam in religioſis conuentibus euchariſtiam, ſummo mane ante lucem coire neceſſe habebant, conuiuium ante communionem cum conuentuum eorum ratione bene conſiſtere haud poterat. Hinc ſæculo ſecundo ineunte euchariſtiam ante receptam, & conuiuium poſtea inſtitutum fuiſſe, legimus. Ita enim rem repræſentat PLINIVS [y] in narratione, quam a chriſtianis quibuſdam apoſtatis ſub huius ſæculi initium acceperat.

ſtat prius cœnaſſe cum diſcipulis; ac deinde corporis ac ſanguinis ſui ſacramenta eis tradidiſſe. Præterea dicit apoſtolus, aliquos præſumere cœnam, aliis non exſpectatis. Quod vtique non fieret, ſi (quod Græci volunt) omnes iam ante congregati euchariſtiam accepiſſent. Ex quo ſatis intelligitur, conuiuium illud haberi ſolitum in principio, velut primum actum illius conuentus fidelium, de quo heic agitur. Idem plane ex iis apparet, quæ mox ſubiiciuntur de indigna ſumtione corporis ac ſanguinis domini: deque probatione ante ſumtionem neceſſaria. Nam hæc locum non haberent, ſi conuiuium & quæ in eo peccata erant, facta fuiſſent poſt ſumtam euchariſtiam. Neque enim iudicatur quis indigne ſumſiſſe, propter peccata poſtea commiſſa. Denique hanc ſententiam confirmat ea conſuetudo, quæ vſque ad Auguſtini tempora in multis eccleſiis obſeruata fuit, vt in anniuerſario die cœnæ domini, myſteria a non ieiunis ſumerentur, videlicet ad imitationem & commemorationem eius, quod in illa cœna factum fuerit. Meminit illius conſuetudinis concilium Carthaginenſe tertium canone XXIX. Cui concilio beatum Auguſtinum interfuiſſe prodit ipſius epiſtola CCXXXIII. Canon autem ſic habet; *Vt ſacramenta altaris non niſi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna domini celebratur.* Sentiunt cum Auguſtino, quoad ordinem memoratum, commentatores huius loci Pelagius, Primaſius, Sedulius, Haimo, Irenæus, Aquinas, Liranus, Caietanus, atque alii Latini; tametſi eorum nonnulli, nominatim Petrus Lombardus, etiam alterius ordinis ac ſenſus meminerunt.

(y) Plin. lib. X. epiſt. XCVII.

perat.

perat. Quum enim se ex eorum ore didicisse dixisset, quod stato die ante lucem conueniant, carmenque *CHRISTO*, quasi Deo dicant, seque obstringant sacramento, addit: *Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, adfirmabant, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium.* Heic communionem primo loco & agapen aliquanto post factam esse, manifestum est. Atque ita TERTVLLIANVS, qui omnium accuratissime hoc conuiuium describit, de eo loquitur, tamquam paullo ante noctem agitato. *Cœna nostra*, inquit [z], *de nomine rationem sui ostendit: vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos est. Quantiscumque sumtibus constet, lucrum est, pietatis nomine facere sumtum. Siquidem inopes quoque refrigerio isto iuuamus. -- Nihil vilitatis, nihil immodestiæ admittit. Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. Editur, quantum esurientes capiunt. Bibitur, quantum pudicis est vtile. Ita saturantur, vt qui meminerint, etiam per noctem adorandum Deum sibi esse. Ita fabulantur, vt qui sciant, dominum audire. Post aquam manualem & lumina, vt quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere: hinc probatur, quomodo biberit. Aeque oratio conuiuium dirimit: inde disceditur, non in cateruas cæsionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciuiarum, sed ad eamdem curam modestiæ & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quam disciplinam.* Vt hæc elegantissima descriptio est horum sanctorum conuiuiorum, quorum fundamentum erat caritas, exordium & finis oratio, in quibus hymni & religiosa colloquia condiebant cibos, & modestia ac temperantia conspiciebatur in omnibus: Ita specialior moris accendendi lumina Deumque de nocte adorandi mentio, ostendit, quod post non ante communionem tempore TERTVLLIANI celebrata fuerint; quando communionem recipere solebant mane, & semper quidem ieiuni, ipsis etiam diebus, quando ad tertiam vsque horam pomeridianam id differebant, velut diebus stationariis, vel ad sextam vespertinam. Regula enim erat in ecclesia *Africana*, vt eucharistia semper reciperetur a ieiunis, excepto vno die, qui erat quintus hebdomadis, pascha proxime antecedentis, dictus communiter *cœna domini*, quia is dies erat, quo dominus vltimam

(z) Tertull. c. XXXIX.

cœnam

cœnam suam cœnauerat, & post cœnam eucharistiam instituerat; cuius in imitationem ecclesiis *Africanis* mos erat celebrandi eucharistiam post cœnam hoc ipso die, quemadmodum ex concilio *Carthaginensi* tertio & AVGVSTINO discimus. Concilium *Carthaginense* expressum canonem [*a*] habet in hanc sententiam: *Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna domini celebratur.* Et proinde præcipit, vt, si aliquorum, pomeridiano tempore defunctorum, commendatio facienda sit, solis precibus, non celebratione eucharistiæ, id fiat, si illi, qui faciant, iam pransi inueniantur. AVGVSTINVS [*b*] membrum fuit huius concilii, nobisque adfirmat, hoc decretum vniuersæ ecclesiæ consuetudini conuenire, quam ex apostolorum institutione deriuandam esse existimat: „Liquido apparet, inquit, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Num quid tamen propterea calumniandum est vniuersæ ecclesiæ, quod a ieiunis semper accipiatur? & hoc enim placuit spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti in os christiani prius dominicum corpus intraret, quam exteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant, quos apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Namque saluator, quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, vltimum voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum; a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumerent, vt apostolis, per quas ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, vt post cibos alios semper acciperetur, credo, quod eum morem nemo variasset. Quum vero ait apostolus de hoc sacramento loquens, *Propter quod, fratres, quum conueneritis ad manducandum, inuicem exspectate: Si quis esurit, domi manducet, vt non ad iudicium conueniatis:* statim subtexuit: *Cetera autem, quum venero, ordinabo* 1 Cor. XI, 34. Vnde in-

(*a*) Concil. Carthagin. III. c. XXIX.

(*b*) Augustin. epist. CXVIII. ad Ianuar. c. VI. VII.

„tel-

„telligi datur, quia multum erat, vt in epistola totum illum „agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat „ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersi- „tate variatur„. Hæc AVGVSTINVS de more accipiendi eucharistiam ante cibos. Subiungit autem: „Sed nonnullos „probabilis quædam ratio delectauit, vno certo die per annum, „quo ipsam cœnam dominus dedit, tamquam ad insigniorem „commemorationem, post cibos offerri & accipi liceat corpus „& sanguinem domini. Honestius autem arbitror ea hora fie- „ri, vt qui etiam ieiunauerit, post refectionem, quæ hora no- „na fit, ad oblationem possit accurrere. Quapropter nemi- „nem cogimus dominica illa cœna prandere, sed nulli etiam „contradicere audemus, hoc tamen non arbitror institutum, „nisi quia plures & prope omnes in plerisque locis eo die cœ- „nare consueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium custo- „diunt, mane offertur *CHRISTO* propter prandentes, quia ie- „iunia simul & lauacra tolerare non possunt, ad vesperam vero „propter ieiunantes„. CHRYSOSTOMVS etiam sæpe loquitur de consuetudine accipiendi ore ieiuno eucharistiam [c]: *Tu prius*, inquit, *quam quidem communices, ieiunas, vt quomodocumque dignus appareas.* Et in vno alteroue loco se ipsum a quadam vindicat obtrectatione, qua aduersarii eum onerabant, quasi hanc regulam tam in baptismatis quam eucharistiæ administratione migrare soleat. *Aiunt*, inquit [d], *me post epulas quibusdam communionem impertiisse. Hoc si feci, de episcoporum libro nomen meum expungatur, nec in orthodoxæ fidei volumine scribatur, quoniam ecce, si quicquam eiusmodi perpetraui, Christus a regno suo me abiiciat. Quod si mihi obstinata mente id obiicere pergunt, Paulum etiam de dignitatis gradu deiiciant, qui cœnatus vniuersam domum baptizauit. Domino item ipsi auctoritatem abrogent, qui sacrosancto epulo apostolos a cœna donauit.*

(c) Chrysostom. homil. XXVII. in 1 Cor. p. 567. (p. 297. edit. Francof.) *σὺ δὲ πρὶν ἢ μὲν μεταλαβεῖν νηστεύεις, ἵνα ὅπως δήποτε ἄξιος φανῇς, ἂν ἔλαβες.*

(d) Chrysost. epist. CXXV. ad Cyriacum. Tom. IV. p. 868. (p. 760. edit. Francof.) *λέγουσιν, ὅτι τινὰς ἐκοινώνησα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτούς· καὶ εἰ μὲν τοῦτο ἐποίησα, ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομά μου ἐκ τῆς βίβλου τῶν ἐπισκόπων, καὶ μὴ γραφείη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ὅτι ἰδοὺ ἐὰν τοιοῦτον ἐγὼ ἔπραξα, καὶ ἀποβαλεῖ με Χριστὸς ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ· εἰ δὲ ἅπαξ καὶ τοῦτό μοι λέγουσι, καὶ φιλονεικοῦσι, καταλυέτωσαν καὶ τὸν Παῦλον, ὃς μετὰ τὸ δειπνῆσαι ὁλόκληρον τὸν οἶκον ἐβάπτισε· καταλυέτωσαν καὶ αὐτὸν τὸν κύριον, ὃ μετὰ τὸ δειπνῆσαι τοῖς ἀποστόλοις τὴν κοινωνίαν ἔδωκε.*

Sic

Sic rurſus [e]: *Mihi ab iſtis opponitur: Comediſti, dein baptizaſti. Anathemate percellar, ſi quidem hoc admiſi. Non veniam in numerum & radicem epiſcoporum, non item admittar in angelorum conſortium, non denique prober Deo gratus. Vt interim donem, me & comediſſe, & baptiſmo admouiſſe, vtique rem feci non intempeſtiuam, ſiue inauſpicatam & abſurdam. -- Hoc ergo nomine de gradu deturbent & Paulum. Ipſe ſiquidem a ſumta cœna, carceris cuſtodi baptiſma contulit. Auſim dicere, exauctorent CHRISTVM ipſum. Is enim, poſtquam cœnauit, diſcipulis communionem gratuito diſpertiuit.* Hæc oſtendunt, fuiſſe eccleſiæ morem, vtrumque ſacramentum adminiſtrare ante cibum, tametſi ſimul innuant, quod, ſi aliter factum eſſet, non fuerit venia indignum crimen. GREGORIVS NAZIANZENVS ad hanc conſuetudinem [f] quoque reſpicit, quando docens, non neceſſe eſſe, omnem *CHRISTI* actionem imitatione exprimi, inter alia ait: *Chriſtus paſchatis myſterium diſcipulis in cœnaculo tradidit, & a cœna, & vnico ante paſſionem die: nos in templis, & ante cœnam, & poſt reſurrectionem.* Idem dicit BASILIVS [g] & ex ſcriptoribus *Græcis* multi alii. Et inter *Latinos* diuerſi canones in conciliis *Bracarenſi* [h], *Ma-*

(e) Chryſoſt. ſerm. antequam iret in exilium. tom. IV. p. 969. (p. 845. edit. Frf.) *λέγουσί μοι ὅτι ἔφαγες καὶ ἐβάπτισες· εἰ ἐπόιησα τοῦτο, ἀνάθεμα ἔσομαι· μὴ ἀριθμηθείην εἰς ἐπισκόπων ῥίζαν· μὴ γένωμαι μετ᾽ ἀγγέλων· μὴ ἀρέσω θεῷ· εἰ δὲ καὶ ἔφαγον καὶ ἐβάπτισα, οὐδὲν ἄκαιρον τῶν πραγμάτων ἐπόιησα· --- καθελέτωσαν οὖν Παῦλον, ὅτι μετὰ τὸ δειπνῆσαι ἐχαρίσατο τῷ δεσμοφύλακι τὸ βάπτισμα· τολμῶ λέγειν, καθελέτωσαν καὶ αὐτὸν τὸν χριστὸν, ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον τοῖς μαθηταῖς τὴν κοινωνίαν ἐχαρίσατο.*

(f) Nazianz. orat. XL. de bapt. p. 659. *πάλιν μυσταγωγεῖ τὸ πάσχα τοὺς μαθητὰς ἐν ὑπερῴῳ καὶ μετὰ δεῖπνον, καὶ πρὸ μιᾶς τοῦ παθεῖν ἡμέρας, ἡμεῖς ἐν προσευχῆς οἴκοις καὶ πρὸ τοῦ δείπνου, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν.*

(g) Baſil. homil. I de ieiunio. (tom. I. p. 230. d.) *οὐ δυνατὸν ἄνευ νηστείας ἱερουργίας καταβολμῆσαι, Neque enim fieri poteſt, vt abſque ieiunio quiſquam ſacris operari audeat.*

(h) Concil. Bracar. I. c. XVI. (Labbeo concil. II. c. XVI. tom. V. p. 838.) Si quis quinta feria paſchali, quæ vocatur cœna domini, hora legitima, poſt nonam ieiunus in eccleſia miſſas non tenet, ſed, ſecundum ſectam Priſcilliani, feſtiuitatem ipſius Dei, ab hora tertia, per miſſas defunctorum, ſoluto ieiunio colit, anathema ſit. Bracar. II. c. X. (Labb. conc. III. c. X. p. 898.) Placuit, vt quia per ſtultitiam præſumti nuper erroris, aut certe ex veteris Priſcillianæ adhuc hæreſis fœtore, corruptos cognouimus quoſdam presbyteros in huius præſumtionis audacia detineri, vt in miſſa mortuorum etiam poſt acceptum merum, oblationem auſi ſunt conſecrare; ideoque hoc præ-

tisconensi [i], *Antissiodorensi* [k] & *Toletano* [l] in eamdem sententiam reperiuntur. Quorum quidam *Africanam* consuetudinem communicandi post cibum sumtum feria quinta hebdomadis paschalis permittunt, alii autem propter *Priscillianistarum* errorem interdicunt. Hinc SOCRATES [m] tamquam rem singularem notat in ecclesiis *Aegypti* & *Thebaidis*, quod diebus sabbati sub vesperam, postquam epulati sint & variis cibis saturati, oblatione facta eucharistiam celebrent. Quod in concilio *Trullano* [n] prohibetur, ipsa quinta feria hebdomadis paschalis non excepta. Canon sic habet: *Carthaginensis synodi canon dicit, vt sancta altaris non nisi a sobriis hominibus peragantur, excepto vno die in anno, in quo cœna domini peragitur; tunc fortasse propter aliquas in iis locis occasiones, ecclesiæ vtiles, sanctis illis patribus hac dispensatione vsis. Quum nihil erga nos inducat, vt accuratam obseruationem relinquamus, statuimus, apostolicas ac paternas traditiones sequentes, non oportere in quadragesima postrema septimana quinta feria ieiunium soluere, & totam quadragesimam iniuria adficere.* Ex quibus omnibus

fixe euidentis sententiæ admonitione seruetur, vt si quis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit deprehensus, id est, vt non ieiunus, sed quocumque iam cibo percepto, oblationem consecrauerit, continuo ab officio suo priuatus, a proprio deponatur episcopo.

(i) Concil. Matiscon. II. c. VI. (tom. V. conc p. 982.) Decernimus, vt nullus presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, sacrificia contrectare, aut missas priuatis festisque diebus concelebrare præsumat. Iniustum est enim, vt spiritali alimento corporale præponatur: sed si quis hoc attentare curaverit, dignitatem amittat honoris.

(k) Concil. Antissiod. c. XIX. (ibid. p. 959.) Non licet presbytero, aut diacono, aut subdiacono, post acceptum cibum vel poculum missas tractare.

(l) Concil. Tolet. VII. c. II. (ibid. p. 1839.) Ne, quod naturæ languoris caussa consulitur, in præsumtionis perniciem conuertatur, nullus post cibum potumque quamlibet minimum sumtum missas facere &c.

(m) Socrat. lib. V. c. XXII. Αἰγύπτιοι δὲ γείτονες ὄντες Ἀλεξανδρέων, καὶ οἱ τὴν Θηβαΐδα οἰκοῦντες, ἐν σαββάτῳ μὲν ποιοῦνται συνάξεις· οὐχ ὡς ἔθος δὲ χριστιανοῖς τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσι· μετὰ δὲ τὸ εὐωχηθῆναι καὶ παντοίων ἐδεσμάτων ἐμφορηθῆναι, περὶ ἑσπέραν προσφέροντες, τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσι.

(n) Concil. Trull. c XXIX. Ὁ τῶν ἐν Καρθαγένῃ διαγορεύει κανὼν, ὥστε τὰ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου εἰ μὴ ὑπὸ νηστικῶν ἀνθρώπων μὴ ἐπιτελεῖσθαι, ἐξῃρημένης μιᾶς ἐτησίας ἡμέρας, ἐν ᾗ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἐπιτελεῖται· ἴσως τηνικαῦτα διά τινας κατὰ τοὺς τόπους προφάσεις, τῇ ἐκκλησίᾳ λυσιτελεῖς, τῶν θείων ἐκείνων πατέρων, τῇ τοιαύτῃ χρησαμένων οἰκονομίᾳ· μηδενὸς οὖν ἡμᾶς ἐνάγοντος καταλιπεῖν τὴν ἀκρίβειαν, ὁρίζομεν ἀποστολικαῖς καὶ πατρικαῖς ἑπόμενοι παραδόσεσι, μὴ δεῖν ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστεραίᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν.

appa-

apparet, veteres generatim consueuisse eucharistiam celebrare ieiunos: & consequenter has communes cœnas siue agapas, de quibus iam sermo nobis est, post, non ante, communionem institutas esse oportere. Verumtamen futile argumentum est, quando MABILLONIVS [o] inde necessario sequi putat, vt veteres transsubstantiationem crediderint, quia sacramentum ieiuni receperint. Poterat enim cum eadem ratione ex CHRYSOSTOMO concludere, aquam in baptismo transsubstantiari, quia eum antea audiuimus dicentem, quod baptismum ieiuni semper administrauerint. Et sunt ex viris doctis [p], qui existimant, quod per tria priora sæcula, etsi eucharistiam in conuentibus suis antelucanis generatim acceperint ieiuni, interdum tamen eam sumserint post cœnam. Nam CYPRIANVS disputans contra *Aquarios*, qui mane aquam solam, vesperi autem vinum aqua mixtum, offerebant, non contendit cum illis de ratione celebrandi eucharistiam post cœnam, sed quod non vtroque tempore vinum aqua misceant, ad exemplum *CHRISTI*. Non ita facile silentio præteriisset *Aquariorum* consuetudinem celebrandi eucharistiam vesperi, si non exstitissent eiusdem consuetudinis exempla in ecclesia. Verum quum moris esset in *Aegypto*, eucharistiam die sabbati celebrare a prandio, & in *Africa* vna die per annum post cœnam; ideo quidquid contendit, hoc tantum est [q], quod generalis eccle-

(o) Mabillon. de liturg. Gallic. lib. I. c. VI. n. p. 61. Qui potuit tanta religio afficere maiores nostros in suscipiendo eucharistiæ sacramento, si solam corporis Christi in eo figuram, hoc est nudum panem ac merum vinum residere credidissent?

(p) Vid. Dall. de obiecto cult. relig. lib. II. c. XIX. p. 297. Ex his patet, totis tribus primis christianismi sæculis, tametsi in matutinis fraternitatis conuentibus, & seorsum in ædibus quoque priuatis, sacramentum mane sumi soleret; apud ecclesiam tamen vsitatum fuisse, vt id etiam a cœnatis sumeretur, maxime in sancta agaparum lætitia.
Fell. not. in Cyprian. epist. LXIII. p. 156. (p. 277. edit. Amstelod.) Constat, eucharistiam licet horis antelucanis sumtam, vespere etiam distribui solitam; cuius rei locuples testis Tertullianus lib. de corona c. III. *Eucharistiæ sacramentum tempore victus de præsidentium manu sumimus.* Et alibi monet, vt finitis stationibus sumatur. Consuetudo post cœnam communicandi diu durauit in ecclesia. Socrates enim ait lib. V. c. XXII. Αἰγύπτιοι &c. Vid. sub litt. (m) anteced.

(q) Cyprian. epist. LXIII. ad Cæcil. p. 156. (p. 277. edit. Amstelod.) *Obiectio A-*

ſiæ conſuetudo celebrandi in matutinis ſolum cœtibus euchariſtiam, non pugnet cum regula *CHRISTI*, quamuis ille eam veſperi poſt cœnam dediſſet: Quia *CHRISTVS* peculiarem actionis ſuæ rationem habuerit, neque ea eccleſiam obligare voluerit. *CHRISTVM* obtuliſſe, dicit, circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum & veſperam mundi; eccleſiam autem reſurrectionem ſeruatoris ſui mane celebrare. Aliam quoque rationem adfert, quamobrem non ita generatim ſub veſperam ſicuti mane celebrent, quia plebs non æque veſperi atque mane ad conuiuium conuocari poſſit. Vnde patet, tempore CYPRIANI non fuiſſe abſolutam quamdam regulam, qua communio poſt cœnam fuerit vetita, licet hæc conſuetudo generatim inueteraſcere cœpiſſet, & communis iam mos eſſet, vt in matutinis conuentibus euchariſtia a ieiunis reciperetur.

§. IX.

Hæc conuiuia communia initio in eccleſia agitata: deinde autem conciliorum decretis interdicta.

VNVM adhuc obſeruandum eſt de communibus eorum conuiuiis, quod quum ad fouendam vnitatem ac caritatem ſpectauerint, plerumque in eccleſia per tria priora ſæcula agitari ſolita ſint, quemadmodum viri eruditi [r] ex canone con-

quariorum: An illa ſibi aliquis comtemplatione blanditur, quod, etſi mane aqua ſoli offerri videtur, tamen, quum ad cœnandum venimus, mixtum calicem offerimus? *Cypriani reſponſio*: Sed quum cœnamus, ad conuiuium noſtrum plebem conuocare non poſſumus, vt ſacramenti veritatem fraternitate omni præſente celebremus. *Aquarii porro obiiciebant:* At enim non mane, ſed poſt cœnam mixtum calicem obtulit dominus. *Cyprianus reſpondebat:* Numquid ergo dominicum poſt cœnam celebrare debemus, vt ſic mixtum calicem frequentandis dominicis offeramus? Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum & veſperam mundi. --- Nos autem reſurrectionem domini mane celebramus.

(r) Beuereg. not. in can. LXXIV. Trull. p. 161. Et quidem eas, (agapas) in ipſis eccleſiis celebratas fuiſſe ex præſenti & ſynod. Laod. can. XXVIII patet, quibus illud prohibetur. Non opus eſt autem, vt illud prohiberetur, quod numquam factum fuit.
Suicer. theſaur. eccleſ tom. I. p. 27. Etſi antea in templis & eccleſiis ex more apoſtolico celebrari ſolita eſſent huiuſmodi conuiuia chriſtiana, concilium nihilominus Laodicenum ea remouit a templis can. XXVIII. cuius verba ſunt: Οὐ δεῖ κ.τ.λ. Vid. ſub litt. (t) ſeq.

cilii

cilii *Gangrensis* [s] concludunt, qui contra *Eustathianos* factus sic habet: *Si quis contemnat eos, qui agapas ex fide faciunt, & propter Dei honorem fratres conuocant, & nolit vocationibus communicare, parui pendens quod geritur, anathema sit.* Hi *Eustathiani* homines erant, qui in ædibus priuatis conuentus agitabant, contemnentes ecclesiam; quæ huius canonis aduersus eos factæ ratio est. Verumtamen istiusmodi abusus in hisce conuiuiis interdum committebantur, vt synodus *Laodicena* non multo post, lege aduersus eorum celebrationem in ecclesia [t] lata, interdiceret, ne in domo Dei comederetur vel sternerentur accubitus. Simile decretum in concilio tertio *Carthaginensi* [u] factum legimus, quo clerici in ecclesia conuiuari vetantur, nisi forte peregrinantes, deficientibus hospitiis aliis, illic reficiendi sint: populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri possit, prohiberi iubentur. Verum enim vero consuetudo prodierat longius, quam vt vno tempore omnino abrogari posset, & propterea ex AVGVSTINI responsione ad *Faustum Manichæum* videmus, adhuc ea ætate in ecclesia illam fuisse obseruatam. Quando enim *Faustus* duo aduersus istas agapas opponit; 1.) Quod non sint nisi semen epularum gentilium, in agapas versarum, 2.) Quod catholici in memoriis martyrum se inebrient: AVGVSTINVS primam incusationem, tamquam meram calumniam, reiicit, narrans ei [w], ecclesiæ agapas spectare ad pascendos pauperes siue frugibus siue carnibus: secundam autem incusationem ex parte concedit, vt recte se habentem, quod populi

(s) Concil. Gangrens. can. XI. (tom. II. concil. p. 419.) *Εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίστεως ἀγάπας ποιούντων, καὶ διὰ τιμὴν τοῦ κυρίου συγκαλούντων τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ μὴ ἐθέλοι κοινωνεῖν ταῖς κλήσεσι, διὰ τὸ ἐξευτελίζειν τὸ γινόμενον, ἀνάθεμα ἔστω.*

(t) Concil. Laodic. c. XXVIII. *Οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκκούβιτα στρωννύειν. Non oportet in basilicis, seu ecclesiis sic dictas facere agapas & in domo Dei manducare, & accubitus sternere.*

(u) Concil. Carth. III. c. XXX. Vt nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiant: populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

(w) Aug. contr. Faust. lib. XX. c. XX. (tom. VI. opp. p. 374. ed. Basil. MDLXIX.) Nec sacrificia eorum vertimus in agapas. --- Agapæ enim nostræ pauperes pascunt siue frugibus, siue carnibus &c.

has agapas adhuc in ecclesia celebrent, & quod nonnulla minus recte & decenter ab eis inibi fiant. Sed hæc ab ecclesia catholica non approbari dicit. *Qui*, inquit [x], *se in memoriis martyrum inebriant, quomodo a nobis approbari possunt, quum eos, etiamsi in domibus suis id faciant, sana doctrina condemnet? Sed aliud est, quod docemus, aliud quod sustinemus, aliud, quod præcipere iubemur, aliud, quod emendare præcipimur, & donec emendemus, tolerare compellimur.* AVGVSTINVS [y] *Mediolani* omnis generis conuiuia in ecclesia ab *Ambrosio* cum felici successu interdicta fuisse narrat: & hic ipse erat, qui *Aurelium* episcopum *Carthaginensem* monebat, vt ante memoratus canon [z] contra istam licentiosam consuetudinem fieret, sperans fore, vt exemplo AMBROSII penitus tolleretur. In *Gallia* a concilio *Aurelianensi* secundo [a] prohibita est an. DXLI. Attamen his omnibus non obstantibus, quædam huius consuetudinis reliquiæ sæculo septimo superfuerunt, quandoquidem synodus *Trullana* [b] canonem *Laodicenum* contra conuiuandi morem in ecclesia sub pœna excommunicationis repetere ac confirmare necesse habuit. Adeo difficile erat, exstirpare veteris consuetudinis abusus, quin & ipsa consuetudo destrueretur, quæ in origine sua innocens e-

(x) Augustin. ibid. c. XXI.

(y) August. confess. lib. VI. c. II. Quum ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat (de matre sua loquitur); pultes & panem & merum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur; vbi hoc episcopum vetuisse cognouit, tam pie atque obedienter amplexa est, vt ipse miraretur, quod tam facile accusatrix potius consuetudinis suæ quam disceptatrix illius prohibitionis effecta sit. --- Vbi comperit, a præclaro prædicatore atque antistite pietatis præceptum esse, illa non fieri, nec ab eis, qui sobrie facerent, ne vlla occasio se ingurgitandi daretur ebriosis, & quia illa quasi parentalia superstitioni gentilium essent simillima, abstinuit se libentissime &c.

(z) Aug. epist. LXIV. ad Aurelium tot.

(a) Concil. Aurel. II. c. XII. (tom. IV. conc. p. 1781.) Ne quis in ecclesia votum suum cantando, bibendo vel lasciuiendo dissoluat, quia Deus talibus votis irritatur potius quam placetur.

(b) Concil. Trull. c. LXXIV. (tom. VI. concil. p. 1175.) Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ ἐσθίειν, καὶ ἀκκούβιτα στρωννύειν· οἱ καὶ τοῦτο ποιεῖν τολμῶντες ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀφοριζέσθωσαν. *Quod non oportet in dominicis locis vel ecclesiis eas, quæ dicuntur, agapas, id est, caritates facere, & intus in æde comedere & accubitus sternere. Qui autem hoc ausi fuerint, vel cessent vel segregentur.*

rat

rat & tam vtilis ecclesiæ christianæ, quoad ab abusibus manebat libera, vt apud gentiles in inuidia esset & admiratione.

§. X.

Quomodo priscis temporibus christianos ob has agapas gentilium alii insectati & calumniati, alii admirati iisque æmulati sint.

EQVIDEM nonnulli ad calumniandum ac infamandum christianos ob hanc innocentem consuetudinem, tamquam nescio quibus facinoribus obnoxiam, malitiose erant propensi. CELSO præcipuum criminationis caput fuisse, a christianis clancularios conuentus haberi, eamque criminationem eo spectasse, vt calumniaretur has agapas, mutuæ caritatis testandæ caussa institutas, ORIGENES [c] auctor est. Quod TERTVLLIANVS etiam notauit in eo capite *apologetici* [d], vbi elegantem istam conuiuiorum christianorum descriptionem nobis memoriæ prodidit, huic ipsi calumniæ oppositam. Alii hæc conuiuia detestandæ impuritatis incusabant. Cui calumniæ respondens MINVCIVS FELIX [e], *Nos*, inquit, *conuiuia non tantum pudica colimus, sed & sobria: nec enim indulgemus epulis aut conuiuium mero ducimus: sed grauitate hilaritatem temperamus, casto sermone, corpore castiore, plerique inuiolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur.* Alii addebant horrendam illam fabulam de *ἀνθρωποφαγίᾳ* & *Thyesteis* dapibus, hoc est more edendi carnem bibendique sanguinem humanum. Quæ memoratur & refellitur ab omnibus apologetis, ATHENAGORA [f],

(c) Orig. c. Cels. lib. I. p. 4. *πρῶτον τῷ Κέλσῳ κεφάλαιόν ἐστι, διαβαλεῖν χριστιανισμὸν, ὡς συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους ποιουμένων χριστιανῶν, παρὰ τὰ νενομισμένα --- καὶ βούλεται διαβαλεῖν τὴν καλουμένην ἀγάπην χριστιανῶν πρὸς ἀλλήλους, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ κινδύνου ὑφισαμένην.*

(d) Tertull. apol. c. XXXIX. Cœnulas nostras, præterquam sceleris infames, vt prodigas quoque sugillatis. &c.

(e) Minuc. Octau. p. 92. (p. 121. edit. Halens. MDCXCIX.) De incesto conuiuio fabulam grandem aduersum nos dæmonum coitio mentita est. At nos conuiuia &c.

(f) Athenag. legat. p. 34. *Ἔτι δὲ καὶ τροφὰς καὶ μίξεις λογοποιοῦσιν ἀθέους καθ' ἡμῶν, ἵνα τε μισεῖν νομίζοιεν μετὰ λόγου, καὶ οἰόμενοι τῷ δεδίττεσθαι, ἢ τῆς ἐνστάσεως ἀπάξειν ἡμᾶς τοῦ βίου, ἢ πικροὺς καὶ ἀπαραιτήτους, τῇ τῶν αἰτιῶν ὑπερβολῇ τοὺς ἄρχοντας παρασκευάζειν. Illi vero etiam* epulas detestandas & *concubitus incestos fingere de nobis audent, partim ne temere nobis infensi vi-*

THEO-

THEOPHILO [g], TERTVLLIANO [h], MINVCIO [i], ORIGENE [k],

deantur: partim quod ita existiment, vel nos metu perculsos a nostra professione abduci, vel principum animos, propter flagitiorum magnitudinem, aduersus nos concitari & exasperari posse.

(g) Theophyl. ad Autolyc. lib. III. p. 119. φασκόντων ὡς κοινὰς ἁπάντων ἔσας τὰς γυναῖκας ἡμῶν, καὶ διαφόρῳ μίξει ξυνόντας, ἔτι μὴν καὶ ταῖς ἰδίαις ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ τὸ ἀθεώτατον καὶ ὠμότατον, πάσων σαρκῶν ἀνθρωπίνων ἐφάπτεσθαι ἡμᾶς. *Aiunt, nostras vxores esse communes & promiscuo concubitu nos vti criminantur. His accedit, quod crimini nobis vertunt, quasi nec a propriis sororibus nobis temperemus, verum & has incesta libidine temerario ausu violemus. Istud praeterea & crudelissimum & immanissimum est, quod nobis intendunt crimen, dum impio ore garriunt*, nos humanis vesci carnibus.

(h) Tertull. apolog. c. VII. Dicimur sceleratissimi, de sacramento infanticidii, & pabulo inde; & post conuiuium incesto, quod euersores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurent. Dicimur tamen semper, nec vos, quod tamdiu dicimur, eruere curatis &c.

(i) Minuc. Octau. c. IX. n. 7. seqq. p. 29. edit. Halens. De initiandis tirunculis fabula tam detestanda quam nota est. Infans farre contectus, vt decipiat incautos, apponitur ei, qui sacris imbuitur, is infans a tirunculo farris superficie, quasi ad innoxios ictus prouocato, caecis occultisque vulneribus occiditur. Huius (proh nefas!) sitienter sanguinem lambunt: huius certatim membra dispertiunt: hac foederantur hostia: hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur. Haec sacra sacrilegiis omnibus tetriora. Et de conuiuio notum est (passim omnes loquuntur) id etiam Cirtensis nostri testatur oratio: ad epulas solemni die coëunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines & omnis aetatis. Illic post multas epulas, vbi conuiuium caluit, & incestae libidinis feruor ebrietate exarsit, canis, qui candelabro nexus est, iactu offulae vltra spatium lineae, qua vinctus est, ad impetum & saltum prouocatur. Sic euerso & exstincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis inuoluunt per incertum sortis, &, si non omnes opera, conscientia tamen pariter incesti; quoniam voto vniuersorum appetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum.

(k) Origen. contr. Cels. lib. VI. p. 302. Μετὰ ταῦτα παραπλήσιόν τι ποιεῖν μοι δοκεῖ τοῖς διὰ πολλὴν τὴν πρὸς χριστιανὰς ἀπέχθειαν διαβεβαιωμένοις πρὸς τὰς μηδαμῶς εἰδότας τὸ χριστιανῶν, ὅτι ἄρα τῇ πείρᾳ κατείληφε χριστιανὰς ἐσθίοντας σάρκας παιδίων, καὶ μίξεσι ταῖς πρὸς τὰς παρ' αὐτοῖς γυναῖκας ἀνέδην χρωμένας. *Post haec videtur mihi facere, sicut quidam nomini christiano infensissimi* (hoc est Iudaei vid. p. 293. fin.) *qui apud ignorantes, qualis sit christiana religio, reipsa expertos se adseuerant, quod hoc genus hominum vescatur* infantulorum carnibus, *& promiscue sine pudore contrectet eiusdem sectae feminas.*

IVSTI-

IVSTINO MARTYRE [*l*], & multis aliis, quos lector reperire poteſt a CHRISTIANO KORTHOLDO [*m*], viro erudito, in libro ſuo de *calumniis paganorum in veteres chriſtianos ſparſis*, collectos. Cauſſa huius calumniæ a multis veterum impuris *Carpocratianorum* [*n*] aliorumque hæreticorum ritibus tribuitur, ad minimum tacite & indirecte, dum iſtius criminis eos accuſant, cuius pagani chriſtianos inſimulabant generatim. Atque ita multi recentiores dicunt [*o*], iſtorum fulti auctoritate, OECV-

(*l*) Iuſtin. Mart. apol. I. p. 50. *τίς φιλήδονος, ἢ ἀκρατὴς, καὶ* ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν *ἀγαθὸν ἡγέμενος, δύναιτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτῶ ἀγαθῶν στερηθῇ; Quis voluptatis conſectator, aut per animi impotentiam intemperans, &* humanarum carnium *dapes pro bono ducens mortem libenter complecti queat, vt bonis ſuis ſe ipſum priuet?* Id. apol. II. p. 70. b. *εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογέμενα ἔργα πράττεσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν, καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις, καὶ* ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰς, *ἐ γινώσκομεν. An vero etiam hi infamia illa & fabuloſis in vulgus ſparſa ſermonibus facinora in ſe admittant, lucernæ euerſionem & promiſcuos concubitus &* humanarum carnium vorationes, *neſcimus.* Id. dialog. cum Tryph. c. 227. b. *μὴ καὶ ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπες, καὶ μετὰ τὴν εἰλαπίνην ἀποσβεννύντες τὲς λύχνες, ἀθέσμοις μίξεσι ἐγκυλιόμεθα; An vos etiam de nobis creditis, homines nos vorare; & poſt epulum, lucernis exſtinctis, nefario promiſcue concubitu inuolui?*

(*m*) Korthold. de calumn. pagan. cap. XVIII. p. 157 -- 172.

(*n*) Epiphan. hæreſ. Gnoſtic. n. V. *καταςπάσαντες τὸ ἔμβρυον καιρῷ, οἵῳ δ' ἂν ἐπιχειρήσωσι, λαμβάνεσιν ἐκτρωθὲν τῦτο τὸ βρέφος, ἐν ὅλμῳ τινὶ κόπτεσιν ὑπέρῳ, καὶ ἐγκαταμίξαντες μέλι καὶ πέπερι, καὶ ἄλλα τινὰ ἀρώματα, καὶ μῦρα, πρὸς τὸ μὴ ναυτιᾷν αὐτὲς· ὕτως συναχθέντες πάντες, οἱ τῆς τῶν χοίρων τέτων καὶ κυνῶν θιασῶται, μεταλαμβάνεσιν ἕκαστος τῷ δακτύλῳ ἀπὸ τῦ κατακοπέντος παιδίε· καὶ ὕτως τὴν ἀνθρωποβορίαν ἀπεργασάμενοι, εὔχονται λοιπὸν τῷ θεῷ. Informem adhuc fœtum ex vtero detractum, quocunque iis tempore viſum eſt, infantem, inquam, abortione proiectum in mortario piſtillo tundunt. Cui ad vitandam nauſeam mel ac piper cum aliis aromatibus & vnguentis admiſcent. Tum in vnum collecto porcorum ac canum ſodalitio, vnuſquiſque e comminuto infantuli corpuſculo digito delibat. Sic humanis carnibus paſti ad orandum Deum ſeſe conuertunt.*

Euſeb. lib. IV. c. VII. tot. Aug. de hæreſi c. XXVI. XXVII. Sacramenta perhibentur funeſta habere. Nam de infantis anniculi ſanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quaſi euchariſtiam ſuam conficere perhibentur, miſcentes eum farinæ panemque inde facientes. Qui puer ſi mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre; ſi autem vixerit, pro magno ſacerdote.

(*o*) Dall. de obiecto cult. relig. lib. II. c. XXVIII. tot. p. 332 - 338. Baron. an. CXX. n. XXII. & an. CLXXIX. n. XLIV.

MENIVS [*p*] aliam eius rei reddit rationem. Loquens enim de christianorum *Lugdunensium* persecutione sub *Antonino*, ita edisserit: *Quum Græci* (intelligit gentiles) *christianorum catechumenorum seruos apprehendissent, & vim facerent, vt arcanum aliquid de christianis ab his discerent; quumque hi serui nihil quidem haberent, quod ad cogentium voluptatem ac gratiam dicerent, audiuissent vero ab heris suis, diuinam communionem esse sanguinem & corpus CHRISTI, ipsi putantes, quod re vera esset sanguinis & caro* (αὐτοὶ νομίζοντες τῷ ὄντι αἷμα καὶ σάρκα εἶναι) *hoc ipsum inquirentibus enuntiarunt. Hi vero id ita accipientes, quasi hoc vere & in re ipsa a christianis perageretur* (ὡς αὐτόχρημα τοῦτο τελεῖσθαι χριστιανοῖς) *id apud alios quoque Græcos euulgabant; & Sanctum & Blandinam, vt id ipsum confiterentur, tormentis subigere conabantur, quibus scite libereque respondit Blandina, dicens: Quomodo hæc ferrent, qui exercitationis caussa ne concessis quidem carnibus fruuntur?* Hæc narratio si recte se habet, probabit, paganos calumniam suam falsa persuasione, quam de hoc christianorum sacramento habuerunt, fundauisse. Nullo autem modo id euincet, quod PERRONIVS & multi alii de *Romanensibus* volunt, propriam huius fabulæ rationem fuisse eam, quod christiani eucharistiam vere, proprie ac substantialiter carnem ac sanguinem *CHRISTI* esse crediderint. Nam expressis verbis dicitur, gentiles falso existimasse, quod vere sanguis & caro esset, christianos autem id pernegasse, quomodo OECVMENIVS narrat historiam. Quæ tamen quodam modo differt a genuinis actibus in EVSEBIO [*q*]; nulla enim in his mentio eucharistiæ habetur, sed res in hunc modum relata legitur: *Capti sunt quidam nostrorum serui, qui gentiles erant, (præses enim nos omnes publice requiri iusserat). Qui dæmonis impulsu, quum tormenta*

(*p*) Oecumen. in 1 Petr. III, 16. χριστιανῶν κατηχουμένων δούλους Ἕλληνες συλλαβόντες, εἶτα μαθεῖν τι παρὰ τούτων δῆθεν ἀπόῤῥητον περὶ χριστιανῶν ἀναγκάζοντες· οἱ δοῦλοι οὗτοι μὴ ἔχοντες, πῶς τὸ τοῖς ἀναγκάζουσι καθ' ἡδονὴν ἐρεῖν, παρόσον ἤκουον τῶν δεσποτῶν, τὴν θείαν μετάληψιν αἷμα καὶ σῶμα εἶναι χριστοῦ, αὐτοὶ νομίσαντες τῷ ὄντι αἷμα καὶ σάρκα εἶναι, τοῦτο ἐξεῖπον τοῖς ἐκζητοῦσιν· οἱ δὲ λαβόντες ὡς αὐτόχρημα τοῦτο τελεῖσθαι χριστιανοῖς καὶ δὴ τοῦτο τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐξεπόμπευον· καὶ τοὺς μάρτυρας Σάγκτον καὶ Βλανδίναν ὁμολογῆσαι διὰ βασάνων ἠνάγκαζον· οἷς εὐστόχως Βλανδίνα ἐπαῤῥησιάσατο, πῶς ἄν, εἰποῦσα, τούτων ἀνάσχοιντο, οἱ μηδὲ τῶν ἐφειμένων κρεῶν δι' ἄσκησιν ἀπολαύοντες.

(*q*) Euseb. lib. V. c. I. p. 155. (p. 127. edit. Colon.) συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων· ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας

re-

reformidarent, quæ ſanctos perpeti videbant, militibus ad hoc ipſum eos incitantibus, Thyeſteas quaſdam cœnas & inceſtos Oedipi concubitus, & alia, quæ nec proloqui nobis nec cogitare fas eſt, ac ne credere quidem ſuſtinemus, apud homines vmquam geſta fuiſſe, aduerſus nos mentiti ſunt. Vt adeo chriſtianorum fides de euchariſtia huic hiſtoriæ occaſionem dare non potuerit, ſed ea aut ex *Carpocratianorum* facinoribus, aut (ad quod credendum eruditus KORTHOLDVS [r] non ſine probabilibus rationibus propendet) ex mera malitia & fictione nata ſit ipſorum gentilium, quorum nonnulli numquam verebantur ea chriſtianis adfingere, quibus eos infamare hominumque odio exponere poterant. Verumtamen licet multi eſſent, qui hæc chriſtianorum conuiuia variis calumniis onerabant, erant tamen quoque, qui egregios eorum effectus poterant diſcernere, vtpote qui non tantum in aliorum chriſtianorum, ſed ipſorummet gentilium oculos incurrebant, eorumque ſe inſinuabant in animos, vt exclamarent aliquando, *Vide, vt inuicem ſe diligant?* quemadmodum TERTVLLIANVS [s], loquens de chriſtianorum caritate & ſtipem conferendi ſtudio, obſeruat. Quid? *Iulianus* ipſe, infenſiſſimus alioquin chriſtianorum hoſtis, non poterat ſibi temperare, quin huius conſuetudinis vtilitati perhiberet teſtimonium, quam ille inuidis oculis intuebatur, quippe qua religionem chriſtianam potiſſimum ſuſtentari, religionem autem gentilium ſubrui, credebat. Ita enim in epiſtola quadam ad ſacerdotes gentilitatis ſuperſtitioni addictos, ad liberalitatem exemplo chriſtianorum eorumque agaparum illos prouocat: *Religionis in Deum*, inquit [t],

---

ἡμᾶς· κατ᾽ ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ φοβηθέντες τὰς βασάνους, ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας· τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς, κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα καὶ Οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μὴ δὲ πιστεύειν, εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο.

(r) Korthold. vbi ſupra p. 163. Ex his infandis hæreticorum facinoribus natæ creduntur iſtæ aduerſus chriſtianos veteres calumniæ, de quibus ſupra dicebamus. Sed enim, ſi dixerimus, quæ ad eum modum memoratis illis hæreticis tribuuntur, non vſque adeo certa videri, quia de iis dubitare liceat, nihil forte abſurdi deſignauerimus. Cur ita ſentiam, dicam paucis, iudicio interim ac deciſioni doctiorum rem omnem committens. &c.

(s) Tertull. apologet. c. XXXIX.

(t) Iulian. fragment. epiſt. p. 555. (p. 305. edit. Lipſ. MDCXCVI. fol.) Δεῖγμα τοῦ

argu-

argumentum eſt, ſi propinquos omnes ad pietatem erga deos capeſſendam alliciat (ſacerdos); *humanitatis, ſi vel ex modico libenter pauperibus impertiat prolixeque communicet, ac quamplurimos ſua complecti liberalitate ſtudeat. Et ad hanc partem maiore quadam attentione opus eſt, vnde remedii aliquid adferatur, quia nefandi Galilæi* (quo nomine plerumque vocat chriſtianos) *animaduerſo, pauperes ſacerdotibus neglectui eſſe, in id humanitatis genus incubuerunt, & factionem ſuam hac officii ſpecie corroborarunt. Nam velut, qui pueros placenta aliqua decipiunt, quam quum bis terue illis dederint, & ad ſe ſequendos hac arte pellexerint, demum ab ædibus procul abſtractos & in nauem impoſitos diſtrahunt, vt quod breuem iucunditatem attulit, id acerbum in omni vita ſentiatur: ſic iſti ab ea, quam vocant, agape & conuiuio menſarumque miniſterio incipientes, fideles gentiles ad deorum contemtum impietatemque perducunt.* Hæc perfectiſſima eſt iſtorum conuiuiorum vindicatio ab omnibus maculis, quas eis adſperſerunt priſtini gentiles, nec non amplum vtilitatis eorum teſtimonium ex ore aduerſarii, qui inuidis obſeruabat oculis progreſſus, quos religio chriſtiana in orbe terrarum faciebat horum conuiuiorum beneficio, quæ proinde in cultum deorum ſuorum, cum multis iſtiuſmodi ritibus aliis, in chriſtianæ inſtitutionis imitationem introducere adnitebatur. Fortunata fuiſſet religio chriſtiana, ſi chriſtianis numquam impoſita fuiſſet neceſſitas ſuis ipſorum agapis aliud quidquam obiectandi, quam quidem *Iulianus*, acerrimus rei chriſtianæ inimicus, aduerſum eas dicere habuit: Sic innocenter & glorioſe continuari, atque vtilis laudabiliſque ritus in hodiernum vſque diem manere potuiſſent.

φιλοθέου μὲν, εἰ τοὺς οἰκείους ἅπαντας εἰς τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν εἰσαγάγοι· τοῦ φιλανθρώπου δὲ, εἰ καὶ ἐξ ὀλίγων εὐκόλως κοινωνεῖ τοῖς δεομένοις, καὶ μεταδίδωσι προθύμως, εὖ ποιεῖν ἐπιχειρῶν ὅσους ἂν οἷόν τε ἦν· προσεκτέον γὰρ μάλιστα τῷ μέρει τούτῳ καὶ τὴν ἰατρείαν ὅθεν ποιητέον· Ἐπειδὴ γὰρ οἶμαι συνέβη, τοὺς πένητας ἀμελεῖσθαι παρορωμένους ὑπὸ τῶν ἱερέων, οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι κατανοήσαντες, ἐπέθεντο ταύτῃ φιλανθρωπίᾳ· καὶ τὸ χείριστον τῶν ἔργων, διὰ τοῦ δοκοῦντος τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐκράτυναν· ὥσπερ οἱ τὰ παιδία διὰ τοῦ πλακοῦντος ἐξαπατῶντες τῷ καὶ δὶς καὶ τρὶς προέσθαι, πείθουσιν ἀκολουθεῖν ἑαυτοῖς· εἶθ᾽ ὅταν ἀποστήσασι πόρρω τῶν οἰκιῶν, ἐμβάλλοντες εἰς ναῦν ἀπέδοντο· καὶ γέγονεν εἰς ἅπαντα τὸν ἑξῆς βίον πικρὸν τὸ δόξαν πρὸς ὀλίγον γλυκύ· τὸν αὐτὸν καὶ αὐτοὶ τρόπον ἀρξάμενοι διὰ τῆς λεγομένης παρ᾽ αὐτοῖς ἀγάπης καὶ ὑποδοχῆς καὶ διακονίας τραπεζῶν· ἔστι γὰρ ὥσπερ τὸ ἔργον, οὕτω δὲ καὶ ὄνομα παρ᾽ αὐτοῖς πολύ· πιστοὺς ἐπήγαγον εἰς τὴν ἀθεότητα.

LIBRI

LIBRI DECIMI QVINTI
CAPVT OCTAVVM
QVAENAM PRAEPARATIO TAMQVAM NECESSARIA IN COMMVNICANTIBVS AD DIGNAM EVCHARISTIAE RECEPTIONEM REQVISITA FVERIT.

§. I.

Generalis quædam responsio ad hanc quæstionem, remittens ad factam ab vnoquoque christiano in baptismo pœnitentiæ, fidei ac sanctæ obedientiæ professionem.

MELIVS ad hanc quæstionem verbis generalioribus respondere non possumus, quam si dicamus, præparationem, quam ceu necessariam in quolibet christiano requisiuerunt veteres, sitam fuisse in præstandis conditionibus, quas sibi quisque in baptismo imposuerit; quarum obseruatio hominem in statum christianum collocabat & gratiam Dei; & continua erat ad mortem futurumque iudicium præparatio; & consequenter continua ac vsu firmata præparatio ad appropinquandum ad Deum in precibus & sacris mysteriis (inter quæ, quod ad præparationem attinet, veteres exiguum aut omnino nullum discrimen statuebant) quandoquidem præparatio erat, hominem aptum reddens ad sacram eucharistiam singulis diebus vel hebdomadibus constanter recipiendam; quæ res iis erat conuenientissima, quibus propemodum quotidie, ex regulis & consuetudine istorum priorum sæculorum, sacra cœna vtendum erat, quemadmodum capite proximo videbimus. Iam vero conditiones, quas sibi quisque in baptismate imponebat, vti libro quodam antecedente audiuimus, professio erat & præstatio trium istarum rerum 1.) Pœnitentiæ, siue abrenuntiationis omnis pristini peccati, vna cum eius auctore, diabolo. 2.) Fidei de diuersis christianæ institutionis articulis siue pietatis mysteriis. 3.) Sanctæ & constantis obedientiæ ac reuerentiæ in sanctæ huius religionis leges. Quas res fideliter & sine vlla dissimulatione præstando quilibet ad baptismum recipiendum recte se præparare credebatur. Per quas autem res baptismate

 quis

quis dignus fiebat, per easdem etiam eucharistiæ fiebat dignus; cuius adserti euidens hoc est testimonium, quod simul atque aliquis baptizatus erat, statim sacræ eucharistiæ particeps fieret; Quod fieri non poterat, quin is, qui ad baptismum recipiendum idoneus erat, ad sumendam quoque eucharistiam idoneus haberetur. Vt adeo, qui in singulis fœderis baptismalis partibus tuendis studiose diligenterque versabatur, is continuo vsu & exercitatione ad quotidianam eucharistiæ receptionem crederetur sese præparare. Et hæc erat felix illa vitæ christianæ ratio, quæ sanctos istos priscorum temporum homines ad eiusmodi crebrum sacræ cœnæ vsum aptos reddebat; quando communio sæpissime iterata ardentem pietatem ac vniuersalem sanctimoniam in animabus eorum alebat, & eiusmodi continuæ sanctimoniæ status crebrioris communionis capaces eos faciebat & cupidos. Hæc enim sancte coniuncta copulataque agebant mutuo & inter se adiuuabant. Vsu continuo augescens sanctitas, constans ad communionem erat præparatio; & crebra communio de optimis erat subsidiis ad conseruandum eos in continua ad illam præparatione. Quibus igitur istiusmodi erat animi indoles, & qui sic se gerebant, illis præter constantem piæ vitæ tenorem non ita multo labore opus esse poterat; nec multo tempore ad præparandum se ad sacram cœnam, quum totum vitæ ipsorum negotium non nisi vnus & continuus præparationis ad eam actus esset. Sic viuebant, vt qui semper mortem exspectarent, illius tamen horam nescirent, adeoque iugem adhibebant ad eam præparationem, quæ optima ad recipiendam communionem præparatio est. Lumbi eorum succincti erant & lucernæ ardentes, ipsi autem similes iis, qui exspectant dominum suum, vt quum venerit & pulsarit, statim aperire ei possint. Et ad hos spectabat illud *CHRISTI*: *Beati serui illi, quos, quum venerit dominus, inuenerit vigilantes.* De illis, si de vllis aliis, vere dici poterat, quod venerit *CHRISTVS* & inuenerit eos vigilantes: quod præcinxerit se & fecerit, vt discumberent ad spirituale conuiuium, & accedens ministrarit eis.

§. II.

§. II.

Quænam errata cum hac professione & statu gratiæ ac continua præparatione ad sacram eucharistiam consistere potuerint.

DIXERIS vero, istiusmodi constantem ac continuam præparationem ad eucharistiam esse ἐκ τῶν ἀδυνάτων: neminem enim viuere sine peccato, cuius eum pœnitere necesse sit. *In multis inpingimus omnes:* Et, *Si dixerimus, nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus & veritas in nobis non est.* Enimuero non obstante hac credita difficultate, patres fidem nobis faciunt, multos in continua ad communionem occupatos fuisse præparatione, & re ipsa quotidie communicasse. Peccata enim, quæ homines ab eucharistiæ vsu simpliciter excludunt, non sunt leviora ista humanæ fragilitatis ac infirmitatis peccata, quibus quotidie impetimur, & sine quibus nemo mortalium viuit; sed habitualia & regnantia peccata, quibus homo indulget, siue istiusmodi maiorum peccatorum actus, qui habitum peccati æquant, & seueriorem requirunt pœnitentiam, vt sunt adulteria, cædes & eius generis alia, quæ grauius conscientiam vulnerant, nec repente, sed longiore disciplina, maiorem seueritatem in pœnitentia & longius probationis tempus exigente, curari solent. Illa autem humanæ fragilitatis peccata, quæ optimus quisque hoc vel illo modo quotidie committit, non sunt huius generis, sed talia, quæ cum boni christiani professione & statu gratiæ ac continua ad sacram eucharistiam præparatione possunt consistere, neque hominem a Dei gratia excludunt; quoad contra illa resistit & repugnat; deque eis tamquam erratis, generali quadam & quotidiana ductus pœnitentia, dolet, qua lege Deus ea libenter remittit & condonat. Quod nisi sic esset, non posset præparatio ad communionem vllum omnino locum habere: neque id tantum crebram ac quotidianam communionem, sed communionem quamcumque destrueret; siquidem nemo sine istiusmodi erratis viuit; & si homini non prius sacra synaxi vti liceret, quam perfecte peccata illa emendasset, perpetuo abstinere se a communione deberet, nec vllo vmquam tempore ad recipiendam eucharistiam accedere. Quod esset, ipsam eius institutionem tollere, faciendo, vt nemo perfecte & digne ad eam se præparare

rare poſſet. Et verendum omnino eſt, nonnullos in his poſtremis ætatibus, rem iuſto longius extendendo, hanc magnam iniuriam feciſſe religioni, dum ab hominibus eiuſmodi requiſiuere præparationem ad euchariſtiam, quæ obtineri nequit, pauidaſque mentes a diuina inſtitutione, maioris in eam reverentiæ obtentu, deterret. Vnde ſæpius factum eſt, vt qui ad eam recipiendam fortaſſis omnium maxime erant præparati, ob minus neceſſarios ſcrupulos & terrores longiſſime inde repellerentur. At vero veteres huic illuſioni anteuertere ſummopere adlaborabant, docebantque homines ſtudioſiſſime, quæ ſit diſtinctio inter ea peccata, quæ conſcientiam vaſtant euertunque ſtatum gratiæ, ac homines ſacra euchariſtia indignos faciunt; & inter illa peccata infirmitatis & humanæ fragilitatis, quæ cum gratiæ ſtatu poſſunt conſiſtere, nec hominem a conſtanti ſacramenti vſu arcent; quippe quæ generali reſipiſcentia & quotidianis precibus pro obtinenda venia & remiſſione abolentur. Hæc doctrina, qua ita inter peccata diſtinguitur, ſæpe ab AVGVSTINO & aliis inculcatur. Satis habebimus, ſi eorum ſenſum ex verbis AVGVSTINI [a] in articulum de remiſſione peccatorum in ſymbolo, perceperimus, vbi loquens apud catechumenos ait: *Quum baptizati fueritis, tenete vitam bonam in præceptis Dei: vt baptiſmum cuſtodiatis vſque in finem. Non vobis dico, quia ſine peccato heic viuetis; ſed ſunt venialia, ſine quibus vita iſta non eſt. Propter omnia peccata baptiſmus inuentus eſt: ſine quibus eſſe non poſſumus, oratio inuenta eſt. Quid habet oratio? Dimit-*

(a) Aug. de ſymbolo lib. I. c. VII. (tom. IX. opp. p. 1101. edit. Baſil. MDLXIX.) Id. enchirid. ad Laur. c. LXXI. (tom. III. p. 177. cit. ed.) De quotidianis breuibus leuibuſque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. Id. ſerm. CXIX. de tempore (tom. X. opp. p. 559. edit. Baſil.) Quoniam victuri ſumus in iſto ſæculo, vbi quis non viuit ſine peccato, ideo remiſſio peccatorum non eſt in ſola oblatione ſacri baptiſmatis, ſed etiam in oratione dominica & quotidiana, quam poſt octo dies accepturi eſtis. It. epiſt. CVIII. ad Seleucianum. (tom. III. p. 507.) Eſt etiam pœnitentia bonorum & humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Neque enim ea nobis dimitti volumus, quæ dimiſſa non dubitamus in baptiſmo, ſed illa vtique, quæ humanæ fragilitati, quamvis parua, tamen crebra ſubrepunt. &c. Homil. XXVII. ex L. (tom. X. p. 450.) Vbi illam oſtendimus pœnitentiam quotidianam? Non habeo me-

te

te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Semel abluimur baptismate; Quotidie abluimur oratione. Sed nolite illa committere, pro quibus necesse est, vt a Christi corpore separemur, quod absit a nobis. Illi enim, quos videtis agere pœnitentiam, scelera commiserunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania: inde agunt pœnitentiam. Nam si leuia ipsorum peccata essent, hæc quotidiana oratio delendo sufficeret. Ex his iudicare nobis licet, quod peccata infirmitatis, quibus omnes mortales obnoxii sunt, & quæ quotidianis precibus condonantur, nec baptismale fœdus rumpere, nec consequenter hominem a quotidiano sacræ cœnæ vsu arcere credita sint; (siquidem nulli, præter *Pelagianos*, fieri posse existimabant, vt quis in istiusmodi perfectione angelica viueret, vt in hoc mortali humanæ fragilitatis statu supra omnem peccandi rationem esset positus) adeoque in hominibus, sacram cœnam recepturis, non eam requirebant perfectionem, ad quam humana natura pertingere haud valebat.

---

lius, vt ostendam, quam in oratione dominica, vbi orare nos docuit, & quid ad patrem dicamus, ostendit, & in his verbis posuit, *Dimitte nobis* debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quæ debita, fratres? quandoquidem debita heic intelligi non possunt, nisi peccata, quæ debita dimisit in baptismo, iterum vt dimittat oramus. Homil. XII. in Ioan. p. 47. (p. 112. tom. IX. opp. edit. Basil.) In dilectione eius & in misericordia eius (Christi) qui ambulat, etiam liberatus ab illis letalibus & grandibus peccatis, qualia sunt facinora, homicidia, furta, adulteria, præter illa, quæ minuta videntur esse, peccata linguæ, aut cogitationum, aut immoderationis in rebus concessis, facit veritatem confessionis, & venit in lucem in operibus bonis: quoniam minuta plura peccata si negligantur, occidunt. &c. *Videsis* Homil. III. in psalm. CXVIII. fere totam. *Inprimis librum* de fide & operibus c. XXVI. *vbi ait*: Nisi essent quædam ita grauia, vt etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret apostolus: Congregatis vobis & meo spiritu tradere eiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu. -- Item nisi essent quædam non ea humilitate pœnitentiæ sananda, qualis in ecclesia datur eis, qui proprie pœnitentes vocantur, sed quibusdam correptionum medicamentis, non diceret ipse dominus: Corripe eum inter te & ipsum solum, & si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Postremo nisi essent quædam, sine quibus hæc vita non agitur, non quotidianam medelam poneret in oratione, quam docuit, vt dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

§. III.

Quænam pœnitentia pro istiusmodi peccatis requisita fuerit.

VERVMTAMEN quum ipsa quoque infirmitatis peccata legis diuinæ violatio, & labis in natura nostra reliquiæ sint, & pœnam omnino mereantur, si Deus nos in iudicium eorum caussa adducere voluerit; immo quum, si foueantur & negligantur, grauiora & voluntaria fiant; ideo hoc intuitu monebant, vt homines non tantum veniam eorum quotidie rogarent, eaque submisse confiterentur & dolenter deplorarent; sed contra illa quoque resisterent & eniterentur cum summa sollicitudine, oratione & vigilantia perpetua, nec iis consensum præberent, sed voluntatem suam contra illa numquam non intentam tamquam arcum haberent, esurientes atque sitientes perfectionem iustitiæ, eaque impleri cupientes, si ad mensam domini accederent. Nam, vt GREGORIVS MAGNVS loquitur [b], *Non saturantur, nisi famelici: qui a vitiis perfecte ieiunantes diuina sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis. Et quia sine peccato electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi vt a peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuare se quotidie conentur? Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etsi minima sint peccata, quæ congerit, paullatim anima repletur, atque ei merito auferunt fructum internæ saturitatis.* Similem in modum GENNADIVS eis, qui non mortalibus, sed venialibus tantum peccatis sint maculati, auctor est, vt singulis diebus dominicis, vel sæpius etiam, cœna dominica vtantur, modo peccatis non indulgeant. *Quotidie* [c] *eucharistiæ communionem percipere,* inquit, *nec laudo nec reprehendo. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo & hortor, si tamen mens sine adfectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico eucharistiæ perceptione, quam purificari. Et ideo quamuis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cetero voluntatem & communicaturus satisfaciat lacrimis & orationibus & confidens de domini miseratione, qui peccata*

(*b*) Gregor. lib. II. in Reg. cap. I. tom. I. p. 189. (tom. III. part. II. p. 59. edit. Paris. MDCCV.)

(*c*) Gennad. de eccles. dogmat. c. LIII. (Inter opera August. tom. III. p. 205. edit. Basil. MDLXIX.)

piæ

piæ confessioni donare consueuit, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia & mortalia peccata non grauant.

§. IV.

Quænam crimina homines absolute ab eucharistiæ vsu excluserint, & quænam pœnitentia pro illis requisita fuerit.

QVEM mortalia crimina, pergit ille, *post baptismum commissa premunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium & condemnationem sui eucharistiam percipere.* Hoc de istiusmodi grandibus peccatis loquitur, quibus fœdus baptismale directe violatur, quorum respectu homines tunc temporis per vsitatam ecclesiæ disciplinam a communione & precibus arcebantur, vsque dum longo tempore diuersos publicæ pœnitentiæ gradus emensi, eiusmodi luculenta odii sui in peccatum & sinceræ conuersionis indicia edidissent, cuiusmodi requirebantur & apta erant ad satisfaciendum persuadendumque ecclesiæ, quod vere pœnitentes existerent. Quo in statu probationis vnum, vel duo, vel tres, vel quinque, vel decem, vel viginti annos, pro peccati ipsorum natura & grauitate, tenebantur, interdum etiam per omnem vitam, si eorum crimina essent atrocia & graue haberent scandalum, vbi in hora solum mortis ad communionem admitti solebant. Durante hoc disciplinæ curriculo, constanter in ecclesia adesse debebant ad attendendum, erudiendi sui caussa, lectioni scripturarum & sermonum recitationi; & ad exercendum se in precibus, peccatorum confessione, lacrimis, vigiliis, ieiuniis, eleemosynis, bonis operibus, & iis partibus omnibus, quibus apte poterant demonstrare, se rem agere sincere, non ementiri pœnitentiam. Ex zelo eorum & studio in hisce exercitiis de sinceritate eorum ferebatur iudicium; & tempus pœnitentiæ eorum prorogabatur vel imminuebatur, pro ipsorum tardius vel promtius agendi ratione, & quum perfecte vitam suam emendasse, & noui homines, secundum primi fœderis eorum tenorem, facti esse crederentur, reconciliabantur & absoluebantur, admittebanturque rursus ad communionis priuilegium. Hæc constans erat ecclesiæ regula de iis, qui grandia & publicæ offen-

 sio-

ſionis plena crimina deſignauerant, propter quæ a corpore tamquam putrida membra auellebantur, & a precibus eccleſiæ ac communione fidelium ad menſam domini certo interuallo diſiuncti retinebantur.

§. V.

Flagitioſi & manifeſti peccatores ad euchariſtiam non admittendi, niſi euidentibus reſipiſcentiæ ſignis editis eccleſiæ ſatis feciſſent.

NON neceſſe erit, heic omnia crimina enarrare ſigillatim, quæ fœdus baptiſmale rumpere & homines ſacra euchariſtia indignos reddere credita ſint. Nonnulla eorum iam recenſuimus [*] quando oſtendimus, quibuſnam hominibus dona ſua ad altare offerre licuerit, & quibus hoc facere non licuerit. Qui enim offerendi non habebant veniam, iis multo minus dabatur copia communicandi. Atque hæc materia volumine proximo, vbi de diſciplina eccleſiæ tractabimus, conſideranda erit curatius. Heic generatim duntaxat obſeruabimus, quod regulæ eccleſiaſticæ omnibus altaris miniſtris neceſſitatem impoſuerint, ſacram euchariſtiam omnibus illis manifeſtis peccatoribus denegandi, qui per ſtatas communionis leges, tunc omnibus in eccleſia cognitas, ea indigni declarati eſſent, & quod feſtinata iſtiuſmodi ſceleſtorum hominum admiſſio, ſine ſufficienti probationis tempore & idoneis ſinceræ conuerſionis documentis, ſemper pro grandi aberratione & culpa in miniſterialis functionis exercitio habita ſit. Satis fuerit in præſenti duo vel tria huius rei teſtimonia dare ex CHRYSOSTOMO & quibuſdam aliis. *Adeat* (menſam domini) *nullus crudelis*, inquit CHRYSOSTOMVS [*d*], *nullus immiſericors, nullus impurus quouis modo: hæc tam ad vos, qui communicatis, quam ad vos, qui miniſtratis, dicta eſſe volo. Oportet enim etiam eadem ad vos dicere, vt magno ſtudio & diligenti cura hæc diſtribuatis. Non parua vobis imminet pœna, ſi quem aliqua improbitate teneri ſcientes, ei huius menſæ*

(*) Lib. XV. cap. II. §. II. pag. 212. ſeqq.

(*d*) Chryſoſt. hom. LXXXIII. in Matth. p. 705. (p. 869. edit. Francof.) Μηδεὶς ἀπάνθρωπος προσίτω, μηδεὶς ὠμὸς καὶ ἀνελεής, μηδεὶς ἀκάθαρτος· ταῦτα πρὸς ὑμᾶς τοὺς μεταλαμβάνοντας λέγω, καὶ πρὸς ὑμᾶς τοὺς διακονουμένους· καὶ γὰρ ἀναγκαῖον καὶ πρὸς ὑμᾶς διαλεχθῆναι, ὥστε μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς διανέμειν ταῦ-

mensæ participationem permittatis. Sanguis enim eius ex manibus requiretur vestris. Si dux igitur quispiam, si consul ipse, si, qui diademate ornatur, indigne adeat: cohibe ac coërce, maiorem tu illo habes potestatem. Ita si limpidissimus aquæ fons vt intactum gregi seruares, tibi commissus esset, quum petulcos sues ac sordidissimos venire adspiceres, non patereris in fluenta illos descendere, nec fontem ab his perturbari: Nunc vero quum non aquæ, sed sanguinis & spiritus sacratissimus fons commissus tibi sit, si peccatis inquinatissimos videbis accedere homines, non indignaberis, neque prohibebis? & quam veniam huius contemtus consequeris? Idcirco vos Deus tanto voluit honore decorare, vt hæc diligentissime discernatis. Hæc est dignitas vestra, hæc stabilitas, hæc corona præcipua, non vt tunicam induti candidissimam per ecclesiam ambuletis. Sed vnde, inquiens, ego illum atque illum, qualis sit, cognoscere possum? Non de ignotis sed de notis hæc disputo. Dico horribile quoddam atque tremendum: non est ita malum, dæmoniacos intus esse, sicut istos, qui peccatorum sordibus polluuntur: quos ait Paulus Christum conculcare & testamenti sanguinem ducere communem, & spiritus gratiam contumelia adficere. Multo igitur dæmoniaco peior est, qui peccati sibi conscius accedit: illi enim, quoniam a dæmone vexantur, non puniuntur: qui vero indigne adeunt, æternis tradentur tormentis. Omnes igitur simpliciter pellamus, quos indigne accedere videmus. Et

τα τὰ δῶρα· ἐ μικρὰ κόλασις ὑμῖν ἐστιν, εἰ συνειδότες τινὶ πονηρίαν συγχωρήσητε μετασχεῖν ταύτης τῆς τραπέζης· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν ἐκζητηθήσεται τῶν ὑμετέρων· κἂν στρατηγός τις ᾖ, κἂν ὕπαρχος, κἂν αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ἀναξίως δὲ προσείη, κώλυσον, μείζονα ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν ἔχεις· σὺ δὲ εἰ μὲν πηγὴν ὕδατος ἐνεχειρίσθης φυλάττειν ποιμνίῳ καθαρόν· εἶτα εἶδες πρόβατον πολὺν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρον τὸν βόρβορον, οὐκ ἂν εἴασας ἐπικύψαι κάτω καὶ θολῶσαι τὸ ῥεῖθρον· νυνὶ δὲ οὐχ ὕδατος, ἀλλὰ αἵματος καὶ πνεύματος πηγὴν ἐγκεχειρισμένος, καὶ ὁρῶν γῆς καὶ βορβόρου χαλεπωτέραν ἁμαρτίαν ἔχοντάς τινας καὶ προσιόντας, οὐκ ἀγανακτεῖς οὐδὲ ἀπείργεις· καὶ τίνα ἂν σχοίης συγγνώμην; Διὰ τοῦτο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐτίμησε ταύτην τὴν τιμήν, ἵνα τὰ τοιαῦτα διακρίνητε· τοῦτο ὑμῶν ἡ ἀξία, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια, τοῦτο ὁ στέφανος ἅπας· οὐχ ἵνα λευκὸν χιτωνίσκον καὶ ἀποστίλβοντα περιβαλλόμενοι περιίητε· καὶ πόθεν οἶδα, φησί, τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα; οὐ περὶ τῶν ἀγνοουμένων, ἀλλὰ περὶ τῶν γνωρίμων λέγω· εἴπω τι φρικωδέστερον· οὐχ οὕτω χαλεπὸν τοὺς ἐνεργουμένους ἔνδον εἶναι, ὡς τούτους, οὕς φησιν ὁ Παῦλος, τὸν Χριστὸν καταπατῆσαι, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγεῖσθαι, καὶ τοῦ πνεύματος τὴν χάριν ἐνυβρίσαι· δαιμονῶντος γὰρ χείρων, ὁ ἡμαρτηκὼς καὶ προσιών· οἱ μὲν γὰρ ἐπειδὴ δαιμονῶσιν, οὐ κολάζονται· οὗτοι δὲ ὅταν ἀναξίως προσίωσιν, ἀθανάτῳ παραδίδονται τιμωρίᾳ· Μὴ τοίνυν τούτους ἐλαύνωμεν μόνον, ἀλλὰ πάντας ἁπλῶς, οὓς ἂν ἴδωμεν ἀναξίως προσιόντας.

alio loco [*]: *Si videris aliquem eorum, qui tecum congregantur, fornicantem & ad ſacramenta accedentem, dic ei, qui es miniſter diſtributionis eorum: Hic eſt indignus ſacramentis; arce profanas manus. Si enim ne iuſtitias quidem enarrare dignus eſt, conſidera, quo eius procedet punitio, quando ſacram etiam menſam auſus fuerit attingere: non ſolum autem eius, ſed illius etiam, qui adumbrat ac protexit.* Notatu quoque digna ſunt, quæ hanc in rem dicit AMBROSIVS [e]: *Nonnulli ideo poſcunt pœnitentiam, vt ſtatim ſibi reddi communionem velint. Hi non tam ſe ſoluere cupiunt, quam ſacerdotem ligare. Suam enim conſcientiam non exuunt, & ſacerdotis induunt, cui præceptum eſt: Nolite ſanctum dare canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos: hoc eſt, immundis ſpiritibus ſacræ communionis non facile impertienda conſortia.* Iſtiuſmodi præcipitata actio ſacerdotis, admittentis manifeſte flagitioſos homines, ſine claris documentis & fructibus pœnitentiæ, in conditionem peccatoris eum transfert, & coram Deo reum facit male vſurpatæ, quæ concredita illi eſt, auctoritatis. Hinc vti *Nouatiani* generatim damnabantur, quod eſſent in deneganda omnibus, poſt baptiſmum in grandia vitia delabentibus, communione iuſto duriores: Ita ab altera parte *Audiani* hæretici [f] vituperantur, quod præpropera quadam vtantur feſtinatione in arroganda ſibi auctoritate dandi veniam peccatoribus, ſimulac peccata ſua confeſſi ſint, non tempus ad pœnitentiam definientes, ſicut eccleſiæ leges præcipiant, ſed poteſtate condonantes. CYPRIANVS acriter reprehendit aliquos de clero, feſtinato admittentes eos, qui tempore perſecutionis delapſi fuerant in idololatriam, antequam debitum pœnitentiæ curſum abſoluiſſent, & iuſtum tempus peccatis ſuis deplorandis ac confiten-

(*) Chryſoſt. in pſalm. XLIX. p. 303. (p. 264. edit. Francof.) *ἂν τοίνυν ἴδῃς τινὰ τῶν μετὰ σοῦ ἀγελαζομένων πορνεύοντα, καὶ μυστηρίοις προσερχόμενον, εἰπὲ τῷ διακονουμένῳ τῇ τούτων διανομῇ· ὁ δεῖνα ἀνάξιος τῶν μυστηρίων· κώλυσον τὰς βεβήλους χεῖρας· εἰ γὰρ μηδὲ διηγεῖσθαι τὰ δικαιώματα ἄξιος, ἐννόησον, οἷα προσβήσεται τὰ τῆς κολάσεως αὐτῷ, ὅταν καὶ τῆς ἱερᾶς ἅπτηται τραπέζης, οὐκ αὐτῷ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ συσκιάζοντι.*

(e) Ambroſ. de pœnitent. lib. II. c. IX.

(f) Theodoret. de fabul. hæret. lib. IV. c. XIII. *κελεύουσι τὰ πλημμεληθέντα ὁμολογεῖν· εἶτα τοῖς ὡμολογηκόσι δωροῦνται τὴν ἄφεσιν· οὐ χρόνον ὁριζόμενοι εἰς μετάνοιαν, καθὰ κελεύουσιν οἱ τῆς ἐκκλησίας θεσμοί, ἀλλ' ἐξουσίᾳ ποιούμενοι τὴν συγχώρησιν.*

dis impendissent, fecissentque satis testatam suam resipiscentiam. *Quum in minoribus peccatis*, inquit [g], *agant peccatores poenitentiam iusto tempore, & secundum disciplinae ordinem ad exomologesin veniant, & per manus impositionem episcopi & cleri ius communicationis accipiant: Nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseuerante, nondum restituta ecclesiae ipsius pace, ad communicationem admittuntur. Et offertur nomen eorum, & nondum poenitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo & clero imposita, eucharistia illis datur, quum scriptum sit: Qui ederit panem aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis ac sanguinis Christi.* Ad martyres, qui in carceribus detinebantur, ista a recta legum ecclesiasticarum deflectens agendi ratio quodam modo spectabat. Solebant enim illi pro istiusmodi peccatoribus, ad veniam ante temporis poenitentiae praestituti terminum eis obtinendam, deprecari. Hinc aliam epistolam [h] ad martyres exarabat CYPRIANVS, vt periculum ac incommodum istiusmodi praecipitatae communicationis peccatorum ipsis proponeret ob oculos, dissuaderetque immatura pro lapsis desideria. Longam quoque dissertationem ad ipsos lapsos [i] scripsit, vbi fusius ostendit, quemadmodum decipiantur per hanc nimiam indulgentiam ac facilitatem in dando eiusmodi praeposteram pacem, quae reuera pacem non adferat, sed destruat; nec veram communionem illis impertiat, sed eorum impediat salutem. Ex quibus locis omnibus & pluribus aliis, quae hac de re addi poterant, euidenter apparet, quod peccatori, si post patratum aliquod horribile & publicum crimen communioni altaris reconciliari cuperet, longus poenitentiae cursus publice in ecclesia conficiendus fuerit, vt sic ecclesiae faceret satis, manifestisque operibus ac fructibus poenitentiae, se vere conuersum & communione, quam desiderabat, dignum esse declararet: Et quod, qui eum ante admitterent, peccatori imponere & offensam Dei, mandatum eius contemtui exponendo, & filium Dei impiorum pedibus calcari permittendo, incurrere crediti sint.

(g) Cyprian. epist. X. al. XVI. ad Cler. p. 37. (p. 195. edit. Fell. Amstelodam. MDCC.)

(h) Cypr. epist. XI. al. XV. ad martyr. tot. p. 34. (p. 195 -- 197. edit. cit.)

(i) Id. de lapsis p. 128. seqq. (p. 87. seqq. edit. cit.)

VERVM præter hæc deteſtanda peccata, quæ homines publicæ eccleſiæ cenſuræ ſubiiciebant, multa alia erant odioſa crimina, quæ homines a digno euchariſtiæ vſu prohibebant, quamuis eos ad publicæ pœnitentiæ ſtatum vulgo non redigerent, ſiue quod directe & formaliter eorum conuinci haud poſſent, ſiue quod non tantum malignitatis & contemtionis Dei in ſe habere exiſtimarentur, quam quidem illa priora. Inter hæc AVGVSTINVS [k] iracundiam refert & maledictionem; quibus alii addunt temere iurandi adſiduitatem, fidei datæ violationem, mendacium, auaritiam, ebrietatem, & alia iſtiusmodi peccata. Iam licet hæc ipſa hominem publicæ pœnitentiæ ſubiicere non ſolerent, pro grauibus tamen & mortalibus peccatis ab omnibus habebantur, quibus qui indulgerent, eos ad menſam domini, niſi reſipiſcerent, vna accedere nefas erat. Et propterea licet veteres non per vim iſtiuſmodi peccatores a communione arcerent, numquam tamen admonitis & reprehenſionibus eos inde auocare deſiſtebant, acriter in omnia eiuſmodi vitia declamantes, hominibuſque eorum æque ac priorum iſtorum periculum ob oculos proponentes.

§. VI.

Num confeſſionem priuatorum peccatorum coram ſacerdote, tamquam neceſſariam præparationem ad communionem, requiſiuerint.

HAEC conſtans eorum erat cum grandibus & deteſtandis peccatoribus agendi ratio, ſi crimina eorum eſſent cum publico ſcandalo commiſſa & in vulgus nota, vt eos poſt quamcumque manifeſtam fœderis baptiſmalis violationem, ad dignum euchariſtiæ vſum præpararent. Quod ad priuata hominum crimina attinet, non imponebant conſcientiæ hominum, ad reddendum eos ad percipiendam communionem aptos, neceſſitatem, ea ſiue publice ſiue priuatim cuipiam præter Deum confitendi. Nonnumquam homines ad publicam priuatorum criminum confeſſionem adhortabantur, & interdum homines ipſi priuata crimina ſua ſponte confitebantur, ſeque publicæ ſubmittebant pœnitentiæ, hanc tutiſſimam viam obtinendi perfectam a Deo remiſſionem eſſe exiſtimantes. Quibuſdam et-

(k) Aug. de fide & operibus c. XXVI. †

iam

iam in locis publicus quidam minister, dictus *pœnitentiarius*, ad audiendas hominum confessiones constitutus erat, ipsosque in publica eorum vel priuata pœnitentia dirigebat. Nondum autem absoluta hominibus imposita erat necessitas priuata crimina sua confitendi, tamquam necessaria conditio communionis: Multo minus auricularem confessionem cuipiam iniungebant, ad obtinendam priuatam absolutionem sacerdotis, & subeundam noxæ expiationem postea, sine vllis euidentibus resipiscentiæ in præsenti editis signis. Priuatæ eorum confessiones vniuersæ voluntariæ erant, & hæ quidem præcipue propter publicam pœnitentiam. Siue autem ob publicam siue priuatam pœnitentiam confessio priuatorum peccatorum fieret, res erat consilii, prudentiæ & liberi arbitrii, non per vllas necessitatis & absolutæ obligationis leges ab hominibus exacta. Occasionem hanc materiam tractandi fusius habebimus libro proxime sequenti, vbi de disciplina ecclesiastica sumus expositturi. Et propterea pauca aliquot loca heic tantum producimus, quæ ad præparationem hominum ad sacram eucharistiam pertinent. CHRYSOSTOMVS, explicans verba ista apostoli, *Probet se ipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat;* ait [l]: *Non iubet alteri alterum probare, sed sibi se ipsum, faciens iudicium priuatum, & probationem, quæ careat testibus.* Et iterum [m] eadem illa verba exponens, *Apostolus*, inquit, *non reuelauit vlcus, non in commune theatrum accusationem produxit, non delictorum testes statuit: intus in conscientia adstante nemine, præter eum, qui cuncta videt, Deum, qui & scrutatur, & de peccatis iudicat, & omnium vitam quasi lance quadam librat, iudicium peccatorum statuens, & vitam omnem recogitans in mentis iudicium peccata deducito, reforma quod deliquisti, atque sic pura conscientia sacram attinge mensam, particeps sancti sacrificii fias.* Notatu quoque dignum est, a *Nectario* antecessore *Chry-*

(l) Chrysost. homil. XXVIII. in 1 Cor. p. 369. (p. 301. edit. Francof.) οὐχ ἕτερον ἑτέρῳ κελεύει δοκιμάσαι, ἀλλ' αὐτὸν, ἀδημοσίευτον τὸ δικαστήριον, ἀμάρτυρον τὸν ἔλεγχον.

(m) Chrysost. homil. VIII. de pœnitent. tom. I. p. 700. (p. 620. edit. Frf.) οὐκ ἀπεκάλυψε τὸ ἕλκος· οὐκ εἰς κοινὸν θέατρον ἤγαγε τὴν κατηγορίαν· οὐ περιέστησε μάρτυρας τῶν πλημμελημάτων· ἔνδον ἐν τῷ συνειδότι μηδενὸς παρόντος πλὴν τοῦ πάντα ὁρῶντος θεοῦ, ποιοῦ τὴν κρίσιν, καὶ τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἐξέτασιν, καὶ πάντα τὸν βίον ἀναλογιζόμενος ὑπὸ τοῦ νοῦ τὸ κριτήριον ἄγε τὰ ἁμαρτήματα· διόρθου τὰ πλημμελήματα, καὶ οὕτω μετὰ καθαροῦ τοῦ συνειδότος τῆς ἱερᾶς ἅπτου τραπέζης, καὶ τῆς ἁγίας μέτεχε θυσίας.

ſoſtomi, legem factam eſſe, (occaſione ſcandali, a muliere nobili dati, cum qua ſtupri conſuetudinem habuerat quidam diaconus) qua, officio pœnitentiarii presbyteri abrogato, vnicuique pro arbitrio & pro animi ſui conſcientia ad ſacramentorum communionem accedendi liberam fecit poteſtatem. Quod euidenter oſtendit, non credidiſſe iſtius æui chriſtianos, legem vllam diuinam pro auricularis confeſſionis neceſſitate exſtare, ſed rem arbitrii tantum eſſe & prudentiæ. SOCRATES, qui hanc hiſtoriam narrat [n], ab ipſo *Eudæmone* presbytero eam ſe accepiſſe dicit, qui *Nectario* hoc conſilium dediſſet; & SOZOMENVS [o] addit, fere omnes aliarum eccleſiarum antiſtites hoc *Nectarii* exemplum eſſe ſequutos. In *Latina* eccleſia, ex GENNADIO etiam apparet, generalem fuiſſe regulam, vt pro grandibus & publicis criminibus publica ageretur pœnitentia, priuata vero priuata duntaxat ſatisfactione emendarentur. *Quem mortalia crimina*, inquit [p], *poſt baptiſmum commiſſa premunt, hortor prius publica pœnitentia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari, ſi vult non ad iudicium & condemnationem ſui euchariſtiam percipere. Sed & ſecreta ſatisfactione ſolui mortalia crimina non negamus, ſed mutato prius ſæculari habitu, & confeſſo religionis ſtudio per vitæ correctionem, & iugi, immo perpetuo luctu miſerante Deo, ita duntaxat, vt contraria pro iis, quæ pœnitet, agat, & euchariſtiam omnibus dominicis diebus ſupplex & ſubmiſſus vſque ad mortem ſuſcipiat.* Et LAVRENTIVS epiſcopus *Novarienſis* [q] loquens de pœnitentia, ait: *Poſt baptiſma remedium tuum in te ipſo ſtatuit, remiſſionem in arbitrio tuo poſuit, vt non quæras ſacerdotem, quum neceſſitas flagitauerit: Sed ipſe iam, ac ſi ſcitus perſpicuuſque magiſter, errorem tuum intra te emendes & peccatum tuum*

(n) Socrat. lib. V. c. XIX. Εὐδαίμων τις τῆς ἐκκλησίας πρεσβύτερος γνώμην τῷ ἐπισκόπῳ δίδωσι Νεκταρίῳ, περιελεῖν μὲν τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον, συγχωρῆσαι δὲ ἕκαστον, τῷ ἰδίῳ συνειδότι τῶν μυστηρίων μετέχειν.

(o) Sozom. lib. VII. c. XVI. Ἐν τούτῳ δὲ, τὸν ἐπὶ τῶν μετανοούντων τεταγμένον πρεσβύτερον οὐκέτι συνεχώρησεν εἶναι πρῶτος Νεκτάριος, ὁ τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτροπεύων· ἐπηκολούθησαν δὲ σχεδὸν οἱ πανταχοῦ ἐπίσκοποι. *Per idem tempus Nectarius Conſtantinopolitanus epiſcopus, presbyterum illum, qui præpoſitus erat pœnitentibus, primus ex eccleſia ſuſtulit. Cuius exemplum omnes fere epiſcopi poſtea ſunt ſequuti.*

(p) Gennad. de dogmat. eccleſ. c. LIII. (ap. Auguſtin. tom. III. p. 205.)

(q) Laurent. homil. I. de pœnitent. bibl. patr. tom. II. p. 129. ed. Pariſ. MDCLIV.

pœni-

pœnitudine abluas. Facile foret, multo plura teſtimonia tam ex *Græcis* quam *Latinis* auctoribus ſubiungere, ſed hæc ſufficiant in præſenti ad oſtendendum, non requiri conſueuiſſe priuatam confeſſionem, tamquam neceſſariam partem iſtius præparationis, qua homines ad depurganda peccata vti deberent ante, quam ad menſam domini accederent. Regula autem illorum erat illa apoſtolica: *Probet ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*

§. VII.

Præparationem iſtam non in eo ſitam fuiſſe, vt certis ſanctis temporibus, ſed omni tempore in ſanctitate & puritate ad eucharistiam recipiendam accederent.

VERVM ENIM VERO hoc ipſo homines non omni officio purgandi ſe peccatis abſoluebant, ſed conſcientiis neceſſitatem vniuerſalis puritatis ſollicite inculcabant, ſi ad manducandum corpus & bibendum ſanguinem *CHRISTI* de ipſius menſa approperarent. *Probet ſe ipſum homo: Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.* Erant quidam adeo vani, vt, ſi certis ſanctis & ſolemnibus temporibus ad menſam domini comparerent, ſatis ſe præparatos eſſe, crederent, quaſi temporis circumſtantia veram aliquam ἱκανότητα animabus conferat. In horum hominum abſurdam opinionem acriter inuehitur CHRYSOSTOMVS: „Multos video, inquit [r], qui Chriſti corpus fiunt participes inconſiderate & temere, & magis ex conſuetudine & ex præſcripto, quam ex cogitatione & conſideratione. Si aduenerit, „inquit, tempus ſanctæ quadrageſimæ, qualiſcumque fuerit „quiſpiam, fit particeps ſacramentorum, ſi aduenerit dies epiphaniorum. Atqui tempus ad ea accedendi non ſunt epiphania, neque quadrageſima facit dignos, qui accedant, ſed „animæ ſinceritas & puritas. Cum ea ſemper accede, ſine ea

(r) Chryſoſt. homil. III. in Epheſ. p. 1050. (p. 885. ſeq. edit. Francof.) πολλοὺς ὁρῶ τοὺς σώματος χριστοῦ μετέχοντας ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, καὶ συνηθείᾳ μᾶλλον καὶ νόμῳ, ἢ λογισμῷ καὶ διανοίᾳ· ἂν ἐπιστῇ, φησιν, ὁ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς καιρὸς, οἷος ἐὰν ᾖ τις, μετέχει τῶν μυστηρίων, ἂν ἐπιστῇ τῶν ἐπιφανίων ἡμέρα· καί τοι καιρὸς, οὐ τοῦτο προσόδου· οὐ γὰρ ἐπιφάνια, οὐδὲ τεσσαρακοστὴ ποιεῖ ἀξίους τοῦ προσιέναι, ἀλλὰ ψυχῆς εἰλικρίνεια, καὶ καθαρότης· μετὰ ταύτης ἀεὶ πρόσιθι,

„numquam. Quoties enim, inquit, hoc facitis, mortem domini adnuntiatis. Hoc eſt, in memoriam reuocatis veſtram „ſalutem, meum beneficium. Cogita, qui veteris participes „erant ſacrificii, quanta vtebantur frugalitate & abſtinentia: „quid non agebant, quid non faciebant? vndique & ſemper „expurgabantur & explanabantur: tu autem accedens ad ſa„crificium, quod ipſi ſtupent & venerantur angeli, voluenti„bus temporum curſibus rem definis ac circumſcribis? & quo„modo ſtabis ad tribunal *CHRISTI*, qui pollutis manibus & „labris ad id audeas accedere? & regem quidem ore male o„lente deoſculari nolueris: cæli autem regem fœtenti & male „olenti anima oſcularis. Id plane eſt contumelia. Dic mihi, „velleſne ad ſacrificium manibus illotis accedere? Non opinor: „Sed malles potius non prorſus accedere, quam ſordidis mani„bus. Deinde quum in re parua ſis adeo reuerens & re„ligioſus, ſordidam & immundam habens animam accedis & „audes tangere. Atqui ad tempus quidem tenetur manibus; „in illam autem totus & integer reſoluitur. Quid vero, an „non vides vaſa abluta, adeo nitida & ſplendida? His longe „mundiores eſſe oportet animas, his ſanctiores & ſplendidiores. „Quare? Quoniam illa propter nos fiunt talia. Illa eum, qui „ineſt, non participant, non ſentiunt. Nos autem participa„mus & ſentimus. Nunc autem vaſe quidem ſordido & im„mundo vti nolueris, ſordida autem & immunda accedis ani-

χωρὶς ταύτης μηδέποτε· ὁσάκις γάρ, φησι, τοῦτο ποιεῖτε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, τουτέστιν, ὑπόμνησιν ποιεῖτε τῆς σωτηρίας τῆς ὑπὲρ ὑμῶν, τῆς εὐεργεσίας τῆς ἐμῆς· ἐννόησον, οἱ τῆς θυσίας μετέχοντες τῆς παλαιᾶς πόσῃ ἐκέχρηντο τῇ φειδοῖ· τί γὰρ οὐκ ἔπραττον; τί γὰρ οὐκ ἐποίουν; πάντοτε ἐκαθαίροντο· σὺ δὲ θυσίᾳ προσιών, ἣν καὶ ἄγγελοι φρίττουσι, καιρῶν περιόδοις τὸ πρᾶγμα ὁρίζεις; καὶ πῶς παραστήσῃ τῷ βήματι τοῦ χριστοῦ, μιαραῖς χερσὶ καὶ χείλεσι κατατολμῶν αὐτοῦ τοῦ σώματος; καὶ βασιλέα μὲν οὐκ ἂν ἕλοιο καταφιλῆσαι, ὀδωδότος σου τοῦ στόματος, τὸν δὲ βασιλέα οὐρανοῦ ψυχῇ καταφιλεῖς ὀδωδυίᾳ; ὕβρις τὸ πρᾶγμά ἐστιν· εἰπέ μοι, ἆρα ἂν ἕλοιο χερσὶν ἀνίπτοις τῇ θυσίᾳ προσελθεῖν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ἐθέλοις ἂν μηδὲ ὅλως προσελθεῖν, ἢ ῥυπαραῖς χερσίν· εἶτα ἐν τῷ μικρῷ οὕτως ὢν εὐλαβής, ψυχὴν ἔχων ῥυπαρὰν προσέρχῃ, καὶ ἅπτεσθαι τολμᾷς; καί τοι ὑπὸ μὲν τῶν χειρῶν πρὸς καιρὸν κατέχεται, εἰς δὲ ἐκείνην ὁλόκληρος ἀναλύεται· τί δέ, οὐχ ὁρᾷς τὰ σκεύη οὕτω περικλυζόμενα; οὕτως ἀπολάμποντα; τούτων καθαρωτέρας ἡμῖν εἶναι δεῖ τὰς ψυχάς, τούτων ἁγιωτέρας καὶ λαμπροτέρας· τί δήποτε; ὅτι ἐκεῖνα δι' ἡμᾶς τοιαῦτα γίνεται· ἐκεῖνα οὐ μετέχει τοῦ ἐνόντος, οὐκ αἰσθάνεται· ἡμεῖς δέ, ναί· νῦν δέ, ῥυπαρῷ μὲν οὐκ ἂν ἕλοιο χρήσασθαι σκεύει,

ma-

„ma? Multam video rei inæqualitatem. In aliis quidem tem-„poribus, quum ne mundi quidem ſæpe ſitis, acceditis: in pa-„ſchate autem, etiamſi aliquod ſcelus a vobis ſit admiſſum, ac-„ceditis. O conſuetudinem! O præſumtionem!„ Ita CHRY-SOSTOMVS eos reprehendit, qui externa quadam præparatione contenti officio ſuo ſatis feciſſe ſibi videbantur, ſi generali conſuetudini recipiendi certis diebus feſtis euchariſtiam obtemperaſſent; quæ mere corporalis erat purificatio, ſimilis iuſtitiæ *Phariſaicæ*. Nam purgabant exteriorem poculi patinæque partem, dum intus illa plena eſſent corruptione, & omni immunditia. Alio loco [s] huic commentitiæ præparationi ſic opponit, veramque animæ præparationem puritate conſcientiæ & vitæ ſanctitate deſcribit: „Multi chriſtianorum in „tantam vecordiam tantumque venere contemtum, vt quum „innumeris ſcateant malis, nullam tamen vitæ ſuæ curam ha-„beant: ſed in diebus feſtis negligenter ac temere ad menſam „hanc accedant, haud intelligentes, quod communionis tem-„pus non eſt feſtum, neque celebritas, ſed conſcientia pura, „vitaque a peccatis repurgata. Quemadmodum enim, qui ſi-„bi nullius mali conſcius eſt, hunc oportet ſingulis diebus ac-„cedere: ſic qui peccatis occupatus eſt, nec pœnitet, eum ne „in feſtis quidem accedere tutum eſt. Neque enim ſemel in „anno accedere liberat nos a peccatis, ſi indigne acceſſerimus: „quin hoc ipſum potius auget damnationem, quod quum ſe-„mel tantum accedamus, ne tum quidem pure accedimus. „Quapropter adhortor vos omnes, ne negligenter, veluti feſto

ῥυπαρᾷ δὲ ψυχῇ προσέρχῃ; πολλὴν ὁρῶ τοῦ πράγματος τὴν ἀνωμαλίαν· ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις καιροῖς οὐδὲ καθαροὶ πολλάκις ὄντες προσέρχεσθε, ἐν δὲ τῷ πάσχα, κἂν ᾖ τι τετολμημένον ὑμῖν, πρόσιτε· ὢ τῆς συνηθείας, ὢ τῆς προλήψεως.

(s) Chryſoſt. homil. XXXI. de Philogono. Tom. I. p. 402. (p. 317. edit. Francof.) νῦν εἰς τοσοῦτο ἀνοίας καὶ καταφρονήσεως πολλοὶ τῶν πιστῶν ἐληλάκασιν· ὡς καὶ μυρίων γέμοντες κακῶν, καὶ μηδεμίαν ὅλως ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι, ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν ἐν ταῖς ἑορταῖς τῇ τραπέζῃ ταύτῃ προσέρχονται, οὐκ εἰδότες, ὅτι καιρὸς κοινωνίας οὐχ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις· ἀλλὰ συνειδὸς καθαρὸν καὶ βίος ἐγκλημάτων ἀπηλλαγμένος· καὶ καθάπερ τὸν οὐδὲν ἑαυτῷ συνειδότα φαῦλον καθ' ἑκάστην δεῖ προσιέναι τὴν ἡμέραν· οὕτω τὸν ἐν ἁμαρτήμασι προκατειλημμένον, καὶ μὴ μετανοοῦντα οὐδὲ ἐν ἑορτῇ προσιέναι ἀσφαλές· οὐ γὰρ δὴ τὸ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ προσελθεῖν ἀπαλλάττει τῶν ἐγκλημάτων ἡμᾶς, ἂν ἀναξίως προσίωμεν, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μειζόνως καταδικάζει· ὅτι ἅπαξ προσιόντες, οὐδὲ τότε καθαρῶς προσίεμεν· διὰ τοῦτο παρακαλῶ πάν-

dic

,,die cogente ad diuina mysteria accedatis, sed si quando parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis ante diebus repurgetis vos ipsos per pœnitentiam, precationem & eleemosynam, denique per hoc vt vacetis spiritualibus, nec denuo conuertamini canis in morem ad proprium vomitum. An non enim absurdum, tantam habere curam rerum corporalium, vt apparente festo multis ante diebus vestem e scriniis depromtam diligenter appares, emas calceamenta, mensa largior splendidiorque paretur, denique variam vndiquaque rerum copiam excogites, omnibusque modis temet ipsum ornes nitidumque reddas; animæ vero neglectæ, sordentis, squalidæ, fame contabescentis nullum habere respectum, quum sola maneat impura, ac corpus quidem nitidum huc adducere, animam vero nudam incultamque? Atqui corpus quidem videt conseruus, neque quicquam est detrimenti, quomodocumque fuerit habitum: illam autem videt dominus, qui grauissime punit negligentiam. An nescitis? quod hæc mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodum fontes aquæ vim exundant, ita hæc flammam quamdam habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulam adferens, non ligna, non fœnum, ne augeas incendium, exurasque animam ad communionem accedentem: sed accede, ferens lapides pretiosos, aurum, argentum, quo puriorem reddas materiam

τας ὑμᾶς, μὴ ἁπλῶς διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς ἀνάγκην τῶν θείων ἅπτεσθαι μυστηρίων· ἀλλ' εἴ ποτε μέλλοντες τῆς ἁγίας ταύτης μεθέξειν προσφορᾶς, πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἑαυτοὺς διακαθαίρειν διὰ μετανοίας, καὶ εὐχῆς, καὶ ἐλεημοσύνης, καὶ τῆς περὶ τὰ πνευματικὰ σχολῆς· καὶ μὴ πάλιν ἐπιστρέφεσθαι καθάπερ κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον· πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τῶν μὲν σωματικῶν τοσαύτην ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, ὥστε, ἑορτῆς προσαγούσης, πρὸ πολλῶν ἡμερῶν καὶ ἱμάτιον ἐκ τῶν κιβωτίων τὸ κάλλιστον ἀνελομένους προευτρεπίζειν καὶ ὑποδήματα ὠνεῖσθαι, καὶ τραπέζῃ δαψιλεστέρᾳ κεχρῆσθαι, καὶ πολλὰς πάντοθεν προσεπινοεῖν πόρους, παντὶ τρόπῳ φαιδρύνειν ἑαυτὸν καὶ καλλωπίζειν· τῆς δὲ ψυχῆς ἠμελημένης, ῥυπώσης, αὐχμώσης, λιμῷ διαφθειρομένης, ἀκαθάρτου μενούσης, μηδένα ποιεῖσθαι λόγον· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα καλλωπίζοντα εἰσάγειν ἐνταῦθα· ἐκείνην δὲ γυμνὴν καὶ ἀσχημονοῦσαν; καίτοι τοῦτο μὲν ὁ σύνδουλος ὁρᾷ· καὶ βλάβος οὐδὲν, κἂν ὁπωσοῦν διακείμενον ᾖ· ἐκείνην δὲ ὁ δεσπότης, καὶ μεγίστην ἐπάγει κόλασιν τῆς ἀμελείας· οὐκ ἴστε, ὅτι πυρὸς αὕτη γέμει ἡ τράπεζα πνευματικοῦ, καὶ καθάπερ αἱ πηγαὶ φύσιν ὕδατος ἀναβλύζουσιν· οὕτω καὶ αὕτη φλόγα τινὰ ἔχει ἄῤῥητον· μὴ τοίνυν προσέλθῃς καλάμην ἔχων, μὴ χόρτον· ἵνα μὴ πλείονα τὸν ἐμπρησμὸν ἐργάσῃ, καὶ καταικαύσῃς τὴν μεταλαμβάνουσαν ψυχήν· ἀλλ' ἔχων λίθους τιμίους, χρυσὸν, ἄργυρον ἵνα καθαρωτέραν ποιήσῃς τὴν ὕ-

,,mul-

„multoque cum lucro diſcedas: Si quid mali eſt, abigas ab a-„nimo. Habet quis inimicum, grauiter læſus eſt, ſoluat ſimul-„tatem, coërceat animum exardeſcentem intumeſcentemque, „ne quis ſit tumultus aut perturbatio. Regem enim exceptu-„rus es per communionem: quum autem rex ingreditur ani-„mam, oportet magnam eſſe tranquillitatem, multumque ſi-„lentium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter „læſus es, nec potes iram remittere. Quid igitur? An igitur „te ipſum magis etiam & grauius lædes? Neque enim tantis ma-„lis te adficiet inimicus, quæcumque fecerit, quibus te ipſum ad-„ficis, ſi non illi reconcilieris, ſed Dei leges conculcaris. „Ille te contumelia adfecit. Dic mihi, num tu ideo Deum adfi-„cies contumelia? Etenim non recipere in gratiam eum, qui „moleſtiam attulit, non tam eſt illum vlciſci, quam Deum ad-„ficere contumelia, legis huius auctorem præcipientis, vt ini-„micis reconciliemur, priuſquam accedamus ad altare. Pro-„inde ne reſpicias ad conſeruum, neque ad magnitudinem in-„iuriarum, quas intulit ille; ſed ad Deum, illiuſque timore in a-„nimum demiſſo, illud expende, quod quo maiorem vim ad-„moueris animo tuo, poſt innumera mala cogens illum redi-„re in gratiam cum eo, qui moleſtiam intulit, tanto maius „præmium feres a Deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodum „hic Deum excipis multo cum honore, ſic & ipſe te illic mul-

λὴν, ἵνα πολλὴν λαβὼν τὴν ἐμπορίαν, ἀπέλθῃς· εἴ τι πονηρὸν, φυγάδευσον ἀπὸ τῆς ψυχῆς σου· ἔχει τις ἐχθρὸν, καὶ τὰ μεγάλα ἠδίκηται; καταλυέτω τὴν ἔχθραν, καταστελλέτω τὴν διάνοιαν φλεγμαίνουσαν, οἰδοῦσαν· ἵνα μηδεὶς ἔνδον θόρυβος ᾖ μηδὲ ταραχή· βασιλέα γὰρ ὑποδέχεσθαι μέλλεις διὰ τῆς κοινωνίας· βασιλέως δὲ ἐπιβαίνοντος τῇ ψυχῇ, πολλὴν εἶναι δεῖ τὴν γαλήνην, πολλὴν τὴν ἡσυχίαν· βαθεῖαν τῶν λογισμῶν τὴν εἰρήνην· ἀλλὰ μεγάλα ἠδίκησαι, καὶ οὐ φέρεις ἀφεῖναι τὴν ὀργήν· τί τοίνυν σαυτὸν πολλῷ μείζονα ἀδικεῖς καὶ χαλεπώτερα; οὐ γὰρ τοιαῦτά σε διαθήσεται ὁ ἐχθρὸς, ἅπερ ἂν ποιῇ, οἷα σὺ σαυτὸν, μὴ καταλλαττόμενος πρὸς ἐκεῖνον· ἀλλὰ τοὺς τοῦ θεοῦ καταπατῶν νόμους· ὕβρισέ σε ἐκεῖνος· διὰ τοῦτο οὖν σὺ τὸν θεὸν ὑβρίζῃ, εἰπέ μοι; τὸ γὰρ μὴ καταλλάττεσθαι τῷ λελυπηκότι, οὐκ ἐκεῖνόν ἐστιν ἀμυνομένου τοσοῦτον, ὅσον τὸν θεὸν ὑβρίζοντος τὸν ταῦτα νομοθετήσαντα· μὴ τοίνυν πρὸς τὸν σύνδουλον ἴδῃς· μηδὲ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἀδικημάτων ἐκείνου· ἀλλὰ τὸν θεὸν, καὶ τὸν ἐκείνου φόβον εἰς νοῦν βαλλόμενος, ἐκεῖνο σκόπησον· ὅτι ὅσῳ ἂν μείζονα πάσχῃς βίαν κατὰ ψυχὴν, μετὰ μύρια κακὰ ἀναγκαζόμενος καταλλάττεσθαι τῷ λελυπηκότι, τοσούτῳ πλείονος ἀπολαύσῃ τιμῆς παρὰ τοῦ ταῦτα κελεύσαντος θεοῦ· καὶ καθάπερ αὐτὸν μετὰ πολλῆς ὑποδέχῃ τιμῆς ἐνταῦθα, οὕτω καὶ

„ta

„ta cum gloria excipiet reddetque tibi millecuplam iſtius ob„edientiæ mercedem?„ Et alio rurſus loco [t]: „Qui non „ieiunat, ſi cum pura accedat conſcientia, paſcha celebrat, ſi„ve hodie, ſiue cras, ſiue alio quouis tempore communionis „fiat particeps. Non enim ex temporum obſeruatione, ſed „ex pura conſcientia optimus iudicatur acceſſus. At nos con„trarium agimus, mentem quidem non expurgamus, ſed ſi die „illo accedamus, celebrare nos paſcha cenſemus, quantumuis „peccatis redundemus. Sed non ita ſe res habet, non ita pla„ne: verum licet vel in ipſo ſabbato cum praua acceſſeris „conſcientia, excidiſti a communione, & non celebrato pa„ſcha, receſſiſti: quemadmodum contra, licet hodie commu„nices abſterſis peccatis, diligenter paſcha celebraſti. Hanc „igitur diligentiam oporteret ac vehementiam non in tempo„rum obſeruatione, ſed in acceſſu ſeruare: & quemadmodum „quiduis perpeti malletis, quam conſuetudinem immutare; ita „negligere quidem hoc oporteret, quiduis autem perpeti ac „perficere, vt ne cum peccatis accederetis„. In hunc modum ſanctus ille pater congruam rationem & methodum ad recipiendam euchariſtiam ſeſe præparandi generatim explicat, & validiſſimis pietatis argumentis & ſumma dicendi vi & rationibus maxime mouentibus praxin eius auditoribus ſuis perſuadere adlaborat.

αὐτὸς μετὰ πολλῆς ὑποδέξεταί σε τῆς δόξης ἐκεῖ, μυριοπλασίας ἀποδιδοὺς σοι τῆς ὑπακοῆς ταύτης τὰς ἀμοιβάς.

(t) Chryſoſt. homil. LII. in eos qui paſcha ieiunant tom. V. p. 710. (homil. LV. p. 636. edit. Francof.) ὁ μὴ νηστεύων, ἂν μετὰ καθαροῦ προσέλθῃ συνειδότος, πάσχα ἐπιτελεῖ, κἂν σήμερον, κἂν αὔριον, κἂν ὁποτεοῦν μετάσχῃ τῆς κοινωνίας· οὐ γὰρ ἐν παρατηρήσει καιρῶν, ἀλλ' ἐν συνειδότι καθαρῷ ἡ ἀρίστη κρίνεται πρόσοδος· ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιοῦμεν· τὴν μὲν διάνοιαν οὐ καθαίρομεν· εἰ δὲ τῇ ἡμέρᾳ προσέλθομεν ἐκείνῃ, νομίζομεν πάσχα ἐπιτελεῖν, κἂν μυρίων γέμωμεν ἁμαρτημάτων· ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ κἂν ἐν αὐτῷ τῷ σαββάτῳ προσέλθῃς μετὰ πονηροῦ συνειδότος, ἐξέπεσες τῆς κοινωνίας, ἀπῆλθες, οὐκ ἐπιτελέσας τὸ πάσχα· ὥσπερ οὖν κἂν σήμερον κοινωνῇς, τὰ ἁμαρτήματα ἀπονιψάμενος, τὸ πάσχα ἐπετέλεσας ἀκριβῶς· ἐχρῆν τοίνυν τὴν ἀκρίβειαν ταύτην ὑμᾶς καὶ τὴν εὐτονίαν, μὴ ἐν τῇ τῶν καιρῶν παρατηρήσει, ἀλλ' ἐν τῇ προσόδῳ φυλάττειν.

§. VIII.

§. VIII.

Quænam fides in communicantibus requiſita.

Non eſt mihi ſpatium ea omnia heic tranſcribendi, quæ hic auctor [u] & reliqui in exhortationibus ſuis, dignam hominibus præparationem ad communionem perſuaſuri, dixerunt: Multo minus cum huius operis ſcopo conſiſteret, ſi ad ſingula, quæ hac de re quæri poterant, deſcendere vellem, quorum tractatio in iuſtum volumen facile excreſceret. Accedit, quod lector id magnam partem iam a TAYLORIO, erudito epiſcopo noſtrate, factum inueniat in libro, quem inſcripſit *Worthy Communicant*, in quo omnia officii genera, ad dignam præparationem requiſita, vna cum caſibus conſcientiæ, in officio tam adminiſtrantis quam communicantis occurrentibus, ex vetuſtis ſcriptoribus conlegit. Contentus ero pauca ſolum adferre, quæ ad hæc ſingularia ſpectant, & ſunt: 1.) Fides. 2.) Reſipiſcentia & obedientia. 3.) Iuſtitia. 4.) Pax & concordia. 5.) Caritas & beneficentia. 6.) Iniuriarum condonatio. Denique 7.) Vitæ ratio tempore communicationis & poſtea, quæ ſummatim verbis repræſentabo CHRYSOSTOMI, qui hac de re copioſe & abundanter pro more ſuo loquutus eſt. Et *primum* quidem reſpectu habito ad *fidem*, in ſingulis communicantibus, qui quidem ad annos pubertatis peruenerant, non

(*u*) Chryſoſt. in pſalm. CXXXIII. p. 438. (tom. III. p. 424. edit. Francof.) *πόσης ἐννόησον ἁγιωσύνης σοι δεῖ τῷ πολλῷ μείζονα σύμβολα δεξαμένῳ, ὧν ἐδέξατο τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τότε· οὐ γὰρ χερουβὶμ ἔχεις, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῶν χερουβὶμ δεσπότην ἔχεις ἐνοικοῦντα, οὐδὲ στάμνον καὶ μάννα, καὶ πλάκας λιθίνας, καὶ ῥάβδον Ἀαρὼν, ἀλλὰ σῶμα δεσποτικὸν, καὶ πνεῦμα ἀντὶ τοῦ γράμματος, καὶ χάριν ὑπερβαίνουσαν λογισμὸν ἀνθρώπινον, καὶ δωρεὰν ἀνεκδιήγητον· ὅσῳ δὲ μειζόνων ἠξιώθης συμβόλων, καὶ φρικτῶν μυστηρίων, τοσούτῳ μείζονος εἶ ὑπεύθυνος τῆς ἁγιωσύνης, καὶ πλείονος κολάσεως, εἰ παραβαίης τὰ ἐπιτεταγμένα. Cogita apud te, quanta tibi ſanctitate opus ſit, qui ſigna multo maiora acceperis, quam quæ ſancta ſanctorum tunc acceperint. Neque enim Cherubim, ſed ipſorum Cherubim dominum habes inhabitantem, neque vrnam & manna, & tabulas lapideas, & virgam Aaron; ſed corpus & ſanguinem dominicum, & ſpiritum pro littera, & gratiam, quæ ſuperat humanam cogitationem, & donum inenarrabile. Quo autem maioribus ſignis ac ſymbolis ac magis venerandis ſacramentis dignatus es, eo maior eſt a te præſtanda ſanctitas, & eo es maiori obnoxius ſupplicio, ſi quæ iuſſa ſunt tranſilieris.* Vide ſis homil. XXVII. in 1 Cor. p. 536. (p. 298. 299. ed. Francof.) & homil. XVII. ad Hebr. 1872. (p. 846. ſin. ſeq. edit. Francof.)

tantum orthodoxam diuersorum articulorum christianæ fidei professionem requirebant, sed etiam fidem specialiorem, respectu habito ad mysticam manducandi & bibendi corpus ac sanguinem *CHRISTI* in sancto sacramento rationem. Prius illud patet ex visitata verborum formula, qua diaconus omnes, ius communicandi non habentes, exire monebat; quos inter omnes quoque heterodoxi siue hæretici discedere iubebantur: *μή τις τῶν ἑτεροδόξων, Ne quis heterodoxorum adsit.* Quo respiciens CHRYSOSTOMVS [w], vel quisquis auctor est sermonis in illud, *Quodcumque ligaueritis* &c. quando loquitur de priuata sui examinatione, ait: *Dedit tibi Deus potestatem ligandi ac soluendi. Ipse te ligasti catena auaritiæ, solue te ipsum, amorem tibi iniungendo paupertatis. Ipse te ligasti furioso voluptatum desiderio, solue te ipsum temperantia. Ipse te Eunomii ligasti heterodoxia, solue te ipsum orthodoxiæ pietate.* Neque autem tantummodo *orthodoxam fidem* in genere requirebant, sed specialiorem etiam fidem cum respectu ad sacramentum ipsum, docentes homines non monstrosam illam doctrinam de transubstantiatione, sed quod sub visibilibus elementis panis ac vini, per spiritum sanctificatis, digni communicantes per fidem possent recipere spirituale alimentum corporis ac sanguinis *CHRISTI*, & omnes præclaros mortis ac passionis ipsius fructus ac beneficia. Hunc in finem homines hortabantur, vt accederent cum ore fidei, ad spiritualiter edendam carnem & bibendum sanguinem *CHRISTI*; & ad spectandum eum sacrificari mentis suæ oculis, dum verum & cruentum eius sacrificium semel oblatum quotidie repræsentaretur ac commemoraretur in visibilibus panis ac vini imaginibus ac symbolis. AVGVSTINVS copiosus est in proponenda hac necessaria doctrina de spirituali manducatione per fidem, vt quæ pium tot locutionum in euangelio sensum ostendit, quæ alioquin horribiles atque absurdæ viderentur. Exponens ista verba saluatoris, *Nisi manducaueritis carnem filii hominis*

(w) Chrysost. homil. in illud, Quodcumque ligaueritis. Tom. VII. edit. Sauil. p. 2 8. lin. 31. seq. *σοὶ ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν· σαυτὸν ἔδησας τῇ σειρᾷ τῆς φιλαργυρίας, σαυτὸν λῦσον τῇ ἐντολῇ τῆς φιλοπτωχίας· σαυτὸν ἔδησας τῷ οἴστρῳ τῶν ἡδονῶν, σαυτὸν λῦσον τῇ σωφροσύνῃ· σαυτὸν ἔδησας τῇ Εὐνομίου κακοδοξίᾳ· σαυτὸν λῦσον τῇ τῆς ὀρθοδοξίας εὐσεβείᾳ.*

minis

minis & sanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in vobis, ait: *Facinus* [x] *vel flagitium videtur iubere. Figura est ergo praecipiens, passioni domini esse communicandum, & suauiter ac vtiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit.* Ita rursus saluatorem nostrum introducit, discipulis suis dicentem [*y*]: *Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis; & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui; spiritualiter intellectum viuificabit vos. Et si necesse est, illud visibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi.* Fidem hanc intelligit, qua corpus *CHRISTI* recipiendum sit, ad efficiendum id spiritualiter & realiter verum corpus & vitam recipientibus. Nam verum *CHRISTI* corpus aliter manducari non poterat, nisi spiritualiter per fidem [*z*], quum reuera absens esset & sedens in cælo. Manus corpus illud non poterant contrectare, nec dentes consumere; sed fides [*a*] in cælum adscendere ibique corpus *CHRISTI* contingere; corde comedi poterat, etsi non dentibus & manducatione orali. Hæc igitur specialis illa fides est, quam veteres toties in vno quoque pio communicante ad comedendum carnem *CHRISTI* in vitam & salutem requirunt; fides, qua cor suum eleuat in cælum (secundum vsitatam locutionem ecclesiæ in precibus suis sacramentalibus, *Sursum corda, Habemus ad dominum;*) & qua verum corpus *CHRISTI* per spiritualem manducationem recipit, quod nemo malus potest recipere, quamuis sacramentum corporis eius & manu & ore recipiat in sui condemnationem.

(*x*) Augustin. de doctrina christ. lib. III. c. XVI. (tom. III. opp. p. 53. edit. Basil. MDLXIX.)

(*y*) Aug. in psalm. XCVIII. tom. VIII. p. 452. (p. 1105. cit. ed. Basil.)

(*z*) Id. serm. II. de verb. apostol. tom. X. p. 94. (p. 250. edit Bas.) Manduca vitam, bibe vitam: habebis vitam & integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, vita vnicuique erit corpus & sanguis Christi: si, quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur.

Id. tract. XXVI. in Ioan. tom. IX. p. 64. (p. 228. d. edit. Basil.) Qui manducat intus, non qui manducat foris; qui manducat in corde, non qui premit dente.

(*a*) Aug. tract. I. in 1 Ioan. p. 236. (p. 577. edit. Basil.) Ipsum iam in cælo sedentem manu contrectare non possumus, sed fide contingere.

Hinc AVGVSTINVS [b] omnes communicantes monet, nolint parare fauces ſed cor ad manducandum panem vitæ, qui de cælo deſcendit. Et CHRYSOSTOMVS [c] eos imitari aquilas & ad ipſum cælum euolare iubet. *Curam geramus*, inquit, *fratrum & conſeruemus eam, quæ eſt nobis cum ipſis, caritatem. Ad hoc enim nos vocat illud terribile & formidandum ſacrificium, iubens, vt cum concordia maxime ad ipſum accedamus, & ardenti caritate, & inde effecti aquilæ ad ipſum cælum euolemus. Vbi enim cadauer, inquit, illic & aquilæ: cadauer corpus vocamus propter mortem. Niſi enim ille occidiſſet, nos non ſurrexiſſemus. Aquilas autem vocat, oſtendens, quod oportet eum, qui ad hoc corpus accedit, eſſe ſublimem & cum terra nihil habere commune, neque deorſum trahi & ſerpere, ſed aſſidue ſurſum volare: & ad ſolem iuſtitiæ aſpicere, acutoſque & perſpicaces habere mentis oculos; Aquilarum enim non graculorum hæc eſt menſa. Ipſi tunc quoque ei occurrent e cælis deſcendenti, qui nunc digne percipiunt.*

§. IX.

Quænam puritas animæ per reſipiſcentiam & obedientiam. Quomodo ieiunium hanc in rem vtile vel neceſſarium creditum.

Secundo, CHRYSOSTOMVS [d] obſeruat, quod cum fide ad *CHRISTVM* accedere non ſit, tantummodo cum in propoſitis elementis recipere, ſed mundo corde tangere. Et propterea de hac maxime neceſſaria præparationis parte egregie apud eos loquitur, qui obſeruationi ieiunii quadrageſimalis permultum tribuebant, quaſi hæc iuſta eſſet ad euchariſtiam præparatio.

(b) Aug. ſerm. XXXIII. de verb. dom. p. 40. (p. 123. ed. Baſil.) Nolite parare fauces ſed cor &c.

(c) Chryſoſt. homil. XXIV. in 1 Cor. p. 536. (p. 260. edit. Francof.) *προνοῶμεν τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν ἑνότητα τὴν πρὸς αὐτοὺς διατηρῶμεν· εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ἡ θυσία ἐκείνη ἐνάγει ἡ φρικτὴ καὶ φρικώδης, κελεύουσα ἡμῖν μεθ' ὁμονοίας αὐτῇ μάλιστα προσιέναι καὶ θερμῆς ἀγάπης, καὶ ἀετοὺς γενομένους ἐντεῦθεν, οὕτω πρὸς αὐτὸν ἵπτασθαι τὸν οὐρανόν· Ὅπου γὰρ τὸ πτῶμα, φησιν, ἐκεῖ καὶ οἱ ἀετοί, πτῶμα καλῶν τὸ σῶμα διὰ τὸν θάνατον· εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἔπεσεν, ἡμεῖς οὐκ ἀνέστημεν· ἀετοὺς δὲ καλεῖ, δεικνὺς, ὅτι καὶ ὑψηλὸν εἶναι δεῖ τὸν προσιόντα τῷ σώματι τούτῳ, καὶ μηδὲν πρὸς τὴν γῆν κοινὸν ἔχειν, μηδὲ κάτω σύρεσθαι καὶ ἕρπειν, ἀλλ' ἄνω πέτεσθαι διηνεκῶς, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐνορᾷν, καὶ ὀξυδερκὲς τὸ ὄμμα τῆς διανοίας ἔχειν· ἀετῶν γὰρ, οὐ κολοιῶν αὕτη ἡ τράπεζα· οὗτοι καὶ τότε ἀπαντήσονται ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβαίνοντι, οἱ νῦν ἀξίως ἀπολαύοντες.*

(d) Chryſoſt. homil. LI. in Matth. p. 414. (p. 154. edit. Frf.) *τὸ δὲ προσελθεῖν μετὰ πίστεως, οὐ τὸ λαβεῖν ἐστι μόνον τὸ προκείμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετὰ καθαρᾶς καρδίας ἅψασθαι.*

In-

In virtutem, inquit [e], *maximum in modum incumbamus. Vt enim nihil commodi adfert decursio per multa stadia, si a præmio excidas: ita nihil nobis lucri erit ex multis laboribus & sudoribus ieiunio insumtis, nisi cum pura conscientia sacra mensa frui possimus. Ob hoc enim ieiunium & quadragesima & tot dierum synaxes, auditiones, preces & doctrinæ susceptæ sunt, vt abstersis sceleribus per istiusmodi studium, quæ nobis hoc anno quocumque modo allita cohæserunt, cum spirituali securitate illius incruenti sacrificii participes efficeremur. Quia nisi id adsequamur, temere frustraque & cum nulla vtilitate tanti labores tolerati sunt. Quisque igitur secum reputet, quem defectum correxerit, quam virtutem acquisiuerit, quod peccatum abiecerit, quam maculam eluerit, qua in parte melior factus sit: quod si inuenerit, pulchras istas merces sibi ex ieiunio adductas esse, certusque sit, plurimam se vulneribus adhibuisse curam, ad mensam domini accedat. Quod si isthic negligens, solam ieiunium ostentare poterit, nec in vllis aliis rebus se castigatiorem factum probare poterit, foris maneat, ac tum introeat, quum se ab omnibus peccatis expurgarit. Nullus in solo ieiunio fiduciam habeat, qui vitiis sine emendatione inhæsit. Fas enim est, eum, qui non ieiunauerit, veniam consequi, excusata nimirum corporis imbecillitate: is vero, qui non castigauerit delicta, impossibile est, vt vllam excusationem instituat. Age, dic mihi: non ieiunasti ob corporis infirmitatem, recte:*

(e) Chrysost. hom. XXII. de simultate tom. I. p. 245. edit. Francof. MDCXCVII. οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς πρὸς πλείονα ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν ἀρετήν· ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ὄφελος τῶν πολλῶν διαύλων τοῖς τρέχουσιν, ἂν τῶν βραβείων ἐκπέσωσιν· οὕτως οὐδὲ ἡμῖν ἔσται τι κέρδος ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων καὶ ἱδρώτων τῶν περὶ τὴν νηστείαν, ἐὰν μὴ μετὰ καθαροῦ συνειδότος δυνηθῶμεν τῆς ἱερᾶς ἀπολαῦσαι τραπέζης· διὰ τοῦτο νηστεία καὶ τεσσαρακοστὴ, καὶ τοσούτων ἡμερῶν σύναξις, καὶ ἀκροάσεις, καὶ εὐχαὶ, καὶ διδασκαλίαι, ἵνα παντὶ τρόπῳ τὰ παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἡμῖν ἁμαρτήματα προστριβέντα διὰ τῆς σπουδῆς ταύτης τῶν θείων ἐνταλμάτων ἀποσμηξάμενοι, μετὰ παρρησίας πνευματικῆς μετάσχωμεν εὐλαβῶς τῆς ἀναιμάκτου ἐκείνης θυσίας, ὡς ἂν μὴ τοῦτο ᾖ, μάτην καὶ εἰκῆ καὶ ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ τὸν τοσοῦτον ὑπέστημεν πόνον· ἕκαστος τοίνυν ἀναλογιζέσθω παρ' ἑαυτῷ, ποῖον ἐλάττωμα διώρθωσε, ποῖον κατόρθωμα προσεκτήσατο, ποίαν ἁμαρτίαν ἀπενίψατο, κατὰ τί βελτίων ἐγένετο· κἂν μὲν εὕρῃ πλέον τι γενόμενον ἀπὸ τῆς νηστείας ἑαυτῷ πρὸς τὴν καλὴν ταύτην ἐμπορίαν, καὶ σπουδὴν πολλὴν ἑαυτῷ πεποιημένῳ τῶν τραυμάτων τὴν ἐπιμέλειαν, προσερχέσθω· εἰ δὲ ἠμεληκὼς ἔμεινε, νηστείαν μόνον ἔχων ἐπιδείξασθαι, τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν κατωρθωκὼς, ἔξω μενέτω, καὶ τότε εἰσίτω, ὅταν ἅπαντα ἐκκαθάρῃ τὰ ἁμαρτήματα· τὸν μὲν γὰρ μὴ νηστεύοντα εἰκὸς καὶ συγγνώμης τυχεῖν, σώματος ἀσθένειαν προβαλλόμενον· τὸν δὲ μὴ διορθώσαντα ἑαυτοῦ πλημμελήματα ἀμήχανον ἀπολογίας τυχεῖν· οὐκ ἐνήστευσας διὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἀσθένειαν· τοῖς ἐχ-

 sed

Sed cur inimicis tuis reconciliatus non es? An hic habes, vnde prætendas corporis infirmitatem? Rurſum, ſi odium inuidiamque retineas, quid poſſis excuſationis allegare? nuſquam enim in eiuſmodi delictis ad corporis imbecillitatem confugere licet. Ita CHRYSOSTOMVS quamcumque malam rationem in cogitando, operando & agendo emendandi neceſſitatem, vt homines ad dignam ſacræ euchariſtiæ receptionem præparentur, oſtendit, ſimul declarans, nullum præparationis genus præter ſanctitatem, nullamque peccatorum excuſationem quidquam valere, quandoquidem *CHRISTVS* mandata ſua ad obſeruandum facilia fecerit, & iugum ſuum vt ſuaue, & onus ſuum vt leue, commendarit.

§. X.

Quam neceſſaria digne communicaturo iuſtitia, & ablati reſtitutio.

Tertio, ET quum ſint grandia peccata, ad quæ homines plus quam ordinario animi adfectu feruntur, & promti ſunt ad excogitandum ſexcentas artes, quibus ea excuſare & cum ſpecie pietatis ac deuotionis retinere adlaborant: Idem auctor data ſemper opera ſigillatim ea in hominum præparationem recenſet, laruam detrahens & falſos colores, quos illis dare adſolent. Sic, quod ad iuſtitiam attinet, multi ad ſibimet ipſis imponendum procliues erant, per antiquum illum prætextum phariſaicum dandi aliquid ad *Corbam*, quo ipſo perfectam variarum rapinarum & oppreſſionum expiationem facere ſibi videbantur. Quos ille, detecta eorum veſania, ſic reprehendit [*f*]: *Nullus Iudas, nullus Simon hanc menſam adeat, quorum vterque æris cupiditate periit. Quare fugiamus, oro, hanc foueam, neque putemus, ſatis eſſe nobis ad ſalutem, ſi, quum viduas & orbos parentum ſpoliaueris, aureum calicem & gemmis ornatum huic menſæ offeras. Vis hoc ſacrificium honorare? animam tuam offeras, propter quam Chriſtus*

θροῖς σȣ τίνος ἕνεκεν ȣ̓ κατήλλαγης, εἰπέ μοι; μὴ καὶ ἐνταῦθα ἀσθένειαν σώματος προβαλέσθαι ἔχεις; πάλιν ἂν βασκανίαν καὶ φθόνον μένῃς ἔχων, ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν, εἰπέ μοι· ȣ̓δαμȣ̃ γὰρ ἐν τȣ́τοις τοῖς ἐλαττώμασι ἐπὶ σώματος ἀσθένειάν ἐςι καταφυγεῖν.

(*f*) Chryſoſt. hom. LI. in Matth. p. 455. (p. 555. edit. Francof.) Μηδεὶς Ἰȣ́δας ταύτῃ προσίτω τῇ τραπέζῃ, μηδεὶς Σίμων· καὶ γὰρ ἀμφότεροι διὰ φιλαργυρίαν ἀπώλοντο· ȣ̃τοι φύγωμεν τοίνυν τȣ̃το τὸ βάραθρον, μηδὲ νομίζωμεν ἀρκεῖν εἰς σωτηρίαν, εἰ χήρας καὶ ὀρφανȣ̀ς ἀποδύσαντες, ποτήριον χρυσȣ̃ν καὶ λιθοκόλλητον

immo-

immolatus est, eam auream facito. Quod si anima tua plumbo ac testa deterior est, quid tibi proderunt aurea vasa? Non igitur laboremus ad aurea vasa offerenda solum, verum etiam multo magis de iusto labore acquisita offeramus. Hæc enim aurea sunt & pretiosa, quæ auaritia non maculantur: non enim auri vel argenti officina, sed angelorum celebritas ecclesia est. Animarum ergo munditia opus est, propter quas etiam vasa hæc Deus recipit. Et certe non erat ex argento illa mensa, nec ex auro ille calix, quo CHRISTVS discipulis sanguinem præbuit suum: pretiosa tamen erant omnia & venerationis plena, quia spiritu abundabant. Loquitur hoc CHRYSOSTOMVS apud homines, rapinarum suarum sibi priuatim conscios, quando ecclesiæ fortassis de illis innotuit nihil; imponitque eis necessitatem iustitiæ ac restitutionis in priuatis suis cum Deo rationibus, antequam favorem illius & gratiam sibi conciliare & ad altare eius accepti esse possint. De publicis enim huius generis offensionibus supra [*] notauimus, quod si istiusmodi essent, vt in ecclesiæ notitiam venirent, publicæ eius censuræ subiici solitæ sint. Et vsitata erat regula, notorum oppressorum munera non esse recipienda; multo minus ipsosmet oppressores ad communionem altaris admittere licebat.

§. XI.

Necessitas pacis ac vnitatis.

Quarto, ALIA res, quam valde vrgebant, erat vnitas & pacificus animus. Quo ipso præcipue istiusmodi pacis studium intelligebant, quod pacem conseruat ecclesiæ, non tantum in oppositione apertorum ac manifestorum schismatum, sed omnium etiam factionum & dissidiorum intra ecclesiæ gremium. Quod ad apertos ac manifestos schismaticos attinet, illi publi-

προσενέγκωμεν τῇ τραπέζῃ· εἰ γὰρ βούλει τιμῆσαι τὴν θυσίαν, τὴν ψυχὴν προσένεγκε, δι' ἣν καὶ ἐτύθη· ταύτην χρυσῆν ποίησον· ἂν δὲ αὕτη μένῃ μολίβδου καὶ ὀστράκου χείρων, τὸ δὲ σκεῦος χρυσοῦν, τί τὸ κέρδος; μὴ τοίνυν τοῦτο σκοπῶμεν, ὅπως χρυσᾶ σκεύη προσφέρωμεν μόνον, ἀλλ' ὅπως καὶ ἐκ δικαίων πόνων· ταῦτα γάρ ἐστι τὰ καὶ χρυσῶν τιμιώτερα, τὰ χωρὶς πλεονεξίας· οὐ γὰρ χρυσοχοεῖον, οὐδὲ ἀργυροκοπεῖόν ἐστιν ἡ ἐκκλησία, ἀλλὰ πανήγυρις ἀγγέλων· διὸ ψυχῶν ἡμῖν δεῖ· καὶ γὰρ ταῦτα διὰ τὰς ψυχὰς προσίεται ὁ θεός· οὐκ ἦν ἡ τράπεζα ἐξ ἀργύρου τότε ἐκείνη, οὐδὲ τὸ ποτήριον χρυσοῦν, ἐξ οὗ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ὁ χριστὸς τὸ αἷμα τὸ ἑαυτοῦ· ἀλλὰ τίμια ἦν καὶ φρικτά, ἐπειδὴ πνεύματος ἔγεμε. It. homil. LXXXVI. p. 722. cit. cap. II. §. II. sub litt. (k) pag. 253.

(*) Lib. XV. cap. II. §. II.

cæ diſciplinæ erant obnoxii, nec ad communionem admitti poterant ante, quam publice errores ſuos reuocaſſent. Erant autem præterea alii inquieti & turbulenti homines, qui ſine publica defectione ab eccleſia, ſæpe magnis tumultibus ac turbis in eccleſia dabant occaſionem. Tales erant iſti *Corinthii*, in quibus toties *Paulus* reprehendit factioſum zelum & minus neceſſarias diſputationes ac contentiones mutuas; quæ ex multis malis cauſſis oriebantur & peſſimos habebant effectus. Progerminabant enim ex amara inuidiæ, faſtus, ambitionis, auaritiæ, commodi proprii, φιλαυτίας radice, & ex cæca vel callida etiam & obſtinata doctoris alterius præ altero admiratione. Nam *vnusquisque eorum dicebat, Ego quidem ſum Pauli, Ego autem Apollo, Ego vero Cephæ, at ego CHRISTI.* Effectus autem erant, contentiones, æmulationes, indignationes, diſſenſiones, obtrectationes, inſuſurrationes, animorum elationes, & tumultus. Adeo, vt in ſuo partium ſtudio eo delaberentur, vt ſe mutuo faſtidirent ac contemnerent in hoc, quod prorſus contraria eos docere debebat; celebrationem intelligo euchariſtiæ atque ipſorum agapas. Nam vnuſquiſque propriam cœnam præoccupabat in edendo, & hic quidem eſuriebat, ille vero ebrius erat. Qua de re apoſtolus ita ſolenniter eos admonebat, 1 Cor. XI, 28. *Probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diſcernens corpus domini.* Non multum temporis ab obitu *Pauli* præterlapſum erat, quum CLEMENS epiſcopus *Romanus* longam epiſtolam ad hoſce *Corinthios* de iiſdem ſeditioſis factionibus & diſſidiis ſcriberet, in qua inter multa alia argumenta ad perſuadendam illis pacem ac concordiam, eos monet [g], videant, ne beneficia Dei plurima ſibi in condemnationem cedant, niſi digne illo viuentes bona & placita in conſpectu eius fecerint concorditer. Hinc eos [h] iubet auferre hoc malum celeriter, & domino accidere & plangere orantes eum, vt propitius fa-

(g) Clem. Rom. epiſt. I. ad Corinth. §. XXI. Ὁρᾶτε, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένωνται εἰς κρῖμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι, τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονίας.

(h) Ibid. n. XLVIII. Ἐξάρωμεν τοῦτο ἐν τάχει, καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ

ctus

ctus reconcilietur ipsis, atque in decoram & castam fraterni amoris viam ipsos reducat & restituat. Caritatem enim esse dicit portam iustitiæ ad vitam apertam; caritatem nos Deo [i] adglutinare; caritatem operire multitudinem peccatorum; caritatem omnia tolerare, omnia æquo animo ferre; in caritate nihil sordidum esse, nihil superbum: caritatem schisma non habere; caritatem seditionem non committere; caritatem omnia facere in concordia; in caritate omnes Dei electos perfectos esse factos: sine caritate nihil acceptum esse Deo. Vnde eos, qui seditionis fundamenta iecerant, adhortatur, vt subditi sint presbyteris & in pœnitentia corripiantur; flectentes genua cordis discant subiici, deponentes [k] arrogantem & superbam linguæ iactantiam: melius siquidem eis esse, in ouili *CHRISTI* paruos & probatos inueniri, quam altum sapientes e spe illius eiici. Iubet eos vtilitatem propriam paci ecclesiæ deuouere, *Quis inter vos*, inquiens [l], *generosus? quis misericors? quis caritatis plenus? dicat; Si propter me seditio, & discordia & schismata; discedo, abeo, quocumque volueritis; & facio, quæ a plebe mandantur; solum ouile Christi in pace degat cum constitutis presbyteris. Qui hoc fecerit; sibi magnum decus in domino comparabit, & omnis locus eum suscipiet. Domini enim est terra & plenitudo eius.* In hunc modum

τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἁγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς· πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῳγυῖα εἰς ζωὴν αὕτη.

(*i*) Ibid. n. XLIX. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ θεῷ, ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν· ἡ ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· ὀδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, ὀδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα ὀκ ἔχει, ἀγάπη ὀ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τῦ θεῦ· δίχα ἀγάπης ὀδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ θεῷ.

(*k*) Ibid. num. LVII. Ὑμεῖς οἱ τὴν καταβολὴν τῆς στάσεως ποιήσαντες, ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ παιδεύθητε εἰς μετάνοιαν, κάμψαντες τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν, μάθετε ὑποτάσσεσθαι, ἀποθέμενοι τὴν ἀλάζονα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθάδειαν· ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν ἐν τῷ ποιμνίῳ τῦ χριστῦ μικρὸς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπεροχὴν δοκῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτῦ.

(*l*) Ibid. n. LIV. Τίς ὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω· Εἰ δι' ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, ὗ ἐὰν βύλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τῦ χριστῦ εἰρηνευέτω, μετὰ καθεσταμένων πρεσβυτέρων· τῦτο ὁ ποιήσας, ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν· τῦ γὰρ κυρίυ ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

vir ille ſanctus ſeditioſos *Corinthios* adhortatur, vt, factioſo & turbulento depoſito animo, ſe ipſos ad ſtudium vnitatis ac pacis componant, ſi miſericordiam ac gratiam a domino conſequi cupiant. Veteres hoc generatim tamquam argumentum contra iurgia, contentiones, ſchiſmata & diuiſiones vrgent, quod ſint tanta crimina, vt ſine reſipiſcentia nec ipſo martyrii ſanguine eorum macula & culpa abluatur. Quod crebrum effatum CYPRIANI [m] eſt, repetitum & approbatum a CHRYSOSTOMO [n], AVGVSTINO [o], FVLGENTIO [p] aliiſque pluribus.

§. XII.

De caritate & beneficentia in pauperes.

Quinto, ALIA res, quam in communicantibus, tamquam neceſſariam præparationem, requirebant, erat exercitium beneficentiæ ac caritatis erga pauperes, ſpeciatim in egentia *CHRISTI* membra. Quum enim ipſi in eo eſſent, vt omnium maxima beneficia reciperent, æquum & iuſtum eſſe credebant, vt, quantum poſſent, humanos ac liberales erga fratres

(*m*) Cypr. de vnit. eccleſ. p. 113. (p. 81. fin. edit. Amſtelod.) Quam ſibi pacem promittunt inimici fratrum? quæ ſacrificia celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum? an ſecum eſſe Chriſtum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Chriſti eccleſiam colliguntur? Tales etiamſi occiſi in confeſſione nominis fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa diſcordiæ nec paſſione purgatur. Eſſe martyr non poteſt, qui in eccleſia non eſt &c.

(*n*) Chryſoſt. homil. XI. in Epheſ. p. 1107. (p. 979. edit. Francof.) *ἀνὴρ τις ἅγιος εἶπέ τι δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο· τί δὲ τοῦτό ἐστι; οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύναται ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν ἔφησεν.* *Dixit vir quidam ſanctus aliquid, quod magnam præ ſe fert audaciam, ſed tamen eſt eloquutus. Quid hoc eſt autem?* Dixit, ne ſanguinem quidem martyrii poſſe delere hoc peccatum.

(*o*) Auguſtin. de bapt. contr. Donat. lib. IV. c. XVII. (tom. VII. opp. p. 420. edit. Baſil. MDLXIX.) Quod ſi propter hoc, quia caritas deeſt, *paſſio nihil prodeſt*, nec illis prodeſt, quos in inuidia & maleuolentia ſine caritate viuere Paulus dicit, *Cyprianus* exponit &c.

(*p*) Fulgent. de fide ad Petrum c. XXXIX. (Inter opera Auguſt. tom. III. p. 234.) Omni homini, qui eccleſiæ catholicæ non tenet vnitatem, neque baptiſmus, neque eleemoſyna quamlibet copioſa, neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem, quamdiu in eo hæretica vel ſchiſmatica prauitas perſeuerat, quæ ducit ad mortem.

ſuos

ſuos ſeſe præberent. Hoc fundamentum erat oblationum & agaparum, de quibus mentionem fecimus ſupra; & neglectus, vel abuſus, vel factio in illis admiſſa ſemper pro decumano habebatur crimine. Immo vero non tantum ab hominibus requirebant, vt eſſent benefici in actu communicationis, ſed omni tempore; neque vllas, vel maxime plauſibiles excuſationes, quæ in contrarium adferri poterant, admittebant. Nonnulli caritatis ſuæ defectum eadem, qua iniuſtitiam ſuam, defendebant ratione; quaſi re bene geſta exclamantes, *Corban*, donum *CHRISTO* deſtinatum eſt, quocumque a me iuuari poſſes: Atque ita per commutationem officio liberalitatis ſe excemtos eſſe credebant. In vſum Dei munera quædam offerebant, quæ ille non requirebat, pauperes autem perire patiebantur, quos illis commendauerat ſuſtentandos. Contra hos CHRYSOSTOMVS (q) ita eleganter diſputat: „Vis corpus Chriſti honorare? non deſpicias ipſum nudum, neque heic quidem „in eccleſia ſericis pannis induas, foris autem frigore ac nuditate confici negligas. Qui enim dixit, *Hoc eſt corpus meum*, & „rem ſimul cum verbo confecit, idem dixit: *Eſurientem me vidiſtis, & non cibaſtis*: et, *in quantum non feciſtis vno eorum* „*minimorum, nec mihi feciſtis*. Hoc certe corpus Chriſti „(eucharistia) non amictu, ſed anima munda indiget: illud „autem multa cura & magna diligentia eget. Perdiſcamus „igitur philoſophari, & ipſum Chriſtum ex voluntate ſua honorare: nam qui honoratur, eo maxime honore lætatur, „quem ipſe vult, non quem putamus. Sic & *Petrus* honorare „Chriſtum credebat, ſi eum a lotione pedum prohibuiſſet: „quod certe contrarium erat. Pariter tu etiam ita eum hono-

(q) Chryſoſt. homil. LI. in Matth. p. 455. (p. 555. edit. Franc.) βούλει τιμῆσαι τοῦ χριστοῦ τὸ σῶμα, μὴ περιίδῃς αὐτὸν γυμνόν· μηδὲ ἐνταῦθα μὲν αὐτὸν σηρικοῖς ἱματίοις τιμήσῃς, ἔξω δὲ ὑπὸ κρυμοῦ καὶ γυμνότητος διαφθειρόμενον περιίδῃς· ὁ γὰρ εἰπὼν, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, καὶ τῷ λόγῳ τὸ πρᾶγμα βεβαιώσας, οὗτος εἶπε· πεινῶντά με ἴδετε, καὶ οὐκ ἐθρέψατε· καὶ, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε· τοῦτο γὰρ οὐ δεῖται ἐπιβλημάτων, ἀλλὰ ψυχῆς καθαρᾶς· ἐκεῖνο δὲ πολλῆς δεῖται ἐπιμελείας· μάθωμεν τοίνυν φιλοσοφεῖν, καὶ τὸν χριστὸν τιμᾶν ὡς αὐτὸς βούλεται· τῷ γὰρ τιμωμένῳ τιμὴ ἡδίστη, ἣν αὐτὸς θέλει, οὐχ ἣν ἡμεῖς νομίζομεν· ἐπεὶ καὶ Πέτρος τιμᾶν αὐτὸν ᾤετο τῷ κωλῦσαι νίψαι τοὺς πόδας, ἀλλ' οὐκ ἦν τιμὴ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τοὐναντίον· οὕτω καὶ σὺ ταύτην αὐτὸν τίμα τὴν τιμὴν, ἣν αὐτὸς ἐνομοθέτησεν, εἰς πένητας ἀναλίσκων τὸν πλοῦτον· οὐδὲ γὰρ σκευῶν χρείαν ἔχει χρυσῶν ὁ

„ra,

„ra, vt ipſe vult, exponens diuitias tuas pauperibus. Non eſt „opus vaſis, ſed animis aureis. Hæc dico, non quia vetare ve„lim talium vaſorum oblationem, ſed quia dignum putem, „ante omnia miſericordiæ ac benignitati eſſe incumbendum: „nam & vaſa Deus ſuſcipit, ſed illa multo magis ei gratioſa „ſunt. Et vaſa quidem danti ſolum profuerint, benignitas „vero etiam accipienti. Et heic quidem oſtentatio nonnum„quam poteſt accuſari, ibi vero totum miſericordi animo con„tribuitur. Reſponde, quæſo, quænam vtilitas eſt, ſi, quum „menſa eius multis calicibus aureis ornatur, ipſe inedia pere„at? Prius igitur ipſum eſurientem ſatura, deinde ex quadam „ſuperabundantia menſam etiam ornabis. Calicem aureum „facis, & aquæ frigidæ calicem ei non præbes: & quod hinc „emolumentum conſequitur? Coopertoria menſæ auro nitent, „& ipſi neceſſaria velamina negas: quid igitur ipſi præbes? „Dic, oro, ſi quem fame pereuntem videres, nec cibo ſoluere „ipſius famem curares, ſed multo argento ac auro menſam ſo„lummodo exornares: quas putas illum gratias tibi habitu„rum, ac non potius indignaturum? Quid porro, ſi veſtibus „detritis ac pertuſis veſtitum, & frigore congelatum hominem „adſpiceres, nec veſtem aliquam ei præparares, aureas ſtatuas „ad laudem eius erigeres, nonne contemnere atque irridere „ipſum videreris? Ita te oportet de Chriſto etiam cogitare, „quum errabundus & peregrinus circumuagetur, tecto indi„gens, tunc tu ipſum quidem non ſuſcipis: vermiculato em-

θεὸς, ἀλλὰ ψυχῶν χρυσῶν· καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κωλύων ἀναθήματα κατασκευάζεσθαι τοιαῦτα· ἀξιῶν δὲ μετὰ τούτων, καὶ πρὸ τούτων, τὴν ἐλεημοσύνην ποιεῖν· δέχεται μὲν γὰρ καὶ ταῦτα· πολλῷ μᾶλλον δὲ ἐκεῖνα· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ὁ προσενεγκὼν ὠφελήθη μόνον· ἐκεῖ δὲ ὁ καὶ ὁ λαβών· ἐνταῦθα δοκεῖ καὶ φιλοτιμίας ἀφορμὴ τὸ πρᾶγμα εἶναι· ἐκεῖ δὲ ἐλεημοσύνη καὶ φιλανθρωπία τὸ πᾶν ἐστι· τί γὰρ ὄφελος, ὅτ' ἂν ἡ τράπεζα αὐτῷ γέμη χρυσῶν ποτηρίων, αὐτὸς δὲ λιμῷ διαφθείρεται; πρότερον αὐτὸν ἔμπλησον πεινῶντα, καὶ τότε ἐκ περιουσίας καὶ τὴν τράπεζαν αὐτοῦ κόσμησον· ποτήριον χρυσοῦν ποιεῖς, καὶ ποτήριον ψυχροῦ οὐ δίδως; καὶ τί τὸ ὄφελος χρυσόπαστα ἐπιβλήματα κατασκευάζειν τῇ τραπέζῃ· αὐτῷ δὲ μηδὲ τὴν ἀναγκαίαν παρέχειν σκέπην, καὶ τί τὸ κέρδος ἐκ τούτου; εἰπὲ γάρ μοι· εἴ τινα ἰδὼν τῆς ἀναγκαίας ἀποροῦντα τροφῆς ἀφεὶς αὐτῷ λῦσαι τὸν λιμὸν, τὴν τράπεζαν ἀργύρῳ περιέβαλες μόνον· ἆρα ἂν ἔγνω σοι χάριν, ἀλλ' οὐχὶ μᾶλλον ἠγανάκτησε; τί δὲ εἰ ῥάκιον περιβεβλημένον ὁρῶν, καὶ ὑπὸ κρυμοῦ πηγνύμενον, ἀφεὶς αὐτῷ δοῦναι ἱμάτιον, κίονας κατασκευάζεις χρυσοῦς, λέγων εἰς ἐκείνου τιμὴν ποιεῖν; οὐκ ἄν σε καὶ εἰρωνεύεσθαι ἔφη, καὶ ὕβριν ἐνόμισε τὴν ἐσχάτην; τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ χριστοῦ λογίζου, ὅτ' ἂν ἀλήτης καὶ ξένος περιέρχηται δεόμενος ὀρόφης· σὺ δὲ αὐτὸν ἀφεὶς ὑποδέξασθαι ἔδαφος καλλωπίζεις,

„ble-

„blemate pauimenta ornas, magnificos muros conſtruis, co„lumnarum capita erigis, lychnos ab argenteis catenis de„pendere facis: ipſum vero nec viſitare quidem curas in car„ceribus vinctum. Nec prohibeo magnifica templa conde„re, ſed hæc cum illis, immo vero hæc ante illa, facere mo„neo: nemo enim quia templa magnifica non condiderit, vm„quam accuſatus eſt: at vero gehenna, ignis inextinguibilis, „ſupplicia dæmonum eminent, niſi quis diligenter iſta pera„gere velit. Quum ergo ædes exornes, noli adflictum fratrem „deſpicere: hoc enim templum illo eſt multo præſtantius, nam „& illud infideles reges & tyranni & latrones capere poſſunt. „Quicquid autem benigne in fratrem feceris, nec diabolus i„pſe poterit vmquam eripere, ſed manet theſauris æternis re„conditum„. Facile foret, plura iſtiuſmodi loca ex CHRYSOSTOMO [r] & aliis adferre, ſed hic vnus ſufficit ad oſtendendum, quantum pretium caritati ac beneficentiæ in pauperes ſtatuerint veteres chriſtiani, in ordine præparandi homines ad dignam ſanctæ communionis receptionem.

§. XIII.

De caritate in deponendis inimicitiis ac condonandis iniuriis.

Sexto, ENIMVERO hoc non vnum ſolum caritatis genus erat, quod hac occaſione exercendum commendabant: ſed erat adhuc aliud quoddam idque multo difficilius ad faciendum, neque tamen minus ſtudioſe ab omnibus illis peragendum, qui gratiam Dei in ſacrificio corporis ac ſanguinis *CHRISTI* impetrare cupiebant. Et hoc erat officium deponendi inimicitias ac iniurias condonandi, quo ſine qui ad ſacram menſam veniam a Deo petere audere vellent, abſurde & im-

καὶ τοίχους καὶ κιόνων κεφαλὰς, καὶ ἀργυρᾶς ἁλύσεις διὰ λαμπάδων ἐξάπτεις, αὐτὸν δὲ ἐν δεσμωτηρίῳ δεδεμένον μηδὲ ἰδεῖν ἐθέλεις· καὶ ταῦτα λέγω, οὐχὶ κωλύων καὶ ἐν τούτοις φιλοτιμεῖσθαι· ἀλλὰ ταῦτα πρὸ ἐκείνων παραινῶν ποιεῖν· ὑπὲρ μὲν γὰρ τοῦ ταῦτα μὴ ποιῆσαι, οὐδεὶς ἐνεκλήθη ποτέ· ὑπὲρ δὲ ἐκείνων καὶ γέεννα ἠπείληται, καὶ πῦρ ἄσβεστον, καὶ ἡ μετὰ δαιμόνων τιμωρία. μὴ τοίνυν οἶκον κοσμῶν, τὸν ἀδελφὸν θλιβόμενον περιόρα· οὗτος γὰρ ἐκείνου ὁ ναὸς κυριώτερος, καὶ ταῦτα μὲν καὶ βασιλεῖς ἄπιστοι, καὶ τύραννοι, καὶ λῃσταὶ δυνήσονται λαβεῖν τὰ κειμήλια· ὅσα δὲ ἂν εἰς τὸν ἀδελφὸν ποιήσῃς πεινῶντα καὶ ξένον ὄντα, καὶ γυμνὸν, οὐδὲ ὁ διάβολος συλῆσαι δυνήσεται, ἀλλ' ἐν ἀσύλῳ κείσεται θησαυρῷ.

(r) Vide ſis Chryſoſt. homil. I. in 1 Timoth. p. 1631. homil. IX. de pœnitent. tom. I. p. 704. hom. XXV. tom. V. p. 369.

pudenter agere credebantur. Hinc CHRYSOSTOMVS [s] explicans hæc saluatoris verba, Matth. V. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque munus tuum ante altare, & vade prius, reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum:* dicit, *CHRISTVM* per omnia ista significare, quod homines, per aliquas inter se inimicitias dissidentes, nequaquam sacra mensa suscipiat: nec quod preces Deo gratas offerre illi possint. Vnde *Audiant*, inquit, *hi, qui sacris certe mysteriis initiati, cum inimicitiis ad communionem altaris accedunt. Audiant etiam illi, qui nondum initiati sunt. Nam ad ipsos quoque habet aliquid sermo iste commune. Offerunt namque & ipsi munus & hostiam, orationem dico & eleemosynam. Quia enim & hæc sacrificii instar obtineant, audi prophetam loquentem: Sacrificium laudis honorificabit me. Et rursum: Immola Deo sacrificium laudis. Et, Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Itaque etiamsi orationem cum tali offeras voluntate, melius est orationem relinquere, & ad reconciliationem fratris excurrere, & tunc orationem consequenter offerre.* Visitati moris CHRYSOSTOMO est, hoc respectu dicere auditoribus suis, quod qui sacra eucharistia non sint digni, nec prece digni sint [t]: quia qui non dimittunt inimicis, re ipsa precationem in semetipsos conuertant, dicentes, *Dimitte nobis, quemadmodum & nos dimittimus*, nihilque aliud a Deo postulent, quam vt se omni excusatione, omni venia denudent [u]. *Ingredientes in ecclesiam*, inquit alio loco [w], *vt decet, Deum acce-*

(*s*) Chrysost. homil. XVI. in Matth. p. 166. (p. 203. edit. Francof.) διὰ πάντων τούτων δηλῶν, ὅτι οὐ δέχεται τοὺς ἀπεχθῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχοντας αὕτη ἡ τράπεζα· Ἀκουέτωσαν οἱ μεμυημένοι, ὅσοι μετὰ ἔχθρας προσέρχονται· ἀκουέτωσαν καὶ οἱ ἀμύητοι· καὶ γὰρ καὶ πρὸς τούτους ἔχει τι κοινὸν ὁ λόγος· προσάγουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ δῶρον καὶ θυσίαν, εὐχὴν λέγω καὶ ἐλεημοσύνην· ὅτι γὰρ καὶ τοῦτο θυσία, ἄκουσον τί φησιν ὁ προφήτης· θυσία αἰνέσεως δοξάσει με· καὶ πάλιν· θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως· καὶ, ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· ὥστε κἂν εὐχὴν μετὰ τοιαύτης γνώμης προσάγῃς, βέλτιον ἀφεῖναι τὴν εὐχὴν, καὶ ἐπὶ τὴν καταλλαγὴν ἐλθεῖν τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τότε τὴν εὐχὴν προσφέρειν.

(*t*) Chrysost. hom. III. in Ephes. p. 1051. (p. 836. edit. Fif.) οὐκ εἶ τῆς θυσίας ἄξιος, οὐδὲ τῆς μεταλήψεως; οὐκοῦν οὐδὲ τῆς εὐχῆς.

(*u*) Chrysost. homil. XXII. de ira tom. I. p. 256. edit. Francof. - - καθ' ἑαυτοῦ τὴν εὐχὴν ταύτην ποιούμενος· ὅταν γὰρ εἴπῃς, ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν, εἶτα σὺ μὴ ἀφῇς, οὐδὲν ἕτερον τὸν Θεὸν παρακαλεῖς, ἀλλ' ἢ πάσης ἀπολογίας ἀποστερεῖν σε καὶ συγγνώμης.

(*w*) Chrysost. homil. XXXVIII. de pœnit. & euchar. tom. V. p. 570. (p. 509. edit.

da-

damus, ne vindictæ cupiditatem in mente habentes, aduersus nos precemur, dicentes, Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Terribile est mysterium hoc, quod dicitur, & ferme sic ad Deum clamat, qui hoc dicit: Dimisi, domine, dimitte: solui, solue: ignoui, ignosce: si non solui proximo, neque tu mea soluas: si non dimisi, neque tu dimittas: si inuasi, inuade: si durus fui, durus esto: in qua mensura metior proximo, eadem remetiaris mihi. Hoc argumentum erat, quo auditores suos ad ignoscendum *Eutropio*, quem inimicissimum habuerant, inducebat, quum offenso principe delitesceret sub altari ecclesiæ, cui ipse antea ius asyli abrogare conatus fuerat. *Quomodo*, inquit [*], *hoc cœtu soluto sacramenta contrectabitis, & precationem illam dicetis, qua rogare iubemur: Remitte nobis, quemadmodum etiam nos remittimus debitoribus nostris; si a debitore vestro pœnas exigatis?* Alio loco [x] ait: *Si hoc fecerimus* (si inimicis dimiserimus offensas) *poterimus pura conscientia ad sanctam terribilemque hanc mensam accedere, & verba illa* (dimitte nobis &c.) *quæ precationi inserta sunt, fideliter dicere.* Quod si autem inimicitias & iras in animo foueant, nihilo magis quam adulteros & alios eiusmodi sontes, sacræ mensæ participes eos fieri posse, adfirmat. *Vt fornicantem*, inquit [y], *blasphemantemque impossibile est sacræ mensæ participem fieri, ita quoque, qui inimicitias fouet, aut in ira pertinax est; non potest frui sancta communione.* --

Frf.) εἰσερχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς θεῷ πρέπει εἰσέλθωμεν, μὴ μνησικακίαν ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες, μήπως εὐχόμενοι, καθ᾽ ἑαυτῶν εὐχώμεθα, λέγοντες· Ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· φοβερὸν γάρ ἐστι τὸ λεγόμενον, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, τοιοῦτο πρὸς τὸν θεὸν βοᾷ ὁ τοῦτο λέγων· ἀφῆκα, δέσποτα, ἄφες· ἔλυσα, λῦσον· συνεχώρησα, συγχώρησον· εἰ ἐκράτησα, κράτησον· εἰ μὴ ἔλυσα τῷ πλησίον, μηδὲ σὺ λύσῃς τὰ ἐμὰ ἁμαρτήματα· ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησα, ἀντιμετρηθήτω μοι.

(*) Chrysost. homil. in Eutrop. tom. IV. p. 554. (p. 485. edit. Francof.) πῶς θεάτρου τούτου λυθέντος, ὑμεῖς μυστηρίων ἅψεσθε, καὶ τὴν εὐχὴν ἐρεῖτε ἐκείνην, δι᾽ ἧς κελευόμεθα λέγειν, ἄφες ἡμῖν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν; τὸν ὑμῶν ὀφειλέτην ἀπαιτοῦντες δίκην;

(x) Chrysost. homil. XXVII. in Genes. p. 318. (p. 300. ed. Frf.) ἂν τοῦτο κατορθώσωμεν, δυνησόμεθα μετὰ καθαροῦ συνειδότος ἐν τῇ ἱερᾷ ταύτῃ καὶ φρικτῇ τραπέζῃ προσελθεῖν, καὶ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα τὰ τῇ εὐχῇ συνεζευγμένα μετὰ παῤῥησίας φθέγξασθαι.

(y) Chrysost. homil. XXII. de ira tom. I. p. 277. (p. 246. 247. ed. Frf.) ὡς γὰρ τὸν πορνεύοντα καὶ τὸν βλασφημοῦντα ἀμήχανον μετασχεῖν τῆς ἱερᾶς τραπέζης, οὕτω τὸν ἐχθρὸν ἔχοντα καὶ μνησικακοῦντα ἀδύνατον ἀπολαῦσαι κοινωνίας ἁγίας -- πῶς δὲ

Quo-

Quomodo postulabis Deum tibi mansuetum & mitem fieri, quum tu conseruo tuo tam grauis sis, & inexorabilis? Esto, contumelia te adfecit conseruus, nonne tu saepe Deo contumelias facis? quid aequale inter dominum & seruum? atque hic interdum contumeliose habitus, contumeliam forte reposuit & exasperatus es: tu nulla accepta iniuria aduersus dominum contumeliose agis: & quod magis est, non solum non ab illo indigne tractatus, sed perpetuis quotidie beneficiis adfectus. Addit, hoc peccatum irae ac vindictae maxime omnium esse periculosum & minime dignum venia, quia nullam ex leuibus istis excusationibus, quae plerumque pro aliis criminibus adferri soleant, admittat. *Si dixero,* inquit [z], *ieiunia, corporis imbecillitatem mihi subinde excusas: si dixero, des pauperi; adlegas contra tuam tenuitatem, & onus educandorum liberorum: si dixero, des operam sacrae synaxi, saeculares curas: si dixero, attende concionibus, ac doctrinae vim intellige, imperitiam: si dixero, fac, vt alium emendes, respondes, illum tuis monitis non obtemperaturum: saepe enim te inter dicendum aspernatum fuisse. Frigidae quidem istae sunt caussificationes, sed caussificationes tamen. Quod si dixero, iram dimitte, quid istorum adlegare poteris? non corporis imbecillitatem, non paupertatem, non imperitiam, non occupationes, nil certe istorum ad tergiuersationem obtendi potest; quapropter minime omnium hoc peccatum veniale est. Quomodo poteris manus in caelum extendere, aut linguam mouere, aut veniam postulare? Si enim voluerit tibi Deus peccata condonare, tu id non permittis, quum aduersus conseruum offensum animum retineas.* His aliisque pluribus

βούλει τὸν δεσπότην ἥμερόν σοι γενέσθαι καὶ πρᾶον, τῷ συνδούλῳ γενόμενος αὐτὸς χαλεπὸς καὶ ἀσύγγνωστος; ἀλλ' ὕβρισέ σε ὁ σύνδουλος, καὶ σὺ τὸν θεὸν ὑβρίζεις πολλάκις· πῶς δὲ ἴσον σύνδουλος καὶ δεσπότης; καὶ αὐτὸς μὴν ἴσως μὲν που ἠδικημένος ἴσως ὕβρισε, καὶ παρωξύνθης· Σὺ δὲ τὸν δεσπότην ὑβρίζεις οὐκ ἠδικημένος, οὐδὲ ἐπηρεαζόμενος, ἀλλ' εὐεργετούμενος καθ' ἑκάστην ὑπ' αὐτοῦ ἡμέραν.

(z) Chrysost. ibid. p. 282. (p. 252. ed. Frf.) ἂν εἴπω, νήστευσον, ἀσθένειάν μοι προβάλλῃ σώματος πολλάκις· ἂν εἴπω, δὸς πένησι, παιδοτροφίαν καὶ πενίαν· ἂν εἴπω, σχόλαζε εἰς συνάξεις, φροντίδας βιωτικάς· ἂν εἴπω, πρόσεχε τοῖς λεγομένοις, καὶ νόει τῆς διδασκαλίας τὴν δύναμιν, ἰδιωτείαν· ἂν εἴπω, κατόρθωσον ἕτερον, λέγεις, ὅτι οὐχ ὑπακούει συμβουλευόμενος, πολλάκις γὰρ εἰπὼν κατεφρονήθην· ψυχραὶ μὲν οὖν αἱ προφάσεις, ἀλλ' ὅμως κἂν πρόφασιν ἔχῃς εἰπεῖν· ἂν εἴπω, τὴν ὀργὴν ἄφες, τί τούτων εἰπεῖν δυνήσῃ; οὔτε γὰρ ἀσθένειαν σώματος, οὔτε πενίαν, οὐκ ἰδιωτείαν, οὐκ ἀσχολίαν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἔχεις εἰπεῖν, ἀλλ' ἀσύγγνωστος αὕτη μάλιστα πάντων ἐστὶν ἡ ἁμαρτία· πῶς δυνήσῃ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατεῖναι; πῶς τὴν γλῶτταν κινῆσαι; πῶς αἰτῆσαι συγγνώμην; κἂν γὰρ βούληται ὁ θεὸς ἀφεῖναι τὰς ἁμαρτίας σου, οὐκ ἀφίης αὐτὸς τὰ τοῦ συνδούλου κατέχων.

præ-

præstantibus vsus argumentis, quibus necessitatem reconciliationis & obliuionis iniuriarum demonstrare hominibus studet, si ad sacram eucharistiam, quæ fœdus est veniæ & pacis cum Deo ac hominibus, velint accedere, duorum effugiorum meminit, quibus nonnulli hac in re, vt malum ingenium celent ac quodammodo foueant, suoque cum officio faciant consistere, abutantur. Nonnulli quidem non audebant dicere hæc verba orationis dominicæ, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;* vtpote facile intelligentes, hoc nihil aliud esse, quam sibimetipsis male precari, quoad in ista mala animi conditione perseuerarent: adeoque primam tantum partem in precatione enuntiabant, quæ habet, *Dimitte nobis debita nostra,* altera parte, quæ conditionem ignoscendi aliis continet, prætermissa. Atque ita aduersus minas, vindictæ cupidis propositas, satis tutos se fore falso sibi persuadebant. Quibus ita respondet CHRYSOSTOMVS [a]: *Etiamsi tu ipse illud non dicas: Deus tamen ita facit, & quemadmodum dimittis, ita dimittit. Nam CHRISTVS illud ex sequentibus, quæ postea inducit, clarum facit. Si enim, inquit, non remiseritis hominibus, neque pater vester cælestis remittet vobis. Ne igitur cautelam putes, si non totam orationem proferas, neque dimidiatam precationem facias, sed prout instituit, ita precare, vt necessitas dictionis quotidie exterrens compellat te, ad proximo veniam condonandam.* Alii se excusabant dicendo: *Ego nihil infensus sum* [*], *nihil doleo, neque quidquam commune cum illo habeo.* Verum CHRYSOSTOMVS respondebat: *Non sufficit, quod non lædis, quod nulla iniuria adficis inimicum, & quod non malignum animum aduersus eum geris, sed enitendum est, vt ipse quoque aduersus nos beneuolum animum induat. -- Non id a Deo præceptum est, vt nihil habeas cum eo commune, sed vt quamplurima. Hac enim de caussa fra-*

(a) Ibid. p. 289. (p. 257. edit. Francof.) κἂν αὐτὸς μὴ εἴπῃς, ὁ Θεὸς οὕτω ποιεῖ· καθὼς ἀφίης, οὕτως ἀφίησι· καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς εὔδηλον ἐποίησεν· ἐὰν γὰρ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν· μὴ τοίνυν εὐλάβειαν εἶναι νομίσῃς, τὸ μὴ λέγειν ὁλόκληρον τὴν ῥῆσιν, μηδὲ ἐξ ἡμισείας ποιοῦ τὴν εὐχὴν, ἀλλ' ὡς ἔταξεν, οὕτως εὔχου, ἵνα κἂν ἡ ἀνάγκη τῆς λέξεως φοβοῦσα καθ' ἡμέραν συνωθήσῃ σε πρὸς τὴν τῶν συγχώρησιν.

(*) Ibid. p. 289. p. 257.) paullo post: οὐ γὰρ ἀρκεῖ, τὸ μὴ λυπεῖν, μηδὲ ἀδικεῖν τὸν ἐχθρὸν, μηδὲ ἀηδῶς ἔχειν πρὸς αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, ἀλλὰ χρὴ κἀκεῖνον παρασκευάζειν, ἡδέως πρὸς ἡμᾶς ἔχειν· καὶ γὰρ ἀκούω πολλῶν λεγόντων, ἐγὼ οὐκ ἐχθραίνω, οὐδὲ λυποῦμαι, οὐδὲ ἔχω τι κοινὸν πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς, ἵνα

ter est tuus: hac de caussa non dicit: remitte fratri tuo, quæ aduersus eum habes. Sed abi, & cum eo prius reconcilieris: & si ille aliquid habet aduersus te, ne prius inceptum omittas, quam membrum illud concordia iunctum coalescat. Habet hoc loco [b] etiam hæc notatu digna verba: *Ecce prædico, & contestor, & clara voce exclamo, nemo, qui inimicum habet, ad sacram mensam adeat, & corpus Christi accipiat, nemo, qui adit, inimicum habeat. Inimicum habes, ne accedas. Vis accedere, fac in gratiam cum inimico redeas, & tum sacrum corpus attinges. Immo non ego, sed potius dominus, propter nos crucifixus, ista dicit, ipse vt reconciliaret te patri, ne mactari quidem recusauit aut sanguinem fundere: tu autem vt reconcilieris conseruo, nec verbum vis emittere, aut prius accedere.* Hæc illis dicit, qui id infra se & abiecti atque effeminati animi esse putabant, si priores abirent ad reconciliationem. Adseuerat autem eis, non esse hoc contumeliam, sed officium & honorificum quidem officium, ita CHRISTVM in reconciliationis studio imitari: & quicumque eius effectus fuerit, hoc tamen certum esse, eos duplicatam & triplicatam coronam olim esse habituros. Denique illis enuntiat, si post quadraginta dierum admonitiones alii aliis implacabiles se præbuerint, non amplius admonitionibus, sed durioribus remediis se vsurum. *Iam*, inquit [c], *denuntio & protestor, si conueniam singulos, & experimentum capiam (capiam autem certissime) & deprehendam, aliquos hæc vitia non correxisse, pœnam irrogabo, edicam, vt foris extra sacra mysteria consistant, idque non eo animo, vt fo-*

μηδὲν κοινὸν ἔχῃς πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα πρὸς αὐτὸν κοινὰ ἔχῃς πολλά· Διὰ τοῦτο γάρ σου ἐστὶν ἀδελφός· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ἄφες τῷ ἀδελφῷ σου, ἃ ἔχεις κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ τί; ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι αὐτῷ, κἂν ἐκεῖνος ἔχῃ τι κατὰ σοῦ· καὶ μὴ πρότερον ἀποστῇς, ἕως ἂν ἑνώσῃς τὸ μέλος εἰς ὁμόνοιαν.

(b) Ibid. p. 285. (p. 253. edit. Frf.) ἰδοὺ προλέγω, καὶ διαμαρτύρομαι, καὶ λαμπρᾷ βοῶ τῇ φωνῇ, μηδεὶς τῶν ἐχόντων τὸν ἐχθρὸν προσίτω τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, καὶ δεχέσθω τὸ σῶμα τοῦ κυρίου· μηδεὶς προσιὼν ἐχθρὸν ἐχέτω· ἐχθρὸν ἔχεις; μὴ προσέλθῃς· βούλει προσελθεῖν; καταλλάγηθι, καὶ τότε προσελθὼν ἅψαι τοῦ ἱεροῦ· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγὼ ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὁ δι' ἡμᾶς σταυρωθεὶς δεσπότης αὐτός· ἵνα σε καταλλάξῃ τῷ πατρὶ, οὐδὲ σφαγῆναι παρῃτήσατο, οὐδὲ τὸ αἷμα ἐκχεῖν, καὶ σὺ ἵνα καταλλαγῇς τῷ συνδούλῳ, οὐδὲ ῥῆμα προέσθαι βούλει, οὐδὲ πρότερος προσδραμεῖν.

(c) Ibid. p. 294. (p. 261. edit. Frf.) τεσσαράκοντα λοιπὸν ἡμέραι παρῆλθον. -- πᾶσι τοίνυν προλέγω καὶ διαμαρτύρομαι, ὅτι ἂν συγγενόμενος ὑμῖν κατ' ἰδίαν, καὶ λαβὼν ἀπόπειραν, λήψομαι δὲ πάντως, καὶ εὕρω τινὰς μὴ διορθώσαντας τὸ ἐλάτ-

ris

ris maneant, ſed vt, poſtquam ſe emendauerint, intus recepti cum pura conſcientia ſacra menſa fruantur: id enim eſt communionis participem fieri.

§. XIV.

Quemadmodum ſe geſſerint in ipſa euchariſtiæ celebratione & poſtea.

ERANT hæ quædam de neceſſariis conditionibus, quas in hominibus requirebant ante, quam ad ſacram communionem accederent. Et tempore quidem celebrationis ipſa eccleſiæ officia ita inſtituta erant, vt hominum mentes ad ſummam reuerentiam, deuotionem & gratiarum actionem pro beneficiis Dei, in vnigeniti ſui filii ſacrificio præſtitis, eleuare poſſent. Quam in rem lector, quæſo, ea repetat, quæ de longiore gratiarum actione in conſecratione euchariſtiæ, de excitatorio illo, *Surſum corda*, & de hymnis ſeraphicis ac glorificationibus angelicis, ad laudandum Deum in hoc verendo myſterio ſpectantibus, diximus. Quibus addi poteſt locus ex ORIGENE [*d*], vbi homines monet, vt cum profunda animi ſubmiſſione ad ſacram cœnam accedant, imitanteſque centurionem dicant: *Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*: Vt omnibus rerum terreſtrium cogitationibus abiectis, conſiderent, ſe eſſe tunc in mediis cherubim ac ſeraphim, angelis, ac archangelis & omnibus ſupremis poteſtatibus. *Heic enim*, inquit CHRYSOSTOMVS [*e*], *terram tibi cœlum facit hoc myſterium. Aperi ergo cæli portas & perſpice, vel potius non cæli, ſed cæli cælorum: & tunc videbis, quod dictum eſt. Nam quod illic eſt omnium pretioſiſſi-*

θωμα, ἀπαιτήσω δίκην, κελεύσας ἔξω μένειν τῶν μυστηρίων τῶν ἱερῶν· οὐχ ἵνα μένωσιν ἔξω, ἀλλὰ διορθώσαντες ἑαυτοὺς οὕτως εἰσέλθωσι, καὶ μετὰ καθαρᾶς συνειδότες ἀπολαύσωσι τῆς ἱερᾶς τραπέζης.

(*d*) Orig. hom. V. de diuerſis. Tom. II. p. 441. (part. II. p. 285. e. ed. Par. MDCIV.) Quando ſanctum cibum illudque incorruptum accipis epulum, quando vitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus ac ſanguinem domini, tunc dominus ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians temetipſum imitare hunc centurionem, & dicito: *Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.*

(*e*) Chryſoſt. homil. XXIV. in 1 Cor. p. 532. (p. 261. edit. Francof.) *ἐνταῦθα γάρ σοι τὴν γῆν οὐρανὸν ποιεῖ τοῦτο τὸ μυστήριον· ἀνάπτυξον γοῦν τὰς τοῦ οὐρανοῦ πύλας, καὶ διάκυψον· μᾶλλον δὲ οὐχὶ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ τῶν οὐρανῶν, καὶ τότε*

mum & maxime honorandum, hoc ostendam tibi situm in terra. Sicut enim in regia, id, quod est omnium magnificentissimum, non parietes, non tectum aureum, sed corpus regis sedens in solio: Ita & in cælis regis corpus. Sed hoc tibi non licet videre in terra. Non enim angelos, nec archangelos, neque cælos & cælos cælorum, sed ipsum eorum ostendam dominum. --- Neque solum vides, sed etiam tangis, sed etiam comedis, & eo accepto domum reuerteris. Quocirca ex hoc ipso diuersas egregias adhortationes elicit: *Effecti aquilæ*, inquit [f], *ad ipsum cælum euolemus; cum terra nihil habeamus commune, neque deorsum trahamur & serpamus, sed adsidue sursum euolemus, & ad solem iustitiæ adspiciamus, acutos & perspicaces habentes mentis oculos; Nemo eum velit audeatque immundis contrectare manibus, sed cum timore & summa puritate ad ipsum accedamus; dicentes: Propter hoc corpus non sum ego amplius terra & cinis: non sum amplius captiuus, sed liber: propter hoc spero, me accepturum cælos & omnia bona, quæ in eis sunt, vitam immortalem, angelorum conditionem, cum Christo consuetudinem. - - Absterge igitur & munda animam, & præpara mentem ad hanc mysteriorum susceptionem. Nam si tibi regis filius cum mundo & purpura & diademate traditus esset ferendus, quæcumque sunt in terra, abiecisses. Nunc autem non hominis regis filium accipiens, sed ipsum vnigenitum Dei filium.*

ὄψει τὸ εἰρημένον· τὸ γὰρ πάντων ἐκεῖ τιμιώτερον, τοῦτό σοι ἐπὶ τῆς γῆς δείξω κείμενον· ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς βασιλείοις τὸ πάντων σεμνότερον, οὐ τοῖχοι, οὐκ ὄροφος χρυσοῦς, ἀλλὰ τὸ βασιλικὸν σῶμα τὸ καθήμενον ἐπὶ τοῦ θρόνου· οὕτω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα· ἀλλὰ τοῦτό σοι νῦν ἔξεστιν ἐπὶ γῆς ἰδεῖν· οὐ γὰρ ἀγγέλους, οὐδὲ ἀρχαγγέλους, οὐδὲ οὐρανοὺς καὶ οὐρανοὺς οὐρανῶν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τούτων σοι δείκνυμι δεσπότην· --- καὶ οὐχ ὁρᾷς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἅπτῃ, καὶ οὐχ ἅπτῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐσθίεις, καὶ λαβὼν οἴκαδε ἀναχωρεῖς.

(f) Ibid. p. 237. 238. (p. 260. edit. Francof.) *καὶ ἀετοὺς γενομένους ἐντεῦθεν, οὕτω πρὸς αὐτὸν ἵπτασθαι τὸν οὐρανόν -- καὶ μηδὲν πρὸς τὴν γῆν κοινὸν ἔχειν, μηδὲ κάτω σύρεσθαι καὶ ἕρπειν, ἀλλ' ἄνω πέτεσθαι διηνεκῶς, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐνορᾷν, καὶ ὀξυδερκὲς τὸ ὄμμα τῆς διανοίας ἔχειν· --- οὐκ ἄν τις ἕλοιτο ῥυπαραῖς αὐτοῦ κατατολμῆσαι χερσίν· --- ἀλλὰ μετὰ φρίκης καὶ καθαρότητος ἁπάσης αὐτῷ προσίωμεν· --- λέγε πρὸς σεαυτόν· Διὰ τοῦτο τὸ σῶμα οὐκέτι γῆ καὶ σποδὸς ἐγώ, οὐκέτι αἰχμάλωτος, ἀλλ' ἐλεύθερος· Διὰ τοῦτο τοὺς οὐρανοὺς ἐλπίζω, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀπολήψεσθαι ἀγαθά, τὴν ἀθάνατον ζωήν, τὴν τῶν ἀγγέλων λῆξιν, τὴν μετὰ Χριστοῦ ὁμιλίαν.* Pag. 251. fin. *ἀπόσμηχε τοίνυν τὴν ψυχήν, παρασκεύαζε τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν τούτων τῶν μυστηρίων ὑποδοχήν· καὶ γὰρ εἰ παιδίον βασιλικὸν μετὰ τοῦ κόσμου καὶ τῆς ἁλουργίδος καὶ τοῦ διαδήματος ἐνεχειρίσθης φέρειν, πάντα ἂν ἔρριψας τὰ ἐν τῇ γῇ· νυνὶ δὲ οὐ παιδίον ἀνθρώπου βασιλικόν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν μονογενῆ λαμβάνων τοῦ θεοῦ παῖδα, οὐ φρίττεις, εἰπέ μοι, καὶ πάν-*

filium. Dic rogo, non extimescis, & eorum, quæ ad hanc vitam pertinent, non expellis amorem, & illo solum mundo gloriaris, sed adhuc terram amas videre & pecuniam, auroque attonitus inhias? Et quamnam assequeris veniam, quamnam defensionem & excusationem? Nescis, quod omnem ad hanc vitam pertinentem magnificentiam auersetur dominus tuus? Non ideo natus positus est in præsepi? & matrem accepit humilem? non propterea dicebat ei, qui adspiciebat ad caupanationem: Filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet? Quid vero discipuli? nonne eamdem seruabant legem in pauperum ædibus diuersantes? - - Eos ergo nos quoque imitemur: columnarum quidem & marmorum prætercurrentes pulchritudinem, supernas autem quærentes mansiones: & omnem heic fastum cum pecuniæ cupiditate conculcemus, altosque & sublimes concipiamus spiritus. Et alio loco [g] ait: *Quum accessuri estis ad tremendam diuinamque illam mensam & sacra mysteria, cum timore ac tremore hoc facite, cum pura conscientia, cum ieiunio & precatione. -- Tecum reputa, o homo, qualem hostiam es contrectaturus, qualem mensam aditurus. Tecum reputa & hoc, quod quum terra sis & cinis, corpus & sanguinem CHRISTI sumis. Et si nos rex quondam ad conuiuium vocat, cum timore accumbitis, cibosque appositos cum reuerentia & silentio sumitis; Deo autem te ad suam mensam vocante, filiumque suum ibi apponente, vbi angelicæ potestates adsistunt cum timore & tremore: vbi*

τα τὸν τῶν βιωτικῶν ἐκβάλλεις ἔρωτα, καὶ τῷ κόσμῳ καλλωπίζῃ μόνον ἐκείνῳ, ἀλλ᾽ ἔτι πρὸς τὴν γῆν ὁρᾷς, καὶ χρημάτων ἐρᾷς, καὶ πρὸς χρυσὸν ἐπτόησαι; καὶ τίνα ἂν σχοίης συγγνώμην; ποίαν ἀπολογίαν; οὐκ οἶδας πῶς ἅπασαν τὴν βιωτικὴν πολυτέλειαν ἀποστρέφεταί σου ὁ δεσπότης; οὐ διὰ τοῦτο ἐν φάτνῃ ἐτέθη τεχθεὶς, καὶ μητέρα ἔλαβεν εὐτελῆ; οὐ διὰ τοῦτο ἐκείνῳ τῷ πρὸς καπηλείαν βλέποντι ἔλεγεν· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ; τί δὲ οἱ μαθηταί; οὐ τὸν αὐτὸν διετήρουν νόμον, εἰς τὰς τῶν πενήτων οἰκίας καταγόμενοι; -- τούτους τοίνυν καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν· τὰ μὲν κάλλη τῶν κιόνων καὶ τῶν μαρμάρων παρατρέχοντες, ζητοῦντες δὲ τὰς ἄνω μονὰς, καὶ πάντα τῦφον τὸν ἐνταῦθα πατήσωμεν μετὰ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας, καὶ ὑψηλὸν λάβωμεν φρόνημα.

(g) Chrysost. homil. XXXI. de natiuit. Christi tom. V. p. 470. (homil. XXXIII. p. 420. edit. Francof.) μέλλοντες προσιέναι τῇ φρικτῇ καὶ θείᾳ ταύτῃ τραπέζῃ, καὶ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ μετὰ φόβου καὶ τρόμου τοῦτο ποιεῖτε, μετὰ καθαροῦ συνειδότος, μετὰ νηστείας καὶ προσευχῆς· -- ἐννόησον, ὦ ἄνθρωπε, ποίας μέλλεις ἅπτεσθαι θυσίας, ποίᾳ προσέρχεσθαι τραπέζῃ· ἐνθυμήθητι καὶ ὅτι γῆ ὢν καὶ σποδὸς, αἷμα καὶ σῶμα Χριστοῦ μεταλαμβάνεις· καὶ βασιλέως μὲν εἰς εὐωχίαν καλοῦντος ὑμᾶς, μετὰ φόβου συγκλίνεσθε, καὶ τῶν προκειμένων μετὰ αἰδοῦς καὶ ἡσυχίας μεταλαμβάνετε ἐδεσμάτων· τοῦ θεοῦ δὲ καλοῦντος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ τράπεζαν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ προτιθέντος υἱὸν, ἀγγελικῶν δυνάμεων παρισταμένων μετὰ φόβου καὶ τρόμου,

cherubim velant facies ſuas, atque ſeraphim cum tremore clamant: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus: tu mihi audes vociferando ac tumultuando ad ſpirituale illud conuiuium accedere? - - Cum horrore accedamus, gratias agamus, procumbamus confitentes peccata noſtra; lacrimemur mala noſtra lugentes, intentas ac largas preces Deo fundamus: ſicque noſmet ipſos emundantes, tacite & cum debita modeſtia tamquam ad cælorum regem adeuntes accedamus: ſanctamque hanc & immaculatam hoſtiam recipientes exoſculemur, oculis eam complexi, mentemque & animum incendamus, ne in iudicium aut damnationem conueniamus; ſed in animæ temperantiam, in dilectionem, in virtutem & cum Deo reconciliationem, in pacem firmam, ac mille denique bonorum occaſionem: vt & nos ipſos ſanctos reddamus, & proximum ædificemus.

QVEMADMODVM ita homines docebant, qua cum veneratione & quibus religioſis moribus ac geſtibus ad ſacram menſam accedere deberent; ita dabant operam, vt virtutis ſenſum in hominum mentibus, huius argumenti beneficio, alte defigerent, demonſtrantes illis, quam ſanctitatis ac puritatis neceſſitatem corporis ac ſanguinis *CHRISTI* receptio ſingulis corporis membris ſinguliſque animæ facultatibus imponat. Corpora ſua ac animas Deo offerebant, ſeque obſtringebant ſacramento, non in ſcelus aliquod, ſed in omne virtutis exercitium; quomodo PLINIVS [*b*] ex quorumdam chriſtianorum ore rem narrat. Hinc CHRYSOSTOMVS id tamquam officium, omnibus corporis membris, manibus, oculis, labris & linguis, ma-

καὶ τῶν Χερουβὶμ κατακαλυπτόντων τὰ πρόσωπα, τῶν Σεραφὶμ κραζόντων τρόμῳ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος· σὺ κράζεις, εἰπέ μοι, καὶ θορυβῇ πρὸς τὴν πνευματικὴν ταύτην ἑστίασιν; --- Φρίξωμεν τοίνυν προσιόντες, εὐχαριστήσωμεν, προσπέσωμεν ἐξομολογούμενοι τὰ πλημμελήματα ἡμῶν, δακρύσωμεν τὰ οἰκεῖα πενθοῦντες κακά, ἐκτενεῖς εὐχὰς ἀποδῶμεν τῷ Θεῷ· καὶ οὕτω διακαθάραντες ἑαυτοὺς ἠρέμα, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας, ὡς τῷ βασιλεῖ προσιόντες τῶν οὐρανῶν, οὕτω προσέλθωμεν· καὶ δεξάμενοι τὴν ἄμωμον καὶ ἁγίαν θυσίαν καταφιλήσωμεν, τοῖς ὀφθαλμοῖς περιπλεξώμεθα, διαθερμάνωμεν ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, ἵνα μὴ εἰς κρίμα ἢ εἰς κατάκριμα συνερχώμεθα, ἀλλ᾽ εἰς σωφροσύνην ψυχῆς, εἰς ἀγάπην, εἰς ἀρετὴν, καὶ καταλλαγὴν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν, εἰς εἰρήνην βεβαίαν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν ὑπόθεσιν, ἵνα καὶ ἑαυτοὺς ἁγιάσωμεν, καὶ τοὺς πλησίον οἰκοδομήσωμεν.

(*b*) Plin. lib. X. epiſt. XCVII. Adfirmabant, hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire: carmenque *CHRISTO*, quaſi Deo dicere ſecum inuicem: ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent.

xime

xime cordi ac animæ, incumbens, eleganter repræſentat, vt ab omni pollutione & impuritate peccati ſe abſtineant. *Tu prius quidem*, inquit [i], *quam communices, ieiunas, vt quomodocumque dignus appareas. Quando autem communicaueris, quum te oporteret magis augere temperantiam, omnia perdis. Atqui non ſunt paria, eſſe ſobrium ante & poſtea. Nam in vtroque quidem te oportet eſſe ſobrium & temperantem, maxime autem poſtquam ſponſum excepiſti. Antea quidem, vt ſis dignus accipere: poſtea autem, ne appareas indignus iis, quæ accepiſti. Quid ergo, an oportet ieiunare, poſtquam acceperis? Non hoc dico, neque te cogo. Nam eſt quidem hoc quoque bonum: ſed non ad hoc tibi vim facio, ſed ſuadeo, ne te deliciis ita impleas, vt ſis inexplebilis. - - Neſcis, quam multa mala proficiſcantur & ſubeant ex deliciis? Riſus intempeſtiuus, verba inſolentia & incompoſita, vrbanitas & facetiæ exitio plenæ, nugæ inutiles, ea quæ ne fas quidem eſt, dicere: & hæc facis Chriſti menſa exceptus, illo die, quo dignus es habitus, qui eius carnes lingua tangeres. Quicumque ſis ergo, ne hæc fiant, manum tuam expurga, & caſtiga linguam & labra, quæ ingreſſui CHRISTI fuere veſtibula: & appoſita menſa ſenſili, ad menſam illam mentem extende, & ad cœnam dominicam.* Et alio loco [k]: *Cogita, cum quibus ſtes tempore illorum myſteriorum; cum cherubim, cum ſeraphim. Seraphim non contumelia adficiunt, ſed os eorum vnum ſolum implet munus, nempe Deum laudandi & glorificandi. Quomodo ergo cum illis poteris dicere; Sanctus, ſanctus, ſanctus, qui ore vſus es ad*

(i) Chryſoſt. hom. XXVII. in 1 Cor. p. 567. (p. 297. ſeq. edit. Francof.) σὺ πρὶν ἢ μὲν μεταλαβεῖν νηστεύεις, ἵνα ὅπως δήποτε ἄξιος φανῇς τῆς κοινωνίας· ὅταν δὲ μεταλάβῃς, δέον σε ἐπιτεῖναι τὴν σωφροσύνην, πάντα ἀπολλύεις· καίτοιγε οὐκ ἔστιν ἴσον πρὸ τούτου νήφειν καὶ μετὰ ταῦτα· δεῖ μὲν γὰρ ἐν ἑκατέρῳ σωφρονεῖν, μάλιστα δὲ μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νυμφίον· πρὸ τούτου μὲν, ἵνα ἄξιος γένῃ τοῦ λαβεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα, ἵνα μὴ ἀνάξιος φανῇς ὧν ἔλαβες· τί οὖν, νηστεύειν δεῖ μετὰ τὸ λαβεῖν; οὐ λέγω τοῦτο, οὐδὲ καταναγκάζω· καλὸν μὲν γὰρ καὶ τοῦτο· πλὴν οὐ βιάζομαι τοῦτο, ἀλλὰ παραινῶ μὴ τρυφῇ εἰς ἀπληστίαν· -- οὐκ οἶδας ὅσα ἀπὸ τροφῆς ἐπεισέρχεται κακά; γέλως ἄκαιρος, ῥήματα ἄτακτα, εὐτραπελία ὀλέθρου γέμουσα, φλυαρία ἀνόητος, τὰ ἄλλα ἃ μηδὲ εἰπεῖν καλόν· καὶ ταῦτα ποιεῖς τραπέζης ἀπολαύσας χριστοῦ, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἅψασθαι διὰ γλώττης τῶν σαρκῶν αὐτοῦ κατηξιώθης· πᾶς οὖν, ἵνα ταῦτα μὴ γίνηται, καθάγνιζέ σου τὴν δεξιὰν, τὴν γλῶτταν, τὰ χείλη, ἅπερ ἐγένετο πρόθυρα τῇ ἐπιβάσει τοῦ χριστοῦ· καὶ τράπεζαν παραθεὶς αἰσθητὴν, πρὸς ἐκείνην τὴν τράπεζαν τὸν νοῦν ἀνάτεινον, πρὸς τὸ δεῖπνον τὸ κυριακόν.

(k) Chryſoſt. hom. XIV. in Epheſ. p. 1127. (p. 981. 983.) Vid. lib. XIII. c. VI. §. X. volum. V. p. 228. 229.

con-

contumeliam? Dic quæſo, ſi eſſet vas regium regiis cibis refertum & ad hoc conſtitutum, deinde aliquis ex famulis eo vteretur ad ſtercora, auderetne amplius reponere cum vaſis, quæ ſunt ad illa deſtinata, ipſum ſtercore repletum? Nequaquam. Huiuſmodi res eſt maledicentia, huiuſmodi res eſt contumelia. Pater noſter, Et quid? eſtne hoc ſolum? Audi etiam, quæ ſequuntur. Qui es in cœlis. Statim dixiſti, Pater noſter, qui es in cœlis, & verbum te erexit, & menti tuæ addidit alas, & oſtendit, te patrem habere in cœlis. Nihil agas, nihil dicas ex iis, quæ ſunt in terra. In ſupernum illum ordinem te retulit: in choro illo te inſeruit. Cur te deorſum detrahis, apud thronum ſtas regium & contumelia adficis. Non extimeſcis, ne rex eam rem exiſtimet contumeliam? Sed ſi ſamulus quidam coram nobis, qui ſumus conſerui, verberet aut contumelia adficiat, etiamſi hoc iuſte faciat, ſtatim increpamus. Tu autem ſtas apud thronum regis, contumelia fratrem adficis? Nonne vides hæc ſancta vaſa? Num quid ad vnum eis ſemper eſt opus? Num audet quiſpiam eis vti ad aliquod aliud? Tu es his vaſis ſanctior & multo ſanctior. Cur ergo te ipſum polluis & inquinas? Stas in cœlis & contumelia adficis? Cum angelis verſaris, & contumelia adficis? Dominico oſculo dignatus es, & contumelia adficis? Deus os tuum ornauit tam multis, hymnis angelicis, alimento non vtique angelico ſed ſuperangelico, ſui oſculo & ſuis amplexibus, & contumelia adficis? Noli quæſo. Res cauſſa magnorum malorum procul ſit ab animo chriſtiano. Quanta non dicendi vi & copia hic ſanctus ſcriptor nobis hoc loco demonſtrat officium, quod euchariſtiæ receptio hominibus imponit, abſtinendi a maledicentia? At vero ad coërcenda reliqua corporis membra omnia & corrigendas operationes animæ non minus quam ad moderandam linguam ſpectat. Quod CHRYSOSTOMVS alio loco egregie hunc in modum proponit [*l*]: *Sis gratus erga beneſactorem tuum optima conuerſatione, & ſacrificii magnitudinem cogitans, orna corporis tui membra: cogita quod manu capias, nec vmquam vllum verberare audeas, nec tanto decoratam munere plagæ crimine dedecores. Cogita, quid manu capias, & ipſam ab omni auaritia*

(*l*) Chryſoſt. homil. XXI. ad pop. Antioch. tom. I. p. 266. (p. 236. edit. Francof.) *ἀμεῖψαί σε τὸν εὐεργέτην ἀρίστῃ πολιτείᾳ, καὶ ἐννοήσας τῆς θυσίας τὸ μέγεθος, καλλώπισόν σου τὰ μέλη τοῦ σώματος· ἐννόησον τί δέχῃ τῇ χειρὶ, καὶ μηδέποτε ἀνάσχῃ τυπτῆσαί τινα, μηδὲ τὴν τοσούτῳ τιμηθεῖσαν δώρῳ καταισχύνῃς τῇ τῆς πληγῆς ἁμαρτίᾳ· ἐννόησον τί δέχῃ τῇ χειρὶ, καὶ καθαρὰν αὐτὴν πλεονεξίας καὶ*

et

& rapina liberam conserua. Reputa, quod non tantum manu capias, verum & ori admoueas, & linguam custodi a contumeliosis mundam & turpibus verbis, blasphemia, periurio & aliis omnibus huiusmodi. Etenim perniciosum est, tam tremendis ministrantem mysteriis linguam & sanguine tali purpuratam, & factam aureum gladium ad conuicia & contumelias & scurrilitates transferre. Reuerere honorem, quo dominus ipsam honorauit, nec ad peccati vsum ipsam deducas: sed rursum animaduertens, quod post manum & linguam cor suscipit tremendum illud mysterium, ne vmquam in proximum consuas dolum, sed mentem tuam ab omni malitia mundam conserua: sic & oculos & aures munire poteris. Quomodo enim non est absurdum, post mysticam illam vocem e cœlis delatam, a cherubim dico, meretriciis cantibus & fractis melodiis aures inquinare? Quomodo vero non extrema pœna dignum est, oculis, quibus arcana vides & tremenda mysteria, his meretrices spectare & mente adulterium exercere? TERTVLLIANVS inter alia multa argumenta, quibus christianos a ludorum *Romanorum* frequentatione auocare adlaborat, aliquod adhibet ex eodem fonte petitum: *Quale est*, inquiens [m], *de ecclesia Dei in diaboli ecclesiam tendere? de cælo, vt aiunt, in cœnum? illas manus, quas ad dominum extuleris, postmodum histrionem laudando fatigare. Ex ore, quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere?* εἰς αἰῶνας *alii omnino dicere nisi Deo Christo?* Istiusmodi argumentis familiaribus, ex natura sacramenti & omnium vitiosarum actionum contra finem, circumstantias & vniuersam intentionem eius repugnantia petitis, veteres hominum mentes de officio suo & im-

ἁρπαγῆς πάσης διατήρησον· λόγισαι, ὅτι οὐ τῇ χειρὶ δέχῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ στόματι προσάγεις, καὶ καθαρὰν φύλαττε τὴν γλῶτταν αἰσχρῶν καὶ ὑβριστικῶν ῥημάτων, βλασφημίας, ἐπιορκίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἁπάντων· καὶ γὰρ ὀλέθριον τὴν διακονουμένην μυστηρίοις οὕτω φρικωδεστάτοις, καὶ αἵματι φοινιχθεῖσαν τοιούτῳ καὶ χρυσῆν γενομένην μάχαιραν ἐπὶ λοιδορίας καὶ ὕβρεις, καὶ εὐτραπελίας μετάγειν· αἰδέσθητι τὴν τιμὴν, ἣν ἐτίμησεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, καὶ μὴ καταγάγῃς εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας εὐτέλειαν· ἀλλ᾽ ἐνθυμηθεὶς πάλιν, ὅτι μετὰ τὴν χεῖρα καὶ τὴν γλῶσσαν ἡ καρδία δέχεται τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο μυστήριον, μὴ ῥάψῃς μηδέποτε κατὰ τοῦ πλησίον δόλον, ἀλλὰ πονηρίας πάσης καθαρὰν διατήρει σου τὴν διάνοιαν· οὕτω καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ ἀκοὴν ἀσφαλίσασθαι δυνήσῃ· πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, μετὰ τὴν μυστικὴν ἐκείνην φωνὴν, καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν φερομένην, τὴν ἐκ τῶν χερουβὶμ λέγω, πορνικοῖς ᾄσμασι, καὶ κατακεκλασμένοις μέλεσι τὴν ἀκοὴν μολύνειν; πῶς δὲ οὐκ ἐσχάτης κολάσεως ἄξιον, τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἷς ὁρᾷς τὰ ἀπόρρητα καὶ φρικτὰ μυστήρια, τούτοις πόρνας ὁρᾷν, καὶ μοιχείαν ἐργάζεσθαι, τὴν κατὰ διάνοιαν;

(*m*) Tertull. de spectac. c. XXV.

posita illis necessitate perseuerandi in sanctitate, & Deum per omnem ætatem suam cum corpore tum anima glorificandi, conuincere adlaborabant. Quod vt non nisi rationalis eorum cultus erat, ita vna sola ratio erat reddendi hoc sacramentum efficax ad salutem, & in præsenti statu vtile, dum perpetuum ac ardentem erga *CHRISTVM* alebat amorem, qui ad crebrum & pene quotidianum eius vsum aptos eos reddebat; quod vltimum est, quod in tota hac disquisitione considerari oportet.

LIBRI DECIMI QVINTI
CAPVT NONVM
DE CREBRA COMMVNIONE ET DE TEMPORIBVS EAM CELEBRANDI IN ECCLESIA ANTIQVA.

§. I.

Omnes, exceptis pœnitentibus censuræ subiacentibus ecclesiæ, olim singulis diebus dominicis communionem recipere per canones ecclesiæ iussi.

OSTENDIMVS antea, quando contra priuatas ac solitarias missas disputauimus, quod, licet hodie in ecclesia *Romanens.* sacerdos eucharistiam recipere soleat, sine vllis aliis, siue clericis siue laicis, quotquot in re præsenti sunt, communicantibus; numquam tamen de eiusmodi consuetudine quidquam auditum sit in ecclesia antiqua. Et quamquam in plerisque aliis ecclesiis hæc corruptio abolita est, magnus tamen restat defectus, nondum emendatus, neglectio videlicet crebrioris communionis. Non descendemus vlterius ad huius neglectionis caussas perquirendas, vtrum ex generali quadam pietatis christianæ imminutione, an vero ex strictioris in ecclesia disciplinæ inopia deriuanda sit; sed obseruamus tantum, quod magna sit a zelo & feruore primitiuorum sæculorum aberratio. Tunc enim certum est, & regulam & praxin generatim omnium tum clericorum tum laicorum fuisse, recipere eucharistiam singulis diebus dominicis, si ab istis discesseris, qui ad eam recipiendam minus apti erant, catechumenis videlicet & pœnitentibus, quos ex more propter debitæ præparationis defe-

ctum

ctum ab ea se abstinere oportebat. Inter sic dictos canones apostolicos duo sunt in hancce sententiam. Primus ita habet [*a*]: *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex sacri ordinis catalogo, facta oblatione, non communicauerit, caussam dicat; quæ si rationi consentanea fuerit, veniam consequatur: sin vero non dixerit, segregetur; vt qui populo auctor fuerit offensionis, & suspicionem indiderit aduersus eum, qui obtulit, quasi non recte obtulerit.* Et proxime sequens canon ait: *Cunctos fideles, qui in sanctam Dei ecclesiam ingrediuntur, & sacras scripturas audiunt, non autem perseuerant in oratione & sancta communione; velut in ecclesiam inducentes confusionem, segregari oportet.* Concilium *Antiochenum*, sæculo quarto medio celebratum, hoc decretum repetit: *Omnes* [*b*], *qui in ecclesiam ingrediuntur, & sacras scripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel sanctam eucharistiæ participationem propter aliquam insolentiam auersantur, eos ab ecclesia expelli* (oportet,) *donec, postquam confessi fuerint, fructusque pœnitentiæ ostenderint, & implorauerint, veniam adsequi possint.* Isti canones ostendunt, quod, quoties ad diuinum cultum coierint die dominica, eucharistiam recipere sub pœna excommunicationis debuerint. Et reliqui canones omnes, qui de diuini cultus ordine præcipiunt, clare indicant, eucharistiæ celebrationem semper inseparabilem eius partem fuisse. Concilium *Laodicenum* [*c*], vt sæpius obseruatum nobis est in antecedentibus, vniuersum cultum publicum hoc describit ordine: *Oportet seorsum primum, post episcoporum sermones, catechumenorum orationem peragi; & postquam exierint catechumeni, eorum, qui pœnitentiam agunt, fieri orationem: &*

(*a*) Can. apostol. can. IX. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γενομένης, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω· καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω· εἰ δὲ μὴ λέγῃ, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ἐμποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος ὡς μὴ ὑγιῶς ἀνενεγκόντος. Can. X. Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἂν ἀταξίαν ἐμποιοῦντας, ἀφορίζεσθαι χρή.

(*b*) Concil. Antioch. c. II. Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν· τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, ἕως ἂν ἐξομολογησάμενοι καὶ δείξαντες καρποὺς μετανοίας, καὶ παρακαλέσαντες, τυχεῖν δυνηθῶσι συγγνώμης.

(*c*) Concil. Laodic. c. XIX. Vid. supr. lib. XV. c. I. §. I. sub litt. (a) pag. 230.

quum ii sub manum accesserint & secesserint, fidelium preces sic ter fieri: vnam quidem, scilicet primam, silentio: secundam autem & tertiam per pronuntiationem impleri, deinde sic pacem dari. Et postquam presbyteri pacem episcopo dederint, tunc laicos etiam pacem dare: & sic sanctam oblationem perfici. Et omnes isti canones, qui pœnitentibus eucharistiam participare [d] interdicunt, omnem reliquum populum eam participare, manifeste arguunt. Et si quis eam non participaret, indicio id erat, quod aut pœnitentiam ageret, aut certe grandis cuiusdam criminis sibi conscius esset, pro quo pœnitentiam agere eum oporteret: nullis enim præter eos licitum erat a constanti eucharistiæ vsu se abstinere. *Omnes, qui non participant*, inquit CHRYSOSTOMVS [e], *sunt in pœnitentia. Si es ex iis, qui sunt in pœnitentia, non debes participare. Nam qui non participat, est in pœnitentia.* Quod indicat, omnes debuisse constanter communicare, qui non publice vel priuatim pro criminibus suis pœnitentiam egerint. Et id quidem adeo vsitati moris his diebus erat, vt concilium *Illiberritanum* [f] decerneret, vt ab his, qui non communicarent, munera ne acciperent episcopi. Quod quædam eorum erat excommunicatio. Oblationes enim & eucharistiæ plerumque coniungebantur. Concilium *Toletanum* primum [g] eos, qui intrent ecclesiam, communionem autem negligant, admoneri, & si admoniti non communicent, ad pœnitentium ordinem redigi iubet. Non difficile esset, similes præceptiones com-

(d) Concil. Nicæn. c. XI ὅσοι γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοί, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν. *Quicumque germane & vere pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, vt fideles, & septem annis prosternentur supplices: duobus autem annis absque oblatione erunt orationem cum populo participes.* Can. XIII. μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω. *Cum iis sit, qui communium orationum tantum sunt participes.* Vid. etiam concil. Ancyr. c. IV. V. VI. κοινωνήτωσαν δίχα προσφορᾶς.

(e) Chrysost. homil. III. in Ephes. p. 1051. (p. 808. edit. Francof.) ὅσοι μὴ μετέχουσιν, ἐν μετανοίᾳ εἰσίν· εἰ τῶν ἐν μετανοίᾳ εἶ, μετέχειν οὐκ ὀφείλεις· ὁ γὰρ μὴ μετέχων, τῶν ἐν μετανοίᾳ ἐστί.

(f) Concil. Illiberrit. c. XXVIII Placuit ab his, qui non communicant, episcopos munera accipere non debere.

(g) Concil. Tolet. I. c. XIII. De his, qui intrant in ecclesiam, & deprehenduntur numquam communicare, admoneantur: Quod si non communicant, ad pœnitentiam accedant.

mon-

monſtrare in multis aliis conciliis [*b*], ſed hæ ſatis ſuperque oſtendunt, quæ priorum ſæculorum fuerit regula de eo, quod homines ſemel per ſingulas hebdomadas in ſolemnibus ſuis conuentibus die dominica ſacram euchariſtiam recipere debuerint.

§. II.

Fuiſſe id conſtantem praxin per tria priora ſæcula, oſtenditur.

QVOD ſi vniuerſam trium priorum ſæculorum hiſtoriam perluſtrauerimus, id conſtantem eccleſiæ praxin fuiſſe deprehendemus. IGNATIVS [*i*] *Epheſeos* ad crebram euchariſtiam laudemque Dei adhortatur, *Date operam*, inquiens, *vt crebrius congregemini εἰς εὐχαριστίαν θεοῦ καὶ εἰς δόξαν, ad celebrandam euchariſtiam Dei & ad eum laudandum. Quando enim ſæpius in idem loci conuenitis, labefactantur vires ſatanæ, & concordia veſtra fidei ſoluitur exitium, quod ille infert.* Hæc communionis crebritas cum ratione credi poteſt tunc temporis, ſecundum cognitam praxin ſemel per hebdomadem, die videlicet dominica, fuiſſe. Hoc enim die, (vt PLINIVS, qui IGNATIO σύγχρονος fuit, nos certiores facit [*k*] ex teſtimonio & confeſſione quorumdam chriſtianorum, quos ille, tamquam proconſul *Bithyniæ*, examinarat) ſolebant ante lucem conuenire propter ethnicorum vexationes, & non ſolum hymnos *CHRISTO* Deo ſuo canere, ſed ſacramento etiam ſe obſtringere, ne vllum ſcelus admitterent. Clarius adhuc IVSTINVS MARTYR hac de re loquitur in apo-

(*b*) Vid. concil. Matiſcon. II. c. IV. Reſidentibus nobis in ſancto concilio cognouimus quoſdam chriſtianos, relicto fratrum cœtu, a mandato Dei aliquibus locis deuiaſſe, ita vt nullus eorum legitimo obſecundationis parere velit officio deitatis, dum ſacris altaribus nullam admouent hoſtiam. Propterea decernimus, vt omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quam vini: vt per has immolationes, & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel, vel ceteris iuſtis offerentibus, promereantur eſſe conſortes. Omnes autem, qui definitiones noſtras per inobedientiam euacuare contendunt, anathemate percellantur.

(*i*) Ignat. epiſt. ad Epheſ. n. XIII. *σπουδάζετε πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν θεοῦ καὶ εἰς δόξαν· ὅτ' ἂν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως.*

(*k*) Plin. lib. X. ep. XCVIII. cit. cap. anteced. §. XIV. ſub litt. (h) p. 566.

logia ſua pro chriſtianis ad *Antoninum* imperatorem: *Solis*, *qui dicitur*, *die*, inquit [*l*], *omnium*, *qui vel in oppidis vel ruri degunt*, *in eumdem locum conuentus fit: & commentaria apoſtolorum aut ſcripta prophetarum*, *quoad tempus fert*, *leguntur; Deinde lectore quieſcente*, *præſidens orationem*, *qua populum inſtruit & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur*, *habet. Sub hæc conſurgimus communiter omnes & precationes fundimus: &*, *ſicuti retulimus*, *precibus peractis panis offertur & vinum & aqua: & præpoſitus itidem*, *quantum pro virili ſua poteſt*, *preces & gratiarum actiones fundit*, *& populus fauſte acclamat*, *dicens*, *Amen. Et diſtributio communicatioque fit eorum*, *in quibus gratiæ ſunt actæ*, *cuique præſenti: abſentibus autem per diaconos mittitur.* Idem narrat CLEMENS ALEXANDRINVS, quando ait [*m*]: *Euchariſtiam quum quidam*, *vt mos eſt*, *diuiſerint*, *permittunt vnicuique ex populo eius partem ſumere.* Plura mox videbimus de hac conſuetudine communicandi ſingulis diebus dominicis in TERTVLLIANI, CYPRIANI, EVSEBII & plurium aliorum ſcriptis, quæ de reliquis diebus æque ac dominico, tamquam hoc officio in quibuſdam eccleſiis præſcriptis, loquuntur. Horum autem reſpectu conſuetudo variabat: Nam reliquis diebus aliæ eccleſiæ euchariſtiam celebrabant, aliæ non; die autem dominico in omnibus omnino eccleſiis celebrabatur, nec vmquam in vlla chriſtianorum congregatione omittebatur. Adeo, vt nonnulli [*n*] ex CHRYSOSTOMO [*o*] obſeruarint, diem ſolis inter alias appellationes vocari quoque conſueuiſſe *diem panis*, quia fractio panis hoc die per eccleſiam ita generatim obtinuerit.

(*l*) Iuſtin. apol. II. p. 98. τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ κ. τ. λ.

(*m*) Clem. Alex. ſtrom. I. p. 318. τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες, ὡς ἔθος, αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσιν. Vid. concil. Laodic. c. XLIX. ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον. *Quod non oportet in quadrageſima panem afferre*, *niſi ſabbato &* ſolis dominicis.

Innocent. epiſt. I. ad Decent. c. V. De fermento, quod *die dominica* per titulos mittimus, cetera.

(*n*) Vid. *Bishop* Taylor's *conſtant commun.* p. 462.

(*o*) Chryſoſt. hom. V. de reſurr. in edit. Latinis.

§. III.

§. III.

Eucharistiam aliis diebus, præter diem dominicum, celebratam in multis ecclesiis.

QVOD ad alios dies attinet, ex TERTVLLIANO obseruare possumus, ipsius ætate eucharistiam non solum diebus dominicis [p] in antelucanis cœtibus sumi solitam, sed aliis etiam temporibus & diebus; speciatim in anniuersariis martyrum solemnitatibus; & quinquaginta diebus inter pascha & pentecosten, qui vna quidem & continuata erant solemnitas; nec non omnibus diebus stationariis, hoc est, quarta & sexta cuiusuis hebdomadis per annum feria. Hæc non ita communiter a scriptoribus, qui hanc materiam tractant, obseruantur, sed argumento de crebra communione considerate adiiciuntur. TERTVLLIANVS diserte de his diebus stationariis adfirmat, quod cum receptione eucharistiæ semper fuerint celebrati. Nonnullis enim, qui hisce diebus eucharistiam celebrare nefas existimabant, narrat, quod solemnior futura sit statio eorum [q], si & ad aram Dei steterint. Et quum dubitarent communicare, ideo quod vererentur, ne eucharistiam recipiendo ieiunium soluerent: (Erant enim hæc semiieiunia, quæ ad tertiam vsque horam postmeridianam obseruabant): hoc dubium illis eximit [r] & tantum abesse dicit, vt eucharistiam deuotum Deo obsequium resoluat, vt magis Deo obliget. BASILIVS [s] cum TERTVLLIANO concordat, faciendo dies stationarios non solum dies ieiunii sed etiam dies communionis. Narrans enim, quod quater singulis hebdomadibus communicent, die dominico, & feria quarta, & sexta & sabbato id fieri dicit. Et SOCRATES [t] id tamquam peculiarem in ecclesia *Alexandrina*

(p) Tertull. de coron. milit. c. III. Antelucanis cœtibus eucharistiam sumimus &c.

(q) Tertull. de orat. c. XIV. Nonne solemnior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris?

(r) Ibid. Ergo deuotum Deo obsequium eucharistia resoluit, an magis Deo obligat?

(s) Basil. epist. CCLXXXIX. ad Cæsar. Patricium tom. III. p. 279. *ἡμεῖς μέν τοιγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, ἐν τῇ κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη μάρτυρός τινός.*

(t) Socrat. lib. V. c. XXII. *ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῇ δὲ τετράδι καὶ τῇ λεγομένῃ πα-*

con-

consuetudinem notat, quod etsi his diebus religiosos conuentus agant, faciantque omnia diuina officia, sacram eucharistiam tamen non celebrent. Quæ exceptio arguit, quod euchariam his diebus recipere, generalis reliquarum ecclesiarum consuetudo fuerit.

TERTVLLIANVS clare innuit, communionem diebus memoriæ martyrum [u] sacris omnibus recipi consueuisse. Idem a CYPRIANO [x] etiam, CHRYSOSTOMO [y] & SIDONIO APOLLINARI [z] obseruatur. TERTVLLIANVS [a] porro dicit, quod quinquaginta dies a paschate ad pentecosten continuata serie festi agantur. Et quum omnes dies festi communioni celebrandæ sacri essent, colligere nobis licebit, com-

ρασκευῇ γραφαί τε ἀναγινώσκονται, καὶ οἱ διδάσκαλοι ταῦτα ἑρμηνεύουσι, πάντα τε τὰ συνάξεως γίνεται, δίχα τῆς τῶν μυστηρίων τελετῆς. *Alexandriæ quarta feria, & ea quæ dicitur parasceue, leguntur sacræ scripturæ, easque doctores interpretantur: & cuncta fiunt, quæ ad collectam pertinent, præter mysteriorum celebrationem.*

(u) Tertull. de coron. c. III. Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus & omnibus mandatum a domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præsidentium sumimus.

(x) Cyprian. epist. XII. al. XXXVII. (p. 138. edit. Fell. Amstelod. MDCC.) Quamquam Tertullus - - significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt, & celebrentur hic a nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiscum domino protegente celebrabimus. Id. epist. XXXVII. al. XXXIV. (p. 224. edit. cit.) Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus.

(y) Chrysost. homil. LIX. de martyr. tom. V. p. 779. (p. 697. edit. Francof.) ἐννόησον, ἡλίκος γέλως, μετὰ τοιαύτην σύνοδον, μετὰ παννυχίδας, μετὰ γραφῶν ἁγίων ἀκρόασιν, μετὰ μυστηρίων θείων κοινωνίαν, καὶ μετὰ πνευματικὴν χορηγίαν, ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἐν καπηλείῳ φαίνεσθαι διημερεύοντας. *Perpende, quam ridiculum sit, post einsmodi conuentum, post vigilias, post sacrarum auditionem scripturarum*, post diuinorum participationem mysteriorum & *post spiritualem largitionem, virum aut mulierem totos dies in popinis transigentes videri.*

(z) Sidon. lib. V. ep. XVII. Conueneramus ad sancti Iusti sepulchrum. -- Processio fuerat antelucana, solemnitas anniuersaria - - Cultu peracto vigiliarum --- quisque in diuersa secessimus, non procul tamen, vtpote ad tertiam *præsto futuri, quum sacerdotibus res diuina facienda.*

(a) Tertull. de coron. c. III. a die paschæ in pentecosten vsque gaudemus. Id. de idololatr. c. XIV. Excerpe singulas solemnitates nationum & in ordinem texe, pentecosten implere non poterunt.

muni-

munionem ſingulis diebus, durante hoc interuallo, fuiſſe celebratam.

FERIA ſeptima, ſiue ſabbato cuiuſuis hebdomadis in multis eccleſiis itidem religioſi conuentus agebantur. Atque hinc eo die generatim quoque recipiebant euchariſtiam. Hoc diſertis verbis a SOCRATE [b], CASSIANO [c], BASILIO [d], TIMOTHEO ALEXANDRINO [e], AVGVSTINO [f], auctore *conſtitutionum* apoſtolicarum [g] & concilio *Laodiceno* [h] adſeritur. Iam alia occaſione [*] diuerſa horum ſcriptorum teſtimonia produximus in medium, adeoque ſatis eſt lectorem ad ea remittere. Ex quibus omnibus apparet liquido, multis in eccleſiis communionem quater ſingulis hebdomadibus fuiſſe celebratam, feria videlicet quarta & quinta, ſabbato & die dominico, præter ſolemnitates obuentitias, quæ creberrimæ erant. Nam, vt CHRYSOSTOMVS [i] narrat, vix vna hebdomas per annum exacta fuit, quin vnam vel duas martyrum commemorationes habuerit.

§. IV.

Et quibuſdam in locis ſingulis diebus.

ENIMVERO quibuſdam in locis ſacram euchariſtiam ſingulis diebus celebratam eſſe conſtat. Qua de re AVGVSTINVS [k] ait: *Alii quotidie communicant corpori ac ſanguini dominico, alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi ſabbato tantum & dominico; alibi tantum dominico, & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes.* Sic iterum [l]: *Huius rei ſacramentum, id eſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidie, alicubi*

(b) Socrat. lib. V. c. XXII. lib. VI. c. VIII.
(c) Caſſian. inſtitut. lib. III. c. II.
(d) Baſil epiſt. CCLXXXIX. vid. litt. anteced. (s) pag. 575.
(e) Timoth. Alex. c. XIII. ap. Beuer. pand. tom. II. p. 169.
(f) Auguſtin. epiſt. CXVIII. Vid. ſub ſeq. litt. (k) in textu.
(g) Conſtitut. lib. II. c. LIX.
(h) Concil. Laodic. can. XLIX.
(*) Lib. XIII. cap. IX. §. III. volum. V. p. 284 - 287.
(i) Chryſoſt. homil. XI. in Iuuent. tom. I. p. 546. Vid. lib. XIII. c. IX. § V. ſub litt. (x) volum. V. p. 294.
(k) Auguſtin. epiſt. CXVIII. c. II.
(l) Auguſtin. tractat. XXVI. in Ioan. p. 94. (tom. IX. p. 230. edit. Baſ. MDLXIX.)

certis interuallis dierum in dominica mensa praeparatur & sumitur. In maioribus ecclesiis probabiliter quotidie fuit celebrata, in minoribus vero semel vel bis per singulas hebdomades. *Carthago* de illis videtur fuisse ecclesiis, quae communionem quotidie a tempore inde CYPRIANI habuerunt. Nam CYPRIANVS [*m*] & post eum AVGVSTINVS [*n*] hac de re loquuntur, tamquam istius ecclesiae consuetudine, vt quotidie eam recipiant, nisi interueniente aliquo grauiore peccato a corpore *CHRISTI* separentur, & tamquam poenitentes a communione prohibeantur. Hinc CYPRIANVS quartae petitioni orationis dominicae hunc quoque sensum tribuit, vt non minus spiritualiter, quam naturaliter intelligi possit, tamquam petitio, qua fideles carne *CHRISTI* in eucharistia, tamquam pane vitae quotidie refici discupiant. Alio loco [*o*] martyres adhortans, vt ad imminentem grauiorem ac ferociorem pugnam sese praeparent, dicit, considerare eos debere, *idcirco se quotidie calicem sanguinis CHRISTI bibere, vt possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere.* Et aliquanto post [*p*] ait: *Armemus & dexteram gladio spirituali, vt sacrificia funesta* (gentilium) *fortiter respuat, & eucharistiae* (sacrificii christiani) *memor, quae domini corpus accepit, ipsum complectatur, postea a domino sumtura praemium caelestium coronarum.* Quibus addi possunt, quae alio [*q*] loco dicit: *Sacerdotes, qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas praeparemus.* Vbi per sacrificia quotidie celebranda sine dubio intelligit eucharistiam,

Vide sis etiam lib. II. de sermon. domin. in monte c. VII. (tom. IV. opp. p. 1147. 1149 edit. Basil.)

(*m*) Cyprian. de orat. dom. p. 147. (p. 104. edit. Amstelod. MDCC.) Hunc panem dari nobis quotidie postulamus, ne, qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti & non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur.

(*n*) August. de bono perseuerantiae lib. II. c. IV. Quarta petitio est: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Vbi beatus Cyprianus ostendit, quomodo & hic intelligatur perseueranda postulari. Ait quippe inter cetera: *Hunc panem dari nobis* &c.

(*o*) Cyprian. epist. XXXVI. al. XXXVIII. ad Thibaritanos p. 120. (epist. LVIII. p. 255. edit. Amstelod.)

(*p*) Ibid. p. 125. (p. 258.)

(*q*) Cypr. epist. LIV. al. LVII. ad Cornel. p. 118. (p. 253.)

quae

quæ a veteribus sæpe vocatur *sacrificium quotidianum* [r] ex eadem ratione, qua oratio dominica vocatur *oratio quotidiana*, quod videlicet vtraque quotidie ad altare celebraretur. In ecclesia *Romana* etiam quotidie eucharistiam celebratam esse, auctor est HIERONYMVS [s], *Scio*, inquiens, *Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant.* Et addit, *Quod nec reprehendo, nec probo. Vnusquisque enim in suo sensu abundet.* Alio loco non solum *Romæ*, sed in *Hispania* quoque hanc consuetudinem obtinere, adfirmat, respondens quæstioni, quam tamquam casum conscientiæ non nemo ei proposuerat [t]: *De eucharistia, quod quæris, an accipienda quotidie, quod Romanæ ecclesiæ & Hispanicæ obseruare perhibentur: scripsit quidem & Hippolytus, vir disertissimus, & carptim diuersi scriptores e variis auctoribus edidere: sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas, vt a maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti. Atque vtinam omni tempore ieiunare possimus: quod in actis apostolorum diebus pentecostes & die dominico, apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. Nec tamen Manichææ hæreseos accusandi sunt, quum carnalis cibus præferri non debuerit spirituali. Eucharistiam quoque absque condemnatione nostri & pungente conscientia, semper accipere, & psalmistam audire dicentem: Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.* Eodem modo ad hanc quæstionem respondet AVGVSTINVS [u]: *Dixerit aliquis*, inquit, *non quotidie accipiendam eucharistiam. Quæsieris quare? Quoniam inquit eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque viuit, quo ad tantum sacramentum dignius accedat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra: Immo, inquit, si tanta est plaga peccati atque impetus morbi, vt medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altario suo remoueri ad agendam pænitentiam, & eadem auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo*

(r) Ita Chrysost. homil. III. in Ephes. p. 1051. (p. 888. edit. Francof.) εἰκῆ θυσία καθημερινὴ &c.

(s) Hieron. epist. L. ad Pammach. contra Iouin. c. VI. Scio, Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant: quod nec reprehendo nec probo, vnusquisque enim in suo sensu abundet.

(t) Hieron. epist. XXVIII. ad Lucinium Boeticum.

(u) Augustin. epist. CXVIII. ad Ianuar. c. III.

tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non vt arbitrio suo quum libet, vel auferat se communioni, vel reddat. Ceterum si peccata tanta non sunt, vt excommunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet a quotidiana medicina dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem, qui monet, vt praecipue in Christi pace permaneant: faciat autem vnusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri opposuit Zachæus, & ille centurio, quum alter eorum gaudens in domum suam susceperit dominum, alter dicit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum: ambo saluatorem honorificantes diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consequuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo vnicuique manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat; sic in ore cuiusque christiani sacramentum illud, quando sumatur, æstimandum. Nam & ille honorando non audet quotidie sumere, & ille honorando non audet vllo die prætermittere. Sancta certe hæc erat contentio, & videmus, non fuisse disputationem de eo, vtrum semel an bis per singulos annos, sed potius, vtrum semel vel bis per singulas hebdomades, an potius quotidie accipi eam oporteret. GENNADIVM antea [x] audiuimus dicentem, se quotidianam communionem nec laudare, nec reprehendere: omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadere & hortari, si tamen mens sine adfectu peccandi sit. AMBROSIVS [y] sententiam suam pro quotidiana communione ita declarat: *Si quotidianus est panis*, inquit, *cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere.* Iterum [z]: *Si, quotiescumque effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur: debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.* AMBROSIVS heic satis perspicue indicat, communionem in ecclesia Occidentali quotidie cele-

(x) Gennad. de dogmat. eccles. c. I I. I. Vid. cap. VIII. §. III. sub litt. (c) p. 530.
(y) Ambros. de sacram. lib. V. c. IV.
(z) Id. lib. IV. c. VI.

brari

brari consuevisse, reprehendere autem videtur ecclesiam *Graecam*, quasi hanc consuetudinem deseruisset. Enimuero per AVGVSTINVM [a] interpretandus est, qui idem dicit, sed non vniuersam ecclesiam *Graecam* nec vllam eius partem huius novitatis incusat, sed tantum quosdam homines in quibusdam partibus, qui se eam non iudicabant quotidie recipere debere. Et sane ex CHRYSOSTOMO aliisque *Graecis* scriptoribus apparet, hac aetate multos cum offensione crebram communionem negligere coepisse, satis habentes, si semel vel bis per annum in maiore quadam solemnitate eam recepissent. Enimuero ecclesia hunc contemtum non approbabat: Nam adhuc consuetudinem quotidianae communionis multis in locis custodiebat, omnibus autem in locis sabbato & die dominico eam celebrabat, in multis etiam feria quarta & sexta hebdomadis; & qui pie adfecti erant, hisce temporibus semper communicabant; qui vero negligentiores erant & profani, ad crebriorem eius vsum serio inuitabantur, & exstant in eorum negligentiam multae inuectiuae. EVSEBIVS [b] ipsos memoriam corporis ac sanguinis *CHRISTI* qnotidie celebrasse, disertis verbis adfirmat. Et ex concilio *Laodiceno* [c] liquet, quod bis per singulas hebdomades in quadragesima, & reliquis temporibus omnibus adhuc crebrius, eam celebrarint. BASILIVS [d] de quatuor hebdomadis diebus loquitur, in quibus, praeter anniversarias martyrum solemnitates, communionem recipere moris fuerit, dicitque, bonum & vtile esse, fideles καθ' ἑκάστην ἡμέραν [*] *singulis diebus* communicare & sancti corporis & sanguinis *CHRISTI* participes fieri. PALLADIVS [e] narrat, quem-

(a) Augustin. de sermone dom. in monte lib. II. c. VII. (tom. IV. p. 1147. edit. Basil.) Plurimi in orientalibus partibus non quotidie caenae dominicae communicant, cum iste panis quotidianus dictus sit.

(b) Euseb. demonstrat. euangel. lib. I. c. X. p. 37. τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος τὴν ὑπόμνησιν ὁσημέραι ἐπιτελοῦντες κ. τ. λ.

(c) Concil. Laodic. c. XLIX. ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον. *Quid non oportet in quadragesima panem offerre, nisi sabbato & solis dominicis.*

(d) Basil. epist. CCLXXXIX. ad Caesaream. vid. §. III. sub litt. (s) p. 575.

(*) Ibid. Τὸ κοινωνεῖν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές.

(e) Pallad. histor. Lausiac. c. XIX. bibl. patr. gr. lat. tom. II. p. 923. ὑπέθετο δὲ

admodum *Macarius* certam feminam, præſtigiis & incantationibus correptam, admonuerit, ſic dicens: *Numquam eccleſiam deſeras: numquam abſtineas a communione Chriſti ſacramentorum. Hæc enim tibi acciderunt, quod iam quinque hebdomadis non acceſſiſti ad intemerata noſtri ſeruatoris ſacramenta.* Nemo vero in hac materia clarius & vehementius contra crebrioris communionis neglectionem loquitur, quam quidem CHRYSOSTOMVS. Aliquando communionem quotidie celebrari dicit pro eis, qui dignius ſe præpararint: aliquando tribus ſolemnioribus hebdomadis diebus, in paraſceue, ſabbato & die dominico, quibus diebus vniuerſa eccleſia exſpectetur: etiamſi nihilominus multi non niſi ſemel per annum accedant. *Fruſtra eſt*, inquit [*f*], *quotidianum ſacrificium. Fruſtra adſtamus altari: Nemo eſt, qui participet.* Alio loco de differentia inter paſcha iudaicum & chriſtianum [*g*] diſſerens, ait: *Sciſcitarer lubens, quid ſit paſcha, quid ſit pentecoſte, & quid ſit iudaicum, quid ſit noſtrum: aut ob quam cauſſam illud quidem ſemel annis ſingulis, hoc autem ſingulis in collectis, celebretur.* Et aliquanto poſt: *Non idem ſunt paſcha & quadrageſima ſiquidem quadrageſima ſemel in anno fit, paſcha vero ter in hebdomade, nonnumquam etiam quater, vel potius quotieſcumque volumus.* Rurſus [*h*]: *Hoc eſt, quod vniuerſa perturbat, quia non munditia animi, verum in-*

αὐτῇ ὁ τȣ̃ χριςȣ̃ ἄνθρωπος, εἰπὼν αὐτῇ· μηδέποτε ἀπολειφθῇς τῆς ἐκκλησίας, μηδέποτε ἀποχῆς τῆς κοινωνίας τῶν μυςηρίων τȣ̃ χριςȣ̃· ταῦτα γάρ σοι συνέβη, τὸ ἐπὶ πέντε ἑβδομάδας μὴ προσεληλυθέναι σε τοῖς ἀχράντοις μυςηρίοις τȣ̃ σωτῆρος ἡμῶν.

Vid. etiam Caſſian. collat. VII. c. XXX. vbi de quotidiana communione loquitur, *Communionem*, inquiens, *eis* ſacroſanctam a ſenioribus noſtris numquam meminimus interdictam, quinimmo ſi poſſibile eſſet, etiam *quotidie* eis *impertire eam* debere cenſebant.

(*f*) Chryſoſt. homil. III. in Epheſ. p. 1051. (p. 888. edit. Francof.) εἰκῇ θυσία καθημερινὴ, εἰκῇ παρεςήκαμεν τῷ θυσιαςηρίῳ, ȣ̓δεὶς ὁ μετέχων.

(*g*) Chryſoſt. homil. LII. in eos, qui paſcha ieiunant. Tom. V. p. 705. & p. 709. (p. 632. ed. Frf.) ὡς ἡδέως ἔγωγε ἂν ἐροίμην, τί ποτέ ἐςι πάσχα, τί ποτέ ἐςι τεσσαρακοςὴ, καὶ τί μὲν τὸ Ιȣδαικὸν, τί δὲ τὸ ἡμέτερον, καὶ τίνος ἕνεκεν ἐκεῖνο μὲν ἅπαξ τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃ παντὸς ἐγένετο, τȣ̃το δὲ καθ' ἑκάςην τελεῖται σύναξιν; Pag. 633. ȣ̓ ταυτὸν πάσχα καὶ τεσσαρακοςὴ, ἀλλ' ἕτερον πάσχα καὶ ἕτερον τεσσαρακοςή· τεσσαρακοςὴ μὲν γὰρ ἅπαξ τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃ γίνεται, πάσχα δὲ τρίτον τῆς ἑβδομάδος· ἔςι δ' ὅτε καὶ τέταρτον, μᾶλλον δὲ ὁσάκις ἂν βȣλώμεθα.

(*h*) Chryſoſt. homil. V. in 1 Timoth. p. 1540. (p. 437. edit. Frf.) τȣ̃το τὸ δεινὸν, ὅτι ȣ̓ καθαρότητι διανοίας, ἀλλὰ διαςήματι χρόνȣ τὴν ἀξίαν διορίζεις τῆς προσό-

ter-

teruallo temporis longiore, constare meritum putas, summamque arbitraris reuerentiam ac religionem esse, si non sæpius cælestem illam adeas mensam: ignoras, quoniam indigne accedere, etiamsi semel tantum fiat, te supplicio tradit: digne vero, etiamsi sæpe accedas, salutem inde conquiris? Non est audaciæ, sæpius accedere ad dominicam mensam; sed indigne accedere, etiamsi semel tantum quispiam toto vitæ tempore accedat. At nos adeo stolidi, adeo insensati sumus, vt quum innumera per totum annum scelera perpetremus, nihil ea curemus exuere: ceterum satis esse arbitramur, si non assidue præsumamus atque contumeliose CHRISTI corpus attingere, neque intelligimus miseri, quod hi, qui cruci Christum adfixerunt, semel tantum id fecerunt. Non igitur quia semel crucifixerunt, minus idcirco delictum est: & qui Christum prodidit, semel tantum prodidit: numquid ergo hoc illum supplicio eripuit? Quid igitur hanc rem temporis lege metimur? Tempestiuum accedendi tempus munditia conscientiæ faciat; nihil habet amplius, quod in pascha consummatur mysterium, eo, quod continuo celebratur. Vnum quippe atque idem est, eadem est sancti spiritus gratia, semper pascha est. Nostis profecto, qui initiati estis, id quod dicimus, siue sexta feria, siue sabbato, siue dominica die, siue in celebritate martyrum, eadem litatur hostia, idem sacrificium consummatur. Ex quibus omnibus apparet liquido, communionem ter vel quater singulis hebdomadibus, si non quotidie, celebratam fuisse; etiamsi nonnulli stolide sibi persuaserint, quod reuerentius erga eam se gererent, si non nisi semel quotannis ex quadam, quam sibi fingebant, in eam religione accederent; qui tamen quando accedebant, tantummodo ad

δȣ· καὶ τȣ̃το εὐλάβειαν εἶναι νομίζεις, τὸ μὴ πολλάκις προσελθεῖν, ȣ̓κ εἰδὼς, ὅτι τὸ ἀναξίως προσελθεῖν, κἂν ἅπαξ γένηται, ἐκηλίδωσε· τὸ δὲ ἀξίως, κἂν πολλάκις, ἔσωσεν· ȣ̓κ ἔστι τόλμα τὸ πολλάκις προσιέναι· ἀλλὰ τὸ ἀναξίως, κἂν ἅπαξ τις τȣ̃ παντὸς χρόνȣ προσέλθῃ· ἡμεῖς δὲ ȣ̔́τως ἀνοήτως διακείμεθα καὶ ἀθλίως, ὅτι μυρία διαπαντὸς ἐργαζόμενοι τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃ κακὰ, τȣ̀ μὲν ἀποδύσασθαι ἐκεῖνα ȣ̓δεμίαν ποιȣ́μεθα φροντίδα, νομίζομεν δὲ ἀρκεῖν, τὸ μὴ συνεχῶς κατατολμᾶν καὶ ἐπιπηδᾶν ὑβριστικῶς τῷ σώματι τȣ̃ χριστȣ̃, ȣ̓κ ἐννοȣ̃ντες ὅτι καὶ οἱ τὸν χριστὸν σαυρώσαντες ἅπαξ ἐσταύρωσαν· ἆρ' ȣ̓̃ν ἐπειδὴ ἅπαξ, ἔλαττον τὸ ἁμάρτημα; καὶ ὁ Ἰȣ́δας δὲ ἅπαξ προέδωκε· τί ȣ̓̃ν; τȣ̃τον αὐτὸν ἐξείλετο; Διὰ τί γὰρ χρόνῳ τὸ πρᾶγμα μετερχόμεθα; χρόνος προσόδȣ ἔστω ἡμῖν, τὸ καθαρὸν συνειδός· ȣ̓δὲν πλέον ἔχει τὸ ἐν τῷ πάσχα μυστήριον τȣ̃ νῦν τελȣμένȣ· ἓν ἐστι καὶ τὸ αὐτό· ἡ αὐτὴ τȣ̃ πνεύματος χάρις· ἀεὶ πάσχα ἐστίν· ἴσε οἱ μύσαι τὸ εἰρημένον· καὶ ἐν παρασκευῇ, καὶ ἐν σαββάτῳ, καὶ ἐν κυριακῇ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μαρτύρων ἡ αὐτὴ θυσία ἐπιτελεῖται.

man-

manducandum sibi iudicium & condemnationem accedebant, eo quod animum haberent ad recipiendam illam minus præparatum. Quos ille alio loco [i] in hunc modum reprehendit: *Multi huius sacrificii semel toto anno sunt participes, alii autem bis, alii vero sæpe. - - Quinam erunt nobis magis accepti, an qui semel, an qui sæpe, an qui raro? Nec hi, nec illi, sed ii, qui cum munda conscientia, qui cum mundo corde, qui cum vita, quæ nulli est adfinis reprehensioni. Qui sunt huiusmodi, semper accedant. Qui non sunt huiusmodi, ne semel quidem. Quoniam sibi sumunt iudicium, & condemnationem, & pœnam & supplicium.* Hoc ipsum in aliis quoque homiliis repetit [k]. *Communionis tempus non est festum neque celebritas, sed conscientia pura vitaque a peccatis repurgata. Quemadmodum enim, qui sibi nullius criminis conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est.* Iterum [l]: *Iudæis quidem singulis annis beneficiorum suorum monimenta per festos dies proposuit Deus, tibi vero quotidianum monimentum, vt ita dicam, per hæc mysteria proponit.* Et alibi [m]: *Optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum actio. Propterea & reuerenda ac salutaria illa mysteria, quæ in omni certe ecclesiæ congregatione celebramus, eucharistia (id est gratiarum actio) nuncupantur. Sunt enim beneficiorum re-*

(i) Chrysost. homil. XVII. in Hebr. p. 1872. (p. 845. edit. Frf.) πολλοὶ τῆς θυσίας ταύτης ἅπαξ μεταλαμβάνουσι τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ, ἄλλοι δὲ δὶς, ἄλλοι δὲ πολλάκις· -- τί οὖν; τίνας ἀποδεξόμεθα; τοὺς ἅπαξ; τοὺς πολλάκις; τοὺς ὀλιγάκις; οὔτε τοὺς ἅπαξ, οὔτε τοὺς πολλάκις, οὔτε τοὺς ὀλιγάκις, ἀλλὰ τοὺς μετὰ καθαροῦ συνειδότος, τοὺς μετὰ καθαρᾶς καρδίας, τοὺς μετὰ βίου ἀλήπτου· οἱ τοιοῦτοι ἀεὶ προσίτωσαν· οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι, μηδὲ ἅπαξ· τί δήποτε; ὅτι κρῖμα ἑαυτοῖς λαμβάνουσι καὶ κατάκριμα, καὶ κόλασιν, καὶ τιμωρίαν.

(k) Chrysost. homil. XXXI. de Philogon. tom. I. p. 403. (p. 357. edit. Francof.) καιρὸς κοινωνίας οὐχ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις· ἀλλὰ συνειδὸς καθαρὸν καὶ βίος ἐγκλημάτων ἀπηλλαγμένος· καὶ καθάπερ τὸν οὐδὲν ἑαυτῷ συνειδότα φαῦλον καθ' ἑκάστην δεῖ προσιέναι τὴν ἡμέραν· οὕτω τὸν ἐν ἁμαρτήμασι προκατειλημμένον, καὶ μὴ μετανοοῦντα οὐδὲ ἐν ἑορτῇ προσιέναι ἀσφαλές.

(l) Chrysost. homil. LI. in Matth. p. 455. (p. 554. edit. Frf.) τοῖς μὲν Ἰουδαίοις κατ' ἐνιαυτὸν ὑπόμνημα τῶν οἰκείων εὐεργεσιῶν τὰς ἑορτὰς ἐνέδησεν ὁ θεός· σοὶ δὲ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἡμέραν διὰ τούτων μυστηρίων.

(m) Chrysost. homil. XXVI. in Matth. p. 259. (p. 314. ed. Frf.) φυλακὴ εὐεργεσίας ἀρίστη ἡ τῆς εὐεργεσίας μνήμη, καὶ διηνεκὴς εὐχαριστία· διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὰ φρικώδη μυστήρια, καὶ πολλῆς γέμοντα σωτηρίας, τὰ καθ' ἑκάστην τελούμενα, [λέγω σύναξιν] εὐχαριστία καλεῖται, ὅτι πολλῶν ἐστιν εὐεργετημάτων ἀνάμνησις, καὶ τὸ

cor-

cordatio plurimorum, caputque ipſum diuinæ erga nos caritatis oſtendunt, noſque faciunt debitas Deo gratias ſemper exſoluere. Facile foret, multo plura iſtiuſmodi loca ex hoc vetuſto auctore colligere, ſed vnum tantum locum adhuc ſubiungemus, vbi crebrioris communionis neglectum acriter hunc in modum reprehendit (n): „Ingentem & pene inauditam hanc populi multitudinem, quæ modo adfluxit, tantaque cum attentione „ſermonem audit meum, ſæpenumero tempore illo perhorrendo requiſiui, & tamen numquam videre potui, atque ita „me vehemens capit ſuſpirium, quod quum ego diſputo, veſter „conſeruus, ſtudium adhibetis & ingenium, contenditis animum, alter alterum impellit & iactat, vt ipſe propius adſit, „frequenter ad finem vſque dicendi patientiſſime perſeueratis: „quum autem ipſe *CHRISTVS*, communis magiſter, & dominus, ſemet in ſacris myſteriis oſtenſurus eſt, vacua deſertaque „eccleſia redditur. Proh fidem hominum chriſtianorum, quo „pacto iſthæc veniam conſequantur? Facit profecto veſtra „iſta ſiue deſidia, ſiue negligentia, vt laudem ſtudii auſcultandi illius omnem amittatis. - - Nam ſi, quæ propoſita ſunt, „recondita in animis veſtris ſeruarentur, prorſus vos illa in „templo tenerent, & ad rem ſummopere tremendam maiore „cum deuotione hortarentur & mouerent: nunc vero quaſi „fidicinam audiretis aliquam, ſic omni vtilitate vacui, ſimul ac „factus finis dicendi eſt, diſceditis„. Hæc, fateor, demonſtrant, ætate CHRYSOSTOMI magnam de priſco zelo diminu-

κεφάλαιον τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας ἐνδείκνυται, καὶ ὅτι διὰ πάντων παρασκευάζει εὐχαριστεῖν.

(n) Chryſoſt. homil. III. de incomprehenſibili Dei natura tom. I. p. 362. (p. 331. edit. Frf.) τὸ πλῆθος τοῦτο τὸ ἄφατον, τὸ συγκεκροτημένον νῦν, καὶ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας προσέχον τοῖς λεγομένοις, κατὰ τὴν φρικωδεστάτην ὥραν ἐκείνην, πολλάκις ἐπιζητήσας ἰδεῖν οὐκ ἠδυνήθην, καὶ σφόδρα ἐστέναξα, ὅτι τοῦ μὲν συνδούλου διαλεγομένου πολλῇ σπουδῇ, ἐπιτεταγμένη ἡ προθυμία τῶν συνωθούντων ἀλλήλους, καὶ μέχρι τέλους παραμενόντων, τοῦ δὲ χριστοῦ φαίνεσθαι μέλλοντος ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἐκείνων μυστηρίων, κενὴ καὶ ἔρημος ἡ ἐκκλησία γίνεται· καὶ πῶς ταῦτα συγγνώμης ἄξια; ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας ταύτης, καὶ τοὺς ἐπαίνους τοὺς ἐπὶ τῇ κατὰ τὴν ἀκρόασιν σπουδῇ πάντας ἀπόλλυτε· --- εἰ γὰρ ἐναπέκειτο τὰ λεγόμενα ταῖς ψυχαῖς, πάντως ἂν ὑμᾶς ἔνδον κατέσχεν, καὶ πρὸς τὰ φρικωδέστατα μετὰ πλείονος εὐσεβείας παρέπεμψεν· νῦν δὲ ὥσπερ κιθαρῳδοῦ τινος ἀκούσαντες, οὕτως ἔρημοι πάσης ὠφελείας παυσαμένου τοῦ λέγοντος ἀναχωρεῖτε.

tionem magnamque a primitiua praxi aberrationem fuiſſe factam. Adhuc tamen manifeſtum eſt, crebras ac quotidianas communiones quodammodo obſeruatas fuiſſe a clericis & deuotioribus de populo, qui conſtanter & frequenter eas celebrabant, etiamſi multi negligentes chriſtiani haud aliam earum haberent rationem, niſi vt ſemel vel bis in anno accederent, idque ex ſuperſtitione potius quam religione, in ſolemnioribus quibuſdam feſtiuitatibus.

§. V.

Quo primum tempore homines ter quotannis communicare iuſſi ſint.

QVANDO chriſtiani a laudabili conteſtataque virtute maiorum ita degenerauerant, concilia quædam, quum antiquam diſciplinam reſtaurare homineſque iuſtis cenſuris ad frequentem communionem excitare debuiſſent, ſatis habebant dediſſe legem populo, vt ter quotannis in maioribus ſolemnitatibus, hoc eſt, in diebus natiuitati & reſurrectioni *CHRISTI*, nec non deſcenſui ſpiritus ſancti ſacris, communionem reciperent, ſtatuta in immorigeros hac pœna, vt inter chriſtianos catholicos non haberentur. Ita primum res definita eſt a concilio *Agathenſi* [o] ad annum DVI. *Sæculares, qui in natali domini, paſcha, & pentecoſte, non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.* Atque ita durauit ad *Caroli magni* vſque ætatem, quando concilium *Turonenſe* tertium [p] anno DCCCXIII decretum fecit in eamdem ſententiam: *Vt ſi non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, niſi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.* Adhuc tamen clerici cum quibuſdam deuotioribus de populo ſingulis diebus dominicis communicare perrexerunt, quemadmodum ex iſtius æui ſcriptoribus, ſpeciatim ex RABANO MAVRO [q] &

(o Concil. Agath. can. XVIII.

(p) Concil. Turon. III. c. L.

(q) Raban. de proprietate ſermonis lib. I. c. X. (Not. Hunc librum inter opera eius, Colon. Agripp. an. MDCXXVI. tomis V. edita, non reperio.)
Id. de inſtitut. clericor. lib. I. c. XXXI. (Not. Nihil heic dicit de euchariſtia, ſingulis diebus dominicis a clericis & deuotioribus laicis recepta, ſed ait

BER-

BERTRAMO [*r*] apparet, quorum hic ait: *Sacramenta --- non solum per omnes paschæ solemnitates celebrantur singulis annis, verum singulis in anno diebus.* Nondum enim priuatæ ac solitariæ missæ inualuerant, vtpote non nisi post hanc ætatem inuectæ. Et dignum omnino notatu est, quod hac ipsa ætate concilium *Aquisgranense* [*s*] hanc antiquam praxin pristino splendori restituere quodammodo adlaborauerit, renouato concilii *Antiocheni* decreto, quod ita habet: *Omnes, qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctæ communionis auertunt, hi de ecclesia remoueantur, quamdiu per confessionem pœnitentiæ fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur.*

§. VI.

Et postea semel per annum a concilio Lateranensi.

VERVM hic morbus penitus insederat in populi mentibus & inueterauerat, vt non facile posset auelli; adeoque in corrupto æuo vitium non remittebat aliquid, sed in dies ingrauescebat; Quid? Concilium *Lateranense* sub *Innocentio tertio* robur ei addebat ac firmamentum, officium communicandi ad angustiores reducendo limites. Quum enim antea omnes ad minimum ter singulis annis communicare oporteret, hoc concilium non nisi semel in festis resurrectionis dominicæ diebus id fieri iubebat, decreto facto in hanc sententiam: „Omnis [*t*] vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discre„tionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fide„liter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, & iniunctam „sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens

tantum, esse, qui dicant, nisi aliquo interdicente peccato, eucharistiam *quotidie* accipiendam.)

(*r*) Bertram. de corp. & sanguine domini in præfat.

(*s*) Concil. Aquisgran. c. LXX. ex concil. Antioch. c. II. (tom. VII. concil. p. 1359. 1360.)

(*t*) Concil. Lateran. IV. c. XXI. (tom. XI. concil. pag. 171. seq.) *Πᾶς ἑκατέρε γένες πιςὸς μετὰ τὸ εἰς χρόνον διακρίσεως προσελθεῖν, πάντα τὰ ἴδια μόνος ἁμαρτήματα ἐξομολογησάσθω πιςῶς, κἂν ἅπαξ τε ἐνιαυτε, τῷ ἰδίῳ ἱερεῖ, καὶ τὴν ἐπιτεθεῖσαν*

„reuerenter ad minus in pascha eucharistiæ sacramentum: nisi „forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem „caussam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit absti-„nendum„. Hæc regula postea in corpus iuris canonici adscita est [u]. Atque hinc extremam ruinam antiquæ & apostolicæ consuetudinis frequenter & generatim communicandi possumus arcessere. Nam ex hoc tempore populi sibi cœperunt persuadere, se frequenter communicandi lege iam esse solutos suoque facere satis officio, si semel per annum tempore paschali eucharistiam reciperent sinerentque sacerdotes suos communicare solos; quam rem illico insequuta est alia abusio, nimirum consuetudo celebrandi missas priuatas & solitarias, quæ antiquarum & generalium communionum totius simul ecclesiæ locum occuparunt, & antiquas precationes fecerunt ingentem absurdarum locutionum aceruum & farraginem, dum precantur & gratias Deo agunt pro vniuersa congregatione, tamquam communicantibus, quando proprie loquendo non nisi vnus inter eos communicauit, reliqui autem omnes meri spectatores sacerdotis, nomine totius ecclesiæ agere dictitantis, fuerunt, & ficte ac simulate communicaverunt sine vlla vera communione. Hæc generalis erat officii *Romani* ratio tempore reformationis, si insigniores quasdam basilicas exceperis, in quibus, si BONA [x] vera narrat, communio ministrorum cum sacerdote, rem diuinam faciente, retenta fuit, ne in desuetudinem abiret antiquissimus ecclesiæ ritus, sine quo vix posse intelligi dicit, quæ in liturgicis orationibus quotidie recitentur.

αὐτῷ ἐντολὴν σπȣδασάτω, ὅση δύναμις, ἐκπληρȣ͂ν· μεταλαμβάνων εἰς ἔλαττον αἰδεσίμως εἰς τὸ πάσχα τὸ τῆς εὐχαριστίας μυστήριον· εἰ μὴ ἴσως τῇ βȣλῇ τȣ͂ ἰδίȣ ἱερέως διά τινα εὔλογον αἰτίαν, εἰς καιρὸν, τῆς μεταλήψεως ἀπέχοιτο.

(*u*) Decretal. Gregor. lib. V. tit, XXXVIII. de pœnit. & remiss. c. XII.

(*x*) Bon. rer. liturgic. lib. II. c. XVII. n. II. In missa solemni retenta est ab aliquibus ecclesiis ministrorum, quæ Romæ nunc permanet in insignioribus basilicis, & vbi desierat, apostolicæ visitationis decreto restituta est. Sapientissimo sane consilio, ne in desuetudinem abeat antiquissimus ecclesiæ ritus, sine quo vix possunt intelligi, quæ, in liturgicis orationibus quotidie recitantur.

§. VII.

§. VII.

Quid operæ laborisque in restaurandis crebris ac frequentibus communionibus positum fuerit tempore reformationis.

NONNIHIL operæ laborisque in corrigendis hisce abusibus restaurandisque crebris ac generalibus communionibus heic illic consumserunt primi reformatores. Et feliciter quidem eo rem deduxerunt, vt missas priuatas vbique abolerent: verum instauratio antiquæ consuetudinis, ex qua vniuersa ecclesia singulis diebus dominicis communicabat, res erat, quæ non adeo facile poterat effici; partim propter præiudicatas hominum opiniones, quæ ex contrariæ consuetudinis vi ac diuturnitate eorum mentibus insederant; partim propter vitiorum, quem retinebant mortales, amorem, qui eos non sinebat ad eiusmodi se conformare institutum, quod constantem animæ puritatem & conscientiam a delictis semper vacuam requirit, vt digni reddantur, qui singulis hebdomadibus vel diebus communionem recipiant. IOANNES CALVINVS, vbi primum *Geneuam* venit, vehementer omni studio atque opera elaborauit, vt menstruam vel etiam hebdomadalem communionem restitueret, vtpote apostolorum & ecclesiæ primitiuæ praxi maxime consentaneam. Multum pro ea contendit in *institutionibus suis* [y], vbi consuetudinem papisticam, quæ semel quotannis communicare iubet, tamquam certissimum diaboli inuentum, damnat. Verum ille, quantumuis annisus, ne quidem impetrare potuit, vt singulis mensibus cœna celebraretur, sed superatus in conatibus suis est & coactus consentire regulæ, quæ populum quater in singulos annos communicare iubebat. Quamquam se curasse dicat [z] referri in acta publica, vitiosum esse morem istum, vt posteris

(y) Caluin. institut. lib. IV. c. XVII. n. XLVI. Et sane hæc consuetudo, quæ semel quotannis communicare iubet, certissimum est diaboli inuentum: cuiuscumque tandem ministerio inuecta fuerit.

(z) Caluin. respons. de quibusdam ecclesf. ritibus p. 206. Singulis mensibus cœnam celebrare maxime nobis placeret: modo ne vsus frequentior negligentiam pariat. Nam dum maior pars a communione abstinet, quodammodo dissipatur ecclesia. Malimus tamen singulis mensibus inuitari ecclesiam, quam quater duntaxat in singulos annos: vt apud nos fieri solet. Quum

 faci-

facilior eſſet ac liberior correctio. An vero in hunc vſque diem mos ille correctus ſit, id quidem eſt, quod ego ignoro. Probabiliſſimum eſt, non eſſe correctum, quandoquidem in alio quodam opuſculo [*] occaſionem habui oſtendendi, conſuetudinem tantum quater per annum communicandi adhuc generatim obtinere in eccleſia *Gallicana*. Diſciplina eius nihil amplius requirit, etiamſi frequentiorem receptionem commendet. Eccleſia *Anglicana* in huius generis conatibus paullo fuit felicior. Quamuis enim regulæ eius ter tantum in ſingulos annos populum generatim euchariſtiam recipere iubeant; tamen in eccleſiis noſtris cathedralibus euchariſtia communiter ſingulis diebus dominicis celebratur; qui mos in quibusdam eccleſiis parochialibus *Londinenſibus* quoque obtinet; & aliæ tam intra ciuitatem quam in agris ſingulis menſibus cœnam adminiſtrant. Multum autem adhuc laboris & ſtudii conſumendum erit, vt res ad veteris eccleſiæ exemplum imaginemque antiquitatis reducatur. Nam in ipſis noſtris eccleſiis cathedralibus communiones raræ ſunt & infrequentes, atque ibi locus adhuc eſt iſti CHRYSOSTOMI querelæ: „O conſuetudinem! O præſumtionem! Fruſtra habetur quotidiana oblatio: „fruſtra ſtamus ad altare: Nemo eſt, qui ſimul participet. Ingens populi multitudo ad audiendos ſermones confluit, quando autem tempus celebrandi diuina myſteria adeſt, vacua „deſertaque redditur eccleſia. Quum elaboratos ſermones „ſuos recitant conſerui, ſtudium illi adhibent & ingenium; „quum autem ipſe Chriſtus, communis magiſter & dominus, „ſemet in ſacris myſteriis oſtenſurus eſt, a menſa eius, quantumuis humaniſſime inuitati, refugiunt„. Non poteſt non hoc male habere omnes pios *CHRISTI* ſeruos, qui ibi ſtant in eius nomine miniſtraturi, dum pauci eorum admonitioni obtemperant, & plerique a communione ſe abſtinent, quaſi nulla officii chriſtiani lege eam recipere tenerentur. Et in paro-

huc primum venirem, non diſtribuebatur niſi ter quotannis: & quidem vt inter cœnam pentecoſtes & natalis Chriſti, ſeptem toti menſes intercederent. Mihi placebant ſinguli menſes: ſed quum minime perſuaderem, ſatius viſum eſt populi infirmitati ignoſcere, quam pertinacius contendere. Curaui tamen referri in acta publica, vitioſum eſſe morem noſtrum, vt poſteris facilior eſſet & liberior correctio.

(*) *French Churches Apology far the Church of* England. Book III. chap. XIV.

chiis

chiis ruralibus res magis deploranda est, vbi desperatio successus ministros a studio restaurandi istam consuetudinem deterret. Heic enim homines ab hebdomadali communione tantopere abhorrent, vt nullis quantumuis seriis cohortationibus eo adduci se patiantur, vt vsitatis ecclesiæ regulis, quæ ter quotannis eos communicare iubent, morem gerant, licet ipse minister eorum omnium nomina, qui communionem hoc modo negligunt, tamquam reorum publici scandali, deferre ad antistitem iussus sit. Verum *quum fundamenta ipsa destructa sint, quid fuerit operatus iustus?* Experientia nos condocet, non minus operam & oleum, quod aiunt, eos perdere, qui socordem ac negligentem populum eo, quod non ter in singulos annos communicet, deferunt, quam qui ad communionem in singulas hebdomades celebrandam eum excitant & cohortantur. Hic timor, & hæc infractio animi ac demissio, in quam ministri ecclesiæ cadere solent, dum homines ad seruandum regulas, ter in singulos annos communicare sub censura ecclesiastica præcipientes, adducere adlaborant, facit, vt desperent fieri posse, vt ad vetustæ praxeos perfectionem propius accedant: siquidem eos, a quibus impetrare non possunt, vt præsenti disciplinæ communicandi ter quotannis pareant, obstinatiores esse sciunt, quam vt vllis vel maxime seriis admonitionibus ad hebdamadalem flecti se passuri sint communionem.

§. VIII.

Qua in re illa huc vsque deficiat: Et quid tamen fieri & oportere & opus esse videatur, vt communio ad priscum exemplum reducatur.

QVODNAM efficax remedium huic inueterato malo adhiberi possit, non adeo facile est dicere. Sed tamen recuperatio eius rei, quæ ingens fuit primitiuæ ecclesiæ gloria magnumque christianæ innocentiæ ac pietatis adminiculum, (cuiusmodi hebdomadalis communio fuit certissime) digna omnino videri debet, de qua illi toto animo cogitent ac consultent, quibus Deus cælesti quadam vi potestatem auctoritatemque emendandi abusus impertiuit, si id tuto quidem ad ædificationem, non ad destructionem, possint facere. Quod si

ego

ego essem idoneus, qui hac in re darem consilium, hoc foret: Vt prius instauraretur vere antiquæ disciplinæ ecclesiasticæ praxis, quo facto via quoque pateret ad renouandam praxin antiquæ rationis communicandi singulis diebus dominicis. Dixeris, instaurationis antiquæ disciplinæ in præsenti rerum statu incredibilem esse magnitudinem ac difficultatem: præsentium temporum rationem & vniuersalem morum corruptelam eam haud esse admissuram: Ecclesiam *Anglicanam* ducentis annis huius disciplinæ restitutionem maxime exoptasse, sed frustra: nihil enim ad reducendam eam effectum, sed res potius sublapsas esse retro, minoremque disciplinam per hos sexaginta annos a tempore inde infaustæ confusionis obtinuisse, quam quidem antea. Ad quæ responderi potest, difficultatem illam omnino magnam esse, sed non insuperabilem. Nam disciplina vna e diuinis in ecclesia institutionibus est, Deusque nihil præcipit, quod per se fieri non potest, si homines in eius exercitio officio suo non desint. Enimuero regulas hac in re præscribere, arduum & periculosum negotium est, idque ab aliis sapientioribus potius quam a me fieri volo. Nonnulla hanc in rem a recentiore quodam scriptore [†] iam suppeditata sunt, quæ ad propositum modo scopum obtinendum faciunt; quare satis in præsenti habeo, lectorem meum ad eius consilia monitaque remittere, & huic nostræ dissertationi facere finem.

(†) *Penitential discipline of the primitive Church.* Chap. IV. Lond. MDCCXIV.



